BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 I
44

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
III 14. K

68-2-9
III
18
D

13-20, f, 13

Blondellus

EPISTOLARVM DECRETALIVM, QVÆ VETVSTISSIMIS PONTIFICIBVS ROMANIS hactenus tribuuntur EXAMEN,

ADVERSVS ISIDORI MERCATORIS figmenta:

Ubi ſimul oſtenditur ex quibus Centonibus ea conſuta confecta fuerint,

Per D. B. C.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

GENEVÆ,
Ex Typographia Petri Chouët.
M. DC. XXXV.

Lectori Chriſtiano S.

QVOD pag. 56. Prolegomenωn noſtrorum à Pſeudo-Iſidoro ſecundæ Clementinæ infartum coniecimus, id poſtea ſecundi Concilij Turonenſis patribus reſtituendum poſtrema Iacobi Sirmundi editio nos docuit. Itaque pag 65 lin. penult. ad marginem ſcribe, *Verba Concilij 2. Turon epiſtola ad plebem miſſa ab initio*, Pontificalis eſt ordinis ad ſuam ſollicit. infat. &c. p. ſeq lin. 3. *reſtitue ſuam* pro *ſolam.* lin. 4. *ei quod* pro *ſed quod.* lin. 5. *ſedulo* pro *ſalubri.*

Ad oram lin. 9. ſcribe in margine *Concil. Turon. loco citato.* & lin. 10. reſtitue *omnium* pro *hominum.* locus Concilij deſinit in has voces, *literis edocetur.*

Reliquas furacis cornicula rapinas ſuo tempore in lucem protrahet ſummus veri aſſertor Deus; tu interim, Chriſtiane Lector, intento in ſequentem quam ex Manuſcripto deſcripſit vir clariſſ. præfationem oculo, cenſuram à nobis inſtitutam ſuſcipere dignare.

COLLECTIONI DECRETORVM PONTIFICVM ROMANORVM à Dionyſio exiguo præfixa præfatio.

DOMINO *venerabili mihi Iuliano* [a] *Presbytero tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, Dionyſius exiguus. Sanctitatis veſtræ piis excitatus ſtudiis, quibus nihil prorſus eorum quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent omittit inquirere; præteritorum ſedis Apoſtolicæ Præſulum conſtituta* [b] *qua valui cura diligentiaque collegi, & in quendam redigens ordinem titulis diſtinxi compoſitis; ita duntaxat vt ſingulorum pontificum quotquot à me præcepta reperta ſunt ſub vna numerorum ſerie terminarem, omneſque titulos huic præfationi ſubnecterem, eo modo quo dudum de Græco ſermone patrum transferens Canones ordinaram; quod vobis nimium placuiſſe cognoueram.* [c] Qui *vero ſinceriſſimo affectu Deum diligitis & idcirco famulos eius laudanda ſolicitudine continetis (Quis enim peregrinantium ſeruiens Chriſto veſtro non fouetur hoſpitio?) iuſtum credidi vobis in hac parte famulari; quatenus induſtriam veſtram, quam cæleſtibus impenditis regulis, & præſens imitetur ætas, & poſteritas ammiretur. Nam præ virtutis amore cuncta quæ ſunt vtilia deſideratis agnoſcere, licet omnes venerandi iuris* [d] obſeruantiam *moribus impleatis: quantique ſit apud Deum meriti:*

a Subſcripſit Iulianus hic A.D. 495. 3. Idus Martij Concilio Ro. ſub Gelaſio. A.D. 499. Kal. Mart Cõcilio 1. ſub Symmacho. A.D. 502. 8 Id. Nouem Concilio 2. ſub eodem.

b Cum igitur collectionem ſuam a Siricij epiſtolis auſpicetur Dionyſius, nullas præcedentes Romã agnouiſſe neceſſe eſt.

c. quia

d obſeruãtias

B. Papa

B. Papa Gelaſius, & nos[e] *qui eum præſentia corporali non vidimus, per vos alumnos eius faciliùs æſtimamus, cuius eruditione formati gradum*[f] preſbyteri *ſancta conuerſatione decoratis, vt in veſtrorum morum perſpicuo munere, eius videatur quodam modo actio prælucere. Quem ſicuti veſtra relatione comperimus in*[g] tantam *bonæ voluntatis extitiſſe gratulamur, vt annuente Domino principatum in Eccleſia pro multorum ſalute ſuſcipiens eum ſeruiendo potius quàm dominando ſuſtolleret, vitæque teſtimonium doctrinæ meritis ampliaret. Denique omnes opus eius aut oratio fuiſſe memoratur aut lectio. Interdum quoque ſcribendi curam ſumebat, prout cauſſa vel ratio popoſciſſet, ſeruorumque Dei maximi conſortio atque ſocietate gaudebat. Quorum ſpiritali collatione, tanto diuini amoris ſtudio, tanta verbi Dei meditatione fouebatur, vt huic etiam illud quod Pſalmiſta cecinit aptaretur,*[h] Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges eum à diebus malis. *Huius enim ſeculi malos dies ita Domino mitigante atque gubernante tranſegit, vt vniuerſas tentationes, mira prudentia & longanimitate ſuſtineret, delicias ieiuniis*[i] ſperneret, *ſuperbiam humilitate calcaret, tãta*[k] miſericordia *animi alacritate clareſceret, vt omnes fere pauperes*[l] ſatiari, *inops ipſe moreretur: profectò beatus hac inopia, per quam diuinis ſemper laudibus inhærebat, ſicut Propheta dicit ad Dominũ,* Pauper[m] & inops laudabunt nomen tuum. *Fuit enim vir ingenio luculentus, vita præcipuus, auctoritate reuerendus, & ideò tot virtutum ornatus inſignibus, ad tam celſum officium non acceſſit indignus, honorem ſummæ dignitatis graue nimis onus exiſtimans, paruamque negligentiam pontificis ingens animarum diſcrimen eſſe contendens. Idcircò* nullo[n] *ſe deſidioſo otio tradidit, nec luxurioſo conuiuio, effuſoq; ſeruiuit, ex quibus rebus &*

e hinc conſtare poteſt Dionyſium poſt 21. Nou. anni 496, quo fatis conceſſit Gelaſius, Romam appuliſſe.

f presbyterij

g tantùm

h Pſ. 93. 12.

i ſterneret,

k miſericordis

l ſatians, *vel* ſatiaret,

m Pſ. 73. 21.

n nulli

o naſcuntur *animarum morbi* [o] naſcantur *& corporum.* *Hic itaque pa-*
p Heb.13.20. 1.Pet.5.4. *ſtor,* [p] *ſummi atque* [q] *boni paſtoris imitator exiſtens, egregius*
q Ioan.10.11.14. *præſul ſedis Apoſtolicæ fuit, qui diuina præcepta* [r] *fecit & do-*
r Act.1.1. *cuit.* *Vndè eum magnum inter ſanctos eſſe confidimus, iuxta*
ſ Matt.5.19. *promiſſionem Chriſti Domini dicentis,* [ſ] Qui fecerit & docuerit maximus vocabitur in regno cœlorum.

EXPLICIT PRAEFATIO.

Incipiunt tituli Decretorum Papæ Siricij numero xv.
Innocentij,
Zoſimi,
Bonifacij,&c.

Addenda erratis.

Pag.57.proleg.lin.20. *ſentina.* pag.250.lin.vlt.in marg. *archiepiſcopatu.*
in erratis vbi addendum monui poſt hæc verba, *nullo modo poteſt*, certe Poſtumium,&c. corrigenda nota numeralis,ſcribendúmque pag.349.

Pag.351. poſt lin. 22. adde *fragmentum Epiſtolæ Dionyſij in Sabellij cauſa ſcriptæ retulit Athanaſius in librum quem de Synodi Nicenæ decretis elucubrauit pag. 421. edit.Heidelb.*

PRO-

PROLEGOMENA.

CAPVT PRIMVM, *ſiue ingreſſus in hunc ſermonem.*

IAMDVDVM veteris prouerbij fidem probauit Sophiſtarum factio, *Similes habuere labra lactucas.* Hiberas Pſeudo-Iſidori nænias, Hiberus ipſe præco laudauit Turrianus; Turriani παραδοξετικαὶ non probarunt modo, ſed plenis buccis prædicarunt, imo etiamnum mirantur, quotquot culinæ pontificiæ ineſcauit nidor, aut cæcus tranſuerſos abripuit affectus. [a] *Fortiſſimam* (eorum iudicio) *defenſionem ſcripſit:* [b] *ſolidiſſimam*, [c] *in qua acquieſcant eruditi:* [d] *quæ inconcuſſa perſiſtit per tot annos.* Is vero [e] *ſanctiſſimas atque omni ſapientia & grauitate ſententiarum ac decretorum ſalutarium refertas, Apoſtolicorum pontificum Epiſtolas* ſuo patrocinio tutatus eſt, *vt* Magdeburgenſium *non ſolum leuitas, imo vanitas coarguatur: ſed grauitas, antiquitas, & vera ac ſolida auctoritas epiſtolarum demonſtretur.* Ideò miratur [f] *quid in* proteſtantium *mentem venerit, vt has negarent, antiquitate ſua, & totius mundi reuerentia conſecratas, omni grauitate, doctrina, & ſanctitate refertas, & teſtimonio ac vſu poſteritatis omnium ſeculorum confirmatas* Epiſtolas: præſertim cum è Ieſuitico ſodalitio alter Oedipus nihil obſcurum reliquerit, [g] *nihil prætermiſerit, nihil diſſimulauerit, quin omnes* aduerſariorum *quæſtiones explicaret, ſiue ex temporum ratione & hiſtoriarum fide, ſiue ex argumentorum demonſtratione, ſiue ex ſcripturarum ſcientia, ſiue ex Apoſtolicæ traditionis diſciplina, & rationis patrocinio, ſiue ex correctione veterum exemplarium, ſiue ex teſtium auctoritate penderent; ita vt omnia quibus vel minus quidem cauti vel parum intelligentes, capi, & irretiri deinceps poſſent, expedita iam eis ſint; ii vero qui adhuc ab iis decepti ſunt & vulnus acceperunt, medicina parata ſit ad ſanandum.* nec tantum parata medicina ad ſanandum, ſed propinatum aduerſus omnem quæcunque contingere poteſt inualetudinem Antidotum: Siquidem *non ſolum quæ oppoſuerunt* centuriarum ſcriptores, [h] *ſed illa etiam quæ ſimili ſtudio calumniandi, ſi eis occurriſſet, opponere potuerunt,* refutata ſunt. *Quid dignum tanto* tulit *hic pronuſſor hiatu?* ventoſas *proiecit ampullas,* libros auctoreſq; ineditos, qui nec ad manus ſunt, nec eſſe poſſunt, Euſebij (ſi Deo placet) Alexãdrini [i] *ſermones,* Euſebium [k] Cæſarienſem *aduerſus Marcellum,* Hippolytos [l] martyrem & Thebanum, Magnetem [m] *aduerſus Theoſthenem*, Theodotum [n] Ancyranum, Seuerianum [o] Gabalonenſem *in 1. ad Corint.* Apollinarem [q] *in Numeros,* Leontium [r] *in Matthæum,* Euſtratium Conſtantinopolitanum [ſ] *de operatione animæ,* Damaſcenum [t] *de ieiuniis, & de communione corporis,* Theodorum [u] Antiochenum, illum ſcil. qui Mopſueſtenam Eccleſiam rexit, Theophanem [x] *in Symphonia Veteris & Noui Teſtamenti*, Conſtantinum [y] ἀπὸ σχολαστικῶν Photij [z] *Lexicon, quæſtiones ad Amphilochium, Commentarios in Epiſtolas,*

a Baron. ad A.D 102. §. 12
b Binius in notis ad Epiſtolas.
c Stapler. princip. doctr. lib. 6. cap. 15. Hartus colla. cap. 8.
d Gretſer. defenſ. Bellarm. controu. 1. lib. 3. cap. 5. coll. 1290.
e Turrian. initio libr. pro Epiſt. in epiſt. ad Hoſium Card.
f præf lib. 2.
g præf. lib. 4.
h Idem lib. 5. pro epiſt. cap. 21.
i lib. 1. pro epiſt. c. 21. lib. 2. cap. 6. & 12. & 20. lib 4. cap. 14. lib. 5. c. 17.
k lib. 5. cap. 7.
l lib. 2. c. 18.
m lib. 1. c 5. lib. 2. c. 3. & 13. lib. 4. cap. 7.
n lib 2. c. 14.
o lib. 5 c. 3.
q lib 4 c. 14.
r lib. 4 c. 10.
ſ lib. 4. c. 14.
t lib. .c 8 & 18 lib. 4. c 1.
u lib. 2 c 20. lib 4. cap. 8. & lib 5 cap. 6.
x lib. 2. c. 5. 14 & lib. 4. c. 13. y lib. 1. c. 28. z lib. 3. c. 11. & 12. lib. 5. c. 18. lib. 2. c. 13. lib. 4. c. 22.

Nilum [a] *in Lucam*, Pamphili [b] *Canones*, &c. citauit, plurimæ ſane lectionis, ſed frontis perfrictiſſimæ, iudiciique tenuiſſimi, homo *aſper & improbus ira*, gloriæ animal, Pyrgopolinices alter, qui Hincmarum Rhemenſis Eccleſiæ in Gallia Belgica Præſulem, [c] *Germanicæ nationis Epiſcopum* fuiſſe ſcribit; qui [d] infamem illum Theodorum, quem 126. poſt obitum annis quinta Synodus anathemate percuſſit, & [e] Sixti vel ſecundi vel tertij titulos inuadentem ſcriptorem, Pelagianæ lepræ tabo fluentem, & nigro theta notatum teſtes laudat; Qui Synodum [f] Eliberitanam, quam A.D.305. Marcello ſedente celebratam conſtat, ſub Syluestro coactam vult; Qui [g] Theodoſium maiorem A.D.395. mortuum, Chryſoſtomi Anno 407. defuncti reliquias Conſtantinopolim anno 438. tranſtuliſſe credit: Qui [h] Lirinenſes Epiſcopatus in Gallia, Paſchaſios [i] Romæ, Euſebios [k] Alexandriæ Epiſcopos, Pictauorum [l] in Britannia reges, & [m] Eccleſiam ſiue Garolitanam, ſiue Garopolitanam à Canonicis regularibus, ad hanc vſque diem adminiſtratam in Scotia comminiſcitur; Qui [n] Ruffinum primæ Clementinæ interpretem fuiſſe, modo ait, modo negat; Qui Victorem [o], quem ad A. D. 203. perueniſſe volunt aduerſarij, 230. amplius annis ante Synodum Nicænam A.D.325. congregatam ſediſſe, Vrbanum [p] A.D.856. mortuum ante annos 900. vixiſſe; Germanum [q], quem diem vltimum A. D. 730. clauſiſſe ſcribit Baronius, ante annos 900. obiiſſe; Henricum [r] Kaltheyſen, quem Papalis primum palatij Magiſtrum, deinde Nidroſienſi, & Cæſarienſi archiepiſcopatu auctum, & Baſilienſi Concilio interfuiſſe docent Bernardus [ſ] de Luxemburgo, & appendix ad Concil. Baſil. *ignotum hominem*, & *annis ſexaginta*, Dominicæ æræ anno 1573. quo ſcripta eſt pro Decretalibus Epiſtolis defenſio, ſuperiorem fuiſſe opinatur. Quid memorem fœdos perpetuoſque ſomniculoſi, ſed φλυαρεστάτου theologi paralogiſmos, & frequentia ἀσυστάτα iactabundi Critici, quem nihil præter nouas Lectiones, manuſcriptos Codices, Bibliothecas, *Vaticanam, Florentinam, ſancti Marci, Cryptæ ferratæ*, cum incredibili antagoniſtarum, diuinæque, quam vel renitente conſcientia vellicat, Veritatis contemptu, crepare audias?

Ad tantam ſtreperarum cenſurarum pompam, nouique Goliæ aduerſus [t] *Dominicos exercitus* pluſquam gigantæos inſultus, crederes non modo Magdeburgenſium (quos infeſto mucrone adortus eſt) animos concidiſſe, ſed *totius Iſraelis* corda colliqueſcere debere. At quæ laborare poteſt, non vinci Veritas, emergit tandem, quæque perſecutionibus & procellis creſcere ſolet Eccleſia, continuis admotarum quotidie machinarum pulſibus quaſſata nunquam ſubuertenda perſtat, *Omne enim vas* [u] *quod contra eam fictum eſt non dirigetur*. Cum perditurus ſit *Dominus* [x] *loquentes mendacium*, vt adfinem modum deficiant impij, & [y] *ſicut tabeſcit cera à facie ignis, ſic* pereant eorum molimina. Nemo igitur miretur ſi inſana Pſeudo-Iſidori μυχανήματα, poſt annorum, ad minimum, octingentorum *ſtetiſſe mole ruant ſua*, & Domino in dies [z] *occulta tenebrarum* retegente) impuris mendacijs innixus Turrianus [a], *ventos paviſſe* demonſtretur. Multi multa hactenus ad vtriuſque ψευδεπιγραφίας καὶ ψευδοδοξίας reuincendas, attulerunt; Nos

a lib.5.c.6.
b lib.1.c.25.
c lib.1.c.15. & lib 3.c.3.
d lib.2.c.20. &c.
e lib.2.c.15 lib.3.cap.16.& 18. lib.5.c 12. & 16.
f lib.5.c.10.
g lib.2.c.11.
h ibid & c.9.
i lib.5.c.2.
k lib.1. c.21. &c.
l lib.5. c.19.
m lib.5.c.2.
n lib.2.c.13. & lib 5.c 14.
o lib.5.c.17.
p lib.5. c.19.
q lib. 5. cap. eod.
r lib.5. c 20. & 23.
ſ in catalog. hæret. ibid. vocatur *inquiſitor hæreticæ prauitatis, profeſſor ſacræ theologiæ in celeberrima Colon. Academia* orat. habuit coram Concil. Baſil. *de libera prædicatione verbi Dei* aduerſus Vdalricũ orphanorum presbyr. A.D. 1433. per tres dies hebdomadæ poenoſæ: de eodem vide Bellarm. *de ſcript. Eccl.* & *Poſſeuin. in apparatu.*
t 1. Sam. 17. 45.
u Eſai 54. 17.
x Pſalm.5.7
y Pſalm.68 3.
z 1.Corint.4.5.
a Prouerb.10.4.

prio-

priorum lampada tradentiũ veſtigiis (licet *non paſſibus æquis*) inſtitimus, eorumque exemplo, pro donationis Chriſti menſura, paucula obſeruauimus. Tu quicunq; legis, ſiue [a] *noſter es ſiue aduerſariorum*, ſingula in timore Domini expende, noſque ſicubi caligauimus, accenſa face, veriora doce; ſicubi ceſpitauimus, porrecta chriſtianę charitatis manu, erige; vt enim *nihil à* nobis *humani alienum* putemus, facit ingenitæ infirmitatis conſcientia; vt aduerſus compertę Veritatis ſtimulos nunquam calcitremus, dabit propitius Deus; *moniti meliora ſequemur*. ſaxit modo Veritatis vindex, miſericordiarum pater, vt noſtra qualiſcunque opera ſi non piorum ſtudia promouere, ſaltem diligentiam acuere & prouocare queat; ſitque tandem *melior* [b] *racemiatio Ephraïm vindemiâ Abiezer*: tu interim lector, quam nauſeæ moleſtiam in eruendo, & ſtercoribus infrunitiſſimi mendicabuli, Veterum auro, & auerruncando priſcorum vrbis Epiſcoporum dedecore, ſuſcepimus, æqui bonique conſule, & piis pro veritatis cauſa conatibus faue.

a Ioſue 5.15.
b Iudic. 8. 2.

Iſidorus Hiſpalenſis Decretalium collector non fuit.

Cap. II.

QVo facilius de ſeculi iam tenebreſcentis ſtupore ſecurus, non rudi modo plebeculæ, ſed doctiorum Hincmari [c], Iuonis & aliorum ſimplicitati & ἀνοίᾳ illuderit, eam quam collectioni ſeu verius colluuiei ſuæ præfixit præfationem. Iſidori titulo conſignauit, Epiſtolarum (ſi Deo placet) Decretalium totus ad fallendum comparatus artifex, de quo Terentianum illud merito quis pronuntiet, *Poëta cum primum animum ad ſcribendum appulit, Id ſibi negotij credidit ſolum dari Populo vt placerent quas feciſſet fabulas*: Ne tamen vel pudendæ veſtigia fraudis, in ipſos lipporum oculos incurrerent, vel aſini ſub leonina deliteſcentis, prominentes aures ſuſpicionem mouerent: *Iſidorus*, non *Epiſcopus*, non *Hiſpalenſis metropolis antiſtes*, quod totis votis ambiebat, ſed *peccator*, vel certe (ſi [d] manuſcriptis quibuſdam codicibus fides habenda ſit) *Mercator* dici affectauit. Cur *Mercator*, non adeo clarum: cur vero *peccator* hæc cauſa eſſe poteſt. Sæpius exquiſitis phraſibus peccata deplorauiſſe pœnitentem Iſidorum compererat: is enim ſe [e] *valde languere & infirmitatibus carnis & culpa mentis*, ad Braulionem Cæſarauguſtanum ſcripſerat; à quo & petierat, vt [f] *pro peccatis ſuis ad Dominum interceſſ[c]r exiſtere dignaretur.* Mentis ad diuini iudicij expectationem exhorreſcentis anxietatem his verborum formulis deſcripſerat idem, *vbi tunc* [g] *ego parebo, peccator & impius?* & paulo poſt, *Placeat Chriſte, damnatum reparare naufragum.* Item, *Quomodo ſecurus ero qui principalia mala commiſi?* Ibidem [h] *omnibus impiis ſe nequiorem, nullius ſceleris peccatorum, nullius facinoris, cuius ſe ſordibus non coinquinauiſſet vitium defuiſſe* confeſſus erat, & paucis ante obitum diebus à Clero & plebe enixius poſtulauerat, vt [i] *pro ſe infelici & pleno omni ſorde peccati, ad Dominum eorum porrigeretur oratio.* Andiuerat pręterea impoſtor, Concilio 6. Toletano, *Siluam*: Septimo, *Baſconum*, *Gotomarum*, *Farum*, *Sonam*. Duo-

c Hincmar. epiſt. 7. cap. 22 & libri capitum 55. cap. 24. Iuo decreti parte 4. c. 107.
d ſic Ms. codex Sedanenſis bibliothecæ.
e præfat. Synonymi.
f initio operis etymol.
g lament. pœnit.
h orat. pro corrept. vitæ.
i Redempti de obitu Iſidori relatio.

decimo, *Iulianum*, & *Liubam*. Decimotertio, *Iulianum*. Decimoſexto *Felicem, Fauſtum, Maximum, Veram*: Emeritenſi, *Almarium*, ſumpto *indigni Epiſcopi* cognomento ſubſcripſiſſe; Et in Turonenſi primo, *Thalaſſium Epiſcopum Andegauenſem*; in Pariſienſi tertio vndecim alios; in Turonenſi ſecundo, octo; in Matiſconenſi primo, *Euantium, peccatores* vocari voluiſſe. Quidni igitur *peccator* qui tammulta peccauit, cui ludus iocuſque fuit Dei & hominum patientiam tentare? Quidni *Mercator* qui tot ſcorias conquiſiuit, quas ſpecioſo titulorum auguſtiorum velamine circumtectas Chriſtianis venales obtruderet; & callidiorum quos priſca tulit ætas furum vota nuncupare, è re ſua duxiſſe videtur *Sancta Lauerna, da mihi fallere, da ſanctum iuſtumque videri?* At quiſquis is eſt, quibuſcunque eum ſeu nominibus, ſeu cognominibus *Iſidori, peccatoris, Mercatoris*, inſignire placeat, Iſidorus ille Hiſpalenſis Eccleſiæ præſes eſſe non poteſt: Siquidem ſub Recaredo, Liubane, Witterico, Gundemaro, Siſebutho, Suinthilano, Siſenando, id eſt toto illorum tempore, vixiſſe eum Hildephonſus [a] auctor eſt; fatis vero conceſſiſſe certum eſt, vel A.D. 647. vt Vaſæus [b] autumat, vel æra 681. ſeu A.D. 643. vt Rodericus [c] Toletanus; vel Anno 635. vt officium proprium Sanctorum Hiſpaniæ; vel certe æra 674. anno D. 636. Cinthila regnum ineunte, Heraclij Auguſti anno 26. vt Redemptus Diaconus [d] teſtis αὐτόπτης, Braulio [e] Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ Epiſcopus, Lucas [f] Tudenſis Antiſtes, Baronius ad hunc annum, Mariana [g], Gualus [h] & alij, quorum ſententiæ fauet. Characteriſmus Paſchatis à Redempto, ex ipſis Iſidori verbis, notatus; cum enim Iſidorum *pridie nonas Aprilis* diem clauſiſſe conſtanter ſcribant omnes, moneat autem Redemptus, eundem *poſt quatriduum pœnitentiæ* in ipſa [i] baptiſmi ſolennis die ſuſceptæ obdormiſſe; anno mortis Iſidori Paſchalem feſtiuitatem pridie Kal. Aprilis contigiſſe oportet: id autem conuenit anno D. 636. Cinthilæ primo, vt Iſidorum anni huius initio, *Aprilis die 4. feria 5.* obiiſſe neceſſe ſit. Eandem ſententiam firmant Concilij 5. Toletani ſubſcriptiones, cum enim Tudenſis teſtetur Iſidorum anno Cinthilę primo *ad Synodum Epiſcopos conuocaſſe*: cui nec ipſe nec alius Bæticæ Epiſcopus ſubſcripſit, [k] annon coniectura aſſequi licet tunc temporis virum clariſſimum viuere deſiiſſe, prouinciales vero ob Metropolitæ obitum capite carentes domi ſe continuiſſe? His adde, ex Concilij Toletani 6. anno 638. congregati ſubſcriptionibus manifeſtum fieri Iſidorum vltra anni 636. metas vitam producere vix potuiſſe, cum throno eius Theodiſcum inſediſſe ex Luca Tudenſi conſtet, Honorati vero qui, Theodiſco fidei perduelle ob ſcelera amoto, in eius locum ſuffectus eſt, nomen ad finem Concilij huius appoſitum reperiatur. Hinc patet decretalium Epiſtolarum, (quiſquis tandem ille fuit) parentem, ab Iſidoro Hiſpalenſis Eccleſiæ Epiſcopo longè alium fuiſſe, qui nō modo [l] Concilij Toletani vndecimi A.D. 675. ab Iſidori obitu

a ad finem libri Iſidori de viris illuſtribus.
b in Chronico.
c lib. 2. hiſt. cap. 18.
d de obitu Iſidori.
e in Catal. operum Iſidori.
f lib. 3.
g lib. 6. c. 7.
h Annot. in hiſt. Redempti narrationem.
i Verba Iſidori à Redēpto recitata hæc ſunt. *Sacri fontis vnda quam hodie deuotus eſt populus percepturus ſit vobis in remiſſione peccatorum, &c.*
k hanc coniecturā probat Baron. ad A. D. 636. 7. videtur autē eadem ipſius Iſidori teſtimonio ex epiſt. ad Braulionem, cum iā longo gratuatus decumberet, ſcripta, ſuſcepto, fulcita po. e. *Codicem (nouit Iſidorus) etymologiarum cum alijs codicibus de itinere tranſmiſi, & licet inemendatum præ inualetudine, tamen tibi modo ad emendandum ſtatueram offerre ſi ad deſtinatum Concilij locum perueniſſem.* retraxit ergo eum morbi vis, & domum repetere coegit, abiecta ſpe Toletū petendi. l hæc falſi indicia notarunt Baron. in not. ad 4. April. & Rainold. Colliat. cum Harto. cap. 8. Sect. 3. & Cenſuræ de libris apocr. prælect. 179.

39; con-

39. congregati, & ſexti Oecumenici A.D.681.menſe Nouembri,46. ab eodem obitu collecti meminerit;ſed Gregoriorum,ſecundi & tercij, Zachariæ, Bonifacij Moguntini(quem anno 755. obtruncatum vult Baronius)forte etiam Adriani I. qui ad A.D. 796. peruenit, verbis per ſummum nefas adulteratis abuſus fuerit; *Hunc tamen Hiſpalenſem(de quo locuti ſumus) fuiſſe, plura* Poſſeuino [a] *videntur euincere*, quæ breuiter refellemus. {*Primum quod multa verba, quæ in præfatione Collectionis huius leguntur, extant in libro quinto etymologiarum Iſidori Hiſpalenſis.* At id, meo iudicio, aptius eſt ad euincendum, præfationem illam Iſidori fœtum non eſſe. Quis enim probæ notæ ſcriptor *recoctam cramben* lectoribus apponere, & quæ ſemel ſcripſit(nulla cogente neceſſitate)ad verbum repetere ſolet? Deinde cum libros Etymologiarum non ab Iſidoro ſed à Braulione poſt Iſidori obitum editos, doceant nos [b] Hildephonſus & Braulio [c]: quis dubitet Iſidoro poſteriorem fuiſſe quiſquis libros illos deflorauit? 3. Nemini mirum eſſe debet, ſi is qui Iſidori nomen ſumpſit, & ex ligno quolibet Mercurium ſuum finxit, Iſidori, ſub cuius larua deliteſcebat, verbis mendacia ſua incruſtauiſſe dicatur. *Secundum* Poſſeuini argumentum, *Quod non ſolum perantiquus eſt hic Iſidorus, qui* Mercator *dicitur, cuius collectio protenditur à Canonibus Apoſtolorum vſque ad Concilium Hiſpalenſe ſecundum, habeturque in duobus Codicibus Vaticanæ Bibliothecæ, & vno monaſterij Dominicani S. Mariæ ſupra Mineruam; verumetiam quod eidem ipſi Concilio Hiſpalenſi interfuit, ac primas partes tenuit Iſidorus Hiſpalenſis.* Reſp. Si quid hæc probant, id tantum probare videntur, Decretalium compilatorem, non Hiſpanicæ ſed alterius gentis hominem fuiſſe, qui(quoniam ad manum non erant)Hiſpanicorum Conciliorum Catalogum ad ſua tempora pertexere non potuit: vt igitur demus Poſſeuinum in antiquiſſima collectionis Mercatoris noſtri exemplaria incidiſſe, id ſemper fauentibus τῶν παλαιῶν omnium iudiciis obtinebimus, antiquitatem illam annum Domini 800 non ſuperare, nec ad Iſidori ætatem pertingere poſſe; cum ex vetuſtiſſimorum Collectionis huius codicum inſpectione idem ille qui vltra ſecundæ Synodi Hiſpalenſis tempora gradum non promouiſſe dicitur, eorum [d] qui poſt annum 700. vixerunt Epiſtolas antiquioribus monumentis ſiue prudens ſiue imprudens attexuiſſe conuincatur. *Tertium* argumentum, *Quod conſtans ferme fama per omnia tempora percrebuit, auctorem eius collectionis fuiſſe Iſidorum Hiſpalenſem. Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis, in libro de Synodis, Ioannes Gerſon, Trithemius teſtantur ab eodem Iſidoro Hiſpalenſi librum Decretorum fuiſſe conſcriptum.* Reſp. *Fama malum quo non aliud velocius vllum: Cur vero malum,*(vt Tertulliani [e] verbis vtar) *ſi vera ſemper ſit, non mendax plurimum, quæ ne tum quidem cum vera defert, à libidine mendacij ceſſat? Si nemo famam nominat niſi incertus, quia nemo ſit fama ſed conſcientia certus, nemo vero famæ credit niſi ſtultus, quia ſapiens non credit incerto:* non debuit Poſſeuinus ad famæ non *omnium ferme temporum*, ſed circa annum Domini 800. ore mendaci ſeminatæ patrocinium recurrere, ſed ad eius fidem explorandam [f], Baronium & alios monitores audire, nec clauſis oculis errantes ſequi. *Quartum*, ar-

a in verbo *Iſidorus Hiſp.* notabis tamẽ eundem in verbo *Burchardus*, contrariam ſententiam tueri: n. eos *erraſſe qui hanc* compilatorũ Canonum, *laudem S. Iſidoro Hiſpal. tribuunt*: ſic ſibi conſtat Ieſuita.

b ad finem libri Iſidori de viris illuſtribus.

c in Catalogo operum Iſidori. id etiã colligi poteſt ex Iſidori ipſius epiſtola ad Braulionẽ libris originũ præfixa, de qua ſupra.

d inſeruit enim Collectioni ſuæ Gregorij 2 & 3. & Zachariæ epiſtolas.

e ad nationes lib.1.cap.7.

f vide infra.

gumentum, *quod expurgatores, atque emendatores Decreti ac Decretalium, Gregorij 13. pont. max. iuſſu, editorum, in hanc ipſam videntur ſat liquido propendere ſententiam, ſicut initio ante corpus Decreti ſignificarunt. Quamobrem & collector ſiue* Compilator *eſt dictus*: Reſp. Poterat Poſſeuinus & alios in hanc ipſam ſententiam propendentes laudare Pighium [a], Coccium [b], Bellarminum [c], Turrianum [d], Pamelium [e] &c. quos vel falli vel fallere certum eſt. Sed hic locum habet quod ſuo tempore deplorauit Hilarius, *Grauis [f] & periculoſus eſt error in plurimis, & multorum lapſus, etiamſi ſe intelligat, tamen exurgendi pudore auctoritatem ſibi præſumit, ex numero hæc habens impudentia, vt quod errat prudentiam velit exiſtimari, & quod cum multis errat, intelligentiam eſſe aſſerat veritatis, dum minus erroris eſſe exiſtimatur in multis*: id certe deuios in viam reuocare, erroriſque arguere poterat, quod in Braulionis & Hildephonſi (qui cum Iſidoro vixerunt, operumque eius catalogos reliquerunt) ſcriptis, nulla Collectionis Canonum ab eo concinnatę habeatur mentio; ſed tanti non fuit veritatis amor, quanti Romanorum pontificum, quorum à multis iam ſeculis formidoloſa poteſtas fuit, gratia, & pręconcepta de iis qui labendi initium fecerunt opinio.

a Hierarch. Eccl. lib. 6. c. 6.
b theſauri Cathol. Tom. 1. lib. 7. art. 6.
c de Rom. pont. lib. 2. c. 14.
d pro epiſt. lib. 5. c. 23.
e in Tertull. de pudicit. cap. 1.
f Hilar. de trinit. lib. 6. al. initio.

Hiſpalenſis Epiſcopus non fuit Decretalium collector ante A. D. 760.

CAP. III.

ISidorum Mercatorem, ab Iſidoro illo Hiſpalenſi quem A. D. 636. vita functum ſcripſimus, alium fuiſſe demonſtrauimus: Nunc, vt doceamus nullum ab A. D. 636. ad 700. & quod excurrit, in Hiſpalenſi cathedra Iſidorum [g] ſediſſe; Epiſcoporum Hiſpalẽſium ſeriem ex Eccleſiæ monumentis eruemus, ac velut in tabella lineam ducemus ad quam collimantes in ipſa veritatis adyta deducamur.

g ad finem Cõcilij 3. Bracarenſis ſubſcriptus reperitur *Iſidorus Aſturicenſis*, & ad finem Conciliorum Toletanorũ 12. 15. & 16. *Iſidorus Setabienſis*, ſed neuter Collectionis decretaliũ (cuius auctor poſterior fuit anno Domini 760.) compilator eſſe poteſt; nullius alius Hiſpaniarum Epiſcopi qui Iſidorus dictus ſit ſæculo 7. 8. & 9. vſpi. m (quod ſciam) extat memoria.

Iſidorus. quem A. D. 636. obiiſſe diximus.

Theodiſcus. hic libros Iſidori corrupit, reſecans vera, & inſerens falſa, atque per quendam Arabem nomine Auicennam de Latino in Arabem tranſtulit. hic in iis & aliis pluribus infidelis inuentus & erroneus in articulis fidei comprobatus, per Synodum ab Archiepiſcopali dignitate degradatus eſt, aſſerebat enim Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cum patre & Spiritu S^to non eſſe vnum Deum, ſed potius adoptiuum. Hic (vt dictum eſt) priuatus honore ſacerdotij ad Arabes tranſiit, & ſectæ pſeudoprophetæ Mahometæ adhæſit, & plura docuit deteſtanda ſub Imp. Heraclio, *hactenus Tudenſis.*

Honoratus. hic 6. Concilio Toletano ſubſcripſit Æra 676. ſeu A. D. 638.

Ante-

Antonius. hic A.D.646.ſubſcripſit Concilio 7.Toletano,& A.D. 653 Concilio 8.

Fugitiuus. hic concilio Toletano x.ſubſcripſit Æra 694.A.D.656.

Iulianus. hic Concilio 3.Bracar.ſubſcripſit A.D.675.& Toletano 12.A.D.681.

Floreſcindus. hic Concil.13. Toletano ſubſcripſit, Æra 721. ſeu A.D. 683. Concilio Toletano 15. A.D. 688.& Concilio 14. per Gaudentium abbatem Vicarium A.D.684.

Felix. hic abdicato Siſberto Toletano læſæ Maieſtatis reo, de Hiſpalenſi ſede in Toletanam traductus eſt Synodi 16.Toletanæ,cui etiam ſubſcripſit A.D.693.

Fauſtinus. hic ex Eccleſiæ Bracarenſis Epiſcopo, iubente eadem Synodo, Hiſpalenſis Eccleſiæ præſes factus eſt, quoto vero Epiſcopatus viuere deſierit, latet.

Oppa. hic à Witiza patre Archiepiſcopatu Hiſpalenſi auctus, *poſtea in exilium miſſo Toletanæ Eccleſiæ Epiſcopo, vtrique Eccleſiæ præfectus eſt (*Lucas Tudenſis, & Rodericus Tolet.lib.* 3. *cap.* 18.) quo id anno præciſe factum id ſit neſcimus: hoc vnum certum eſt Witizam A.D. 710.obiiſſe; anno vero 718. Oppam à Pelagio duce captum fuiſſe.

* loquitur quaſi id contigiſſe velit. Lucas Æra 731. id eſt A.D. 695. quo ſimul cū patre Egicane regnare cœpit Vvitiſa.

Ioannes. hic eodem tempore ſedit Hiſpali, quo Urbanus,Oppæ intruſo oppoſitus Eccleſiam Toletanam rexit. *Roderic. Tolet.lib.*4.*cap.*3. regnante Abdulazi A.D.717.*Vaſæus in Chron.* vide *Marian.hiſt.lib.*7.*cap.*3.

Verus. hic Epiſcopatum adminiſtrauit Pipino regnante. *Trithem.* ſub Froila Alphonſi Æra 795. ſeu A.D.754. mortui filio, circa A.D.760. aut 61. *Vaſæus in Chronico*,& *Mariana lib.*7.*cap.*6.

Hinc patere poteſt, illi, qui *Iſidorus* ſiue *Mercator*, ſiue *peccator* dici voluit, in Hiſpalenſium Epiſcoporum ſerie, ad A.D.760. quo forte nondum natus erat, locum nullum eſſe poſſe.

Decretalium collectorem Hiſpanum fuiſſe veriſimile non eſt.

CAP. IV.

NOn equidem is ſum qui poſt Verum, Sarracenis rerum iam potientibus, circa A.D.760. Hiſpalenſi ſedi præfectum, Eccleſiaſtici regiminis clauum, Epiſcopos alios tenuiſſe negem. Paternæ ū enim miſerationum, etiam dum ᵃſpargeret iram, memor Dominus, vltionis tremendæ diem ᵇnouit, *quaſi caminum ſuccendi* qui miſeris po-

a Habac.3.2.
b Malac.4.1.

pulis, *nec radicem relinqueret, nec ramum*: in lamentabili Hiſpaniæ totius ſtrage, & ineluctabili Gothicæ reipub. ruina, flebiles manſerunt Eccleſiarum afflictarum reliquiæ, [a] *velut vmbraculum in vinea, & tugurium in cucumerario*, nec dira Sarracenorum immanitas Chriſtianis gregibus paſtores, aut paſtoribus omnem * conueniendi poteſtatem ademit: fœdo tamen ſqualore obſeptam Hiſpanicæ Eccleſiæ faciem miſerandamque piorum omnium ſub Mahumetano iugo conditionem fuiſſe, vltro fatetur Mariana hiſt. lib. 7. cap. 8. *In tantis* (ait ille) *tenebris tantaque malorum omnium colluuie, non offendere, non fœdari miraculi inſtar eſſet. Quis enim in grauiſſima ſeruitute literis locus, cum oppreſſi vectigalibus vitæ neceſſaria ſubſidia comparare cogebantur: ſilebant Eccleſiæ Concilia, quibus diſciplinam Eccleſiaſticam adſtringere, & reip. vulnera ſanare Veteri inſtituto ſuſceptum erat; Proceres & populus pro ſe quiſque vt collibitum erat, ita vitam inſtituebant, atque de rebus diuinis nullo prohibente, pro voluntate proque arbitratu ſinguli ſentiebant, quæ magna pernicies eſt.* Jacuiſſet plane ſub immani ruinarum mole ſepulta Eccleſiæ Hiſpanicæ ad A. D. 850. memoria, niſi nos famoſus auctor Elipandus [b], in epiſtola ad *Fidelem* Abbatem ſcripta, non modo ſe ab *Aſcarico* Epiſcopo (cuius meminit Indiculus Epiſtolarum Adriani I.) conſultum; ſed ſe etiam, *ceteroſque fratres ſuos in Hiſpalitanis diiudicaſſe, & (Deo auxiliante) tam in feſtis Paſchalium, quam in ceteris erroribus Migetianorum* [c] *hæreſim emendauiſſe*, monuiſſet; quod per Synodi *Hiſpali conuocatæ* Decretum Vaſquez [d], alij (inter quos [e] Garſias) per libellum non ab Elipando, ſed à Petro cognomento *pulchro* ad Verum Hiſpalenſem ſcriptum, factum putant; Monet nos etiam Epiſtolarum Adriani I. Indiculus, ſcriptam ab eo ad Egilam Hiſpanum Epiſcopum Epiſtolam, cuius ſumma ibidem recitatur. Motâ præterea à Felice Urgelitano & Elipando Toletano *de Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum humanam naturam filiatione*, controuerſiâ, Neſtorianam ſententiam & viua voce & ſcriptis editis propugnauit Elipandus, quam Beatus presbyter, & Eterius Uxamenſis Epiſcopus (apud Aſtures [f] cum aliis multis Epiſcopis Maurorum tyrannidem fugientibus exulans) contrario ſcripto [g] confutarunt: damnarunt vero Germaniæ & Galliæ Epiſcopi [h] Ratiſbonæ A.D. 792. Itali Forouulij A. D. 795. & Romæ A.D. 792. Concilio denique occidentis totius Francofurti coacto A.D. 794. Latini omnes.

Hinc de Eccleſiaſticis apud Hiſpanos rebus altum vbique ſilentium ad A.D. 851. quo ſpiſſas infelicis ſeculi tenebras ſcriptiunculæ perbreuis tenui radio leuiter diſcuſſiſſe videtur Eulogius Eccleſiæ Cordubenſis presbyter, à Mauris anno D. 859. cæſus antequam Toletanæ Eccleſiæ poſt Wiſtremiri dormitionem, curam capeſſere potuiſſet; is in epiſt. ad Willeſindum Pampelonenſem ſub Chriſtianorum principum vmbra quieſcentem, refert, ſe circa A.D. 827. ſolum vertere coactum Pampilonæ diuertiſſe, in reditu Seniori Cæſarauguſtano, Siſemundo Seguntienſi, Venerio [i] Complutenſi, & Wiſtremiro Toletano innotuiſſe, tandem vero *æra* 889. *exarſiſſe* [k] *ſæuum aduerſus Dei Eccleſiam furorem tyrannicum*; qui, *omnia ſubuertit, omnia vaſtauit, vniuer-*

[a] Eſai. 1. 8.

* ea lege toleratos à Mauris Chriſtianos fuiſſe, vt Mahometanę ſectę non detrahe-rent, ex libro Ms. cuius titulus *Indiculus luminoſus*, colligit Amb. Morales ad librum 1. Eulogij. idem nos Eulogius ipſe docet, vt mox liquidius conſtabit.

[b] Vide librũ Beati & Eterij aduerſus Elipandum.

[c] qui fuerint illi Migetiani dicat qui poteſt.

[d] Vaſquez Tomo 1. in 3. p. Thomæ diſp. 89. cap. 1.

[e] Garſias in notis ad decretum Gundemari.

[f] Vide Vaſq. loco citato.

[g] æra 823. id eſt A. D. 785.

[h] Vide Annales anonymos à Pithœo editos, Fuldenſes, Rheginonem Adonem &c.

[i] eius meminit lib. 2. memorialis SS. cap. 7.

[k] Idem in documento martyrij repleta ſunt penetralia car-

vniuerſa diſperſit, *retrudens carcere Epiſcopos*, *presbyteros*, *Abbates*, *Leuitas & omnem Clerum*, adeo vt *Eccleſiá— viduatâ— ſacro miniſterio*, *priuatâ— oráculo*, *alienatá— officio*, Hiſpanis *neque oblatio*, *neque ſacrificium*, *neque incenſum*, *neque primitiarum* locus fuerit: Idem Epiſcopi Cordubenſis [a] cuius tamen præterit [b] Spera in Deo [c], Frugelli [d], Martini archimandritarum, aliorumque nempe [e] Saluatoris S. Felicis [f]; Felicis Pinnæ Mellariæ; [g] Odoarij Legerenſis; Odoarij Seraſienſis; Athilij Cellarienſis; Scemeni Igalenſis; Dadilanis Hurdaſpalenſis, & Cœnobiorum [h] Tabanenſis [i], Cuteclarenſis, Sanctorum [k] Juſti & Paſtoris, Sancti [l] Saluatoris, Sancti [m] Geneſij, Baſilicarum denique [n] Aciſcli, Zoili [o], Chriſtophori [p], Cypriani [q], Coſmæ & Damiani [r] &c. meminit: id vero maxima admiratione dignum videtur, quod cum ſummo ſtudio eorum omnium qui ſæuiente— perſecutionis procella martyrium fecerunt catalogum ſcripſerit, & locorum omnium vnde ſinguli prodierunt nomina in numeros retulerit, verbi gratia [ſ] Acci [t], Albigæ Aquitanicæ [u], Aſtigis [x], Bethlehemi, [y] Boſcæ Compluti, [z] Cordubæ [a] Egabræ [b], Eliberis [c], Illipulæ [d], Italicæ [e], Oſſariæ [f], Pacis Iuliæ [g], Toleti [h], Tucci [i], Imo & viculorum minimorum, Tabanorum [k], Cuteclaræ [l], Froniani [m], Auſinianorum [n], Fragæ [o], Leiulæ [p], Palmæ [q], Parapandæ [r] Roianæ [ſ], Tertiorum [t], memoriam recoluerit; nunquam vel Eccleſiæ, vel Epiſcopi, vel fidelium Hiſpalenſium, ſemel tantum [u] *Hiſpalenſis prouinciæ* ſemel *oppidi* [x] mentionem fecerit, ac ſi tum eiurata Chriſtianiſmi profeſſione, abominandis infidelium βδελύγματι polluti Hiſpalitani ad impios eorum ritus penitus defeciſſent.

Silentij huius cauſa eſſe non poteſt, quod Eulogius, de ſolis Cordubenſis prouinciæ martyribus libellum memorialem ſcribere inſtituerit; cum enim tres Maurorum in Hiſpania regias fuiſſe conſtet, Hiſpalim A. D. 717. [y] regnante Abdulazi ſubactam, Cordubam poſt A. D. 821. regni caput effectam, & Carthaginem nouam: Abdarragmanis imperium agnouiſſe omnes; [z] Eulogiumque non modo Martyrum è Cordubæ vicinia oriundorum, aut Eliberitanorum, & Accitanorũ, Carthagini; aut Italicẽſium & Tuccitanorum Hiſpali viciniorum, ſed Pacenſiũ [a], Luſitanorum, & exterorum, Bethlehemitæ, Galli, Getuli [b] paſſiones deſcripſiſſe palam eſt. Cur de Hiſpalẽſibus ſiluerit cauſa hæc veriſimilior, quod eorũ nemo Mauros Dominos, occaſione ſæuiendi data, prouocare auſus fuerit; cum iam apud Hiſpanos [c] plurimi, eorum qui (præpoſtero pro Chriſtiana fide zelo accenſi) tyrannorum aduerſus pios omnes gladios acuebant, ardorem improbandum ducerent, & congregati, iuſſu regis, Epiſcopi Concilio facto vetuiſſent: ne quis vlterius ad hanc palæſtram ſponte ſua curreret: agnoſcit id

ceteris clericorũ cateruis, viduata eſt eccleſia ſacra præſulum & ſacerdotũ officio. horrent diuina tabernacula ſqualidam ſolitudinem, aranea texit templum, tenent cuncta ſilentium.

a memorialis lib. 3. c. 7. & in apolog. 55.
b lib. 2. & lib. 2. c. 8.
c lib. 2. c. 4.
d lib. 2. ca. 2. &c.
e lib. 2. c. 8.
f lib. 3. c. 11. 13.
g epiſt. ad Vuilleſindũ.
h in præfat. memorialis & lib. 2 c 10. & lib. 3. c. 7. 10.
i lib 2. cap. 8. lib 3. c. 17.
k ibid.
l lib. c. 7 11.
m apologet.
n lib. 2. c. 1. 8. lib. 3. cap. 8.
o lib. 2. c. 6.
p lib. 2. c. 10.
q lib. 2. c. 12. lib. 3 cap. 10.
r apolog. ad finem.
ſ memor. li. 3 c. 7.
t lib 2. c 3.
u lib. 2. c. 4.
x lib. 2. c. 10.

y lib. 2. c. 7. z lib. 3. c. 2. a vbique fere. b lib. 3. c. 14. & in apol. c lib. 3. cap 11. & 13. d lib. 2. c. 4. & 8. e lib. 3. c. 15. f lib. 2. c 8. g lib. 2. c 5 h lib. 2. c. 9. i lib 3 ap. 13. k lib. 2. c. 2. l lib. 2. c. 4. m lib. 2. c. 4. & 8. n lib. 2. c. 8. o lib. 2. c. 11. p Ibid. q lib 2 c 13. r lib. 3, c. 13. ſ lib. 2. c. 11. t lib. apolog. u lib. 3 cap 17. x li 2. cap. 8. y Vaſæi Chron. z Eulog. memor. lib. 2 c. 1. a lib. 3. c. 15. b. lib. . c. 8. c inter [illegible] ius propugnatores vehementior fuiſſe videtur Hoſtigeſius Malacitanus [illegible], aduerſus quem Samſonis Zoili abbatis apolog. ſcripſiſſe dicitur; eo quod in Concilio Cordubenſi Hoſte-

Eulogius memorialis ſanctorum lib.2. cap.15. licet ambiguis verborum anfractibus obſcuratum & per ſimulationem editum decretum Synodicum fuiſſe ſentiat. *Quidam* (inquit ille) *publicæ rei exceptor, prepotens vitiis & diuitiis, ſolo Chriſtianiſmi nomine denotatus, operibus autem Deo & angelis eius ignotus, à principio certantibus beatorum infenſus detractor, derogator & infamator eorum, iniquus, tumidus, elatus, ſuperbus & improbus, quodam die (præſente Concilio Epiſcoporum) multas aduerſum me linguam commouens, exaggerauit contumelias. Anathematizare ſanctos decernit talia meditantes, maledicere imperat, perſequi ſtylo iubet electos: Verens infeliciſſimus omnium, ne iacturam honoris patiatur, qui non ſolum nullam reuerentiam ſanctis exhibere ſtuduit, verumetiam prædicare finiſtrum eſſe quod agunt in populis præcepit. Et* [a] *quanquam metu compulſi & Metropolitanorum iudicio, qui ob eandem cauſam tunc è diuerſis prouinciis à rege fuerant adunati aliquid commentarentur, quod ad ipſius tyranni ac populorum ſerperet aures: inhibitum eſſe martyrium, nec licere cuiquam deinceps ad paleſtram profeſſionis diſcurrere, præmiſſo pontificali decreto ipſe literæ nuntiarunt: Eadémque ſcheda nimime decedentium agonem impugnans, quod futuros laudabiliter extolleret milites percipitur; verumtamen allegorice edita niſi à prudentibus aduerti non poterat: Non tamen inculpabile illud fuiſſe putamus ſimulationis conſultum, quod aliud geſtans & aliud ſonans, quaſi à diſcurſu martyriali plebem compeſcere videbatur; Quinimo, niſi legitima ſatisfactione, ſaltem pro plebe, nullatenus remittendum eſſe confitemur.*

At qualis qualis fuiſſe dicatur Concilij ſententia, id tandem maximo Eccleſiarum diſpendio, luctuoſa experientia comprobauit, Eulogio conſentientes iam plus ſatis ad ſæuitiem procliues Maurorum animos in apertum furorem propuliſſe, *ex illo* enim in peius *ruere & retro ſublapſa referri* fidelium res apud Hiſpanos cœpit: Antea forte exactionibus grauati *lunariter* [b] *ſoluere* cogebantur *graui cum mœrore tributum, tactu indumentorum ſuorum indigni* ab infidelibus iudicabantur; falſorum fratrum iniuriis obnoxij erant [c], qui *importabili cenſus onere colla miſerorum aggrauabant*, vtut [d] *contumeliis obruti*, & mordacibus petulcorum Mahumetanorum dicteriis impetiti pij, maxime Clerici; viuebant tamen, liberè, publicè, etiam [e] ſigno dato, & ad campanarum pulſum conueniebant; at poſtquam eorum quidam infelici auſu ignem gladio fodicarunt, *omnibus* [f] *imminens interitus multos errare compulit*: palatini omnes abdicati, tributarij facti [g], *noua baſilica deſtructa, antiquis nuper adiecta* ornamenta ablata; rebellantes armis coerciti, interrupta Præſulum ſucceſſio, diuina humanaque iura omnia violata ſunt; hinc Toletum regia olim ciuitas [h] *per annos* 150. *paſtore* deſtitutum [i], *abſcondito Dei iudicio* 366. *annos à Mauris poſſeſſum, Chriſtiani pontificij dignitate* caruiſſe dicitur, donec [k] Æra 1133. vel 1123. vel 1121. ab Alphonſo 6. Mauris eſt ereptum. Quis meliora ſibi ſpondeat de Corduba? quis de Hiſpali, quam primus Sarracenorum impetus ſub iugū miſerat, vt

glesius ipſum hæretica dixiſſet. Vide Ambroſij Moralis notas in lib.1. Eulogij & Garſiam in decretū Gundemari.

a an hæc Epiſcoporum mens fuerit, iudicet lector; videtur enim idem de iis qui infideles ad vim inferendā cogerēt ſtatuiſſe: ac de iis qui Idola frāgendo mortem paſſi erāt A.D.305 ſtatuerant Eliberitani patres can. 60. Viderit etiā an Mariana fidelis Concilij Cordubenſis interpres dici mereatur: dum lib. 7.c 15. ſcribit, *patrum* A.D. 851. Cordubæ congregatorum, *ſententia iniuriarū damnatos, quicunque iſti olim cum Mauris fœderis cōditiones violaſſent.*

b memorial. lib.1.p.651.

c lib.3 cap.5.

d vide *indiculum luminoſū* verba ab Ambroſio Morale citata in 1. lib. memorial.

e lib.1 p.651.

f lib.2. memor. cap.16.

g lib.3. cap.13.4

h Garſias in decretum Gundemari.

i Verba Vrbani Papæ & Alphonſi ab eod citata.

k ſic Roderic. Tolet. lib.6.cap.23. & alij.

longiſſi-

longiſſimam 500. ad minimum annorum ſeruitutem ſeruiret, ad annum nimirum [a]1216. vel [b]1217. vel [c]1247. quo Ferdinandus III. Caſtellæ & Legionis rex ſeruile iugum à nobiliſſimæ vrbis ceruicibus deiecit? Obteſtor tuam fidem, lector, poſſis ne in animum inducere, eos quos immenſa miſeriarum voragine imóque malorum omnium gurgite per tot ſecula demerſos audiſti, adeo *induruiſſe malis*, vt illo ipſo tempore, quo vix ſe à pauore recipere, vix reſpirare ipſis licuit opportunum ducerent, non iniurias quoquo modo propulſare non animos ex ipſo periculi imminentis intuitu ſumere, ſed λήρους ληρεῖν, & in mendaciorum plauſtris conuehendis malam operam male locare, vt diuino oraculo ſua fides conſtaret [d], *dens putrida dimotuſque pes eſt mendacis fiducia in die anguſtiæ?* Si (vt ſapienter monet [e] Siracides) *muſica in luctu intempeſtiua eſt*, imo ſi Salomonicam parœmiam non modo Dei loquentis auctoritas ſed experientia ipſa indubitatam fecit; [f] eum *qui carminibus conſtat ſuper corde afflicto, paranti ſericum in die frigoris, & acetum* fundenti *ſuper ſaponem ſimilem* eſſe; quis triumpharos à Sarracenis Hiſpanos in fabulis comminiſcendis animos oblectaſſe, dicam amplius, quis eos fabularum anilium portenta & nænias audire patiéter potuiſſe ſibi perſuadeat, quas non ingenij ærumnoſi, anxij, ἐξαπορουμένου, ſed laſciuientis in nimia pace, adeóque otio abutentis fœtus eſſe conſtat? iis certe quibus (vt cum Paulo [g] loquar) ἔξωθεν μάχαι ἔσωθεν φόβοι nugari ex profeſſo non vacat; quoſque variis ac tenacibus anguſtiarum vndique prementium doloribus conflictatos ſcimus, incredibile eſt in ipſo malorum ſenſu, quando gemitus exprimit ipſa incumbentium calamitatum grauitas, ſimplicioribus tendiculas, dolóſque nectere vt in errorem fœdum prolapſi, ea vera, ſancta, veneranda--putent, quæ *non ſani eſſe hominis non ſanus iuret Oreſtes.*

Eorum igitur opinioni aſſentiri nondum poſſum, qui Hiſpanum decretalium Epiſtolarum ſiue Collectorem ſiue auctorem fuiſſe volunt; cum Bæticos, Carthaginenſes, Luſitanos ſub Maurorum tyrannide miſerrimam vitam traxiſſe, Gallæcos, Aſtures, Cantabros, Tarraconenſes, Gallorum auxiliis, vix ſuſtentatos quotidie in procinctu eſſe, quotidie pro vita, fide, libertate, pugnare ad annum Domini 900. coactos fuiſſe videam: oportet itaque (mea ſententia) vt qui Hiſpanum tot ſomniorum patrem quærunt, eum in alieno ſolo, extra omnem periculi aleam conſtitutum, non dicam vixiſſe, ſed vigilantem ſomniaſſe ſtatuant; quâ de re infrà videbimus. Quicquid ſit neminem negaturum confido, Hiſpanos in eo rerum ſtatu, librorum præſidiis, pacis artibus, literariis ingeniorum exercitamentis deſtitutos, acie mentis obtuſa fœdam rubiginem contraxiſſe, qua obducti ad errandum quam ad fallendum procliuiores fuerint; Præterea *cui bono* finxiſſent, quæ à delirante planô ſcripta Deo fauente demonſtraturi ſumus? Qua ſpe, quo præmio illectos putabimus vt Eccleſiaſtici regiminis antiquam formam peſſundarent, Romanóſque Epiſcopos cunctipotentes pronuntiarent? Quid ad excutiendum vel ſaltem ſubleuandum Mahumetanorum iugum opis ſibi ab illis polliceri poterant, qui

a L. Marinæus de reb. Hiſpan. lib. 7. Roderic. Sancius hiſt. parte 3. cap. 39.

b vide Roderic. Tolet. in hiſt. Arab. Frāciſc. Taraphā in Ferdinando III.

c Mariana Hiſpalim tributum pendere coactam vult A. D. 1246. obſeſſam Anno 1247. Auguſti 20. captā, eod. anno Ferdinandum triūphantem admiſiſſe Decemb. 20. lib. 13. cap. 5. & 7.

d Prou. 25. 19.

e Eccleſ. 22. 6.

f Prouerb. 25. 20.

g 2. Cor. 7. 5.

Romam à Longobardorum & Saracenorum incurſionibus alienis viribus ægre tutari Italiæ trientem, Siciliam totam Chriſtianis eripi paſſi ſunt? Id etiam me mouet, quod cum plurimas ad Gallos [a], Italoſque à priſcis vrbis Epiſcopis epiſtolas dictatas mentiatur ἀποσόλοικος, bis tantum Hiſpaniæ [b], bis Bæticæ [c], ſemel Cordubenſis [d] prouinciæ meminerit: quod opinor non feciſſet Hiſpanus de patriæ gloria etiam ex pſeudepigraphis ſcriptionibus paranda ſollicitus. Id denique ſuſpicionem auget, quod in lutulenta epiſtolarum decretalium congerie multi Gallofrancorum & Longobardorum idiotiſmi legantur; Hiſpanorum, [e] quales ex Eterij, & Eulogij ſcriptis annotari poſſunt à curioſis, nulli; quis enim credat in tanta ſeculi barbarie impolitiſſimum, ſed cuius impudentia omnem fidem ſuperat ſcriptorem alienam balbutiem ita perpetuo affectare potuiſſe, vt à natiua ſemper abſtineret; nec ſibi, vel imprudenti, verbulum excidere pateretur, vnde cuias eſſet, deprehenderet emunctæ naris lector? Iudicent φιλαλήθεις.

a vide infrà.
b Pſeudo-Sixtus II. epiſt. 2. & Pſeudo-Melchiades.
c Pſeudo-Anterus & Pſeudo-Eutychianus epiſt. 1.
d Pſeudo-Dionyſ. epiſt. 2.
e *Verbi gratia* in an. e, in amplius, glorioſiter, deicola, itus, *&*, itum *pro itinere*, adepſit *pro adeptus eſt*; metal ulum, *pro ſpatio*, victoriare, oramen, ardoritas, vindicium, deliquiũ *pro peccato*, multiplicus *pro multipiex*, ſol *pro die* &c.

Decretalium Epiſtolarum collectorem Germanofrancum vel Gallofrancum fuiſſe veriſimile eſt.

Cap. V.

DIximus ex ipſa corniculæ furacis crocitatione & vitioſi ſermonis charactere, ætatem eius nidumque deprehendi poſſe; licet enim nullum adeo barbarum ſcriptorem à Caroli magni & poſterorum æuo natum videamus, qui Epiſtolarum decretalium artificis impuritatem æquauerit; in tammultis tamen ingenium & ſoli quod Carolus calcauit, & ſeculi quo vixit refert, vt nemo, niſi qui ſibi ſponte oculos eruerit negare id audeat: præſertim ſi (vel in tranſcurſu) Stephani III. & IV. Adriani I. Leonis III. & ſucceſſorum epiſtolas, Anaſtaſij bibliothecarij ſcripta, Germanofrancica ſub Pipino, Carolo, & Ludouico pio congregata Concilia, & Capitularium Caroli M. Ludouici pij, & Caroli Calui libros legerit. Nec vero ſi ſpurciſſimi ſermonis vitia à bipedum omnium nequiſſimo abeſſent, cum Caroli magni ætate ſuperiorem dici paterentur abſurdiſſima illa commenta quæ imperitiſſimum hiſtoriæ politiæque non modo primitiuæ Eccleſiæ, ſed etiam Veteris Romanorum reip. nebulonem produnt. Unde enim portentoſa ab eo conficta priſcorum apud Ethnicos Magiſtratuum nomina *, *Archiflamines, Primiflamines, Primates legis ſeculi, primi legis ſeculi Doctores*: vnde *Primates, Archiepiſcopi, Patriarchæ* etiam *vniuerſales*, in Eccleſia ante 4. ſeculum? vnde appellationes ex toto orbe ad Romanum Papam? vnde paradoxa vix opinabilia, *Non licere populis, imo nulli fas eſſe Epiſcopos accuſare; Illa ſola Concilia rata eſſe quæ Romanus Antiſtes rata habuerit; licere quidem Metropolitis Epiſcoporum cauſas audire, at ſolius Papæ eſſe ſententiam definitiuam pronuntiare?* &c. vnde inquam illa omnia præterquam ex ſumma impudentiſſimi ſaperdæ cæcitate, qui quicquid in buccam venit in chartam deſpuit, & quæ ſuo forte tempore patronos

* vide 1. Pſeudo-Clem. epiſt.

primum

primum nanciſcebantur *κυρίας δόξας* primis Eccleſiæ toto orbe celeberrimæ Epiſcopis adſcribere non eſt veritus? Germanofrancum autem fuiſſe id (præter ſtyli barbariem) inſinuare videtur, quod cum [a] ad Hiſpanos nonnulli quinque Epiſtolas; ad [b] Italos & [c] Campanos octo, ad [d] Ægyptios tres, ad [e] Afros & Mauros duas, ad [f] Orientales 5. ſcriptas finxerit ad Gallos 8; Germanoſque à veteribus vrbis Epiſcopis datas decem populo perſuaſum voluerit: hac forte opinione ſibi blanditus, Gallicanam [h] Diœceſim iam per ſe ſatis nobilem, eo quod veræ fidei inter omnes Occidentales tenax fuiſſet, [i] monſtriſque (vt cum Hieronymo loquar) *caruiſſet*, inde nobilitari poſſe ſi priſcis Eccleſiæ Romanæ præſulibus chariſſima fuiſſe videretur.

Addenda etiam duo quæ idipſum non modo inſinuent, ſed, vel ab inuitis, propemodum extorqueant: alterum, quod maleferiatus impoſtor inter alia plurima poſt A.D. 700. edita ſcripta, Bonifacij Moguntini ad Ethibaldum regem epiſtolam poſt A. D. 744. datam, & Cangith abbatiſſæ epiſt. aliam poſt Annum 720. ad eundem Bonifacium ſcriptam defloravit. Unde enim, cuius ope, qua via, in Hiſpanorum vix tunc animam trahentium manus veniſſent familiares hæ, præſertim muliebres, epiſtolæ? at nemo mirabitur eaſdem ſub Germanofrancorum manu fuiſſe, inter quos ab A. D. 719. ad 754. vixit Bonifacius, quoſque & infularum & ſchedarum & eorum omnium quæ domi recondita habuit, hæredes reliquit. Alterum, quod primi omnium Moguntini, Epiſtolarum Romanis antiſtitibus ſuppoſitarum collectionem in medium protraxerunt, & per totum orbem diſſeminauerunt, vt eam ab hoc fonte ad hominum famam profluxiſſe, & à Germanofrancis ad cæteras nationes dimanaſſe conſtet: Cum igitur leges [l] *eum qui famoſi libelli vim manifeſtauerit, quaſi auctorem delicti, capitali ſententiæ ſubiugandum* pronuntient, quis immenſam chartarum *in* ſanctiſſimorum piiſſimorumque Chriſti martyrum & confeſſorum *iniuriam vel infamiam* à ſceleratiſſimo impoſtore *propoſitam* congeriem à Moguntinis aſſeruari, legi, offerri, publicari audierit, eoſque vel vt *criminis auctores*, vel vt culpæ affines, *ex lege (donec auctorem prodiderint) retinendos* eſſe dubitauerit? Teſtes in atrociſſimi criminis accuſatione expectas, benigne lector: at præſto ſunt, iique fide digniſſimi; & propter patriam, Francus enim vterque fuit; & propter dignitatem, vterque enim è Clero; & propter ætatem, eodem enim vterque ſeculo vixit, quo primum prodierunt confictæ in Eccleſiæ Chriſtianæ diſpendium decretales epiſtolæ: & propter ſtudium, vterque enim eas citauit: alter forte è numero planorum qui eas ſuppoſuerunt; alter initio deceptus, ſed qui, errore agnito, inter monitores locum obtinere mereatur, vt ſuo loco dicemus.

a vide ſupra.
b Pſeudo-Anaclet. epiſt. 2. Pſeudo-Pius epiſt 2. Pſeudo-Soter epiſt. 2. Pſeudo-Damaſus epiſt. 7. Pſeudo-Ioan. I. ep. 2.
c Pſeudo-Soter epiſt. 1. Pſeudo Euſeb. epiſt. 3. Pſeudo-Pelag. II epiſt.
d Pſeudo-Euariſt epiſt. 2. Pſeudo-Euſeb. epiſt. 2. Pſeudo Zepher. epiſt. 2.
e Pſeudo-Victor epiſt. 2. & Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4.
f Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. Pſeudo-Marcellin. epiſt. 2. Pſeudo-Iulius epiſt. 1. & 2. Pſeudo Sixt. III. epiſt. 1.
g Pſeudo-Anicetus epiſt. vnica. Pſeudo-Eleuther. epiſt. vnica. Pſeudo-Caliſt. epiſt. 2. Pſeudo-Lucius epiſt. vnica Pſeudo-Felix I. epiſt. 2. Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1. Pſeudo-Anaſtaſ. I. epiſt. 1. Pſeudo-Leo epiſt. 88. Pſeudo-Ioãnes III. epiſt. vnic. Pſeudo-Pelag. II. epiſt. 9.
h inter Gallicanæ Diœceſeos prouincias 17. fuere, *Germania* 1. ſub Moguntiaco, & *Germania* 2. ſub Colonia Agrippina metropoli: vtraque etiam ſub Gallofrancorum imperio fuit.
i Hieron. aduerſ. Vigilantium.
k Vide epiſt 1. Pſeudo-Anacleti.
l Cod. Iuſtin. lib. 9. tit 36. c. vnica. Theod. lib. 9. tit. 34. c 9. 10. cum Aniani interpret.

Primus nominandus venit librorum 5.6. & 7. Capitularium, poſt Anſegiſum Lobienſem Abbatem, collector Benedictus Eccleſię Moguntinæ Leuita, is enim in præfatione quam farragini à ſe compilatorum Canonum præpoſuit, aſſerit, ea *quæ ſub ſequentibus tribus libellis ipſe coadunare ſtuduit, in diuerſis locis*[a], *& in diuerſis ſchedulis, ſicuti in diuerſis Synodis, ac placitis generalibus edita erant, ſparſim inuenimus: maxime in S. Moguntiacenſis Metropolis Eccleſiæ ſcrinio à Riculpho eiuſdem S. ſedis Metropolitano recondita, & demum ab Autcario ſecundo eius ſucceſſore atque conſanguineo inuenta reperimus quæ in hoc opuſculo tenore ſupraſcripto inſerere maluimus:* Benedicti teſtimonium confirmat Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus libri aduerſus Hincmarum Laudunenſem poſt A.D.[b] 870. ſcripti cap. 24. *Quia* (inquit) *forte putaſti neminem alium eaſdem ſententias vel ipſas Epiſtolas præter te habere, & idcirco talia libere te exiſtimaſti poſſe colligere, res mira eſt, cum de ipſis ſententiis plena ſit iſta terra; ſicut & de libro collectarum Epiſtolarum ab Iſidoro, quem de Hiſpania allatum Riculfus Moguntinus Epiſcopus in huiuſmodi, ſicut & in capitulis regijs*[c], ſtudioſus *obtinuit, & iſtas regiones ex illo repleri fecit.* In eandem ſententiam incertus auctor de Benedicto Leuita verba faciẽs, hæc[d] habet, *Benedictus Moguntiacenſis Eccleſiæ Leuita, capitula quædam regalia, Synodalia, & alia collegit, ex ijs quæ in ſcriniis eiuſdem Metropolis reperiri fecerant Ricolphus Archiepiſcopus qui monaſterium S. Albani renouauit, & Moguntinæ Synodo ſub D. Carolo præfuit, & Otgarius eius conſanguineus & ſecundus poſt Aiſtulphum ſucceſſor* &c.

Ex trium horum (quos velut vno ore loquentes audiuiſti) teſtificatione, habes lector, ſcrinia Moguntina decretalium (ſi Deo placet) Epiſtolarum vel officinam vel emporium fuiſſe, & Moguntiaci ſi non officinatorem, ſaltem tabernarium qui promercales nænias venditaret egiſſe Ricolphum Moguntinorum Epiſcopum, quem refertam decretalium penum habuiſſe vel inde conſtare poteſt, quod Capitularium lib. 7. cap. 205. *Gregorij Papæ epiſtolam Wormatiæ* dicitur *attuliſſe,* cuius nulla nec ante fuerat, nec poſt fuit memoria. Is *Lullo*, quem *in Cathedra Bonifacij annos* 32. ſediſſe volunt, *defuncto ſucceſſit*[e] A.D. 786. vel certe (ne de re nihili cum quoquam litem moueamus)[f] Anno 787. circa finem Octobris. Eodemque tempore, nempe Indictione[g] 9. Septembris 19. ab Hadriano I. promulgata dicitur[h] 80. vel 72.[i] Canonum farrago hoc titulo, *E Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis atque Decretis præſulum ac*[k] *principum Romanorum, hæc capitula ſparſim collecta ſunt, & Ingelramno*[l] *Mediomatricæ vrbis Epiſcopo, Romæ à B. Papa Hadriano data ſub die 13. Kalend. Octobris, quando*[m] *ſui negotij cauſa agebatur* hanc collectionem quæ poſtea[n] Hincmari nec ſuſpicionem effugit

a nota, lector, Benedictum hunc *ſparſim edita* inueniſſe quę deſcripſit, nõ ex aliqua collectione depromſiſſe: vt tandem aliquando aduertas, compilationem ex qua tam multa mutuatus eſt, vel nondum in vnum corpus coaluiſſe, vel adeo ab incude colentem fuiſſe, vt eam nominare auſus non fuerit: en pietatem & fidem hominis.

b poſt Atriniacẽlem Synodum vt legere eſt ad finem c. 55.

c nolui lectionem mutare licet non deſint, qui in Mss. *curioſius* non *ſtudioſus* legi moneãt.

d Vide initio libri Capitul.

e Annal. a Pithœo editi, Vrſperg. Sigebert. Herman. Contract.

f Baron. ad diem 18. Octob. ex Mariano, Scoto & Breuiario Moguntino. Vide & Chron. Quedelburg.

g indictio Cæſarea cœpit Anni 785. Septembri: pontificia anno 786 ab initio.

h Sic Baron. A.D. 786. §. 6.

i Sic Tomi Concil. 3. partis 1 Sect. 1.

k Hincmar. *Ducum.*

l Idem *Engelramno,* ſediſſe autem videtur Engelramnus, *ab A.D. 775. ad 797.*

m Idem *pro ſui,* forte *proprij.*

n Hincmarus libri aduerſus Hincmarum nepotem ſcripti cap. 24. de huius collectionis auctore dubitanter loquitur; *de ſententiis* inquit, *quæ dicuntur collecta* &c. forte quia, indigna videbatur Adriano I. earum collectio, vtpote vt in qua *diſſona inter ſe habebantur & diuerſa à ſacris Canonibus, & à iudiciis Eccleſiaſticis diſcrepantia.*

DEC.GER.

nec cenſuram, tanti feciſſe videntur quicunque priſcis vrbis Epiſcopis pudenda delitamenta ſuppoſuerunt, vt ex ea pluſquam ſexaginta capitula vel ad verbum (nec id ſemel) deſcripſerint, vel additamentis aucta, inſulſis nugis attexuerint; vel, ſenſu ſeruato, aliis verbis expreſſerint: vel ſaltem inſinuauerint; vbique crambe hac recoctâ, vbique (neglectâ lectorum nauſeâ) appoſita vere patribus cum Paulo exclamare licuit, [a] *μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*. Quid enim epiſtolæ? annon a 1.Cor.5.6.
conſperſio Hadrianæorum axiomatum acore fermentata; amara de venenato ſeminario tranſlata plantaria; è ſolo licet infelici luxurioſa ſeges? Quid è contra Hadriani collectio, niſi corporis epiſtolarum b Matth.24.
σκελετὸς, vaniſſimæ ſtructuræ baſis, ſementis in culmos & ariſtas ſteriles 15.
excreſcens, vtpote nacta ſolum idoneum, cultoréſque quidlibet ex quolibet exſculpere, & Anaxagoræum *μῖγμα* conflare doctos? Non credent, quos præconcepta hactenus de Epiſtolarum veritate & antiquitate fefellit opinio, multos enim ne nuperum delirium auerſari, & [b] *abominationem loco ſancto* exturbare cogantur, fronte caperata pronuntiare audias, non eſſe in Epiſtolas tranſlata Hadriani capitula; ſed Epiſtolis, Hadriani collectionem maxime ex parte natales ſuos debere. At quamplurimis (eorum pace dictum velim) ſententiam hanc incommodis obrui, pauca hæc planum facient. 1. Si Epiſtolæ eorum ſunt quorum titulis ornantur, annon protſus hebes, imo in Patres iniurius dicendus Hadrianus, qui quod è ſanctiſſimorum martyrum penu reuera hauſit, *Romanis Ducibus, Synodis, Canonibus* tum *Græcis* tum *Latinis* acceptum tulit? annon vel pedibus in ſententiam noſtram concedendum, vt titulo ſua veritas maneat, vel falſi titulus arguendus, vt *Canonibus, Synodis, principibus*, nihil; Epiſtolis omnia debeantur?

2. Si ex epiſtolis Capitula ſua mutuatus eſt Hadrianus, quo caſu factum, vt capitulorum illorum verba quibuſdam ſæpe, quaſi furcillis, in Epiſtolarum textum intruſa, videantur, vt *neſcias quid cui cohæreat*, totáque ſermonis ſeries *omni materia conuenire* videatur, *quia nulli conuenit*? expende lector & iudica. 3. Si, vt poſtea ad oculum (Deo propitio) demonſtrabimus, Epiſtolarum artifices plurimorum qui eorum ætatem [c] præceſſerunt, ſcripta incredibili audacia interpolarunt; verbi c dico præ-
cauſa Ambroſij, Auguſtini, Benedicti, Celeſtini, Damaſi, Ennodij, ceſſiſſe quia
Hieronymi &c. qua cautione negabimus, nihil à diris illis Harpyis abſurdiſſimū
in Hadriani primi collectionem attentatum fuiſſe? 4. Si ex epiſto- foret credere
larum fonte Hadriani riuus profluxiſſe credendus eſt, quo fato eue- eos diuinare
nit, vt eadem verba ab iis qui ante Nicæni Concilij tempora Epiſto- potuiſſe quæ
las dictaſſe feruntur, Apoſtolorum de quibus nihil Hadrianus dixit; poſtea à po-
ab iis, qui poſt A.D. 325. ſcripſiſſe creduntur, Nicænæ Synodi decreta ſteris *αὐτολεξεὶ* erant con-
dicerentur? an veriſimile eſt, vel Nicænos Patres, inter quos nonnul- ſcribenda.
li [d] quoſdam vrbis antiſtites ne de nomine nouerant ex Eccleſiæ Ro- d exemplo
manæ ſcriniis, & Latinorum abdituiſſimis *κειμηλίοις* canones ſuos eruiſ- fit inter alios
ſe; vel Julium, Felicem & alios poſteriores, adeò deſipuiſſe, vt ea quæ hiſt. pater Eu-
ab Apoſtolis ſtatuta fuiſſe ex prædeceſſorum Epiſtolis didicerant, Ni- ſebius, cui
cænæ Synodo adſcriberent, mallentque Synodi auctoritate quam Marcelles, & Cletus ignoti plané fuerſt.

ROMA

Apoſtolica niti? Hæc ad ſpecimen, vt qui hactenus oſcitantes hallucinati ſunt, errore depoſito, tandem ſtatuant Pſeudo-Iſidori merces nonniſi poſt annum Domini 786. ſiue Ricolphi, ſiue (quod magis probamus) aliorum qui Ricolpho ſuperuixere arte conquiſitas fuiſſe. Non ſane nego quos ſupra citaui teſtes in ea ſententia eſſe Epiſtolas ſub Ricolpho innoteſcere cœpiſſe: nec diffiteor Hincmaro perſuaſum fuiſſe eas de *Hiſpania allatas, à Ricolpho* in vulgus ſparſas &c. non deniq; abnuo eaidem annotum aliquot interpoſitâ ab editione Collectionis Engilranmo datæ morâ, expectatoque Hadriani [a] primi obitu prodire potuiſſe; ſufficiebat enim plena annorum teſſaradecas, quam ab A.D. 800. ad Ricolphi dormitionem [b] effluxiſſe cõſtat, diſſeminandis huiuſmodi quiſquiliis vt tandem Gallicanas regiones replerent: non tamen deſunt argumenta quæ ſuadeant Ricolpho vel integram *pſeudoli mercatoris* collectionem, vel ſaltem epiſtolas aliquot quales nunc habemus incognitas fuiſſe: Hiſpanos eidem nihil contuliſſe, Hincmarum vero (quod ad ſuſpicionem fraudis amoliendam, repetendamque altius nuperæ farraginis originem vulgo iactatum fuit) vlteriore veritatis inquiſitione inſuper habitâ, credidiſſe: Quid nos ad Hiſpanos à falſi crimine liberandos impellat, iam ſupra diximus; noſtras mox ſuper ementito Iſidori mercatoris titulo coniecturas allaturi, vnum hic addemus, non facile fidem inuenturos quicunque Hadriani collectionem (ex qua in tanta collapſæ reip. & diſciplinæ Chriſtianæ ruina nihil propemodum commodi haurire poterant Hiſpani, cum nulla inter eos appellandi Papæ poteſtas, nulla Cleri priuilegia illibata eſſent) Româ in Hiſpaniam poſt A. D. 786. perlatam; ac demum ex Hiſpaniis in Germaniam pauciſſimis annis exactis numeroſam epiſtolarum ſegetem aduectam contra omnem veri ſpeciem aſſerere maluerint, quam (quod ipſa rei euidentia in dubium reuocari non patitur) confiteri collectionem illam Galloſtanco Engelramno primum datam, ad Moguntinos finitimos poſtea delatam fuiſſe, qui ea abuſi, quicquid libuit finxerunt, & Vigilantium ſomnia Iſidoro, & aliis à tanta mentiendi libidine alieniſſimis, affinxerunt.

Porro ne quis vel Pſeudo-Iſidorianæ compilationis, vel Epiſtolarum omnium, quas hodie farrago illa complectitur, ſiue auctorem, ſiue collectorem Ricolphum fuiſſe ſuſpicetur, quod poſt Hincmarum alij crediderunt; clariſſimo, & quod arte nullâ eludi queat argumento, fieri id non poſſe probamus: Quod ſcilicet, cum abſurditate non careat Ricolphum anno Domini 814. vita functum, Centones ex ſcriptis toto quatuordecimo poſt editis conſarcinatos, vel farciuiſſe vel nouiſſe, Epiſtolas quaſdam, verbi cauſa, Pſeudo-Urbani & Pſeudo-Joannis 3. in quibus Concilij Pariſiis ſub Ludouico pio A.D. 829. [c] coacti, ſententiæ ad verbũ leguntur; vel penitùs, vel quales hodie ſunt, ignotas Ricolpho fuiſſe nemo iure dubitare poſſit: meminerit præterea lector, illã ipſam de qua nobis ſermo eſt, Pſeudo-Urbani epiſtolam, aliis olim verbis conceptam fuiſſe quam nunc legatur; vbi enim ante annos 770. [d] Hincmarus & Carolus Caluus in epiſt. ad Patres Cõcilij in Cha-

[a] obiit Hadrianus A. D. 795. 7. Kal. Ianuarij.

[b] Ricolphum Anno 813 viuere deſiiſſe ſcribũt. Lambertus Schaffnaburg. Marianus Scotus, Trithem in Chron. Hirſaug. at Serarius hiſt. Mogunt. lib. 4. *anno* 814. *vel certe* 815.

[c] annus Domini 829. eſt 15. à Ricolphi obitu, & 3. ab Aiſtulphi qui Ricolpho ſucceſſit dormitione.

[d] Hincmar. epiſt. 8. c. 3.

in Chariſſiaco [a] cōgregati legebant, *Res & facultates Eccleſiaſticæ oblationes appellantur, quia Domino offerūtur, & vota ſunt fidelium, ac pretia peccatorum, & patrocinia pauperum: ſi quis illa rapuerit, reus eſt damnationis Ananiæ & Sapphiræ, & oportet huiuſmodi tradere Satanæ, vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini*: in codicibus noſtris hæc longe diuerſa habemus, *Ipſæ res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis vſibus quam Eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum vel indigētium conuerti; quia* [b] *vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum Domino tradita. Si quis autem (quod abſit) ſecus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Saphiræ percipiat*: ac poſt lineas 41. partim ex Scriptura [c] partim ex [d] Codice Theodoſiano, partim ex ipſa impoſtoris mantiſſa petitas tandem ſubduntur hæc verba, *quoniam* [e] *iuxta Apoſtolum tradere oportet huiuſmodi hominem Satanæ, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini*. Id etiam obiter moneo, de ſecunda Pſeudo-Joannis primi epiſtola dici poſſe, eandem eius ac epiſtolarum Pſeudo-Urbani & Pſeudo-Joannis tertij rationem eſſe debere, quandoquidem in ea notari poſſunt imitationes quædam phraſeon quibus vſus eſt Jonas Aurelianenſis in epiſtola ad Carolum Caluum, quem regnare cœpiſſe anno [f] à Ricolphi obitu 25. nemo negauerit: idem forte in aliis Epiſtolis alij obſeruaturi ſunt; ſed hæc in tranſcurſu.

Poſtquam Ricolphum ſi non ex toto, ſaltem ex parte à culpa eximimus, alium qui poſt ipſius obitum vixerit, Epiſtolarum vel conſcriptorem vel mangonem quæramus neceſſe eſt; is autem non longe quærendus videtur, ſeſe enim quodammodo offert in quem Impoſturæ ſuſpicio merito cadat, ille ipſe qui modo de Ricolpho teſtimonium tulit Benedictus Diaconus; is enim omnium primus epiſtolas in partes ſecuit, quas inſigni temeritate ſed non omni pudore decocto (titulos enim omiſit) regiis Capitulis admiſceret [g]: ipſum etiam, ſed fruſtra, toto aduerſus [h] Chorepiſcoporum munus impetu, vt eccleſiæ noxium perſuaderet, debacchatum opinor; licet enim circa eos ſub Leone III. (ad quem Arno Juuauienſis [i] Epiſcopus à Germanofrancis miſſus legitur) aliquid attentatum videatur: nemo tamen Chorepiſcopatum illicitum aut ante quadringentos annos à Damaſo prohibitum, aut à Leone I. & Joanne III. penitus improbatum fuiſſe vel pronuntiauit vel credidit: habuere ſemper Chorepiſcopos [k] ſuos Eccleſiæ Gallicanum imperium agnoſcentes; ſiquidem paulo poſt A.D. 814. Agobardus *Lugdunenſis Eccleſiæ Chorepiſcopus* in locum Leidradi monaſticam profitentis eſt ſubrogatus, & poſt A. D. 835. Theganus Treuirenſis Eccleſiæ Chorepiſcopus *de Ludouici pij geſtis* libellum ſcripſit, & Gallicanæ Eccleſiæ Synodus A. D. 820. Pariſiis [m] congregata, Hiſpalenſis Concilij ſecundi [n] veſtigiis inſiſtens, Chorepiſcoporum munus arctis limitibus circumſcribendum non abolendum cenſuit: quod diſſimulans Benedictus Leuita, à quo ſcriptas ſub Damaſi Leonis, & Joannis pontificum nominibus epiſtolas & defloraram Pariſinam Synodum ſuſpicor, Chorepiſcopatum, & ab antiquis, & ſuo tempore à Germanofrancis abrogatum falſo aſſeruit; cum Rigboldus

a Concil. illud congregatum eſt A. D. 856. locus autem hodie dicitur *Creſſi ſur Serre*.

b hæc verba deprompta diximus ex Proſpero.

c deſcribit impoſtor c. 4. 5. Actorum ad verſum 12.

d lib. 16. tit. 2. c. 40.

e 1. Cor. 5. 5.

f A. D. 839. obiit enim Ludouicus pius 12. Kal. Iulij hoc anno.

g Vide capitular. lib. 6. cap 119.

h Vide capitul. lib. 7. cap. 187. 318. 320. 328. & 329.

i Iuuauia hodie Salisburgum.

k Vide capitular. lib. 1. cap. 9.

l Ado in Chron.

m Concil. Pariſ. cap 27. lib. 1. Vide & Cōcil. Meldenſis A. D. 845. habit, cap. 44.

n Concil. 2. Hiſpal. cap. 7.

Rhemenſis Eccleſię Chorepiſcopus [a] *Synodo* Sueſſionenſi ſub Hincmaro interfuiſſe A. D. 853. & Nicolaus I. poſt A. D. 858. ad Rudolphum Bituricenſem ſcribens [b] Chorepiſcopale munus probauiſſe legatur. Aduerſus Benedictum eundem ſuſpicionem augere poteſt, editum ab eo, in ipſa quam ſuo nomine euulgauit, capitularium collectione, malæ fidei ſpecimen. Audierat [c] circa A.D. 787. ſub Paulini Aquilegienſis patriarchæ Romanæ ſedis legatione fungentis auſpiciis primam Capitulorum collectionem Aquiſgrani prodiiſſe; & [d] *Carolum regem anno* 802. *legatos per imperium miſiſſe, & 24. capitula conſtituiſſe:* ac tandem Anſegiſum Abbatem [e] A.D. 827. quæcunque repererat capitula magna cum laude digeſſiſſe: huius Miltiadis tropæis à ſomno excitatus Benedictus pariſque adoreæ conſequendæ ardore inflammatus, quæcunque vel inuenit primus vel ab aliis inuenta interpolauit, ſtudioſiſſime conuaſauit: ne cui autem mirum videretur poſt Anſegiſi laborem tantam capitulorum è tenebris neſcio quibus erepentium ſcaturiginem momento velut è terra naſci; finxit *ab Anſegiſo nec media inuenta forſitan fuiſſe vel collecta*, neceſſe fuiſſe [f] *vt à fidelibus vbicunque inueniri potuiſſent quærerentur.* Ideo *ea* ſe *quæ ille aut* [g] *inuenire nequiuit, aut* [h] *inſerere fortaſſe noluit, & illa quæ poſtulans à fidelibus* S. Dei *Eccleſiæ, & Pipini ac Caroli atque Ludouici didicit* [i] *in iam dictis libellis minime eſſe inſerta,* [k] *pro Dei omnipotentis amore, & S. Dei Eccleſiæ ac ſeruorum eius atque totius populi vtilitate fideliter inueſtigare curauiſſe, & in tribus libellis diſtincte cum titulis ſuis coadunare* [l] *ac Ludouico, Lothario que, atque Carolo nobiliſſimis regibus filiis videlicet Ludouici piſſimi Imperatoris habenda & omnium Chriſtianorum fidelibus tradenda ſcribere non* diſtuliſſe. En hominis in re ſeria ludentis, technas: *Virtutis veræ cuſtos rigidúſque ſatelles, Tertius è cœlo cecidit Cato*, cui *populi ſalus ſuprema lex* eſſe videatur: at quiſquis penitiùs in omnes operis ab ipſo publicati partes introſpexerit, is vel inſulſa mendacia, vel centones πολυποικίλους, vel certe Canones maxima ex parte interpolatos ſæpiſſimè deprehendet; ac ſi inter libros tres poſtremos capitularium & priores quatuor in quibus etſi forte non omnia puriſſima, nihil adeo portentoſum aut adulterinum occurrit, comparationem inſtituerit facilè comperiet quantum diſtent æra lupinis. Conferantur (ſi placet) [m] Concilij Pariſ. A. D. 829. celebrati lib. 1. cap. 1. 2. 3. 4. 6. 9. 10. 16. 20. 27. 33. 40. 41. 42. 43. 44. 46. 47. 48. 49. 50. 53. cum cap. 164. & 165. lib. 5. Capitularium, cap. 160. lib. 6. capitibus 166. 167. 163. lib. 5. cap. 2. 3. 4. addit. 2. ad 7 capitular. cap. 175. 174. 168. & 169. lib. 5. cap. 6. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 10. 7. 8. 9. 17. addit. 2. ad 7. librum Concilij Pariſ. lib. 2. partis 1. cap. 4. & 12. cum cap. 2. addit. 2. ad finem lib. 7. capitul. Epiſtola Epiſcoporum ad finem lib. 2. partis 1. Concilij Pariſ. & cap. 2. eiuſdem partis; cum cap. 22. additionis iam dictæ. Concilij Pariſ. lib. 2. part. 2. cap. 2. 3. 22. 23. 24. 25. 26. 27. cum capp. 18. 17. 23. 24. 25. eiuſdem additionis. Concilij eiuſdem lib. 2. part. 2. cap. 8. 9. 14. 17. 18. cum capp. 163. 179. 180. 181. lib. 5. Capitularium Cō-

a apud Frodoardū hiſt. Rhem. lib. 3. cap. 11.

b Vide epiſtolam, ad finem partis 2. Tomi 3. Conciliorum.

c Vide capitul. lib. 1. ad cap 82.

d Sigebert. in Chron.

e Sigebert. ibid. Anſegiſus ipſe idem teſtatur initio præfat. his verbis, *Anno incarnationis ipſius* 827. *Indict.* 5. *anno vero* 13. *imperij glorioſiſſimorum principum D. Ludouici Auguſti Chriſtianæ religionis magni propagatoris, & Lotharij Cæſaris filij ipſius Anſegiſus &c. hac ſubter deſcripta adunaui capitula.*

f Vide præf. Benedicti.

g quæ ſcilicet nondum erant aut adhuc latebant.

h cur inſerere ea noluit niſi quia ſi iā tum erāt, ſuſpecta videbantur?

i didicit forte à paraſitis Paparū: forte cōmētius eſt.

k ſcil. centones ſarcinit pro Dei, Eccleſiæ, populi amore quis credat? l egregiā vero laudem fabulas regibus & plebibus obtrudere. m hæc pauca ad ſpecimen, plura obſeruabūtur ab aliis.

cilij Aquiſgran. [a] ſub Greg.4.part.1. cap.6.7.8. cum cap.171.172.173. libri 5. eorundem capitul. eiuſdem Concilij part.2. cap.1.2.3.4. cum cap.21.& 22. additionis 2. ad librum 7.capitul.Concilij [b] Cabilonenſis ſub Leone III. cap.25.26.27 30.32.33.34.35.36.38.42.43.47.48.49.cum capp.23.25.26.28.29.31.32.33.34.35.36.37.38.39.41.additionis 3.ad lib.7.eorundem capitul.

[a] A.D. 837. coacti.

[b] A.D. 813. habiti.

Quo tempore,quo monitore ad opus ſe accinxerit Benedictus,iam ſupra ex eiuſdem præfatione & incerti auctoris de eodem elogio didicimus;ne tamen nos incautos obliuio caperet,monuit ipſe rurſus in carmine præfationi addito,vbi hæc inter alia,

Autgario demum,quem tunc Moguntia ſummum
Pontificem tenuit,præcipiente pio,
Poſt Anlegiſum ſcil.*Benedictus ego ternos Leuita libellos*
Adnexi legis queis recitatur opus.
Quos patet inuentos,præfatio pandit vt ipſa,
Diſtinctum titulis ſuppoſitoſque ſuis.

Cum igitur Autgarium ſecundum Aiſtulphum ab [c] A.D. 825. vel 826.ad 847. Epiſcopatum Moguntinum adminiſtraſſe teſtentur Annales à Pithœo editi, incertus auctor initio Capitularium, Hermãnus Cõtractus, Lambertus Schaffnaburgenſis, Marianus Scotus,Auentinus lib. 4. Gaſpar Bruſchius *in epitome epiſcopatuum Germaniæ*, Serarius *Mogunt.*lib.3. & *in epiſt.Bonifacij* epiſt.116. conſtet autem Benedictum Lothario & fratribus poſt Ludouici pij mortem in regni poſſeſſionem A.D.839.vocatis, collectionem ſuam dedicaſſe, ad cuius finem adiecta eſt vltima appendix *ex Decretis* Wemlonis Senonenſis *& Hincmari* Rhemenſis deprompta,*anno Caroli* Calui *vndecimo*,ſeu A.D. 849. Capitularium poſtremos libellos tres inter annum 847. [d] & 850. vel certe 855. prodiiſſe oportet;quo tempore vel ab ipſo Benedicto confictæ, vel ab eodem ſub incudem reuocatæ ac tandem in vnum corpus redactæ videntur Decretales Epiſtolæ: vnam enim eandemque belluam, informem, quemque alia forte abegerat, partum lambendo paulatim figuraſſe, præter ea quæ ſupra adnotauimus, ſtylique identitatem,& phraſeon ſordes, & periodorum inconcinnam ſtruem, hæc etiam inſinuant; 1. Paginæ integræ ex epiſtolis in epiſtolas tranſlatæ ſæpiſſime leguntur; 2. Quos locos ex Bibliis & ſcriptis Veterum depromptos,ſiue ſtudio ſiue caſu, mendoſum exemplar nactus, adulterauit ὑπὸ σολοικῶς, (adulterat autem fere omnes)eoſdem corruptelis iiſdem infectos in poſterioribus epiſtolis ſæpius repetit. 3. Nec alienis tolum verbis ſæpius abutitur, ſed illis ipſis phraſibus, quarum ope aliena ſuis connexuerat. 4. Si quando ipſum ſpiritus deficit, aut hærere in vado cogitur, ſolennes habet formulas quibus quaſi contis ſubigat orationem & ad vlteriora ſæpe ἀπροσδιονύσως propellat; hanc exempli cauſa in quam aliquoties incurras, *Hæc, fratres, valde timenda ſunt* &c.

[c] eũdem ſediſſe A.D. 827. colligimus ex epiſt. Ludouici pij Concilio Pariſ. præfixa.

[d] Baron. ad A.D.845.poſt A.D.854.promulgata fuiſſe aſſerit. vide §.38.

Quo vero fine tam multa in Romanæ ſedis gratiam commenti ſunt,ſiue *Autgario præcipiente* Benedictus, ſiue Ricolpho hortante alij

priores? Meminerit primum, lector, Bonifacium, ſub quo Moguntia cum ad primæ ſedis honorem A. D. 745. euectum eſt, ad promerendam pontificum gratiam crebro Romam commeauiſſe; Anno videlicet 719. quando Germanorum Apoſtolus & Rom. ſedis legatus factus eſt: Anno 723. quando Epiſcopali dignitate auctus eſt: Anno 738. quando Gregorium III. inuiſit; Anno 751. (ſi Egilnardo [a] fides habenda ſit) quando Burchardus Wirceburgenſis epiſcopus creatus eſt. 2. Eundem crebro legatos ad vrbicos papas miſiſſe, nempe A. D. 731. clericos aliquot quorum nomen excidit; Anno 726. Denual; Anno 742. & 745. Denéardum: Anno 748. Burchardum: Anno 751. Lullum, quem poſtea ſucceſſorem habuit. 3. Eundem iureiurando præſtito Gregorio II. [b] pollicitum fuiſſe ſe *fidem, puritatem atque concurſum Petro, & vtilitatibus Eccleſiæ Romanæ, cui à Domino Deo poteſtas ligandi ſoluendique data eſt, & eius Vicario atque ſucceſſoribus eius per omnia exhibere.* Gregorio III. (à quo pallium [c] obtinuit) A.D. 731. ſe *omnem debitam obedientiam* redditurum: Zachariæ, ſe [d] *ſeruum, ſubditum & diſcipulum, quantoſcunque obedientes vel diſcipulos donauerit Deus ad obedientiam Apoſtolicæ ſedis inuitare atque inclinare non ceſſaturum*; & Stephano [e] III. ſe *ſedi Rom. ſeruiendo ſeruum fidelem & deuotum permanſurum.* 4. Eundem [f] à Zacharia delectum qui abdicato Childerico Pipinum regnum Francorum inuadentem vngeret. 5 Eundem denique horrendi huius pronuntiari quod Gratianus in Decretorum [g] codicem retulit nouitate commendatum fuiſſe; *Si Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnus, quod magis officit ſibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit primo mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus:.* [h] Huius *culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus, niſi* [i] reprehendatur *a fide deuius.* Quid non ſibi capitale magnúmque ſpondere pontifices debuerunt de viro cui talia ac tanta portenta excidere potuere? Bonifacij muneri, vicarij ordine ſucceſſerunt, Lullus ſanguine Bonifacio iunctus, Ricolphus [k] Caroli magni Archicapellanu; Aiſtulphus; Autgarius Ricolphi conſanguineus &c. quorum vtut obſcura manſit memoria, propenſior tamen in Romanos Pontifices affectus latere non potuit; extant enim [l] Lulli, coætanei Papæ opem expectantis, literæ; extant Leonis III. & Gregorij IV. ad Ricolphum & Autgarium Euchariſtica epiſtolia, in quorum altero Autgario gratulantem audias Gregorium, quia *ſe totum erga ſedis Apoſtolicæ præſulem, vt condecebat, impendere curauit*: extat denique incerti auctoris initio collectionis Benedicti de Ricolpho & Autgario teſtimonium; *vterque* (inquit) *huiuſmodi capitulorum percuriaſus fuit, & erga ſanctam ſedem Romanam valde deuotus, adeo vt Autgario etiam Apoſtolicus Gregorius ſuas vices in Germania aliquando commiſerit: Hic Hludouici Imperatoris filiis contra patrem fauit, ſed poſtea reconciliatus eſt*, &c.

Cum itaque Bonifacium proximóſque eius ſucceſſores Romanæ ſedis, cuius fauore ſubleuati ad ſummam dignitatem excreuerát, compendia ſtudioſiſſime ſectatos fuiſſe conſtet; quis vel deuinctiſſimos

clien-

a vitæ Burchardi lib 1. cap. 7.

b A.D. 725.

c A.D. 732.

d A.D. 741.

e A.D. 752.

f anno 751.

g diſt. 40. c. Si Papa

h Deuſdedit. Card. lib. 1. cap 231. Cuius &c.

i. Deuſdedit *niſi forte deprehendatur.*

k vide Reginonem lib. 2. & Aventinum lib. 3.

l vide inter epiſtolas Bonifacij.

m Ibid.

clientes patronorum quorum gratiæ omnia propemodum debebant, commodis inuigilauiſſe dubitet: vel Moguntiacenſem agrum à mancipiis Papalibus excultum, fabularum in Epiſcoporum vrbis gratiam effictarum fetacem fuiſſe miretur: vel in tanta mancipiorum turba aliquem fuiſſe cui graue non eſſet deuotum caput famámque Romanæ Eccleſiæ vtilitati, etiam per nefas parandæ, offerre, neget: vel ab eo qui filiorum aduerſus piiſſimum patrem rebellantium prope parricidiales animos improbo conſilio incendit, falſi crimine teneri, faſque omne proculcare ſtupeat: vel denique ab vrbici Papæ iamdudum ad tyrannidem anhelantis legato, regibus honorifica, Eccleſiæ ſalutaria, veritati conſona expectet? Ad hanc quam Autgarius geſſit legationem reſpicere videtur Capitulariũ collector Benedictus, cùm ſcribit,[a] *agnoſcendum eſſe omnia hæc* quæ in vnũ corpus redegit *capitula maxime Apoſtolica auctoritate fore firmata:* Ludouici *capitula* [b] *Apoſtolica auctoritate & Synodali ſanctione decreta* fuiſſe: *triũ* [c] *vltimorum librorum capitula Apoſtolica eſſe cuncta auctoritate roborata: quia his cudendis maxime Apoſtolica interfuit legatio*, ſuſcepta nempe ab Autgario: quo præſente, imò *præcipiente* (vt ſupra à Benedicto ipſo audiuimus) Moguntiaci cuſa ſunt Capitularia, & inueſtigatæ eorum fodinæ: *firmata* ergo *Apoſtolica auctoritate* dicuntur, quia Autgarius Romanæ ſedis legatus, Gregorij IV. conſiliis & auctoritate fretus eadem conſcribi iuſſit, & poſtea probauit.

a vide præfat. Benedicti

b lib. 6. cap. 96.

c ad finem libri 7.

Cæterum ne quis quod de Ricolpho ſcripſit Hincmarus *Capitularium curioſum* eum fuiſſe, fruſtra de Autgario ab Incerto auctore dictum ſuſpicetur; moneo Autgarium hunc, contra [d] Veterum Canonum ſtatuta, fuiſſe in comitatu principis aſſiduum, auliciſque turbis adeo implicitum vt neceſſe fuerit [e] Moguntinum clerum plebémque porrecto libello miſſionem eius à Ludouico efflagitare, ne ſemper à grege abeſſe cogeretur. Videri ſcil. volebat Autgarius, vt libelli verbis vtar, Imperatori *in omnibus fidelis, beneuolus, humiliter ſubiectus, rite benignus, & in eo maxime, libenterq; laboraturus, quo valeret bene piiſſima* Auguſti *Excellentia illæſa exiſtere, & in æterna beatitudine cum ſanctis omnibus triumphata in cælo gaudere.* At hoc prætextu reip. gubernaculis aſſidens Ludouicum plus ſatis (pro innata pietate) ad fauorem Clero impertiendum propenſum magis ac magis deliniebat, Epiſcoporum iam tunc [f] ad maiora aſſurgentium (depreſſa politici magiſtratus auctoritate) ſpes exigebat: leges, ſi non figere ac refigere pro arbitrio, at certe inflectere, addendo & ſuggerendo quæcunque videbantur oportuna conabatur: hinc enim Benedictinam Capitularium, vtplurimum, centonibus refertam collectionem originem ducere probabile eſt. Supremam denique Gallofrancicorum principum poteſtatem, ipſúmque dignitatis tunc temporis vrbis Epiſcopis formidoloſæ, florem paulatim infringebat; cum enim Carolus acceptis [g] *patricij* & [h] *Auguſti* titulis, vrbis Dominus euaſiſſet, abdicatorúmque Græcorum exarcharum & Imperatorum iura omnia ſibi vendicaſſet: Summam naſcentis Imperij maieſtatem reuereri coacti Papæ, principum religioſiſſimorum per emiſſarios quoſcunque, maxime per legatos à latere, inter quos Aut-

d Vide Concil. Antioch. c. 11. Sardic. c. 7. &c.

e Vide inter Epiſt. Bonifacij epiſt. 117.

f Vide Concil. Arelat. ſub Carolo M. c. 13. Mogũtin. cap. 8. Turon. cap. 33.

g A. D. 774.

h A. D. 800. exeunte.

garius fuit, patientiam tentare; factioſos [a] ad perturbandam remp. ſtimulare, lapidémque omnem mouere cœperunt, quo tandem in ſeſe iugo omni ſubducerent. Hic autem ſubit animum nimiam optimorum principum lenitatem & ſecuritatem, ſummámque ſeculi illius pontificum, clerique verſutiam mirari; nam quo tempore reges diuino cultui addictiſſimi, omnia in tuto eſſe crediderunt, & proſpera omnia ſperarunt, ſi Eccleſiarum præſides, fouere, ſuſpicere, venerari, ſummi imperij participes efficere poſſent: eodem Pontifices, velut Orci galea tecti, improuidos aggredi, ſimplicitati piorum inſidiari, pietati omnium illudere, zelo abuti, fabellis niti, factionum ſe duces profiteri auſi ad ſupremam in terris regibúſque ipſis tremendam, quam iactant hodie, poteſtatem graſſati ſunt.

a Autgarius aduerſus Ludouicum ſtetit, Lotharij & fratrũ partes ſecutus; ideo à Thegano cap. 47. Ludouici *inſidiator* vocatur: idem poſtea aduerſus Ludouicum Bauariæ regẽ & Carolum Caluum fratres, pro Lothario armis correptis inſurrexit, Nithard lib.2.p. 327. & lib.3.p. 351 & 357.

Quo conſilio Decretalium Epiſtolarum collectioni Iſidori Mercatoris nomen præfixum fuerit.

Cap. VI.

CVm diuina teſtificatione [b] certum ſit eos qui *male agunt lucem odiſſe*, tantum abeſt vt mirum cuiquam videri poſſit Epiſtolarum conſarcinatorem alieni nominis larua tectum in lucem hominum prodire voluiſſe; vt mirum plane iudicari debeat, ſi quiſquam tanti ſceleris reus etiam data fide publica indicari ſe paſſus fuerit. Nemo igitur id de me ſperauerit, vt quaſcunque latebras quæſiuit, [c] *negotio in tenebris perambulanti* incumbens tenebrio, inueſtigaturum me profitear; ſatis, mea quidem ſententia, officio defunctus videbor, ſi de abdiditiſſimis *denſáque caligine merſis* rebus non improbabiles coniecturas erudito lectori obtulero. Iſidorum Hiſpalenſis Eccleſiæ epiſcopum viuere deſiiſſe antequam ex vtero produiſſet [illegible] ſupra demonſtrauimus; docuimus etiam veriſimile non eſſe vel ab Hiſpanis compactam vel inter Hiſpanos primum viſam decretalium farraginem; reſtare videtur, vt inquiramus, an circa A.D.800. id eſt vel paulo ante vel paulo poſt Hiſpani vllius ſit memoria, qui inter Germanofrancos conſtitutus ſiue nomen ſiue operam, impoſtoribus dedecoris particeps futurus, communicare potuerit: Occurrit autem initio noni ſeculi Eulogij Cordubenſis frater Iſidorus nomine, Hiſpanus genere, conditione vitæ negotiator, exul inter Germanofrancos, Moguntiaci habitans; illo ipſo tempore quo Autgarius, cuius præcepto Benedictus Leuita Capitularium libros collegit, ſedem Epiſcopalem occupauit; vt tanta circumſtantiarum ſimilitudo, tot veriſimilium concurſus, hunc ipſum Iſidorum Mercatorem eſſe credere propemodum cogat. Eulogium ipſum ſingula quæ ſubnotauimus edilſerentem audiamus. [d] *Olim Beatiſsime Papa* (inquit ille ad Willeſindum Pompelonenſis ſedis Epiſcopum ſcribens) *cum dira ſeculi fortuna, quæ fratres meos Aluarum & Iſidorum à genitali ſolo abducens, pene in vlteriores Togatæ Galliæ partes apud Hludouicum regem Baioariæ exulare fecit: cum me etiam propter eos di-*

b Ioan.3.20.

c Pſal.91.

d Vide Bibl. PP. Tom. 9. parte 1.p.693.

eos diuerſas adire regiones, & ignota atque laborioſa itinera ſubire compelleret; Quoniam ſtipata prædonibus via, & funeroſo quondam VVilhelmi tota [a] *Gothia perturbata erat incurſu (qui aduerſum* [b] *Carolum regem Francorum eo tempore auxilio fretus Habdarraghmanis regis Arabum tyrannidem agens, inuia & inadibilia cuncta reddiderat) ad partes Pampilonenſes diuerſus putaueram me inde citò migraturum. Sed ipſa iterum quæ Pampilonem* [c] *&* [d] *Seburicos limitat Gallia comata, in excidium prædicti Caroli contumaciores ceruices factionibus comitis Sancij Sancionis erigens contra ius præfati principis veniens totum illud obſidens iter, immane periculum commeantibus ingerebat. Eo tempore magnam mihi conſolationem beatitudo tua in ipſa peregrinatione exhibuit*, &c. Scriptam hanc epiſtolam 17. Kal. Decembris æra 889. Eulogius ipſe profitetur; noſtrum vero eſt ſingula quæ ad hiſtoriam temporúmque ſeriem in ea faciunt diligenter excutere, vt in claram annorum quibus Hludouicus, & Habdarragmam regnare, Wilhelmus rebellare cœperunt notitiam poſſimus deuenire. *Hludouicus Imperator filium ſuum primogenitum Hludarium coronauit & nominis atque imperij ſui ſibi ſocium conſtituit, cæteros reges appellatos, vnum* [e] *Aquitaniæ, alterum* [f] *Baioariæ præfecit* anno 817. ſic ad verbum Annales anonymi à Pithœo editi, quos κατὰ πόδας ſequuntur Theganus *de geſtis Ludouici* cap. 21. Vitæ Ludouici ſcriptor Anonymus, Nithardus lib. 1. Habdarragman regnum iniit æra 859. A.D. 851. Notat enim [g] Eulogius æram 888. ſeu A.D. 850. incidere in annum 29. Conſulatus Habdarragmanici. Quis fuerit Sancio Sancionis nemo quod ſciamus literis prodidit. Quis autem Wilhelmus? narrant Annales Pithœi, & vita Ludouici A.D. 826. *in villa Saltz conſiſtenti* Ludouico pio, *perfidiam atque defectionem* [h] *Aizonis* Gothi *nuntiatam, qui de palatio Domini imperatoris fugiens, ad ciuitatem Auſonam* [i] *venit, ibique receptus, Rodam* [k] *ſubuertit, ſed & reſiſtere intentibus non parum incommoditatis intulit: caſtella quæ irrumpere potuit cuſtodibus impoſitis fortiter communiuit. Sed & miſſo fratre ſuo ad regem Sarracenorum Abdiramam nomine, validum contra* Gallos *exercitus robur accepit. Quæ quidem Imperatoris animum commouerunt, nihil tamen propere gerendum ratus conſiliariorum ſuorum ſententiam quid tali facto opus eſſet ſtatuit operiri.* Anno ſequenti referentibus id Annalibus anonymis Coloniæ excuſis, *Imperator* [l] *Helyſachar presbyterum & abbatem, & cum eo Hildibrandum atque Donatum comites ad motus Hiſpaniæ Marcæ componendos mittit. Ante quorum aduentum Aizo Sarracenorum auxilio fretus, multa eiuſdem limitis cuſtodibus aduerſa intulit; eóſque aſſiduis incurſionibus adeo fatigauit, vt quidam illorum relictis quæ tueri debebant caſtellis recederent. Defecit ad eum filius Beronis* [m] *nomine VVilismundus, & alij complures nouarum rerum gentilitia leuitate cu-*

[a] *Gothia*, id eſt quicquid terrarum Gothorum reliquias fouebat.

[b] hinc colligit Ambroſius Morales in notis ad hãc epiſt. bellum ab anno 827. ad 840. ſucceſſiſſe: ego vero ſuſpicor eſſe in Eulogij verbis σφάλμα μνημονικὸν, ideoque Carolum ab eo nominari, quia quo tempore ſcripſit regnabat; non quia aduerſus eũ rebellauit VVilhelmus.

[c] Pompelonem in Vaſconibus ſitam vult Ptolem. tab. 2. Europæ.

[d] Idem Ptolem. oppidum *Subur* in *Ceſetanis* prope *Tarraconem* trans *Rubricatum* fluuiũ. Plin. lib. 30. 3. in *Ilergetibus* collocat, & ab eo dicti. *Seburici* nõ fuere, ſed ab vrbe Põmpelone vicina *Seburi* ad Aragi ripam ſita, cuius nulla hodie veſtigia ſuperſunt; Cogitabat ergo Eulogius in Galliam per Lapurdenſem agrum vel Benearnenſem pagum euadere.

[e] Pipinum. [f] Ludouicum.

[g] memorialis ſanctorum lib. 2 cap. 1. [h] Carolus M. Vaſconi m & Hiſpaniæ partem ad Cæſarauguſtam ſubegerat A.D. 778. *Annales Pithœi vita Caroli, vita Ludouici.* [i] hodie *Salſona*.

[k] hodie *Roza*. [l] in exilium miſſum eum Vvala & Matfredo, & poſtea per factioſos cuſtodia miſſum refert Nithard. lib. 1. [m] hic ſiue *Bera* ſiue *Bero* a vicinis ſuis infidelitatis inſimulatus cũ accuſato e ſuo nomine Sanila, ſecundũ legẽ propriã, vtpote quia vterq; Gothus erate, queſtri prælio cõgreſſus & victus. Rotomagi cõſiſtere iuſſus eſt A.D. 820. *Annal. Pithœi. vita Ludouici.*

pidi; iunctíque Sarracenis Ceritaniam & Vallenſem rapinis atque incendiis quotidie infeſtabant. Cúmque ad ſedandos & mitigandos Gothorum atque Hiſpanorum in illis finibus habitantium animos Helyſachar abbas cum aliis Imperatoris miſſis, multa & propria induſtria & ſociorum conſilio prudenter adminiſtrarent, [a] *Bernardus quoque Barcinonæ Comes Aizonis inſidijs, & eorum qui ad eum deſciuerant calliditati ac fraudulentis machinationibus pertinaciſſime reſiſteret, atque eorum temerarios conatus irritos efficeret; exercitus à rege Sarracenorum Habdarragman ad auxilium Aizoni ferendum miſſus Cæſarauguſtæ veniſſe nuntiatur: ſuper quem Abumarban regis propinquus dux conſtitutus ex perſuaſione Aizonis haud dubiam ſibi victoriam pollicebatur. Cõtra quem Imperator filium ſuum Pipinum Aquitaniæ regem cum immodicis Francorũ copiis mittens, regni ſui terminos tueri præcepit. Quod ita factum eſſet, ni ducum deſidia, quos Francorum exercitui præfecerat, tardius quam rerum neceſſitas poſtulabat, is quem ducebant ad Marcam perueniſſet exercitus. Quæ tarditas in tantum noxia fuit vt Abumarban vaſtatis* [b] *Barcinonenſium & Gerundenſium agris villiſque incenſis cunctis, etiam quæ extra vrbes inuenerat direptis, cum incolumi exercitu Cæſarauguſtam ſe reciperet priuſquam à noſtro exercitu vel videri potuiſſet.* Eandem hiſtoriam vitæ Ludouici auctor deſcribit his verbis. *Præterea Aizone infeſtante eos qui in noſtris finibus conſiſtebant, & præcipue* [c] *Ceritaniam Vallenſemq́ regionem vſquequaque vaſtante, eo vſque immanitas illius proceſſit, annitentibus Maurorum & Sarracenorum auxilijs, vt aliqui noſtrorum caſtella & municipia quæ hactenus tenuerant relinquere cogerentur, plurimique etiam à nobis deficerent, & eorum ſe ſocietati conferrent. Inter quos VVillemundus Beræ filius, eorum perduellioni cum plurimis fœderatorum ſe iunxit. Ad quos motus comprimendos noſtróſque roborandos, dum Imperator exercitum illuc mittendum ordinat; præmiſit Elyſachar abbatem, & Hildebrandum comitem, necnon Donatum. Qui præcedentes iunctis ſibi Gothorum Hiſpanorúmque copiis, illorum proteruæ pertinaciæ reſtiterunt, Bernardo quam maxime Barcinonæ comite conatus eorum in irritum reducente. Quod cernens Aizo, exercitum à Sarracenis petitum abijt prætorianum. Quem impetratum cum duce ſuo Abumarum Cæſarauguſtam, & inde vſque ad Barcinonam perduxit. Porro Imperator Pippinum filium ſuum Aquitaniæ regem contra eos miſit, ſimúlque miſſos ex latere ſuo Hugonem & Matfridum comites, quibus incuriloſius quam decuit occurrentibus, tamdiu moræ innexæ ſunt moris, quouſque illi vaſtata Barcinonæ atque Gerundæ regione Cæſarauguſtam ſeſe receperunt.* Similia habent ad A. D. 827. Pithœi Annales, in quibus tamen nulla ſiue *VVillelmi* ſiue *VVillemundi* mentio occurrit. Theganus cap. 24. libelli *de Ludouici geſtis* hæc pauca, *Alio anno direxit exercitum obuiam Sarracenis*: hinc ergo manifeſtè deprehendimus Aluarum, Iſidorum & Eulogium fratres Sarracenis, ſiue ob ſuſpicionem initæ cum Barcinonenſibus aliiſq; Francico imperio ſubditis cõiurationis, ſiue ob cauſas alias, inuiſos, fugâ ſibi cõſulere coactos fuiſſe; Aluarum & Iſidorũ perruptis obicibus, inter Germanofrancos perfugium habuiſſe; Eulogium eodem ſe conferre parantem Pompelone ſubſtitiſſe, [d] illo ipſo tempore quo Wilhelmus aduerſus Francos rebellauit; & Lobienſis cœnobij Antiſtes Anſegiſus Capitularium libros 4. edidit: quod ſum-

a Bernardus hic de ſtirpe regali, & imperatoris ex ſacro baptiſmate filius, cameræ poſtea præfectus A.D. 820 a proceribus accuſatus fuga ſibi conſuluit, ac tandem A.D. 835. apud Theodonis villam de obiecto reginæ Iudith ſtupro ſe purgauit. *Theganus* cap. 36. & 38. *Annales Pithœi & vita Ludouici.*

b Barcino à Ludouico Pio viuente patre occupata A.D. 801. *vita Ludouici.*

c Strabo lib. 3. καὶ τ̃ Κερρητανῶν ... ἔχουσι ... Vide Ptolem. tab. 1. Europ. Plin. lib. 3. c. 3.

d A.D. 827.

ſummopere notandum eſt: vbi vero profugi Eulogij fratres domicilium collocauerit? *Cum à vobis*, inquit ipſe in eadem epiſtola, *egrederer feſtinus*, [a] *Cæſarauguſtam perueni causâ fratrum meorum, quos vulgi opinio negotiatorum cohortibus intereſſe nuper ab vlterioris Franciæ gremio ibidem deſcendentibus iactitabat. Deinde vrbi appropinquans, negotiantes quidem reperi, peregrinos autem meos eorum relatione apud Maguntiam* [b] *nobiliſſimam Baioariæ ciuitatem exulaſſe hoc cognoui. Et verum fuiſſe hoc negotiatorum nuntium, regredientibus (Deo fautore) ſuccedenti tempore ab interiori Gallia fratribus noſtris didicimus*. hactenus Eulogius: Ex cuius verbis hæc rurſus habemus; Aluarum & Iſidorum non modo inter Germanofrancos verſatos fuiſſe ſed Moguntiaci per annos aliquot (etiam poſtquam Eulogius Pompelone digreſſus eſt) hæſiſſe, negotiatorum contubernio aſſuetos, fortaſſis ſubleuandæ inter extraneos inopiæ cauſa mercaturam aliquam feciſſe. Quid autem vetat Moguntinos choragos, impietatis, quam tum temporis meditabantur, dramati intentos, ſcenæ ſeruiiſſe; ac *Iſidori Mercatoris* nomen, ſiue inſcio ſiue conſcio Eulogij fratre Iſidoro, earum quas ſub manibus habebant epiſtolarum collectioni præpoſuiſſe; vt ſcilicet crederent imperiti tantam fabularum anilium molem *de Hiſpaniis* (vt Hincmari verbis vtar) *allatam*, ab Hiſpano, Mercatore quidem ſed pietatis cauſa profugo, quique pretioſiſſimum (ſi Deo placet) theſaurum barbaricæ libidini ſubductum, Germanofrancorum amiciſſimorum fidei concredere mallet, quam furentium (à quibus Hiſpania, Bætica præſertim, vaſtabatur) prædonum periculis obiicere? At forte *Mercatoris* epithetum præ *peccatoris* titulo in ψευδωνύμου Iſidori appellatione ſpernis Lector; hic vero nouum ex Eulogij praxi de fratris ingenio indicium capere potes. Iſidorus enim [c] *peccatoris* nomine gauiſus eſt, gauiſus eſt etiam ſæpius Eulogius; exempli cauſa Memorialis lib. 1. *neſcio quò tendere res meas poterit cui legalis auctoritas ex voce Domini occurrit, dicens: Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas?* &c. Apologet. Sanctorum pag. 687. *ego interim peccator Eulogius*: & ad finem, *obſecro vos ego peccator Eulogius*. Documenti martyrij pag. 692. *proſit mihi peccatori mediocritas huius ſuccincta libelli*: ad finem epiſtolæ quam ad Willeſindum ſcripſit; *inter* martyres, *ego ille peccator amabilis veſter deuinctus ſum*, &c. Iſidorus *Chriſti ſeruus* dici voluit, voluit & Eulogius epiſtolas dictans; ſic enim ille pag. 685. *Eulogius ſeruus Chriſti virginibus ſacris Floræ & Mariæ carcere compeditis*, & pag. 699. *Eulogius ſeruus Chriſti chariſſimæ in Domino Ieſu Chriſto ſorori noſtræ Baldegotoni*, &c. Cum itaque Decretalium collectionem poſt A. D. 829. quo celebrata eſt *iuſſu glorioſiſſimorum Impp. Ludouici filijque eius Lotharij* Pariſina Synodus natam fuiſſe ſupra docuerimus, eodémque tempore Moguntiaci Iſidorum Eulogij fratrem habitaſſe probauerimus: ſupereſt vt Chriſtianus lector pronuntiet, an ex Iſidori huius, in quem tam multa veriſimilia concurrunt, mantiſſâ: an vero ex eorum quibus tum notus fuit Iſidorus officina, prodiiſſe dicenda ſit.

a A. D. 777. Carolus M. *Ibnalarabim* aut *Amalarabim* Cæſarauguſtæ regulum in clientelam receperat. Vide *Annales Pithœi*, *vitam Caroli M.* &c.

b Maguntia *Vāgionum* nō *Boiariorum*, quos inter *Vindelicia* populos fuiſſe conſtat, vrbs erat: ſed tolerādus hic error in Hiſpano, cui non licuit natalis ſoli finibus excedere.

c titulus præfationis Pſeudo-Iſidori in collectionem ſuam ſic habet, *Iſidorus peccator ſiue mercator, ſeruus Chriſti, conſeruo* &c.

Materia Epiſtolarum non conuenit ſeculo quo vixerunt qui Epiſtolas ſcripſiſſe finguntur.

CAP. VII.

a Centur. cap.7.

SCripſerant Magdeburgenſes[a] *Materias rerum quas temporis ſtatus requirebat, citra controuerſiam arguere non eſſe epiſtolarum auctores Romanos illos primos Epiſcopos: cum de rebus & ſtatu eorum temporum, ne vnum quidem verbum habeant; Nihil de perſecutionibus, nihil de periculis Eccleſiæ, nihil de doctrina, de officio Epiſcopali, de cura gregis, de conſolatione martyrum, de refutatione hæreticorum &c. dicant*; aut ſi quid dicant, id *cum controuerſiis & rebus huius ſeculi non congruat*: v.g. *quæſtio illa* an filius ſit minor patre; an filius ſolus habeat immortalitatem, *quæ Arij tempore agitata eſt & non 2. ſeculo.* Æquiſſimam hanc veriſſimámque cenſuram vellicaturus Turrianus, quædam epiſtolarum verba arripit, quæ nos vel ſuis auctoribus reſtituemus, vel inconuenientia eſſe probabimus.

b pro epiſt. lib.2.cap.11.

TVRRIAN.[b] *In Anacleti epiſtola 1. ſunt conſolationes martyrum*, exempli cauſa, *Tribulationes veſtras audiuimus fratres &c. & nonnullis interiectis, Quid aliud ſi Chriſtus paſſus eſt pro nobis* &c.

℞. Prima conſolatio, ſi quid habet, è 1. Petri cap.2. non deſumptum, Anacleti ſeculo non conuenit: meminit enim *apocriſariorum*, quorum ne nomen cognitum Romæ ante annum Domini 450. Præterea pollicetur auxilium quod præſtare nemo potuit perſecutionis ventilabro agitatus. In 2. conſolatione, poſtquam lineas 4. vel 5. ex epiſtolis 9. & 24. libri 4. Ennodij Ticinenſis deſcripſit ἀυτολεξεὶ, verba aliquot ex 1. Pet.2. & Matth.16. deprompta adtexit, quibus rurſus adſuit centones ex Ennodij lib.4. epiſt.8.4.19. & ex Pſalm.5. Eſt itaque hæc eiuſdem ponderis cum præcedente conſolatio.

TVRR. *Eſt in eadem epiſt. doctrina de non accuſandis Epiſcopis, de non detrahendo, de Dei ſimilitudine.*

℞. At quiſquis epiſtolam ſuppoſuit, doctrinam ſuam de Epiſcoporum accuſatione & detractione cauenda variis ſcripturæ locis impudenter detortis confirmare conatus eſt; nempe 1. Pet.2.1. 2. Pſalm. 33.13.14. Jacobi 2.8.9. Jacobi 1. 8. Jacobi 2.10.11.12.13. Ezech.18.23. & 33.11. Rom.14. 7.8.9.10 11.12. 13. quibus interſeruit verba Aniani Conſtitutionum Auguſtarum interpretis, Socratis vel potius hiſt. tripart. lib.3 cap.8. Damaſi epiſt. ad Illyricos, Ennodij lib.3. epiſt.19. & 22. lib.11. epiſt.14. & præfat. *quando Arator auditorium eſt ingreſſus*. Locum vero *de ſimilitudine Dei* deprompſit ex libello Ambroſij *de dignitate hominis* cap.3. & Cangith abbatiſſæ epiſtola ad Bonifacium Moguntinum.

TVRR. *Eſt in eadem epiſtola officium Epiſcopale, Nihil (inquit Anacletus) illo eſt paſtore miſerius qui luporum laudibus gloriatur*, &c.

℞. Hęc verba nullo modo proxime præcedentibus cohærent: nec (ſi cohæreant) Anacleto conuenire poſſunt, quandoquidem confirmantur aliis verbis ex Ennodij opuſculis petitis, nempe ex *petitorio quo ab-*

quo abſolutus eſt Gerontius puer Agapeti, & *ex Dictione quæ dicta eſt, quando Euſebij filius traditus eſt ad ſtudia.*

TVRRIAN. *De officio Epiſcopi ſcribit etiam Euariſtus epiſt.2.*

℞. Doctrina Pſeudo Euariſti vero Euariſto indigna eſt, cum falsò hoc principio nitatur, *Epiſcopum quemque Eccleſiæ concreditæ eſſe maritum*, & ex variis epiſtolæ quam Clemens ad Iacobum ſcripſiſſe fingitur, Iſidorique lib.Sentent.3.cap.39.& 46.locis conſarcinata ſit.

TVRR. *Scripſit ibid. Euariſtus de refutatione hæreticorum, vt & Alexander epiſt.1.*

℞. In Pſeudo-Euariſti epiſt.2.nihil, in 1. multa aduerſus hæreticos leguntur ex libello Ithacij Oſſonobenſis Epiſcopi aduerſus Varimadum Arianum cap.66. tranſlata: eiuſdem plagij reus eſt Pſeudo-Alexander qui caput 1. libelli Ithaciani variis corruptelis deprauauit, & Alexandro, Benedictóque Romanis Epiſcopis impudentiſſime affinxit.

TVRR. *Erroris* de minoritate filij *Arius inuentor non fuit, imò nec Origenes, nec Magiſter eius Clemens Alexandrinus, qui male etiam de filij Dei conſubſtantialitate aliquando ſenſerunt, ex Platone ſcil. qui ex libris Veteris Teſtamenti ante 70. tranſlatis Trinitatem non perfectè didicit, teſte Clemente Alexandrino lib.5.Stromatum, Euſeb.Cæſarienſi, & Iuſtino in Apologia.*

℞. Per me licet; quid enim hoc ad veritatem epiſtolarum quas à nupero impoſtore efficttas infinita ſuadent? Moneo tamen Baronium ad A.D.196.§.26.& Schottum ad Cod.100.Bibl.Photij, Clementem à culpæ ſuſpicione liberum pronuntiare.

TVRR. *Plures pontifices ſcripſerunt in hæreſim quam Arius propugnauit. Sixtus I. Hyginus epiſt.1.Soter epiſt.1. Marcellinus epiſt.1.Felix I. epiſt.3. Sixtus II. epiſt.1.Eutychianus, Gaius*, &c.

℞. Hæ diſputationes omnes aduerſus Arianos & Eutychianos inſtitutæ ſunt à recentioribus, quorum plumas ſurripuit furax cornicula Nam Pſeudo-Sixtus I.libelli Ithaciani cap.2.Pſeudo-Hyginus cap. 3.& 5.Pſeudo-Soter cap.9. 10.11.Pſeudo-Felix cap.18.19.20. Pſeudo-Marcellinus cap.51.52.53.& 55. deſcripſit; Pſeudo-Eutychianus continuauit locos illos omnes quos ad finem epiſt.97. Leo Papa ex Hilarij libro 2.& 9. de Trinitate tranſtulerat; Pſeudo-Caius maximam 97. Leonis Papæ epiſt.partem interpolauit.

TVRR. *Felix I. in epiſt. ad Maximum Alexandrinum quæ in Epheſina Synodo recitata eſt de Incarnatione ſcripſit.*

℞. Epiſtolæ illius fragmentum exoſculor, quia nihil cum Pſeudo-Iſidori quiſquiliis habet commune.

TVRR. *Quærent iſti fortaſſe cur de multò antiquioribus pontificibus Apoſtolicis non meminit Athanaſius in epiſt. ad Afros, ſed de illis tantum qui prope 130.annis ante ætatem eius de Deitate filij ſcripſiſſent.*

℞. Non quærimus, perinde enim eſt ſiue ſcripſerint antiquiſſimi vrbis epiſcopi aduerſus hæreticos, ſiue non ſcripſerint, cum nulla ſuperſint eorum de eiuſmodi quæſtionibus ſcripta.

TVRR. *Neceſſe non eſt vt omnium pontificum ſuperiorum epiſtola ad ma-*

nus Athanaſij venerint, ſi poſt.riorum venerunt.

Resp. Fateor neceſſe non eſſe: meminerit tantum lector in decretalium ab Iſidoro pſeudonymo confictarum collectione nihil eſſe, quod vel ad Athanaſij manus venerit, vel genuinum priſcorum illorum patrum fœtum redoleat.

Tvrrian. *Agnouit Athanaſius epiſtolam Sixti II. & ante Athanaſium Euſebius Alexandrinus ſermone de Reſurrectione.*

℞. Euſebius ille Alexandrinus larua eſt, quæ nunquam è tenebris emerſit: fac tamen emerſiſſe, nego ab vllo ad 9. vſque ſeculum agnita Pſeudo-Sixti deliria.

a Baron. ad A.D.6c. §.35. 36. 37. 38. A.D.8c. § 3. A.D.10; § 2.A. 12 .§.:.A.1?3. §.'.A.158 § 1. A.167 § 1. A 175 §.2 &c.

b nempe Calliſti. Pontiani. Fabiani. Cornelij. Stephani. Dionyſij. Eutychiani. Caij. Marcellini. Felicis IV.

Mendax ad finem Epiſtolarum conſulatuum conſignatio non leue eſt impoſturæ argumentum.

Cap. VIII.

Cvm mendoſiſſimam,[a] Baronio iudice, libri pontificalis Chronologiam vbique fere ſectatus epiſtolarum artifex, ad hanc vnam Cynoſuram, à qua tamen aliquando deflectit, curſum direxiſſe videatur; mirum non eſt eum in notatione Conſulum adeò Baronianæ ſententiæ aduerſari vt vix [b] decem Pontificum epiſtolas annotare poſſis quarum conſignatio Annalium parenti per omnia placere poſſit. Noſtris intolerandos craſſóſque errores obſeruantibus, ex quibus liquido apparet nebulonem interdum nec ſibi conſtare, nec recte ſentientibus conſentire, nec libri pontificalis lineis inſiſtere potuiſſe, duplici via occurrunt aduerſarij; *Argumentum à Conſulari Chronologia deſumptum Apoſtolicorum virorum Epiſtolis nullam fidem nullamque auctoritatem adimere poteſt*, inquit [c] Binius. Cur vero? *Notam conſularem epiſtolis pontificiis non ipſi pontifices; ſed alij quidam exſcriptores earundem non ſatis fideles, ſub & obreptitiè addiderunt, vt infrà ſuis locis eſt oſtenſum.* Arqui tantum abeſt vt id ſuis locis probare poſſit aduerſarius, vt à Siricio ad Hadrianum primum vix oſtenſurus ſit Mariini, Agathonis, Sergij, Stephanorúmque III. & IV. epiſtolas quæ appoſitâ vel Conſulatus vel Indictionis notâ careant: quo argumento perſuadebit exſcriptores ab A.D.385. ad 800. ſumma fide vſos, ab A.D.100. ad 385. *non ſatis fideles* fuiſſe? Cum itaque omni veri ſpecie deſtituatur Biniana aſſertio, Neino vel *Apoſtolicorum virorum epiſtolis auctoritatem fidémque adimere* cogitabit, vel *exſcriptorum* malam fidem exagitabit; ſed quod res eſt loquetur, ac plane indignos qui *Apoſtolicorum virorum* nomen ferant, centones à maleferiato plano priſcis vrbis Epiſcopis ſuppoſitos fatebitur. Aliud ſibi κρησφύγετον adinuenit Turrianus; ne veritati cedere, aut ad incitas redactus ab epiſtolarum auctoribus additos conſulatus negare cogeretur, omnem conſularibus faſtis dignitatem, fidémque abrogare auſus: quod quia vel ab inuitis chronologis extorquere ſe poſſe ſperauit, leuiter prætereundum non eſt. Sic autem ille.

Tvrrian. [d] *Chriſtianus Maſſæus diligentiſſimus ætatis noſtræ Chronographus* -

c in notis ad Epiſtolas: ante Binium nō diſſimili conſilio Surbus reſecuit quęcunq; in prioribus Conciliorū editionibus ex Mariano, Caſſiodoro, Haloādro de Conſulum annis erant annotata. quia n. *eum res ea per ſe obſcura eſſet, ex ijsorum diſcrepantia multo etiā facta eſſet obſcurior & intricatior, ita vt Cainus inde occaſione habuiſſe videatur epiſtolas omnes prorſus exſibilandi*: præfat. Tomi 1. Concil.

d pro epiſt. lib.2. c.10. & lib.3. cap.10.

graphus, conſulum notationibas fidendum non eſſe docet, præfat. libri 8.

℞. Diligentiſſimi huius ſcriptoris adeo celebre nomen fuit, vt πολυμαθεστάτου Turriani ſodalis Poſſeuini notitiam ſubterfugerit: ſed qualis qualis fuerit eius ſententiam audiamus. *Nihil*, inquit, *incertius hodie quam per ſolos conſules computare: quod partim ſupprimantur ab hiſtoricis, partim diuerſo loco & ordine collocentur*: id autem poſtquam pluribus exemplis docuit, addit *confiteri etiam Titum Liuium neſcire ſe in multis annis qui fuiſſent Conſules*: eſſe præterea *conſules bimeſtres, trimeſtres, & interdum paucarum horarum*. Hic poſſem cum [a] Baronio obſeruare faſtorum veritatem per annos Imperatorum & vrbis conditæ, & Olympiadas, & Inſcriptiones, & hiſtoricorum teſtimonia (quibus addere licet aſtronomicas eclipſeon cœleſtiúmque motuum epilogiſmos) fulciri: poſſem etiam [b] eidem Baronio ſuffectos Conſules ad *Plautiani* & *Getæ* conſulatum in faſtis numerari ſolitos non fuiſſe, monenti acquieſcere; ſed cum [c] Dionis verbis abuſum videam, malo Turriano reſpondere aliud eſſe *per ſolos Conſules computare*, quod ἀσφαλὲς non eſſe docet Mallæus; aliud mendaces fictáſque vtplurimum conſulatuum nomenclaturas ex ipſis Conſulum faſtis aliíſque antiquitatis monumentis falſi arguere, hácque ex parte inſtrumenta quibus addita ſunt figmenta illa, ſuſpecta pronuntiare; hoc fecerunt Magdeburgenſes, hoc Baronius [d] ipſe fecit, hoc alij: an male? probare debuit Turrianus, nunquam vero probabunt Turriani diſcipuli.

[a] præfat. ad I. Tom. annal. §. 5. 6. 7. apparatu §. 99. ad A. D. 240. 1 & ad A. D. 262. §. 1. 2. 3
[b] A. D. 205. §. 1.
[c] confundit Baronius diuerſiſſima ἐπιτηγῆς τιμῆς πρυτάνεων, & ὑπάτων ἀποδεικνύαι.
[d] Apparat. §. 39. A. D. 433. §. 37. 38.

Tᴠʀʀ. *Cur magis Caßiodoro aut Mariano Scoto, aut aliis credant Magdeburgenſes hos aut illos Conſules olim fuiſſe, cum has literas hic aut ille pontifex ſcripſit, quam ipſis pontificibus qui tunc fuerunt?*

℞. Principium petit Jeſuita; nos enim epiſtolarum & ἐπιγραφῶν, & materiem, & datam falſi arguimus: cum nihil horum veritati conſentaneum eſſe probare poſſit, quo iure Magdeburgenſibus obiicit, eos Caſſiodorum priſcis vrbis epiſcopis (quos indignis modis traducunt qui epiſtolarum à Pſeudo-Iſidoro confictarum auctores eſſe volunt) fide digniorem habere?

Tᴠʀʀ. *Cur non recipiunt epiſtolam Euariſti quæ Gallo & Bradua Coſſ. data eſt, vbi tempus cum norma veritatis congruit?*

℞. Quia alia ſuppetunt νοθείας argumenta, quæ nos ſuo loco attulimus.

Tᴠʀʀ. *At ſi hanc Euariſti epiſtolam ſemel recipiant, cogentur recipere epiſtolam Clementis ad Iacobum ab Euariſto citatam.*

℞. Nullam recipere cogemur, quia ſuppoſititias eſſe omnes ad oculum nos demonſtraſſe ſperamus.

Tᴠʀʀ. *Quid ſi Helianus in 1. epiſtola Alexandri bimeſtris aut trimeſtris Conſul fuit, & à Caßiodoro etiam ignoratus & ab aliis; quod Liuius fatetur ſibi in pleriſque accidiſſe, qui primo anno, quo eſſe Conſules cœperunt, quinque fuiſſe ſcribit?*

℞. Quid ſi non fuit? annon *in omnibus cauſis* (Aniano teſte in C. 7. tit. 39. lib. 11. Cod. Theodoſiani) *ſtatutum eſt vt Scripturam probator affirmet?* nec [e] *is ſolum qui de Scriptura dubitat, falſo conſcriptam oſtendere co-*

[e] Cod. Theodoſ. lib. 11. tit. 39. c. 4. Vide & Gratian. vi. q. 5. c. *accuſator*, ex Cod. Inſt. lib. 4. tit. 19. c. 23.

gendus eſt, *verumetiam ille qui eadem vtitur*, *veritate ſubnixam probare* deberi Facile autem probare poſſumus Helianum effictum à Pſeudo-Alexandro Conſulem, *bimeſtrem aut trimeſtrem* non fuiſſe, ex tempore quo data dicitur epiſtola; cum enim ſcripta fingatur 9. *Kal. Auguſti*, annon vel ad ſeptimum menſem magiſtratu functum oportet ſi primarius Conſul fuit, vel ad ſextum tenuiſſe ſi ſuffectus eſt?

TVRRIAN. *Non cum* Traiano *ſed cum* Æmilio, *auctoribus Caßiodoro & Mariano*, vetus *Conſul fuit; ſed ab iſtis fortaſſe male hi Conſules iuncti ſunt.*

℞. Rurſum probare debuit Jeſuita, non ſuum *fortaſſe* cornicari.

TVRR. *In epiſtola Teleſphori cum* [a] Marcus *ſiue* Marcius *prænomen ſit ſententiâ Varronis; Quid ſi prænomen pro nomine vſurpatum eſt, ſicut aliquando prænomen pro cognominibus, quod Carolus Sigonius obſeruationes Annalium ſecutus notauit?*

℞. Perinde agit Turrianns ac ſi dicat, *Quid ſi quod nunquam factum eſt factum fuerit?* Quid vero ſi Jeſuita otioſus nugas egit? ſi exempla ad manus habuit cur non protulit? ſi caruit exemplis, cur lectoris patientia abutens ad inania conuerſus eſt?

TVRR. *Sed quid ego moror in re tam incerta, & obſoleta ac fallaci & tam parui vſus? abutatur otio cui ſuppetit, & quia melioribus vacuus eſt.*

℞. Itane, quam [b] Baronius *à patribus* doctus *regiam viam, facem, in tenebris oberranti, exoptato perfulgentem, certiorem peruestigandi veri modum* vocauit, Jeſuita faſtidioſus *incertam, fallacem, obſoletam, parui vſus rem* pronuntiare non pudebit! Eſt ſanè auctore Cicerone, [c] *vitæ magiſtra, & lux Veritatis, & vitæ memoria*: at quiſquis hiſtoriam à Chronologia ſeiunxerit, *Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum* efformabit, vt tandem quod ab antiquis ſcitè pronuntiatum ſcripſit Poſſeuinus, veriſſimum eſſe comperiatur, [d] *apud quos temporum notatio non cohæret, apud hos nec veritatis, neque hiſtoricæ fidei rationem vllam poſſe conſtare.* Sunt itaque poſtrema hæc Turriani verba, non modo oſcitante, ſed plane ſiderato ac lucem veritatis exhorrente dигniſſima. Monuimus ſupra eum qui Veterum vrbis Epiſcoporum nomine epiſtolas conſcripſit, ex vno pontificali libro Chronologiam ſuam omnem hauſiſſe: id etiam obſeruatu dignum videtur, quod idem plurima quæ à priſcis illis pontificibus decreta librum eundem euoluendo didicit, farragini ſuæ peſſima nonnunquam fide inſeruit; multa enim vel quia ſenſum verborum non cepit, ad nugas neſcio quas tranſtulit, vel quia mendoſum nactus eſt codicem, nouis præter mentem corruptelis fœdauit, vel deniq; dedita opera adulterauit: Exempli cauſa, cùm legiſſet Anicetum conſtituiſſe, *vt Clerici comam non nutrirent, ſecundùm præceptum Apoſtoli*, [e] finxit ab eo promulgatam legem *de radendo in modum ſphæræ capite.* Cum audiſſet ab Eleuthero aduerſus Montaniſtas decretum, *nullam eſcam vſualem quam Deus creauit repudiari debere*, ſomniauit Gallos ab Eleuthero reprehenſos *quod eſcas irrationabiliter reſpuere* ſoliti eſſent. Cum didiciſſet *poſt Fabiani paßionem, eodem tempore quo Moſes & Maximus in carcerem coniecti ſunt, ſuperueniſſe Nouatum ex Africa*; neglectis his pontificalis verbis *poſt paßionem eius*, Nouatum *Fabiani temporibus ex Africa*

a hunc errorem ex libro pontificali hauſit [illegible]: cum enim ſcripſiſſet libelli pontificalis auctor *Teleſphorum temporibus Antonini & Marci*, id eſt Antonino pio & Marco Aurelio Cæſ. imperantibus, *fuiſſe*, id torſit ad *Antonini & Marci* neſcio quem Conſulatum.

b præfat § 6. appar § 50. & A.D. 69. § 36.

c Cicero de orat. lib. 2.

d Bibliotheca ſelecta Tom. 1. lib. 2. c. 62.

e 1. Cor. 11.

Africæ ſuperueniſſe commentus eſt. Cum legiſſet Joannem primum *à Iuſtino Auguſto omnia quæ poſtulauerat meruiſſe* (poſtulauerat autem, vt Arianis in Oriente reſtituerentur Baſilicæ, ne orthodoxis in Occidente à Theodoro eriperentur) finxit *Iuſtinum à Ioanne impulſum Arianos omnes Baſilicis exturbaſſe.* Cum denique in hæc libri pontificalis verba incidiſſet, Bonifacio II. ſedente *veniſſe ab Afris Epiſcopis relationem de Conſtitutione, vt cum conſilio ſedis Apoſtolicæ omnia Carthaginenſis Epiſcopus faceret,* eadem ad aniles fabulas detorſit: ſomniauit enim *ab Aurelij* & Auguſtini tempore Africanas Eccleſias *à Romanæ Eccleſiæ communione ſegregatas fuiſſe:* quod ſedulò refutauit [a] Baronius. Finxit etiam Afris communionem reſtitutam poſtquam Eulalius Carthaginenſis libello porrecto *ſe humiliauit* &c. quod rurſus à veritate plane abhorret; legimus enim *Maximo* [b] *Conſule* id eſt A. D. 523. *Hildericum* Wandalorum regem *Bonifacium Eccleſiæ* Carthag. *Epiſcopum conſecraiuſſe*, quem vitam ad A.D.535. produxiſſe monet nos Victoris Tununenſis chronicon, cuius hæc verba ſunt: *Beliſario conſule, Reparatus Carthaginenſis Eccleſiæ Epiſcopatum poſt Bonifacium ſuſcepit.* Cum itaque [c] A.D.523.8. Idus Auguſti Hormiſda Rom. ſedis Epiſcopus vita functus, Agapetus A.D.535. Kal. Julij in Joannis ſecundi locum ſubrogatus dicatur, Bonifacium Carthaginenſem Epiſcopatum toto Joannis primi, Felicis IV. Bonifacij II. & Joannis ſecundi tempore adminiſtraſſe, nullúmque Eulalio à Pſeudo-Iſidoro efficto locum relinqui oportet. Finxit denique Bonifacium ſecundum de Eccleſiarum Africanarum cum Romana reconciliatione ad Eulalium [d], ſiue Alexandrinum, ſiue [e] Theſſalonicenſem, literas dediſſe. at neutrum verum eſſe poteſt; ſiquidem poſt Dioſcori iunioris obitum Alexandriæ ab A. [f] D. 519. ad 535. quo Gaianus electus eſt, ſedit Timotheus, Eutychianorum hæreſeos aduerſus Synodi Chalcedonenſis ſequaces *Synoditas* ab aduerſariis vocatos propugnator. Theſſalonicæ vero poſt [g] Dorotheum ad quem datæ, inter Hormiſdæ epiſtolas, extant 3.22.& 73. Elias, cuius Vicarius Benignus Heracleæ Pelagoniæ ad Erigonum fluuium Epiſcopus, Concilio quinto Oecumenico A.D.553. ſubſcripſit. Alij plura obſeruabunt; hæc enim ad ſpecimen annotauimus.

a Ad A. D. 419.§.92. &c. & 530 §5. & in notis martyr. ad 16. Octob.

b Victor Tũnenſis in chron. Fulgẽtij vita cap. 28.29.

c Vide librũ pontif.

d ſic Codices vulgati.

e ſic legendũ vult Hardinghus.

f Liberat. c.19.20. Leõtius de ſectis act. 5. Nicephori Chron.

g Vide euſdem Dorothei ad Hormiſdam binas epiſt. A. D.515. & 520. ſcriptas Tom. 2. Concil. parte 1. pag. 558. & 607.

Vulgatæ Scripturarum verſionis vſus frequentiſſimus luculenter docet Epiſtolas poſt Hieronymi ætatem effictas eſſe.

Cap. IX.

QVod olim de teſtibus in L. Flaccum citatis pronuntiauit Tullius, id in epiſtolarum patronos optime quadrare experimento comprobabunt, quicunque certo iudicio, ſuóque momento ſingulorum dicta ponderabunt; non enim *laborare eos quemadmodum probent, quod dicunt; ſed quemadmodum ſe explicent dicendo:* nec id potiſſimum curare qua fide, *qua religione;* ſed *quo vultu, qua confidentia* etiam cum fa-

mæ, pudoris, veritatis iactura, *nunquam ad rogata reſpondentes*, cauſam agant, manifeſtiſſimum eſt: interrogatus de toto vulgatæ quam hodie [a] *authenticam habet* Rom. Eccleſia, quamque vnam agnouiſſe videtur decretalium parens, verſionis corpore; de ſolo Nouo Teſtamento reſpondet Binius; an conſultò, vt conficentem maxima ex parte habe unus team, ídque ſaltem vel ingratiis largiri coactum Epiſtolarum conſarcinatorem hoc ipſo nomine ſacrilegij compertum eſſe, quod Eſaiæ aliorúmque prophetarum verba, non ſecundum 70. interpretum verſionem Latine ante Hieronymi tempora expreſſam citauit, ſed ex Hieronymiana ad Hebraicam veritatem exacta tranſlatione vbique prompſit? Sed ſiue prudens ſiue imprudens ad has ſe incitas redigi paſſus eſt aduerſarius, cauſa cadat neceſſe eſt: audiamus hominem.

a Vide Concil. Trident. Seſſ. 4. Decret. de edit. & vſu ſacrorũ libb.

BINIVS. [b] *Vulgata editio Noui Teſtamenti, ex qua potiſsima loca ſcripturæ deſumpta ſunt, ab Hieronymo non edita, ſed emendata fuit; ideóque argumentum contra auctoritatem harum epiſtolarum à citatis Scripturis quas S. Hieronymus tranſtuliſſet mutuatum, nullius eſt ponderis.*

b Vide notas ante Clementis epiſtolas.

℞. Imo maxime; cum enim conficente te, Bini, Hieronymus veterem Italicam Noui Teſtamenti editionem emendauerit; velis nolis, fateare neceſſe eſt à quocunque emendationes illæ exſcriptę ſunt, eum Hieronymo poſteriorem fuiſſe. hoc autem vbique fecit epiſtolarum artifex. Nec ſolam vulgatam Veteris Nouíque Teſtamenti verſionem ſecutus eſt, ſed eam vbicunque libitum fuit interpolauit; quinimo vt nouum quid afferre videretur, & ſecurius lateret, Hieronymianam pſalterij ex Hebræo verſionem ſæpius citauit: quod ne diutius neſcias, moneo.

BINIVS. *Africanæ Eccleſiæ, Nicæni & Sardicenſis Conciliorum Canones per Donatiſtarum graſſationes, vt infra* [c] *in notis Concilij Sardicenſis verbo* approbatum *dicemus, eo tempore necdum innotuerant.*

c in notis illis de Nicænorum Canonum occultatione nihil video.

℞. De Nicænis Canonibus falſiſſimum eſt; veriſſimum tamen eſſe demus, quid ad epiſtolas?

BINIVS. *Quid mirum omnes haſce epiſtolas in archiuiis & ſcriniis Romanæ Eccleſiæ deliteſcentes non fuiſſe agnitas?*

℞. Imo mirum ne ipſis vrbis Epiſcopis, Epiſcoporúmve ſcriniariis per ſecula 8. notas fuiſſe; an *Donatiſtarum graſſationes*, à quibus Italia ſemper tuta fuit, etiam in cauſa fuerunt, cur tandiu Romæ deliteſcerent? pudeat eiuſmodi nugarum.

Turriano, [d] etſi alia via rem aggrediatur, non felicius cedit epiſtolarum defenſio. *De hoc*, inquit, *nonnulli Catholici quærere ſolent, non quidem quod* * *dubitationem vllam eis de epiſtolis hoc afferat quas iam vetuſtas ipſa & priſca fama conſecrarunt; ſed quia non intelligunt vnde factum ſit, aut quomodo, vt interpretatio Hieronymi in pleriſque teſtimoniis Veteris Scripturæ quæ in his epiſtolis citantur poſita ſit; quod certe non alia cauſa factum eſt, niſi quia cum primum hæ epiſtolæ, vt à nullis ignorarentur ad Eccleſiæ vſum vulgatæ ſunt; iam Hieronymi interpretatio Veteris Teſtamenti in manibus omnium erat, & æque fere vt illa Vetus interpretatio 70. trita, idcirco viſum eſt tunc prudenter & vtiliter fieri ſi vtraque interpretatio ex parte adhiberetur, ita vt in quibuſdam locis inter-*

d pro epiſt. lib. 5. cap. 21.

* nulla certe in tanta falſitatis euidentia dubitandi ratio afferri poteſt.

cis interpretatio 70. propter antiquitatem ſuam relinqueretur, & in multis interpretatio Hieronymi in locum interpretationis 70. ſuccederet; & in alus non paucis interpretatio ex vtraque harum temperata & mixta eſſet. hactenus ille. At vaniſſima hæc ludibria in fumos abire cogit diuina veritatis vis: Si enim Epiſtolarum euulgatori propoſitum fuit Verſionem quæ in manibus omnium erat, illius quæ paulatim obſoleſcebat loco ſubſtituere, 1. Cur id non vbique in gratiam lectorum præſtitit, quos vno verbo cōſilij ſui certiores facere poterat? 2. Cur Verſionem non attemperatam ex Veteri & Hieronymiana, ſed plane corruptam dedit? Annon ſatius fuiſſet venerandam antiquitatis caniciem, nulla tinctura decoloratam, quam nouis corruptelis adulteratam contemplandam dare? 3. Cur neglecta vulgata pſalterij quæ ad nos vſque propagata eſt verſionem nouam, nulli propemodum cognitam, ad Hebræorum codicum fidem ab Hieronymo elaboratam, lectori ſæpius obtruſit? 4. Quis ferat, Turriano id prudenter & vtiliter factum videri, quod poſtea *non conuenire, non quadrare, nullo modo ad res propoſita rationem accommodari poſſe ſtomach*abundus vociferatur [a] *ἀνὴρ δίψυχος ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ*? Id ergo & verius & certius eſt circumforaneum rabulam, cum apud ſe ſtatuiſſet impoſturam facere, & ſuppoſuiſſe & diſſeminaſſe Epiſtolas, quas ſurreptis hinc inde laciniis male conſarcinauit, ac (ſi quando decerptis è 70. interpretum verſione floſculis diſcriminauit) ex aliorum ſcriptis tranſlatis locupletauit ornamenris. a Iacobi 1.8.

TVRRIAN. *Factum eſt in his epiſtolis, quod à Gregorio primo in Iob, vbi nunc eſt interpretatio Hieronymi, fuit ante interpretum 70. Id autem docendum, imo etiam ante oculos ponendum vt negari non poſſit, vtq; inde teſtimonium petatur, ſaltem ante Hieronymi ætatem ſcriptas.*

℟. Euge Turriane, perfrica frontem, præſta promiſſi fidem, *& eris mihi magnus Apollo.*

TVRR. *Locus* [b] *Zachariæ 1 I. in epiſt. prima Alexandri primi citatur, vbi ſcriptum fuit* oculi ſui, *(non oculi mei vt in verſione Hieronymi) ex verſione* 70. *Cyrilli, Theodoreti, & Theodori Antiocheni* &c. b Zach 2.8.

℟. Moneo Theodorum illum Antiochenum illum ipſum eſſe quem 5. Oecumenica Synodus anathemate perculit, Neſtorij fontem, & Mopſueſtienſis Eccleſiæ *κατάσκοπον* verius quam Epiſcopum. Nego præterea verſionem 70. ab Hieronymiana ex Hebræo hilo diſcrepare, illi enim ſcripſerunt *ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ, oculi eius*, vt ex Hieronymo conſtat; quæ verba cum ad Deum & ad lædentem ex æquo referri poſſint, ad Deum retulere non modo Hieronymus, ſed etiam Theodoretus, ac forte Cyrillus, cuius commentarij nunc ad manus non ſunt, & Theodorus cuius nihil editum vidit ætas noſtra; quid enim de Jeſuitę qui fefellit in Theodoreto fide ſpeciem? Eum certe qui epiſtolas effinxit non aliter legiſſe euidentiſſimum eſt; nam non ſola Pſeudo-Alexandri epiſt. 1. habet *oculi mei*, ſed Pſeudo-Anacleti ſecunda, Pſeudo-Euſebij prima, Pſeudo-Ju.ij 1. Pſeudo-Felicis II. prima, & Pſeudo-Damaſci 4. quinimo ſæpe *τῶν ὅλων* huius lectionis vel ra-

tionem reddit vel ἐπεξήγησιν affert; Exempli cauſa, Pſeudo-Clemens epiſt.1. *Admonere eos neminem debere docebat, quia oculi Domini ſunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius.* Pſeudo-Anaclet.epiſt.2. poſtquam locum Prophetæ citauit: *Nam ſi aliquis nunc in malum oculos alicuius principis incipit tractare, manifeſte reus Maieſtatis iudicatur*, &c. Pſeudo-Pius epiſt.1. *Epiſcopi à Deo ſunt iudicandi qui eos ſibi oculos elegit.* Pſeudo-Melchiades epiſt. ad Hiſpanos, *Epiſcopos ſibi Dominus tanquam oculos elegit.* Pſeudo Felix II. epiſt.1. *Pontificibus, qui pupillæ oculorum Domini nuncupantur, diuina atque catholica lex ſuffragari debet; ait enim diuinum de Epiſcopis eloquium, Qui vos tangit*, &c. An aliam Pſeudo-Alexandri mentem fuiſſe dicemus? Imo eandem, ſic enim ille loco citato, *Ipſi declinant victimas Domini in profundum, qui eos deuorant vel iniuſte lacerant qui oculi Domini dicuntur. Nam ſi modo quiſquam principis ſecularis oculos laceraret, aut amoueret, eſſet reus criminis maieſtatis, annon profecto aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia? Si pro ſeculi poteſtatibus talia ab hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis, de quibus Dominus ait Qui vos tangit*, &c. I nunc, Lector, & Jeſuiticam audaciam ferreamque frontem mirare.

Tvrrian. *Nemo eſt qui conſequentia tum in Propheta, tum in epiſtola Alexandri attente legat, qui negare hoc cum ratione poßit; ſubiungit enim Propheta* [a]: Quoniam ecce leuo manum meam ſuper eos &c. *vnde Alexander hunc ſenſum Prophetæ ſequens, poſtquam recitauit ex Propheta Zacharia,* Qui vos tangit &c. *quia ſuis verbis, Prophetæ minas periculorum & malorum iniquis accuſatoribus Epiſcoporum idem Pontifex Alexander propoſuerat; ſubiungit ſtatim* & quia nos ſine illis, nec illos ſine nobis perſequi poſſunt &c. eis pericula & perditiones eorum non auſi ſumus celare &c.

a Zach. 2. 9.

℞. Si verba per Zachariam loquentis Domini, *quia leuo*, &c. non patiuntur de Dominicis oculis præcedentia intelligi, vicerunt Magdeburgenſes, qui *propter ſcripturas violenter citatas, atque indocte, perplexe, & contrariè explicatas* epiſtolas reiecerunt. 2. Nunquam *conſequentia in Propheta attentè legerunt*, quos Turrianus, Clementes, Anacletos, Pios &c. fuiſſe credit. 3. Male Hieronymus & Theodoretus propheticum locum vexauerunt; quorum tamen interpretationem ab ipſo Pſeudo-Alexandro probari ſupra docuimus. At nihil eſt in hac interpretatione non planum. Quid enim diuinam vindictam vrgere acrius valeat, quam ſenſus iniuriarum ipſi Domino, dum piis inferuntur, illatarum? An patienter ferant Jeſuitæ ſi quis eorum *pupillas vexet, eóſque* (vt [b] Hieronymi verbis vtar) *clara luce priuare nitatur?* non opinor. Nec dicenda ſunt ἀπροσδιόνυσα prorſus Pſeudo-Alexandri verba ſequentia; *& licet nos perſequantur &c.* Vult enim docere ſe (quamuis animo quæ fratres pati finxit patientem) non poſſe temperare à denuntiatione diuini iudicij quo tandem obruendi ſunt *pupillam Dominicam*, id eſt pios, fodientes.

b in hunc locum.

Tvrr. *Si non ſic legit Alexander, quomodo hoc teſtimonio Zachariæ recitato, pericula* & perditiones *prædixit; quod ſe facere ait, ne damnationem Prophetæ Ezechielis incurrat: gladium* [c] *ergo venientem annuntiat hic Alexander, cum ait pupillam oculi ſui lædere, qui pios infeſtant.*

c Ezech. 33. 8.

℞. Hæc

℞. Hæc rurſus ſenſum mutare non cogunt, nec ab Hieronymiana interpretatione adeo abludunt: licet enim noſtrum non ſit præſtare quicquid nebulo impudens chartæ illeuit; nihilominus fidenter aſſero, non eſſe vſquequaque alienam à Zachariæ mente argumenti à Pſeudo-Alexandro allati conſequentiam. Vult Propheta dominicos oculos fodicantes iudicij imminentis commінatione perterrefacere. Idem conatus Pſeudo-Alexander ait ſe *Domini oculos tangentibus*, id eſt Clericos perſequentibus, *pericula ipſorum* ceruicibus impendentia *celare non auſum*, quia ſcil. animum angebant minæ in malos paſtores per Ezechielem intentatæ.

TVRR. *Citat locum* [a] *Oſea ſecundum interpretationem 70. idem Alexander*, quoniam ſicut vacca aſilo percuſſa inſaniuit Iſraël &c. *pro quo ſubſtitutum ex verſione Hieronymi*, quaſi vaccæ laſciuientes. a Oſeæ 4.16

℞. Hoc nego: cum enim Hieronymus non *vaccæ laſciuientes* quomodo Pſeudo-Alexander, ſed *vacca laſciuiens* ſcripſerit; nec *protectoribus ſuis*, ſed *protectores eius*; hæc plane indicant impoſtorem, cui nulla alia verſio præter Hieronymianam ad manum fuit, eandem ab initio corrupiſſe, vt inſtituto ſuo ſeruire cogeretur.

TVRR. *Quod ſequitur nullo modo ad rei propoſitæ rationem accommodari potuit.*

℞. Ergo *nec prudenter nec vtiliter* factum, quod antea *& prudenter & vtiliter* factum laudauit Jeſuita; ſed rationem δ᾽ ἀτιμίας huius φρυάγματος audiamus.

TVRR. *Sic* [b] *apud Hieronymum*, dilexerunt afferre ignominiam protectores eius, *populo ſcilicet; pro quo quia* ἀ προεδρευόντων *erat ſubſtitutum* protectoribus ſuis: *Quadrat vero editio 70.* & dilexerunt ignominiam ex fremitu ſuo, *id eſt elatione, teſte Cyrillo; hinc enim proficiſcitur petulantia inſectandi paſtores & aduerſus eos fremendi.* b Ibid. verſ. 18.

℞. Rurſus Magdeburgenſium epiſtolas à Scripturarum tortore poſt Hieronymi ætatem dictaras inclamantium cauſam agit Jeſuita ἐκ τῶν ἀκέντρῳ θυμῷ: hinc enim conſtare poteſt ψευδολογογράφον verſionem 70. non legiſſe, ſed Hieronymiana (quam pro more corrupit) abuſum fuiſſe. Fateor ex elatione ſæpe inſectandi libidinem naſci; at non ideo quadrabit Pſeudo-Alexandri ſcopo Prophetæ locus ex 70. interpretatione petitus: ſic enim habet, ᾑρέτισε Ephraim χαναναίους, &c. πορνεύοντες (χαναναῖοι ſupple) ἐξεπόρνευσαν, ἠγάπησαν ἀτιμίαν ἐκ φρυάγματος αὐτῆς, id eſt (Hieronymo interprete) *prouocauit Chananæos Ephraim, fornicantes* Chananæi, *fornicati ſunt, dilexerũt ignominiam ex fremitu eius*, Ephraim nimirum. Veſtram fidẽ Jeſuitæ, quid hoc ad Epiſcoporum aduerſarios? Aptentur, ſi placet, verba hęc Epiſcopos perſequẽtibus, & tota Turriani fabula euaneſcet: *Sicut vacca aſilo percuſſa inſaniuerunt* qui Epiſcopos vexãt &c. *& dilexerunt ignominiam ex fremitu eius*: qui dilexerũt? cuius dilexerũt? hic aqua hæreat neceſſe eſt, non dicam Pſeudo-Alexandri, cui nihil tale in mentem venit, ſed Turriani patronis. Vidit ſane Jeſuita ad impoſtoris, cuius patrocinium ſuſcepit, ſcopum non magis 70. interpretum quam Hieronymi verba dirigi poſſe; ſed cum ſcenæ quam

exornauerat ſeruire vellet; nec aliam elabendi viam nanciſci poſſet, in textum 70. infeſtus irruit, ac pro αὐτῶν, αὐτοῦ, pro *fremitu Ephraim*, fremitum Chananæorum ſubſtituit, totámque & loci prophetici ſeriem, & interpretum mentem interuertit: dignum ſane Epiſtolarum adulterinarum protectore facinus: at is non fuit opinor Alexander glorioſus Chriſti martyr, quem Turriani rabies inuaderet, quíque teſtimonia *captiua ſeruire ſibi ad victoriam* cogeret, *qua ſuis in voluminibus non dimicabant*.

a Oſeę 5.11.

b forte impoſtor credidit *calumniā patiens*, idem valere ac *calumniam patietur*: vt qui calumniis alios laceſſiuit ipſe viciſſim calūniis impetatur, & cadat cauſa. videtur autē in commentarios Hieronymi inuidiſſe, cuius hæc verba ſunt: *De hæreticis manifeſtus eſt ſenſus: quod ſophiſmatibus ſuis & arte Dialectica ſæpe opprimant Eccleſiaſticos. ſed cum hoc fecerint, non merito veræ fidei ſed ſordes ſequuntur mendacij, qui traditi Diabolo & Angelis eius, videntur ſibi calumniā pati, & in ſe factam eſſe iudicij veritatem.*

TVRRIAN. [a] *non conuenit quod ex Hieronymo in Alexandri epiſtola legitur*, Calumniam patiens Ephraim, *oppreſſoribus epiſcoporum: at conuenit verſio 70.* oppreſſit, *inquit*, Ephraim aduerſarium ſuum, &c.

℞. Eſto, non conueniat; quid ad nos? Annon Jeſuitica confeſſio Magdeburgenſium accuſationem firmiorem reddit? Videtur tamen [b] ex Hieronymiana interpretatione exſculpi poſſe quæ ad Pſeudo-Alexandri mentem explanandam cúmque quodammodo excuſandum faciant. Cum enim nos doceat Hieronymus, eum dici poſſe *calumniam quandam pati qui peioribus ſe traditur*: videntur Epiſcoporum inſectatores *hac in parte calumniam ſuſtinere, quod peioribus traduntur*; videri etiam poteſt *erga illos iudicium non ſeruari*, quia *cœpit Ephraim abire poſt ſordem*, hoc eſt quia ipſi putidis calumniis pios inſectari auſi ſunt. Expectas forte, Lector, ex ipſa quam vexare conatur Turrianus, 70. interpretum verſione, commodiorem ſenſum; at eam à Pſeudo-Alexandri ſcopo longius abire comperies vbi animi aciem intenderis. Id ſcil. probandum ſuſceperat [illegible], eos *qui epiſcopos iniuſte amouere nituntur, infamia perpetua notari*: quomodo probat? *de ijs decreta habemus quibus eorum vocem obſtruamus*. Hæc prima probatio, *de iis Dominus loquitur per Prophetam calumniam patiens* &c. quaſi dicat *peioribus ſe tradet*, forte *dæmonibus*, poſtquam infamia notati & Eccleſia pulſi fuerint. hæc 2. probatio: quid ſi dicamus *de iis Dominus loquitur per Prophetam; oppreſſit Ephraim*, id eſt epiſcoporum infeſtator, *aduerſarium ſuum*, id eſt epiſcopos, *conculcauit iudicium, quia cœpit abire poſt vana?* ſic iubet Turrianus: at hæc nec theſim propoſitam probant, nec ſpem vllam probationis oſtentant; non enim docent *Oppreſſores epiſcoporum ea de cauſa pœnas luere quia Epiſcopis infenſi fuerunt*, ſed aſſerunt *Epiſcopos ab aduerſariis ideo oppreſſos, quia aduerſarij illi abire cœperunt poſt vana*; hoc vero nihil ad rhombum. Cætera nihilo meliora ſunt: experiatur, cui tempus in arcto non eſt.

c Oſeę 4.3.

TVRR. [c] *In Alexandri epiſt. 2. legitur ex Oſea cap. 4.* piſces maris congregabuntur; *quod non quadrat ſicut verſio 70. in qua* deficient *legitur, quod ad tenuiores deuorantes accommodat Cyrillus, ſecundum prophetiam Abacuk* cap. 1.14.

℞. Æque vtrumque quadrat, quia vtrumque eodem recidit, ſiue *congregabuntur* ſiue *deficient* legamus; nam quę de medio tolluntur, congregantur & colliguntur, vt in poſterum non compareant: ſic Oſeę locum interpretatus eſt Hieronymus ipſe; réſque per ſe plana eſt, annon enim quoſcunque rete concluſos piſces congregauit piſcator defi-

deficiunt? Annon ſi nullum de capturâ excipias, omnes deficient? Docet igitur Propheta, cógregandos in rete piſces *ne ſcil. mare diuini iudicij vim effugiat.* Non poteſt autem meo iudicio Pſeudo-Alexandri ſcopo aptari Cyrilli interpretatio, quam Theodoretus quoque inſinuare videtur, per reptilia & volatilia *potentes*, per piſces *inopes* deſignans; quem enim ſenſum facient hæc conceptuum portenta? *De his qui fratribus laqueos ponunt loquitur Dominus dicẽs, Ideo*, id eſt propter infeſtationẽ fratrum *lugebit terra, &c. & piſces* id eſt tenuiores, *deficient* à maioribus ſeu fratres perſequentibus deuorati. Sperasti, Lector, Pſeudo-Alexandrum metum incuſſurum inſidiatoribus piorum, ob ruinam à Propheta prædictam: at te ſpem omnem abiicere iubet Turrianus, aſſeuerans prædictum ab Oſea tenuiorum excidium, eorúmque omnium qui calumniam & perſequentium iniurias paſſi ſunt.

TVRR. [a] *In ead. epiſtola leguntur hæc verba*, populus tuus ſicut qui contradicunt Sacerdoti; *non poteſt autem facile intelligi quomodo ad minas & ſupplicium hoc pertineat.* a Oſee 4. 4.

℞. Non neceſſe eſt ad minas pertinere; poteſt enim ad eorum quibus exitium minatur Dominus deſcriptionem referri; retulit ſane Hieronymus [b], hæc ſcribens, *quia in ſceleribus perſeuerant, & impudenti Deum fronte contemnunt Iſraëlitæ, audiunt, Non neceſſe eſt vt veniatis ad iudicium, vt in veſtris flagitiis arguamini, quia tanta eſtis impudentia, vt nec conuicti quidem pudorem habeatis & verecundiam: ſed contradicatis mihi, quaſi ſi diſcipulus magiſtro, ſacerdoti plebecula contradicat, quæ non habet ſacerdotij dignitatem: Et quia tales eſtis, ideo hodie corruetis*, &c. Demus tamen ad minas pertinere, annon miſera eſt eorum conditio, qui ſimiles ſunt *contradicentibus ſacerdoti*, id eſt [c] Core & aſſeclis quos tandem terra *viuentes* abſorbuit? b Hieron. in hunc locum. c Num. 16. 32.

TVRR. *Interpretatio vero 70. quam Alexander ſecutus eſt recte conuenit*, & erit populus ſicut ſacerdos cui contradicitur; *ſignificat enim*, inquit Cyrillus, *priuandos eſſe ſacrificiis:* Sacerdos enim, cui contradicitur, *eſt qui habebat aliquod vitium aut morbum corporis propter quæ arcebatur à ſacris.*

℞. Eadem fere eſt Theodoreti interpretatio, Sacerdotem *cui contradicitur reprobatum, & qui dignitate ſua excidit*, intelligentis; at eodem grauatum incommodo, quo allata à Turriano in hæc verba *piſces maris deficient* expoſitio: minæ enim à Propheta intentatæ non inſidiatores ſed inſidiis petitos ferient; demonſtremus id ad oculum; *de his*, inquit Pſeudo-Alexander, *qui fratribus inſidias præparant loquitur Dominus dicens, Ideo*, quia inſidias poſuerunt, *lugebit terra, &c. piſces*, id eſt quibus inſidias parant *deficient, vt nullus neque iudicetur, neque arguatur, populus autem meus ſicut ſacerdos cui contradicitur:* id eſt ſint pij abiecti ſicut ſacerdos qui dignitate ſua excidit.

TVRR. [d] *Teſtimonio clariſſimo eſt, quod nullo ingenio eludi queat, quod qui has epiſtolas poſt Hieronymi tempora reperit, & in publicum emiſit pro interpretatione 70. qua Zephyrinus vſus eſt, interpretationem Hieronymi poſuit, & ſubſtituit; Qui quidem ſiue fictas reperiſſet, ſiue ipſe idem eas finxiſſet, neceſſe erat vt interpretatione 70. qui ante ætatem Zephyrini fuerant vſus eſſet; Quis hoc* d pro epiſt. lib. 1. c. 19.

dubitet niſi qui omni prorſus iudicio & ratione careat?

℞. Neceſſe erat impoſtorem, ſi latere volebat, antiquiſſimam verſionem ſequi; ſed eius frons dura fuit, guſtus nullus, prudentia cæca: quid vero neceſſe erat *poſt Hieronymi ætatem in publicum emittere* quæ, ſi vlla titulis fides eſſe debet, *ad omnes Chriſtianos*, ad *omnes Epiſcopos*, ad *Epiſcopos plebeſque Orientis, AEgypti, Italiæ, Africæ, Galliarum, Hiſpaniarum* ſcripta ſunt? *quis hoc* cum Turriano aſſeueret *niſi qui omnis prorſus iudicio & ratione careat?*

TVRRIAN. *Vſum autem Zephyrinum verſione antiqua probatur ex loco Eſaiæ 51.7. citato ſecundum verſionem 70.*

a Vide ad marg. epiſt. 2. Pſeudo-Zephyrini.

℞. Docuimus [a] ſuo loco verba quæ Zephyrini eſſe Turrianus credidit, à Martino I. in Concilio Lateranenſi A.D. 649. Octob. 17. pronuntiata eſſe: hic vero monendum videtur, Martinum verſionem Hieronymianam loco citato ſecutum fuiſſe, *Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne* [b] *timeatis*, licet paulo ante ad ſeptuaginta interpretum verſionem alluſiſſe videatur; dixerant enim illi μὴ φοβεῖσθε ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε, Hieronymus vero ſic vertebat, *Nolite timere opprobrium hominum, & contemptu eorum ne vincamini*: Martinus autem, & ex eo Pſeudo-Zephyrinus, *Non debemus multum timere opprobrium hominum neque eorum exprobrationibus vinci.*

b alias *metuatis*.

c pro epiſt. lib. 5 cap. 21.

TVRR. [c] *Addendum eſt, quod ille fecit qui ſtudio & induſtria ſua interdum pro interpretatione 70. cum ei viſum eſt Hieronymi interpretationem vt docuimus poſuit, non nouum & inauditum fuiſſe, neque exemplo imitationis caruiſſe.*

℞. Quandoquidem neminem id feciſſe quod Ieſuita ſuſpicatur iam euicimus, fruſtra exempla quærit quibus egregiè factum tueatur.

TVRR. *Imitatus eſt interpretem epiſtolæ ad Hebræos, in qua teſtimonia quæ ex veteri Scriptura ab Apoſtolo Hebraïca quidem (vt par eſt credere, vt qui & Hebræus & ad Hebræos ſcriberet) citata ſunt, qui epiſtolam ex Hebræo in Græcum conuertit quiſquis ille fuerit ſiue Clemens Romanus, ſiue (vt alij putant & credibilius eſt) Lucas, ex interpretatione 70. qua Sancti Apoſtoli, & omnes Eccleſiæ vtebantur mutuatus eſt.*

d Vide apud Phot. cod. 121. Hippolitum & Caium apud Euſeb. lib. 6. c. 21. & Hieron. catal. in Paulo Tertul. de pudic. cap. 20.

e Clem. in epiſt. ad Corinth. Clem. Alex. apud Euſeb. lib. 6. c. 14. Orig. apud eund. lib. 6. c. 25.

f iidem, & Hieron. in catal. & Euſeb. lib 3. cap. 37. & Theodoret. in hanc epiſt.

g Rom. 10. 8. 11. 18. &c. Gal. 4. 18.

℞. Diuerſi diuerſas de epiſtolæ huius auctore & lingua originaria ſententias fouerunt [d]; alij non à Paulo ſed vel à Barnaba, vel à Luca, vel à Clemente: plurimi (iique fide [e] digniſſimi) à Paulo dictatam crediderunt; nonnulli rurſus à Clemente, nonnulli à Luca [f] in Græcum ſermonem tranſlatam ſenſerunt. Sed cum nemo ſibi viſum Hebraïcum exemplar teſtetur, aut ſtylum quo epiſtola hæc conſcripta eſt Lucæ ſtylo diſſimillimum eſſe negare, aut Paulum alibi aduerſus [g] Hebræos diſputantem 70. verſionem ſecutum diffiteri audeat; ſint autem non leuia nec pauca quæ Græcum exemplar fontem non riuum eſſe ſuadeant; Exempli cauſa, interpretationes vocabulorum Hebraïcorum cap. 7. 2. Emphaſis vocis ὑποστάσεως cap. 11. verſu 1. Paronomaſiæ nonnullæ, vt cap. 5. 8. ἔμαθεν, ἔπαθεν; cap. 11. 37. ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν &c. ab Apoſtolo Hebraïce ſcriptam negamus.

TVRR. *Conſideret qui ait Apoſtolum verſionem 70. ſecutum, quemadmodum*

admodum hoc veriſimile fiat, vt cum Paulus ad Hebræos ſcriberet Hebraïce, teſtimonia ſcripturæ Veteris citaret, quæ Hebræi poſtea in libris ſuis quos legebant non reperirent, qui erant alioqui literis Hebraicis ita addicti, vt iis qui 70. interpretibus vtebantur ſemper obiicerent (vt Hieronymus teſtatur) quod Biblia haberent corrupta, riderentque (vt Origenes in epiſt. ad Africanum ait) quod ea quæ apud Hebræos ſcripta erant Chriſtiani ignorarent.

℞. Certe qui Apoſtolum ad Hebræos Hebraïce ſcripſiſſe ſtatuerunt, ſeptuaginraviralis editionis vſum non Apoſtolo ſed interpreti imputare debuerunt; verum cum eorum ſententia firmo fundamento careat, nihil nos cogit eandem propugnare; iure merito Hebræi Chriſtianos ſeptuaginta interpretum editionem Hebraicæ veritati præferentes exagitauerunt; at Paulum, qui nihil eſt à 70. mutuatus quod (ſi ſubſtantiam ſpectes) ab Hebræo abſit, exagitare nullo iure potuerunt.

TVRRIAN. *Denique quo magis ſubſtitutio illa interpretationis Hieronymi in pluribus locis pro interpretatione 70. credibilis ſit; memini ego non ita pridem audire cum eſſet Cyprianus Romæ imprimendus, fuiſſe qui iudicarent tunc in teſtimoniis Veteris ſcripturæ, quæ ſunt omnia apud Cyprianum ex interpretatione 70. pro interpretatione 70. interpretationem Hieronymi ſubſtitui debere.*

℞. Docuimus nullam ſubſtitutionem in epiſtolis locum habuiſſe; interim meminerit Lector, quibus artibus ſcioli inter Papales paraſitos in ſcripta veterum graſſati fuerint: huic enim hominum generi & poëtis *quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.*

TVRR. *Intelligere mihi videor diuino conſilio factum eſſe, vt ille, quiſquis fuit, in locum 70. in teſtimoniis ſcripturæ Veteris interpretationem Hieronymi tam vulgatam in pleriſque locis ſubſtituerit.*

℞. *Intelligere mihi videor, diuino plane conſilio factum* vt nebulo ſe ſuo indicio proderet, nec artificioſe dedecus ſummum celare poſſet: ſæpe id quidem conatus eſt, vbi enim Pſalmi citandi fuerunt, recurrit ſæpe ad Hieronymi interpretationem ex Hebræo, ſed fruſtra fuere conatus eius omnes, Deo opt. maximo immane facinus auerſante.

TVRR. *Dixiſſent Magdeburgenſes (ſi vbique verſio 70. ſeruata fuiſſet) fictas epiſtolas à quopiam qui callide (vt ſpeciem probabilitatis imitaretur) ex interpretatione 70. teſtimonia veterum ſcripturarum ſumpſiſſet.*

℞. Dixiſſent; at nunc dicendum à rude impoſtore totam fabulam peractam: quem, ne *probabilitatis ſpeciem imitaretur*, deſtituit eruditio.

TVRR. *Nunc cum vſus fuerit verſione Hieronymi (quod conſilio huic palam repugnabat) quis illum tam ſtultum & communis ſenſus expertem fuiſſe putet, vt de induſtria fidem ſibi derogare vellet? tam amens erat, vt vna atque eadem opera idem ipſe quod moliebatur ſimul euerteret?*

℞. Nemo putauerit illum ſibi de induſtria fidem derogare voluiſſe; derogauit tamen, quia *ſtultus, amens, expers communis ſenſus* fuit.

TVRR. *Confiſus noviſſimæ veritati nihil huic incommodi, aut ſcrupuli, vel dubitationis de auctoritate epiſtolarum poſteris timuit: ſciebat enim neminem ignoraturum eſſe, non potuiſſe pontifices illos verſione Hieronymi vti.*

℞. De ſui ſeculi ruditate ſecurus credidit neminem futurum qui

(Deo ferrei ſeculi rubiginem detergente) inſana μιχανίματα deprehendere poſſet: abſurdus verò Turrianus qui *notiſſimam veritatem* aſſerere audeat ſcriptis quæ veteribus pene omnibus ignota fuiſſe cogitur confiteri.

Tvrrian. *Illi qui Hieronymi verſionem ſubſtituit, hoc tantum propoſitum fuit, ea interpretatione vti, quæ iam erat Latinis (vt nunc eſt) familiarior.*

℞. Quandoquidem ſubſtituta non fuit Hieronymi verſio, ſubſtituenti *hoc* vel illud *propoſitum fuiſſe* dici non poteſt: at ei qui epiſtolas effinxit, hoc vnum propoſitum fuit, imperitos quacunque via poſſet à veritate abducere.

Tvrr. *Quod ſimulatum eſt tenui etiam ſuſpicione arguitur: omni ergo ſtudio cauiſſet ne exiſtimationem antiquitatis quam illis epiſtolis apponere volebat tolleret.*

℞. Cauiſſe debuerat, ſed non potuiſſe docuimus.

Identitas ſtyli quo epiſtolæ omnes conſcriptæ ſunt, eas adulterinas eſſe conuincit.

Cap. X.

a pro epiſt. lib.2. cap.1. & ex eo Hartus. collat. cap.8. ſect. 3.

TVrrian.[a] *Stylus (etſi non ſemper) certus index, præſertim in quibuſdam auctoribus, veri operis eſſe ſolet, quo ad diſcernendos veros libros à falſis ſæpe vti conſueuimus, vt à quibuſdam in Tertulliano, Cypriano, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, & aliis factum: eſt enim aliquando ſtylus auctoru ſui ita proprius, vt facile ex eo & quidem mediocri iudicio opus eius dignoſci poſſit, vt in Tertulliano, Apuleio, Plinio maiore, Tranquillo* &c.

℞. Hæc omnia concedo lubens: non enim noſtræ ſed Jeſuiticæ cauſæ iugulum petunt.

Tvrr. *Quia ab iis pontificibus, quorum Magdeburgenſes epiſtolas negant, nihil præter eas ipſas epiſtolas ſcriptum habemus, relicta diſſimilitudine ſtyli, qua ob hanc cauſam obiici non potuit, ad ſimilitudinem ſtyli argumenti & materiæ ridicule ſe tranſtulerunt.*

℞. Etſi nihil aliud ſcriptum haberemus, argumenti Magdeburgenſium vim non effugeret Jeſuita; cùm enim ouum ouo ſimilius non ſit, quam epiſtolæ decretales inter ſe ſunt: ſiue materiam, ſiue formam ſpectes, merito ſe ridendum propinaret quiſquis perſuaderi ſibi pateretur, fieri poſſe vt 40. vel 45. viri diuerſis temporibus, eodem quaſi ore locuti, eoſdem orationis næuos amauerint, eoſdem dictionis characteres ſeruauerint, eandem exercendi ſtyli materiam ſumpſerint, eadem fingendi audacia laborauerint &c. Quis credat fatales fuiſſe vrbicis Epiſcopis quoſdam quos ſemper incurſarent ſcopulos, nec vllum eorum qui epiſtolas dictaſſe feruntur, ab anteceſſorum lapſu immunem fuiſſe? Sed ne ex ſola ſtyli ſimilitudine aduerſus Pſeudo-Iſidori nænias argumentorum nobis copiam ſuppetere quiſpiam putet, diſcat nos in promptu habere ſtyli diſſimilitudinem quam ſuo ordine obiiciamus; Superſunt enim plura veterum pontificũ genuina ſcripta, ex quo-

ex quorũ ſtylo euincere liceat, quæcunq; nos falſitatis arguimus adulterina eſſe; extãt nẽpe Cornelij binę ad [a] Cyprianũ epiſtolę, Julij binę [b] ad *Orientales & Alexãdrinos* [c], Liberij 11. Damaſi [d] ſex, Anaſtaſij vnica ad Joãnem Hieroſolymitanũ; Sixti III. binæ, Leonis plurimæ, Joannis ſecundi duæ, Pelagij I. quindecim, Pelagij ſecũdi 5. Gregorij volumina plura &c. quæ *longe aliter catulos, aliter ſues olere* ſatis ſuperq; nos doceãt.

TVRRIAN. [e] *Magdeburgenſes fragmentum epiſtolæ Cornelij ad Fabium Antiochenum nacti apud Euſebium lib. 6. cap. 43. inepte verſionem è Græco Euſebij cum decretalibus Cornelij Latine ſcriptis epiſtolis comparauerunt.*

℟. Ineptam comparationem inſtituiſſent, ſi verba Pſeudo-Cornelij cum Ruffini aut Chriſtorphorſoni, qui Euſebium interpretati ſunt, verbis contuliſſent; ſed conceptuum cum conceptibus collatione factâ, recte monuerant, veram Cornelij epiſtolam nihil martyre Chriſti indignum, Pſeudo-Cornelij farragines nihil homine, cui ſanum ſinciput ſit, dignum ſpirare.

TVRR. [f] *Plura arguunt primam Clementis epiſt. & Conſtitutionum libros eiuſdem auctoris eſſe.*

℟. Id forte verum eſt de epiſtola quam Græcam vidit Turrianus, non de lacinia à Pſeudo-Iſidoro aſſuta. Vt tamen id certum eſſe demus, non ideo Turrianus obtinebit vel epiſtolam vel conſtitutiones legitimos B. Clementis fœtus eſſe; vtrumque enim negamus.

TVRR. *Epiphanius hær. 30. ex libri* περιόδων *cum Clementis collatione, collegit librum illum ab hæreticis deprauatum fuiſſe; at ſimilem collationem epiſtolarum decretalium cum aliis Rom. pontificum ſcriptis facere hodie non poſſunt Magdeburgenſes.*

℟. Collationem illam fieri poſſe docuimus; negamus vero Epiphanium decretales, quarum patrocinium ſuſcepit Turrianus, cum libro περιόδων contuliſſe; cum ſint 400. annis poſt eius dormitionem effictæ.

TVRR. *Reliquas aliorum pontificum epiſtolas Magdeburgenſes negant, quia ex ſimilitudine characteris ſuorum auctorum eſſe quorum feruntur probare non poſſumus, quia (vt ante dixi) alia eorum ſcripta non habemus.*

℟. Non ideo negant, ſed quia ſtylus barbaricus, & dictionis character per omnia ſimilis, vnum eundémque fuiſſe omnium epiſtolarum artificem quodammodo clamare videtur; poſſent tamen noſtri eiuſmodi mercium mangones ex pauculis quæ hodie manibus teruntur veterũ monumentis reuincere, & plane ἐπιστομίζειν, vt ante diximus.

TVRR. *Si licet ſtyli ex ſimilitudine & argumenti reiicere has epiſtolas, licebit etiam Apoſtolicas Petri, Iacobi, Pauli reijcere propter ſimilitudinem ſimplicis characteris ac ſimilitudinem interdum dogmaticam & paræneticam.*

℟. In pauculis lineis multa peccauit Turrianus. 1. Non ex quacunque *ſimilitudine ſtyli & argumenti*, vt ipſe fingit, *reiiciuntur epiſtolæ*, ſed ex eo quod vbique eandem cramben iiſdem fere verbis recoquunt, vt eadem manu exaratæ, eodem ore dictatæ videantur. 2. Conſequentia nulla eſt, cum alia ſcriptorum Apoſtolicorum, alia humanorum quorumcunque ratio eſſe debeat; fac enim Apoſtolos idem argu-

a Vide inter epiſt. Cypriani 46. & 48.
b Vide Apol. 2. Athanaſij.
c Vide Hilarij fragm. vitam Euſebij Vercell. Socrat. lib. 4. cap. 31.
d Vide inter opera Hieronymi Tom. 3. Theodoret. lib. 2 cap. 22. & lib. 5. c. 10: & Tomos Concil.
e pro epiſt. lib. 1. cap. 18.
f pro epiſt. lib. 2. cap. 1.

mentum eadem methodo, eodem ſtylo tractaſſe, quid mirum in viris quos eodem ſeculo vixiſſe, quibuſque Spiritum ſanctum non ſolos conceptus, ſed ſingula verba inſpiraſſe conſtat? An idem dici poteſt de Romanis præſulibus, qui diuerſiſſimis temporibus, ſuo marte, prout ſe obuiam tulit occaſio, ſcripſiſſe finguntur? An veriſimile eſt eos (quo tempore plebs ipſa Romæ pure locuta eſt) barbariem affectaſſe, ac ſibi peculiares phraſes illas eſſe voluiſſe quæ paſſim 8. & 9. ſeculo obtinuerunt? At quanquam in toto ſcriptorum Apoſtolicorum corpore ſanctiſſima ſimplicitas, ſummáque dogmatum & parænеſeon conformitas elucet, non tamen vbique eadem ſermonis facies occurrit; ſingulorum manum mentémque ſapientiſſimo conſilio ita direxit Spiritus Sanctus, vt ſinguli proprium ſcribendi morem ſeruarent, & in eiuſdem auctoris monumentis quædam nonnunquam ſermonis diuerſitas appareret: hinc enim factum vt [a] *ſecunda* Petri epiſtola *à pleriſque eius eſſe negaretur propter ſtyli cum priore diſſonantiam*: & epiſt. ad Hebræos *à cæteris* Paulinis *propter eandem ſtyli ſermoniſque diſſonantiam diſcrepare videretur*: & nonnulli de Jacobi, Judæ, Joannis 2. & 3. epiſtolis & Apocalypſi dubitarent.

a Vide Hieronym. quæſt. 11. ad Hedib. & in catalogo Euſeb. lib. 3. c. 3. & 25.

b Vide etiam Binij notas.

TVRRIAN. [b] *Addere potuerunt Magdeburgenſes, quod ſæpe eaſdem ſententias priorum Pontificum Apoſtolicorum & eiſdem fere verbis poſteriores Pontifices in epiſtolis vſurparunt; ſed fidem & auctoritatem id auget & confirmat.*

℞. Addent quicquid in mentem venerit epiſtolarum patroni: at nunquam perſuadebunt *fidem & auctoritatem* earum *augere & confirmare* poſſe, quod fingunt 30. vel 40. viros iiſdem centonibus diuerſimode farciendis intentos, iiſdem ſordibus delectatos, eaſdem materias vna eadémque methodo tractare, aut eoſdem conceptus iiſdem plane phraſibus iiſque ſpurciſſimis exprimere auſos fuiſſe. Si qua igitur in epiſtolis inter ſe collatis, ſtyli ſermoniſque vel diuerſitas, vel inæqualitas apparet (apparet autem non raro) eadem in ſingulis per ſe ſumptis obſeruari poteſt; eáque non aliunde orta quam ex laciniarum male conſarcinatarum diſſimilitudine, & inconcinna diſpoſitione, quæ ſæpe tam conſpicua eſt, vt ex profeſſo Horatianum pictorem imitatus, *Humano capiti ceruicem equinam iungere, variaſque inducere plumas* voluiſſe videatur impoſtor; alioqui quicquid è propria penu hauſit, id vbique iiſdem maculis fœdauit, iiſdem coloribus diſtinxit, eodem orationis habitu induit.

Spurciſſimi in Epiſtolis ſermonis ſordes non patiuntur eas à priſcis vrbis Epiſcopis ſcriptas eſſe.

CAP. XI.

POſtquam ex ſtyli omnimoda ſimilitudine ſeu verius identitate epiſtolas non à veteribus Eccleſiæ Romanæ Epiſcopis, ſed à recentiore aliquo ſcriptas fuiſſe docuimus, de barbari ſcriptoris quem *vel per febrem ſomniare, vel arreptum morbo phrenetico Hippocratis vinculis* *alligan-*

alligandum putes, inquinatiſſima oratione pauca adiicienda ſunt. Monuerant [a] Magdeburgenſes *genus illud ſermonis ab eo quo vſi ſunt ſecundi* à Chriſto nato *ſeculi ſcriptores δὶς διὰ πασῶν diſtare.* Quid hic Turrianus?

Omitto (inquit) [b] *quod iſti boni linguæ Latinæ auctores elegantiſſime & puriſſime ſcripſiſſe dicunt Plinium, Suetonium, Solinium, Tacitum, Iuſtinum & reliquos eorum ſimiles: in quo ſatis ſe linguæ Latinæ ignaros oſtendunt & riſum Italis mouere poſſunt, qui in oculis ferunt elegantiam Plauti, Terentij, Varronis, Ciceronis, Cæſaris, Lucretij, Virgilij, & ſi qui alij eiuſmodi.* At certe nihil eſt quod rideant Itali præter faſtuoſi Jeſuitæ vel pudendam ἀβλεψίαν, vel portentoſam mentiendi libidinem. Non enim Magdeburgenſes dixerunt Plinium, Suetonium, &c. eorum omnium qui inter Latinos vel ante vel poſt Chriſti natalem claruerunt, puriſſime ſcripſiſſe: ſed inter ſeculi ſecundi ſcriptores puriſſimos atque elegantiſſimos eſſe: quod nemo opinor negauerit. Magdeburgenſium verba ſunt, *Etſi eo tempore* (id eſt ab anno Chriſti 100. ad 200.) *Latina lingua non adeo omni ſuo cultu, & munditie perfecta erat, atque Iulij Cæſaris & Augusti tempore; tamen nondum tam inſulſe, inepte & barbare quenquam locutam eſſe teſtes ſunt multi eius ſeculi doctiſſimi viri, qui puriſſime & elegantiſſime locuti ſunt, vt Plinius* &c. Annon ſatis ſe vel oſcitantem vel mendacem oſtendit Jeſuita, qui ea Magdeburgenſibus obiicere veritus non eſt, quæ ipſi ne per ſomnium quidem cogitauerant?

TVRR. *Concedamus eis non carere ſolœciſmis epiſtolas.*

℞. Quaſi vero niſi conceſſerit Jeſuita, laboraturus ſit probationum penuria quiſquis euincere volet vbique ea ſolœciſmis barbariſmiſque ſcatere, cum paſſim liceat eiuſmodi floſculos decerpere, *Epiſcopi ſunt* [c] *obediendi non detrahendi, ſunt portandi & amandi,* [d] *nocere aliquem,* [e] *loqui,* [f] *tueri,* [g] *perſequi* paſſiue; [h] *malis alicuius particeps effici,* [i] *continentia literarum,* [k] *paternas diſciplinas iniuriare,* [l] *charitatiuè,* [m] *poteſtatiuè,* [n] *rigoroſius, ſe cauere,* [o] & ſexcenta alia.

TVRR. *Annon erat conſilium* [p] *prudens ſermone imperiti vulgi vti in rebus ad ſalutem omnium pertinentibus, vt etiam ab idiotis intelligi poſſent?*

℞. Aliud vero eſt *ſtylum demittere, & ad captum tenuiorum accommodatis phraſibus vti*, aliud *cum vulgo inepte & ſentire & loqui*: illud facere ſolent pij quique doctores, magna cum laude prudentiæ & charitatis Chriſtianę: hoc vnum facere potuit epiſtolarum ſuppoſitor, cuius ſcripta omnia ſordent, ſuntque, vt Catullinis verbis vtar, *cacata charta*: ſed ſi eorum conſilium probant Jeſuitę, qui de *rebus ad ſalutem omnium pertinentibus* verba facientes eas quæ ab idiotis intelligi poſſint phraſes ſeligunt, cur iniquum ſacra peregrina lingua tradendi morem ſequuntur, quo idiotis barbara Domini in Scripturis loquentis vox fit, ipſaque [q] ſimplicium *mens ἄκαρπος* eſſe cogitur?

TVRR. *Zephyrinus* [r] *locutus eſt vt vulgus tunc loquebatur, probent Magdeburgenſes non ſic illis temporibus vulgo loqui ſolitos.*

℞. Quaſi vero neceſſe ſit probare veteres vrbis Epiſcopos cum fæce plebis, agaſonibus, coquis &c. loqui ſolitos non fuiſſe; aut eos in ſtercoribus, ceu ſcarabeos, perpetuo volutatos fuiſſe ipſe probauerit.

a Centur. 2. cap. 7.
b pro epiſt. lib. 2. cap. 2. Binius in notis.
c Pſeudo-Euariſt. epiſt. 2.
d Pſeudo-Victor epiſt.
Pſeudo-Calliſt. epiſt. 2.
Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1.
e Pſeudo-Calliſt ep. 2.
f Pſeudo-Sixt. I. epiſt. 2.
g Pſeudo-Alexander epiſt. 2.
h Idē epiſt. 3.
i Pſeudo-Marcellin. epiſt. 2.
k Ibid.
l Pſeudo-Steph epiſt. 2.
m Pſeudo-Felix II. epiſt. 1.
n Pſeudo-Euſeb epiſt. 1.
o Pſeudo-Euſeb. ibid.
p *diuinum* cōſilium vocat Binius.
q 1. Cor. 14. 11. 14.
r pro epiſt. lib. 1. c. 17.

Tvrrian. *An exiſtimant Magdeburgenſes vocem* modernus, *qua Zephyrinus vſus eſt, à modo dictam, tunc nouam fuiſſe?*

℞. Nobis neceſſe nō eſt quod in vulgi vſu fuit, ab eo quod inuſitatū fuit ſecernere; forte vulgo recepta, forte nulli nota fuit vox *modernus*; quam quia Romanis Epiſcopis dignam aſſerunt aduerſarij, probare debent idoneo aliquo exemplo antiquis cognitam fuiſſe: interim notabunt Turrianum de veritate eorum de quibus ad rauim vſque diſputat, adeo ſecuri animi eſſe, vt quæ de Pſeudo-Urbano notauerant Magdeburgenſes ad Pſeudo-Zephyrinum, in cuius epiſtolis vox *modernus* non occurrit, temere tranſtulerit.

a 2.Cor.11.6. b Suidas c Theodoret. in 1. Cor. 14. d de Sacerd. lib.4.cap.6. e quæſt. 11. ad Hedib. f quæſt 10. ad Algaſ. g Apol. ad Pammach. pro lib. aduerſ. Iouin. cap.4. h 1.Cor.2.1.4 i Coloſſ.2.4. k 1.Cor.1.17. l quæſt.10. ad Algaſ. m lib.2.in epiſt. ad Eph. ab initio, & lib.2. in epiſt ad Gal.cap 4. n Hieron. epiſt 126.

Tvrr *Zephyrinus voluit imitari Paulum qui ſe* [a] ſermone non ſcientia *fuiſſe ſcribit* imperitum.

℞. Paulus ſe ἰδιώτην vocat, non abſolute ſed τῷ λόγῳ: eſt autem ἰδιώτης, [b] πολίτης, [c] πρὸς σοφὸν ἰδιώτης; ἀμαθὴς, ἀγράμματος: quo ſenſu Chryſoſtomus [d] aſſerit Paulum ὡς ἐστερημένον τὴν τῶν ἔξωθεν λόγων περιουσίαν, ἀφιέμενον τὸν ἀπερίεργον τῶν ἔξωθεν καλλωπισμόν: & Hieronymus ſcribit eundem *Tito* [e] *interprete* vti coactum, *diuinorum ſenſuum maieſtatem digno non potuiſſe Græci eloquij explicare ſermone*; [f] *puro non potuiſſe quod ſentiebat transferre ſermone quem* tamen *in vernacula lingua habebat diſertiſſimum Cilicum idiotiſmos, eloquium tricis implicatum ſimplicia* [g] *verba hominis quaſi ruſticam* adhibere ſolitum fuiſſe: ea de cauſa Apoſtolus ipſe quam ſibi tribuit ἰδιώτειαν τοῦ λόγου opponere videtur [h] τῇ ὑπεροχῇ τοῦ λόγου, πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, [i] πιθανολογίᾳ, [k] σοφίᾳ λόγου, qua ſimplicioribus inſidiabantur impoſtores φρεναπάται; at qui præ [l] *grammaticæ imperitia, vitioſa elocutione* vſus [m] *grammatica vitia incurrit*, & *ſolæciſmos fecit*, & *Rhetorici nitore ſermonis verborúmque compoſitione, & eloquij venuſtate* caruit, non tamen *ignorauit literas ſeculares*; quas etſi *non ſciuit ad perfectum, aliqua* ſaltem *ex parte contigit*: amplius dicam, *qui ſolæciſmos in verbis fecit, & hyperbaton reddere non potuit ſententiámque concludere, audacter ſibi vendicauit ſapientiam*; ſe quidem λόγῳ, nequaquam vero γνώσει ἰδιώτην profeſſus: an idem de epiſtolarum ſuppoſitore dicere quiſquam audeat? de cuius farraginibus (ſi ſemel emendicatæ aliquot ſententiæ excipiantur veris auctoribus reſtituendæ) iure pronunciare licebit, οὐδὲν ὑγιές, quique Hilarij Luciferiani elogio digniſſimus ſemper iudicabitur [n] *imperitus ſermone & ſcientia*, vt Eccleſiæ præpoſito τοῦ λέξεων πλουτεῖν καὶ τὴν συνθήκην τῶν ὀνομάτων ἁπλῆν τινα καὶ ἀφελῆ ſeligere nunquam indignum fuit; ſic Doctorem *ſcientia imperitum* eſſe καὶ μὴ εἰδότα μάχεσθαι ὑπὲρ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων, indignum ſemper facinus viſum eſt: quare non poſſunt Apoſtolico ἰδιωτείας exemplo ſe tueri qui plane & rerum & verborum cognitione deſtituuntur; non enim ita ſermone imperitus fuit vt aduerſarios ſapientiæ ſermone reuincere non poſſet, qui nihil non fecit [o] εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, quique (vt Chryſoſtomi verbis vtar) [p] Judæos Helleniſtas κατὰ κράτος ἐνίκα τῷ λόγῳ, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς ἤλασεν ὡς καὶ εἰς φόνον παρεξανασθῆναι μὴ φέροντας τὴν ἧτταν.

o Rom.15. 18. p de Sacerd. lib.4.cap.7.

Tvrr. & Bin. *Si propter ſolæciſmos aut barbariſmos &c. epiſtolæ Pontificum*

ſecum negari vel reiici deberent, omnes S. Pauli epiſtolæ, omnes Veteris ac Noui Teſtamenti ſcriptores ſacri & Canonici reiiciendi forent. S. Paulus 1. *Cor.* 2. *de ſeipſo ait*, Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis conſiſtit.

℞. *Plenius æquo laudat venales qui vult extrudere merces:* vbi docuerint decretalium propolæ, ipſis ineſſe quam ſcriptis ſuis & prædicationi tribuit Paulus ἀποδείξιν πνεύματος καὶ δυνάμεως, tum demum conſequentiam admittemus: ni faciant, cur pergant non modo diſſimilia, ſed plane *pugnantia ſecum frontibus aduerſis componere?* Vere olim de Paulinis ſcriptis Origenes [a] aduerſus Celſum, σαφῆ τιν' ἐξετάσων τοῦ ταῦτα (1. Cor. 2. 6.) τὰς ἐπιστολὰς, καὶ ἐνατενίσας τῷ βουλήματι ἑκάστης ἐν αὐταῖς λέξεως, ἀμφότερα δείξοι καὶ ὅτι νενοηκὼς τοὺς Παύλου λόγους καὶ ὅτι παραστῆσαι εὐήθεις τινὰς ἢ ἠλιθίους. εἰ γὰρ ἐπιδιδῷ ἑαυτὸν τῇ μετὰ τοῦ προσέχειν ἀναγνώσει, εὖ οἶδ' ὅτι ἢ θαυμάσεται τὸν νοῦν τοῦ ἀνδρὸς ἐν ἰδιωτικῇ λέξει μεγάλα περινοοῦντος. ἢ μὴ θαυμάσας αὐτὸς καταγέλαστος φανεῖται; at contrarium plane de epiſtolis ſtatuendum videtur; quas nemo à ſe attento animo lectas profiteri auſit, quin eaſdem ſtultas eſſe fatuaſque (ne quid grauius dicam) confiteri neceſſe habeat. a aduerſ. Celſum lib. 3.

IIDEM. *In ſcriptura ſacra innumeras phraſes & locutiones inueneris regulis grammaticæ contrarias.*

℞. De Veteris Teſtamenti Hebraïco codice id plane falſum eſt, in Græco Noui Teſtamenti nonnullæ occurrunt phraſes, quæ Græcanicam Syntaxim admittere nullo modo poſſunt, ſed has omnes totidem Hebraïſmos eſſe conſtat; vulgatam vtriuſque Teſtamenti verſionem innumeris locis, partim interpretis (qui tamen ſua laude fraudandus non eſt) partim exſcriptorum culpa, mendoſam eſſe nemo diffitetur; ſed mendæ illæ ſi cum epiſtolarum fæcibus conferantur, ornamenta propemodum videri poſſint.

IIDEM. *Origenes lib. 6. & 7. contra Celſum multa diſputat aduerſus philoſophos qui* τὸ εὐτελὲς *Scripturæ ſanctæ exprobrabant.*

℞. Recte Origenes Prophetas, Apoſtolos, ipſumque Dominum Jeſum attendiſſe monet πρόσω ἐπαγγελίας ἢ τὰ ἀληθῆ μόνον ἐλέγχοντες, ἀλλὰ καὶ δυνάμενος ἐπαγαγέσθαι τοὺς πολλοὺς, ἕως προτραπέντες καὶ εἰσαχθέντες ἕκαστος κατὰ δύναμιν ἀναβῶσιν, ἐπὶ τὰ ἐν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι εὐτελέσι λέξεσιν, ἀπορρήτως εἰρημένα: at id dici non poteſt de decretalium ſcriptore, in cuius ſermonibus (excipio ſemper alienas phraſes) quærenda non ſimplicitas ſed barbaries incultiſſima, non phraſis abiectior ſed fœdiſſima illuuie ſordens, non ſalutaris doctrina ſed impoſturarum ſentina ipſumque ἀνομίας μυστήριον.

TVRR. *Qui negant epiſtolas ob neglectam phraſim, negent epiſtolas* B. *Cypriani, quia in eis legunt*, ſubitatos, libellatos, quæſtionatos, adunatos. *Imo negent Scriptores Noui Teſtamenti, quod in eis ſolæciſmos & verba rudia legant, aut dicant neſciſſe loqui Spiritum qui eos docuit.*

℞. Bona verba Turriane: hoc forte tuis ſimilibus non nobis dictauerit ſpiritus blaſphemiæ, cætera nos nunquam negabimus; diximus enim quid de Noui Teſtamenti ſolœciſmis ſentiendum ſit: addimus

vero humanitatem ipſam à lectoribus æquis exigere, vt de Cypriani ſcriptis Horatianum illud pronuntient, *non ego paucis offendar maculis*: at epiſtolarum diſpar plane ratio, in illis enim quicquid eſt Latinis auribus dignum, adſcititium eſt; quicquid συγγραφεὺς ſuo marte ſcripſit, fœtet.

Tvrr. *Eadem audacia Lutherus epiſtolam Iacobi* ſtramineam vocauit.

℞. Errauere fateor Lutherus, Magdeburgenſes, aliique pauciſſimi qui in Magiſtri verba iurauerant; at quis hodie errorem ex imperitia natum propugnat? nullum certe noui.

a 1.Cor.15. 28. Tvrr. *Gregorius Nyßenus in illud* [a] Tunc ipſe filius ſubiicietur, *aſſerit Paulum vti nominibus pro poteſtate, etiam contra quam ferat conſuetudo.*

℞. Gregorij verba ſunt: οὐδὲ ἡ σοφία τοῦ μεγάλου Παύλου πρὸς τὸ δοκοῦν κεχρῆσθαι κατ' ἐξουσίαν τοῖς ῥήμασι, καὶ τῷ ἰδίῳ τῆς διανοίας εἱρμῷ προσαρμόζειν τὰς τῶν ῥημάτων ἐμφάσεις, κἂν πρὸς ἄλλας τινὰς ἐννοίας ἡ συνήθεια τὴν κατάχρησιν τῶν λέξεων εὕρῃ. Exempli cauſa, vocis κενοῦσθαι, qua vtitur Phil.2.7. 1. Cor.1.17.& 9.15. vocis περπερεύεσθαι 1.Cor.13.4. vocis ἱμείρεσθαι 1.Theſſ. 2.8. vocis ἐριθεία Rom.2.8. vocum ὑποταγὴ & ὑποτάττεσθαι 1. Cor.15. 27.28. addit vero ἀλλ' ὅμως χαίρειν ἐάσας ὁ Παῦλος τὰς ἐτυμολογίας ψυχρὰς δι' ὧν βούλεται λέξεων ὃ βούλεται σαφηνίζει νόημα. καὶ γὰρ ἔχει ἄλλα πολλὰ τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζουσιν εὑρεθείη ἂν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ἀποστόλου μὴ δουλεύοντα τῇ χρήσει τῆς συνηθείας, ἀλλὰ κατά τινα ἰδιότροπον ἔννοιαν ἐπ' ἐξουσίας παρ' αὐτοῦ προφερόμενα μηδὲν ἐπιστρεφομένου πρὸς τὴν συνήθειαν. At aliud eſt ab vſu communi aliquando deflectere docendi gratia, quod fecit Paulus diuino conſilio; aliud inquinatiſſimis vulgi phraſibus abuti ad imposturam faciendam, quod epiſtolarum efficto i pro virili conatus eſt.

Tvrr. & Binivs. *Origenes Tom.4. in Ioannem ſolœciſmos Pauli excuſans ait*, Qui voces diſtinguit, & ſignificata, & res, non offenditur ſolœciſmis: *& paulo poſt*, Non ignorabant Apoſtoli in quibus impingebant, & de quibus non curabant, &c.

℞. Quandoquidem de his ſolœciſmis ſupra egimus, nihil hic addere neceſſe eſt: monemus tantum allegata Origenis verba in Tomis per Ruffinum in Latinum ſermonem tranſlatis hodie non reperiri, ſed in Philocaliæ cap. 4. nec à Turriano fideliter verſa eſſe; ſic enim

b Turrianus legit φωνας. Origenes: ὁ διαιρῶν παρ' ἑαυτῷ [b] φωνὰς καὶ σημαινόμενα, καὶ πράγματα καθ'

c item σολοικισμοῖς. ὧν κεῖται τὰ σημαινόμενα οὐ προσκόψει τῷ τῶν φωνῶν [c] σολοικισμῷ &c. ἅτε δὴ οὐκ ἀγνοοῦντες οἱ ἀπόστολοι τυγχάνοντες ἐν οἷς προσκόπτουσι. καὶ περὶ ἃ ἐνασχολοῦνται, φασὶ ἰδιῶται εἶναι τῷ λόγῳ ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει. Omittit autem Turrianus has voces, παρ' ἑαυτῷ, καθ' ὧν κεῖται τὰ σημαινόμενα τῶν φωνῶν: deinde male verrit ἀσχόλουνται *curabant*, pro *verſati erant*: ſed hæc obiter.

Binivs. *Æterna memoria dignum eſſe iudicatum eſt, id quod S. Spiridion Trimituntis alias Trimituntu Cypri Epiſcopus, inſignis ſacræ fidei confeſſor, & ſacrarum Scripturarum propugnator, Tryphilium virum eloquentißimum, à ſe per miracula ad fidem Chriſti iam ante conuerſum, in S. Nicæna Synodo perorantem & loco verborum Chriſti* tolle grabbatum tuum *dicentem*, tolle lectum tuum humilem, *non immerito vt refert Sozomenus lib.1.cap.11. obiurgauit, quod verbis Chriſti vti dedignaretur & eloquentia efferretur.*

℞. Nec

℞. Nec nos cenſemus ferendos eſſe eos, qui auribus pruriunt, ſummámque diuini eloquij ſimplicitatem ſibi nauſeam parere teſtantur. At hinc non ſequitur debere quemquam decretalium nugas & βδελύγματα exoſculari. Interim notet Lector Binium multiplex hoc loco imperitiæ ſuæ ſpecimen edere, 1. Dum quæ propoſito nullo modo ſeruiunt congerit. 2. Dum vrbem cuius Epiſcopatum Spiridion adminiſtrauit, *Trimituntem*, alias *Irimituntem* dictam fuiſſe aſſerit: Cui enim nota *Irimitus?* nam apud Ptolem. Geograph. lib. 5. c. 13. Τριμυθοῦς, Socrat. lib. 1. cap. 12. Τριμυθοῦντος, Sozom. lib. 1. cap. 11. Τριμυθοῦς. Hiſt. tripart. lib. 1. cap. 10. *Tremithus*. Metaphraſt. ad 12. Decemb. *Trimmithus*; nullibi, quod ſciam, *Irimitus* memoratur. 3. Dum *Tryphilium* vocat, quem *Triphyllium* [a] & Sozomenus Hiſt. tripart. & Metaphraſtes dictum volunt. 4. Dum fingit *Triphylium* illum *in Synodo Nicæna perorantem* obiurgatum fuiſſe. Sozomenus enim diſerte id factum monet, quando contigit ἐς ταὐτὸ συνελθεῖν τοὺς ἐπισκόπους τῆς Κύπρου; & Hiſt. tripart. quo *tempore pro aliqua vtilitate in vnum Cyprios epiſcopos conueniſſe:* inter quos fuit Tryphyllius Ledrenſis Eccleſiæ Antiſtes.

a Vide etiam Hieron. in catal.

TVRRIAN. & BINIVS. *Hinc S. Hieronymus, alioquin diſertiſſimus & elegantiſſimus ſcriptor & Doctor Eccleſiæ (vt in literis ad Damaſum ſcriptis fatetur) phraſes Scripturæ, quas regulis Grammaticorum repugnantes eſſe non ignorabat, retinere quam mutare maluit: has nimirum*, non nubent neque nubentur; magis pluris eſtis vos: fructum plus afferat, miniſtrare non miniſtrari, pœnitemini, non capit perire extra Hieruſalem &c.

℞. Cum Hieronymus hos barbariſmos diſſimulauerit, non lubens ſed coactus, ne ſcilicet [b] *erumperent in voces* qui ipſum *falſarium, ſacrilegum*, auſum *aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere clamitabant*, miror qua fronte ſperauerint aduerſarij ſe verborum eius inuolucris decretalium turpitudinem tecturos. Proteſtatur ille ſe in Euangeliſtarum editione *ita calamų temperauiſſe, vt ijs tantum quæ ſenſum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateretur vt fuerant, ne* ſcil. *multum à lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparent*; ceſſit igitur conſuetudini, conſuetudinem non probauit: fac tamen illi non diſplicuiſſe Latinæ lectionis vitia, an propterea placuiſſet nebulo qui veteres vrbis Epiſcopos mentitus in ſcripta Hieronymi ipſius aliorúmque patrum inuolauit, contactúque omnia quæ furtificas manus ſenſerunt fœdauit? Cum Matt. 20.28. Græca verba διακονηθῆναι & διακονῆσαι commodius reddere non potuiſſet vetus interpres, ſcripſit *miniſtrari* & *miniſtrare*: cum Matt. 22.29. in Latinum ſermonem transferre conatus eſſet Græcas voces γαμοῦσιν & ἐκγαμίζονται, vertit *nubent* & *nubentur*: Marci 1.15. & Act. 3.19. verbi μετανοεῖν ſignificationem voce barbara *pœnitemini* expreſſit vt potuit. Luc. 12.24. quia deerant verba quibus Græcæ phraſeos πόσῳ μᾶλλον διαφέρετε emphaſim exprimeret, in barbariſmum hunc incidit, *quanto magis pluris* eſtis. Luc. 13.33. cum confudiſſet Græca verba δέχεσθαι & ἐνδέχεσθαι, vertit *capit* pro *contingit*: Et Joan. 15.2. quia nulla phraſis occurrebat quæ Græcis verbis πλείονα καρπὸν reſponderet, *plus fructum* pro *copioſiorem fructum* tranſtulit; an ideo exagitandus fuit? Imo quia hæc

b Epiſt. 123.

(vtut barbara) ſenſum non mutant, ea non reſecuit Hieronymus: nos vero quâ mente veteris Interpretis & imperitiam excuſamus, & ſimplicitatem miramur, & conatum amamus, & pietatem laudamus, eâdem Pſeudo-Iſidori ϖανουργίαν & impietatem cum incredibili temeritate & inſcitia coniunctam deteſtamur.

Iidem. *Hinc B. Gregor. in epiſt. ad Leandrum in commentarios libri Iob ſic ſtylum ſuum incultum & ineleganten.* Unde & ipſam *(inquit)* artem loquendi, quam magiſteria diſciplinę exterioris inſinuant, ſeruare deſpexi. Nam, ſicut huius quoque epiſtolæ tenor enuntiat, non Metaciſmi colliſionem effugio, non barbariſmi confuſionem deuito. Quia indignum vehementer exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulas Donati; nec enim hæc ab vllis interpretibus in Scripturæ Sanctæ auctoritate ſeruata ſunt: *Sicut igitur omnes ſcriptores Veteris ac Noui Teſtamenti, omnéſque poſteriorum ſeculorum ſcriptores ſacri vulgari ſermone vſi fuerunt, ita Apoſtolici viri epiſtolas ſimplici ſermone barbariſmis ac ſolæciſmis ſcatente ſcripſerunt, quas non negaſſe ſed exaltaſſe oportuit.*

℞. Poterant etiam Grammaticuli verſum in Magdeburgenſium caput torquere aduerſarij, *Grammatica leges plerunque Eccleſia ſpernit*; æque enim ad propoſitum faciunt quæcunque congeſſere veterum teſtimonia, cum nos epiſtolis non verborum paupertatem, non ſermonis neglecti ſimplicitatem, quam nemini vnquam vitio vertimus, obiiciamus; ſed contaminatiſſimas ſordes, quæque ſimplicioribus & ruſticano ſtylo aſſuefactis ſtomachum mouere poſſint: præ huiuſmodi portentis, Gregorij phraſes gemmæ ſunt, quas ſæpe cœno ſuo obleuit balatro.

Tvrr. *Scimus quoſdam auctores ante mille etiam & amplius annos, & quod plus eſt, in ſtudiis humanitatis tritos, cum Latine & purè loquentes imitari potuiſſent, ſermone tamen plebeio, & incompto ac ſolæciſmis & barbariſmis interdum inquinato magis delectatos, vt Caſſiodorum, Apollinarem Sidonium, Claudianum Mamercum, Marcianum Capellam, Ennodium Ticinenſem, Venantium Fortunatum,* &c.

℞. Scimus hæc omnia Ieſuitæ cauſam iugulare: ſi enim auctorum illorum quos nominauit ſcripta, quanquam ſeculo iam inquinato prodierunt & nonnihil rubiginis contraxerunt, nitent, fulgent, exculta videntur ad Pſeudo-Iſidori nugas comparata; quis ſe adeo hebetem profiteatur, vt credat ſpurcis illis nugis contaminata fuiſſe primitiuæ Eccleſiæ cunabula, priſcóſque vrbis Epiſcopos illo ipſo tempore nugiuendos & barbaros fuiſſe, quo ad coronam anhelabant Chriſtiani omnes, & viliſſimę plebis Romanæ fæces puræ Latinitatis odore adhuc imbuta erant?

a Biblioth. cod. 112.
b Matth. 27. 28. Marc. 15. 16. Ioan. 18. 28. 33. & 19. 9. Act. 23. 35. Phil. 1. 13.
c Ioan. 2. 15.
d Matth. 26. 65. 66. & 28. 11.

Tvrr. *Clemens in Recognitionibus pure locutus eſt, teſte* [a] *Photio in Conſtitutionibus contra verbis vilioribus vſus eſt, ibi enim hæc occurrunt,* ϖαλάτιον, καταφαγάς, ψέδομαι, ἐπιδίνω, ϖαραφοίοντες, λογισμολῆς, ἐδίμαν, ἰνεξδῖνες, λῶδις, ſicut in Euangelio [b] ϖραιτώριον, [c] φραγέλλιον, κουστωδία. [d]

℞. Siue genuinos ſiue ſpurios Recognitionum & Conſtitutionum libros crediderit Photius, perinde eſt; nec noſtra refert an vnius eiuſdémque

démque, an diuerſorum auctorum fœtus fuerint: at veritatis intereſt monere, 1. Clementem nec Recognitiones ſcripſiſſe quarum auctor lib.9. affingit Petro quæ Bardeſanes, Euſebio teſte, [a] *de fato* diſputauit circa A.D.175. ſeu 73. à Clementis martyrio: nec Conſtitutiones, in quibus fabula [b] de Phœnice, & ſcripta Sibyllina [c] ab impoſtore maleferiato poſt Veri obitum circa A.D.172. & 70. à paſſione Clementis ſuppoſita, fidem inuenerunt. 2. Affectationem plebeij ſermonis in Conſtitutionum libris non excuſare ſordes & delitamenta Pſeudo-Iſidori; quia vero vocabula aliquot in epiſtolis nominatim à Magdeburgenſibus improbata ſunt, quibus machinis eorum cenſuram eleuet Turrianus audire operæpretium eſt

a lib.6. præparat.
b Conſtit. lib.5.c.6.
c lib 4. ad finem.

TVRR. *Epiſcopus Epiſcoporum dicitur ſicut* [d] *Deus deorum*, [e] *Sancta Sanctorum*, [f] *Rex Regum, Canticum Canticorum, & apud Dionyſium* [g] *Sacramentum Sacramentorum*, τελετῶν τελετή.

d Pſal. 136.2.
e Num.4.19.
f Apoc. 19. 16
g Eccl. Hierarch. c. 3. ab initio.

℞. Per me licet; ſed quia non quomodo verba componantur, ſed quo iure iis vtatur epiſtolarum effictor quærimus: meminerit Lector tituli huius rem vni Christo ab Apoſtolis adiudicari Act.3.15. & 5.31. Heb.II.17. III.1. IV.14.15. V.10. VI.20. VII.26. VIII.1. IX.11. XIII.11.20. 1.Pet.2.25. & 5.4. Titulum vero ipſum ab Eccleſiæ Africanæ patribus damnari in Epiſcopis ſui temporis, quos longiſſime à gratia Apoſtolica quæ in Jacobo [h] enituit abfuiſſe nemo neſcit. Vide Concil.Carthag.ſub Cypriano ab initio, & Concil.3.Carthag.can.26.

h ad quem ſcribēs Pſeudo-Clemens *epiſcopi epiſcoporum* voce vtitur.

TVRR. *Hac voce vſus eſt Tertullian.de pudicitia cap.1.*

℞. Uſus eſt? Imo abuſus in ſcripto virulento [i] *aduerſus Eccleſiam* ſcripto: annon pudet aduerſarios in Sarcaſmis, quibus iracūdus Montaniſta aduerſus orthodoxos dimicans Romę vel Carthaginis Epiſcopum pro veritate dimicantem ſuggillauit, cauſæ præſidium quærere?

i vide Hieron. in catal.

TVRR. *Vox* patriarcha *eſt in Scriptura Apoſtolicis viris accommodata.*

℞. Hoc pernegamus: nec vllum exemplum dari poteſt huius accommodationis.

TVRR. *Eſt à Synodo Nicæna vſurpata can.44. Arabico.*

℞. Arabicorum canonum origo obſcuriſſima, auctoritas apud nos nulla eſt; id vnum de iis certum eſſe videtur, eorum auctores Nicænos patres non fuiſſe.

TVRR. *Male Magdeburgenſes reliquerunt* Epiſcopi *vocabulum à Cicerone* [k] *vſurpatum vt* ſuperintendentis *nomen aſſumerent.*

k lib.7.epiſt. ad Attic.

℞. Hui piaculum! quaſi vero non licuerit Græcam dictionem à Cicerone vſurpatam interpretari: aut interpretatione quam ipſi [l] patres dederunt vti ad vim Græcæ vocis exprimendam, quæ nunc in vſu non eſt vt munus veris Eccleſiæ Paſtoribus à Christo demandatum ſignificet, ſed vt φιλοπρωτευόντων Pōtificiorum ἡγεμονευόντων poteſtatem, contra natiuam ſignificationem, deſignet: ne quis tamen quoſdam è noſtris à vocabulo conſueto abſtinuiſſe putet nouitatis ſtudio, & antiqui vſus odio, cogitet illos ipſos quos Germani nonnulli (abdicato quodammodo *Epiſcopatus* titulo) *ſuperintendentes* vocauere, inter Anglos *epiſcopos* hodie appellari.

l Hieron. epiſt 85. Auguſtin. in Pſalm.126. Iſidor etym. lib. 7. cap.12. Beda in Iob. c.20. Ambroſ. de dignit. ſacerdot.cap.6.

TVRRIAN. *Chriſtus rectè dicitur à Clemente epiſt.3.* Propheta, *Marc.6.4. Luc.4.24.& 13.33.& 24.19. non vocatur ſimpliciter* Propheta, *ſed* verus Propheta: *vt enim* verus Chriſtus *natura Chriſtus eſt; ſic cum de Chriſto ſermo eſt*, verus *Pontifex*, verus *Sacerdos*, verus *Magiſter*, verus *Rex*, verus *Propheta: eſt* natura *Pontifex*, natura *ſacerdos &c quia proprium* Prophetæ *eſt cognoſcere veritatem, & eam aliis interpretari, veritatis autem* verus *cognitor & interpres eſt Chriſtus, idcirco peropportune Chriſtum vocat* verum Prophetam.

℞. Hac de re nolim cum Turriano contendere; miror magis quid Magdeburgenſibus, qui ignorare non potuerunt Chriſto ſæpe Scripturas [a] Prophetæ titulum dare, in mentem venerit vt eo nomine Pſeudo-Clementem cenſura vexarent: quem tamen vel hoc nomine impoſturæ reum peragere poterant quod quæ de *vero Propheta* habet, ad verbum hauſit ex interpretatione Latina *recognitionum* à Ruffino conſcripta, ad finem 4. ſeculi. Vide lib.2. diſputationem quam Cæſareæ Petrus cum Simone Mago habuiſſe fingitur; & lib.5. ab initio, Cócionem eiuſdem Petri ad Tripolitanos. Tandem (quaſi re bene geſta) Epinicium carmen canere exorſus Jeſuita, *plenæ ſunt* inquit *epiſtolæ ſpiritus ſapientiæ & intellectus, grauitas ſententiarum, auctoritas dictorum, antiquitas traditionum Apoſtolicarum, & Eccleſiarum priſca conſuetudo in eis elucet:* nos è contra plenas nugarum, quas & Scripturæ auctoritas, & antiquæ Eccleſiæ hiſtoria, & priſca conſuetudo cumulatiſſimè refellunt eſſe docemus: adeo vt quicquid in eis vel ſapientiam vel grauitatem, vel antiquitatem, vel ſaltem Latinitatem redolere videtur, aliunde aſſumptum eſſe omni aſſeueratione affirmari poſſit: pluribus id quidem per ſingulas epiſtolas probauimus, ſed nonnulla ſuperſunt, meo iudicio, Latiniora quam vt Pſeudo-Iſidori eſſe poſſe videantur: quorum hactenus fontes, ſiue quia poſt tot literariorum monumentorum ſtrages exaruerunt, ſiue quia ſub Bibliothecarum pluteis etiamnum latent, inueſtigare non potui: exempli cauſa in Pſeudo-Clementis epiſt.2. hæc verba habemus, quæ forte ex diuerſis locis deprompta ſunt, *Paſtoralis eſt ordinis* infatigabiliter *reuocare quicquid ad correctionem populorum* cognouerit *pertinere*, & non cum *ſuo periculo alienæ ſpei per ſolam negligentiam facere detrimentum*, ſed *quod ad* generalis *ſalutis ſpectat compendium ſalubri neceſſe eſt prouidere tractatu:* & paulo poſt, *Ecce oris noſtri buccina ad aures hominum perſonamus; neque ſe deinceps excuſabit non monitum, qui quod ſequi debeat tam verbis quam literis edocetur.* Et initio epiſt.3. *Vrget nos multus amor veſter & religioſa inuitat deuotio, quia debitores* &c. In Pſeudo-Anacleti epiſt.1. *Doceri omnes oportet, qui Domini ſacerdotio funguntur, vt & cæteros inſtruant & ſibi proficiant.* Et epiſt.3. *Manifeſtum eſt Diabolum (qui ſicut leo rugiens circuit* &c.) *cordibus plebium ſuadere, vt doctores atque paſtores ſuos detractionibus* accuſent, *vt plebibus langueſcentibus, vel male agentibus non tenentibus paſtoribus frena* eorum *laſciuiant, atque in ima ruant* &c. In Pſeudo-Anteri epiſtola, *Quæ, precor, maior charitas, aut quod efficacius pietatis patrocinium poteſt à quoquam alicui impendi, quam ſi ignorantiæ tenebras & imperitiæ caliginem ab eo depellat: ac demum vera fidei doctri-*

[a] Ioan.6.14. Act.3.22.& 7.37.

doctrinæ pabulo non ad quæſtum, non ad ambitionem, ſed ad eruditionem & ædificationem reficiat; tanquam enim mutilo fit manus, claudo pes, oculus cæco, qui ignorantiæ tenebris obuoluto, ſapientiæ & ſcientiæ theſaurum reſerat, & candorem lucis viáſque Domini benigniter aperit? Et paulo poſt, *Vnicuique prauidendum, vt cum dies extrema finiſque vitæ aduenerit, non tranſeat ad perpetuam mortem ſed ad vitam æternam.* In Pſeudo-Sixti II. epiſt.1.ad finem, *Antiqui hoſtis (cuius inuidia mors introiuit in mundum) ſunt ſemper oculi vigiles ad animos hominum illaqueandos: multóſque ſua prauitate ſecum in perditionem trahere cupit qui ſuapte malitia à gloria lapſus eſt in miſeriam* &c. In Pſeudo-Marcellin.epiſt.2.ab initio, *Charitas nihil agit aſperum, nihil factioſum, nihil quod honori diuino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget: oblita ſui non quæ ſua ſunt ſed quæ Dei vel proximi quærens, nemini inuidens, omnibus conſulens, non ſæuiens ſed compatiens, non rapiens ſed largiens, non murmurans ſed omnia æquanimiter tolerans: ſi in te perfecte habitaret, temperares animum à malis, ſæuire deſineres, Dei Eccleſiam ac ſanctos eius perſequi ceſſares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati inuigilares, modeſtiam amplecteretis, & bonis potioribus frui ſatageres* &c. Poſſent pauca ſimilia adiici, quę quia notitiam huculque meam fugerunt, ſecundas ſiue à me ſiue ab aliis curas laboréſque exigere videntur: quos quiſquis exhauriendæ decretalium ſentinas impendere dignabitur, maximo (quod plurima exantlando pertulimus) nos faſtidio ſubleuabit.

Catalogus auctorum quorum teſtimoniis & ſententiis turpiter abuſus eſt Iſidorus Hypobolimæus.

Cap. XII.

INDEX CONCILIORVM ET CANONVM.

C*Anones Apoſtolorum dicti.* Scripti videntur circa A. D. 200. Sunt enim velut appendix libri octaui Conſtitutionum, quarum ſententiam de Phœnice circa A. D. 208. expreſſiſſe videtur Tertull. *lib. de Reſurrect.* c.13. & Dionyſius Alexandrinus verba citauit A.D. 260. ὡς φωνῆς ἀποστολικῆς Euſeb. teſte lib. 7. c. 7. Concilium Antiochenum canonem 33. ἀρχαῖον τῶν πατέρων κανόνα vocauit A.D.341. Omnes vero Latine (ſi Baronio credamus) reddidit Dionyſ. Exiguus, circa A.D.527.

Concilium
- Eliberitanum coactum A.D.305.
- Neocæcarienſe A.D.314.
- Arelatenſe 1. eod. anno.
- Nicænum A.D.325.
- Antiochenum A.D.341.
- Sardicenſe A.D.347.
- Laodicenum circa A.D.360.
- Conſtantinopolitanum œcum. A.D.381.
- Conſtantinopolit. aliud in cauſa Eutychetis congrega-

tum A.D. 448.

Carthaginenſe
- 1. A.D.348.
- 2. A.D.390.
- 3. A.D.397.
- 4. A.D.398.
- 5. A.D.401.
- 6. A.D.419.

Mileuitanum 1.A.D.402.

Africanum ſub Theodoro Papa A.D.646.

Collectio dicta Concilium Africanum compilata ante A.D.527.

Concilium
- Chalcedonenſe œcum. congreg. A.D.451.
- Romanum ſub Hilaro A.D.465.
- Sub Felice III. A.D.487.& Gelaſio A.D.494.
- Sub Symmacho
  - I. & III. A.D.499.& 501.
  - IV. A.D.502.
- Sub Martino A.D.649.
- Sub Gregorio II. A.D.721.
- Agathenſe A.D.506.
- Aurelianenſe V. A.D.552. Pariſ.III. poſt A.D.559.
- Pariſienſe ſub Ludouico Pio A.D.829.
- Hiſpalenſe II. A.D.619.
- Toletanum
  - 6. A.D.619.
  - 8. A.D. 653.
  - 10. A.D.656.
  - 11. A.D. 675.
- Bracarenſe 3. eod. anno.

SERIES EPISCOPORVM VRBIS.

Iulius I. ſedit is	ab A.D.337.ad 352.
Damaſus	ab A.D.367.ad 382.aut 84.
Siricius	ab A.D.385.ad 398.
Innocentius	ab A.D.402.ad 417.
Zoſimus	ab A.D.417.ad 418.
Bonifacius	ab A.D.418.ad 423.
Celeſtinus	ab A.D.423.ad 432.
Leo	ab A.D.440.ad 46.
Hilarus	ab A.D.461.ad 467.
Simplicius	ab A.D.467.ad 483.
Felix III.	ab A.D.483 ad 492.
Gelaſius	ab A.D.492.ad 496.
Anaſtaſius II.	ab A.D.496.ad 498.
Symmachus	ab A.D.498.ad 514.
Hormiſda	ab A.D.514.ad 523.
Vigilius	ab A.D.540.ad 555.
Gregorius I.	ab A.D.590.ad 604.
Agatho	ab A.D.678.ad 682.

Gregorius II.	ab A.D.714.ad 731.
Gregorius III.	ab A.D.731.ad 741.
Zacharias	ab A.D.741.ad 752.
Hadrianus	ab A.D.772.ad 795.

NOTITIA DOCTORVM ET HISTORI-corum Eccleſiaſticorum.

Auctor Recognitionum Clementis Romani nomine ſcriptarum. Vixiſſe videtur circa A.D.180. vel 200. cum Baſilius & Nazianzenus Philocaliæ cap.22.teſtentur Origenem Tom.3. in Geneſim, ex libro recognit.10. binas paginas deſcripſiſſe: Ruffinus cuius verſione Pſeudo-Iſidorus vſus eſt, eam dicauit Gaudentio Eccleſiæ Brixienſis antiſtiti, quem in locum Philaſtrij A.D.386.ſubrogatum conſtat.

Auctor primæ Clementinæ vel idem cum ſuperiore vel coæuus. Falſarius verſionem à Ruffino elucubratam deflorauit.

Euſebius Cæſarienſis ſcripſit ad Cæſarienſes ſuos A.D.325.obiit 340.

Athanaſius magnus ſedit ab A.D.326.ad 372. apologiam de fuga ſua ſcripſit A.D.354.

Hilarius Pictauienſis ſcripſit de Trinitate poſt A.D.356.obiit A.D.369.

Ithacius Clarus Oſſonobenſis claruit circa A.D.385.

Gregorius Nazianzenus, Saſimorum Epiſcopatui præfectus A.D.371. obiit anno 389.Maij 9.

Ambroſius Mediolanenſis ſedit ab A.D.374.ad 397.

Prudentius natus A.D.332. cœpit de rebus ſacris ſcribere anno D.389. vitæ 57. Apotheoſim vero elaborauit poſt idololatriam ab Imperatoribus profligatam, vel anno 391. à Valentiniano Theodoſio & Arcadio A.A.A. vel anno 395. ab Arcadio & Honorio.

Auctor.comment.in Paulum Ambroſio adſcripti, vixiſſe videtur circa A.D.380.

Hieronymus floruit ab A.D.372.ad 420.

Auctor Epiſt.ad Oceanum de moribus Clericorum, Tom.9. operum Hieronymi inſertæ quando vixerit incertum eſt, poſt annum D.500. ſcripſiſſe veriſimile eſt.

Auguſtinus Hipponenſis Epiſc. ſedit ab A.D.395.ad 430.

Cyrillus Alexandrinus ſedit ab A.D. 412. ad 444. ſcripſit aduerſus Theodorum Mopſueſtenum circa A.D.436.

Eucherius Lugdun. vel (vt alij volunt) *Euſebius Gallicanus* floruit circa A.D.440. Eucherium Martiano & Valentiniano regnantibus, id eſt ante A.D.455 obiiſſe vult Gennad. de viris illuſtr. anno 449. præciſe, Pithœi Proſper.

Atticus Conſtantinopolit. ſedit ab A.D.405.ad 425.ad Afros ſcripſit A.D.422.

Proclus Conſtantinopolit. ſedit ab A.D. 433. ad 446. ſcripſit ad Domnum Antiochenum in gratiam Athanaſij Perrheni ante A.D.444.

Flauianus Conſtantinopolit. ſedit ab A.D.446.ad 449.vel 450. ſcripſit ad Leonem Papam anno 448.

Proſper Aquitanicus floruit ab A.D.427.ad 457.vel 466.ſi Baronium ſequamur: libros *de vita contemplatiua* circa A.D.450. ſcripſiſſe videtur poſt obitum Hilarij Arelatenſis cui Rauennius anno 449. ſucceſſit. Vide lib.2.c.9.

Petrus Rauennas, Chryſologus dictus ſcripſit ad Eutychem A.D.448.

Socrates perduxit hiſtoriam ad A.D.439.

Theodoretus Cyrenſis ſcripſit hiſt.Eccl.ante Concilium Nicænum, Baronio teſte ad A.D.427.§.28.eundem ab anno 423.ad 453.ſediſſe vult Baronius idem,ſed falſo,cum Gennadius & ex eo Beda de 6.ætatibus, Ado in Chronico, & Freculphus Tom.1.lib.5.c.18. diſerte doceant, eum *vſque ad Imperium Leonis ſenioris hiſt. deduxiſſe ſub* eóque *mortuum:* Marcellin.ad A.D. 466.eundem *de Incarnatione Domini aduerſus Eutychem & Dioſcorum* ſcripſiſſe vult, quod confirmant Beda, Freculphus, Ado, Honorius. Sed & Theodoretus ipſemet quæſt.38.in Deuteron. à Judæorum diſperſione,quam circa A.D.73. contigiſſe putat Baronius, quadringentos ad ſua tempora annos numerat.

Sozomenus hiſtoriam continuauit ad A.D.411.

Auctor Actorum Syluestri fabulas ſuas commentus videtur circa A. D.440.vel 50.eas enim Gelaſij tempore Romani legere conſueuerāt.

Ennodius claruit circa A.D.488.decretum de Cellulanis ſcripſit anno 502. Antonij vitam poſt annum 488. Apologeticum pro Symmacho Papa anno 503. Ticini ſedit ab anno 515.ad 521.

Benedictus Abbas eremum petiit A.D.494. Caſſinenſe monaſterium fundauit poſt annos aliquot;circa idem tempus regulam ſcripſiſſe, anno 546. obiiſſe videtur Totila regnante. Vide Greg.Dial.lib.2.

Caßiodorus hiſtoriam tripartitam concinnauit circa A.D. 545. eius enim meminit cap.17.Lectionum diuinarum,quas Synodi 5.tempore ſcriptas ex cap.5. colligere eſt. Liberatus paulo poſt obitum Vigilij ex eadem hiſtoria ſententiam Socratis de Neſtorio eruit.

Venantius Fortunatus floruit circa A.D.590.

Iſidorus Hiſpalenſis ſedit ab A.D. 600.ad 636. libros *de officiis* ante A. D.633.quo Synodus Tolet.4.congregata eſt ſcripſit,eos enim dicauit Fulgentio Aſtigitano fratri, cuius ſucceſſor Abentius dicto Concilio Toletano ſubſcriptus reperitur. *Synonyma* poſt A.D.614. ſcripſiſſe videtur:tunc enim Joannes Cæſarauguſtanus Braulionis(cui nuncupata hæc lucubratio eſt)frater, nondum Maximo ſucceſſerat;eſt autem veriſimile Braulionem ſub fraterno regimine Archidiaconatu, quem exercebat cum ad eum Iſidorus ſcriberet, auctum fuiſſe. Quo tempore *Sententias* ſcripſerit non liquet.

Sergius Cypri Archiepiſc.ad Theodorum Papam A.D.643. epiſtolam dedit.

Victor Carthag. ad eundem Theodorum ſcripſit A.D.646.

Stephanus Dorenſis Epiſc. & Græci Archimandrita libellos Martino I. & Synodo Lateranenſi obtulerunt A.D.649.

Maurus Ceſenas, Maximus Aquileienſis, & Deuſdedit Caralitanus, quorum verba mutuatur epiſtolarum decretalium effictor, eidem Synodo interfuerunt.

Libri-

Libri Pontificalis ſcriptor vixiſſe videtur ante A.D. 700. citatur enim à Beda, Amalario Fortunato, Walafrido Strabone,& aliis Anaſtaſio Bibliothecario quem Bellarminus, Baronius & alij auctorem credunt, antiquioribus.

Bonifacius Moguntinus ſedit ab A.D.719. ad 754. Annales à Pithœo editi, Hincmarus Remenſis epiſt.6. cap.29. Epitome ad hiſt. Bedæ, Herman. Contract. in Chron. Baronius tamen ab A. D. 723. ad 755. Pontificatum tenuiſſe vult; auctorem vitæ eiuſdem Bonifacij recentiorem Hincmaro (ni fallor) ſecutus.

Citat præterea Pſeudo-Iſidorus

Eangith ſiue Cangith Abbatiſſæ epiſtolam ad Bonifacium Moguntinum ſcriptam A.D.721.

Conſtantini M. epiſtolam ſcriptam ad Ablauium A.D.314.& epiſt. ad Epiſcopos Tyri congregatos A.D.335.

Conſtantini iunioris epiſt. ad Alexandrinos datam A.D.338.

Theodoſiani codicis libri
- 2.Tit.
  - 1. conſt.4.dat.A.D.379.
  - 10. conſt.2.& 3.dat.A.D.321.
  - 18. conſt.1.dat.A.D.321.
- 4.Tit.16.conſt.2.dat.A.D.379.
- 9.Tit.
  - 1. conſt.
    - 6. dat.A.D.334.
    - 10. dat.A.D.373.
    - 12. dat.A.D.374.
    - vlt.dat.A.D.423.
  - 6. conſt.
    - 3. dat.A.D.397.
    - vlt.dat.A.D.423.
- 10. Tit.10.conſt.
  - 2. dat.A.D.313.
  - 2. dat.A.D.319.
  - 30.dat.A.D.335.
- 16.Tit.2.conſt.
  - 23. dat.A.D.376.
  - 40.dat.A.D.412.
  - 41. dat.eod.anno.

Nouell. *Neminem exhiberi* &c. ſcript. A.D.450.

Aniani Comitis interpretationes editas A.D.506. Alarici regis 22. Meſſala & Areobinda Coſſ.

Iuſtiniani Conſtitutionem A.D.546. promulgatam aduerſus tria capitula, libros n. Theodori Mopſueſteni, Theodoreti reprehenſiones, 12. anathematiſmorum Cyrilli Alexandrini, & Ibæ Edeſſeni epiſtolam ad Marim Perſam.

Citat denique ex
- Hæreticorum lacunis
  - Acacij Conſtantinopolit. epiſt. ad Simplicium Papam A.D.476. dat.
  - Pauli Conſtantinopolit. Monothelitæ epiſt. ad Theodorum Papam ſcript. A.D.646.
  - Conſtãtis Imp. typũ in gratiã Monothelitarũ promulgatũ A.D. 648.

Judæis Philonem.
Ethnicis Sixtum Pythagoræum, cuius ſententias è Græcis Latinas fecit Ruffinus, Hieronymo teſte, aduerſus Pelagianos ad Cteſiphontem, in 22. cap. Hierem. & in 18. caput Ezechielis.

Ἀντιχειρίσματα Pſeudo-Iſidori.

C A P. XIII.

1. C*Lemens* ſediſſe dicitur ab A.D.93. ad 103. fingitur ſcripſiſſe, Epiſt.1. in qua legũtur verba verſionis Bibliorum per Hieronymum correctæ poſt A.D. 372. loci aliquot recognitionum per Ruffinum poſt A.D.386. Latine redditarum: apoſtrophe Cyrilli Alexandrini aduerſus Theodorum Mopſueſt. poſt A.D. 435. diſputantis: Sententia è Concilio Rom.5. ſub Symmacho Papa congregato A.D. 503. petita: Caput 4. regulę à Benedicto poſt A.D.494. quo eremum adiit ſcriptę: Initium expoſitionis Symboli per Venantium Fortunatum circa A. D.590. elucubratæ; floſculi è Gregorij moralibus in Job A.D.591. editis, & ex Iſidori Hiſpalenſis Sẽtentiis poſt A.D.600. collectis excerpti.

Epiſt.2. Recognitionum interpretationem à Ruffino adornatam; Cyrilli ſcripta aduerſus Theodor. Mopſueſt. Vulgatam Bibliorum interpretationem: Proſperi ſententias poſt A.D.430. ex Auguſtini ſcriptis collectas: Juſtiniani Imp. Conſtitutionem de 3. capitulis ad Mennam A.D.546. datam: Gregorij M. epiſt.127. lib.7. A.D.599. ſcripti deflorantem.

Epiſt.3. Petri & Gamalielis verba è libris 1.2.3. 4.5. 6.8. Recognitionum, Latine per Ruffinum redditis, exhibentem.

Epiſt.4. ex eiuſdem operis per Ruffinum interpolati libro 6. depromptam.

Epiſt.5. in quam hiſt. Ananiæ vulgatæ verſionis verbis deſcriptam, Fauſtiniani Clementis patris à Chriſtianiſmo adhuc abhorrentis nugas, & Petri ſermonem ex ipſa decimi Recognitionum farragine erutum inſeruit.

2. *Anacletum* ab A.D.103. ad 112. ſediſſe fama eſt. Fingitur tamen ſcripſiſſe Epiſtolas tres: Quarum 1. Damaſi ad Epiſcopos Illyrici epiſt. A.D. 369. datam: Ambroſiani de dignitate hominis libelli cap. 3. Concilij 3. Carth. A.D.397. coacti cap.9. Verſionem Bibliorum vulgatam, & Pſalterij interpretationem ex Hebræo Hieronymo auctore circa A.D.380. editam: Pſeudo-Clementis epiſt.1. Ruffino interprete circa A.D.380. Innocentij epiſt.2. A.D.404. ſcriptam. Leonis epiſt. 84. paulo ante A.D.456. dat. Ennodij quem ab anno 490. ad 521. floruiſſe conſtat dictiones 8.9. & 11. lib.2. epiſt.14.19.22. & libri 4. epiſt. 4.8.9.19.24. Aniani interpretationes editas A.D.506. Hiſtoriam tripart. circa A.D.545. ſcriptam: Cangith Abbatiſſæ epiſt. ad Bonifacium A.D.721. ſcriptam: Bonifacij Moguntini epiſt. ad Ethibaldum regem A.D.745. datam citat.

InE-

In epiſt.2.leguntur verba petita ex epiſtola quam Conſtantinus M. ad Ablauium ſcripſit A.D.314.ex canone 4.Concilij Nicęni A.D.325. congregati: ex epiſt. Damaſi ad Orientales A.D.573. data: ex Ithacij aduerſus Varimadum Arianum libello circa A.D.386.ſcripto ex Hieron.Commentariis in epiſt. ad Titum circa A.D.390. elucubratis: ex Auguſtini de paſtoribus libello poſt A.D.395.ſcripto: ex Concilio 2. Carth. A.D.390.celebrato; ex Aurelianenſi 5. A.D.552. coacto: ex Gregorij M.libro paſtorali A.D.590.edito: ex Iſidori Hiſpal.libro 2. de officiis Eccl. & Sententiis poſt A.D.600. collectis: ex Hadriani I. collectione A.D.785. Engelramo Metenſis Eccleſiæ Epiſcopo data.

Tertia epiſt. floſculis referta eſt, decerptis ex Canonibus Concil. Laodic.congregati circa A.D.360.Sardicēſis coacti A.D.347.Romani ſub Gelaſio A.D.494. habiti, Ambroſij epiſtolis 64. & 29. A.D. 388.ſcriptis;Hieronymi epiſt.ad Nepotianum A.D.393.data;Epiſtola de moribus Clericorum ad Oceanum inter opera eiuſdem: Pſeudo-Clementis epiſt.per Ruffinum circa A.D.380. Latinitate donata: Innocentij epiſt.4. Celeſtini epiſt.1.A.D.431.ſcripta: Eiuſdem ſecunda A.D. 428.ſcripta: Leonis epiſt.84. Canonibus qui Apoſtolorum dicuntur per Dionyſium exiguum poſt A.D.525.verſis:Vigilij epiſt.2.A. D.538.data: Gregorij libro paſtorali A.D.590.elucubrato:Iſidori Hiſpal.Sententiis poſt A.D.600. collectis; Zachariæ Papæ epiſt.3.A.D. 742.(ſi Baronio credamus)data.

Euariſtus ſediſſe creditur ab A.D.112. ad 121. dicitur idem duarum epiſtolarum auctor. Quarum prior Ithacij libellum aduerſus Varimadum circa A.D. 386. ſcriptum; Vulgatam Bibliorum verſionem per Hieronymum poſt A.D.372.recognitam; Innocentij epiſtolas;ſecundam n. A.D.404. tertiam anno 405. ſeptimam & duodecimam A.D. 416. datas; Librum denique Pontificalem poſt A.D. 600. ſcriptum, expilauit. 3.

Poſterior, ex Hieronymi verſione, poſt A.D.370.edita; Pſeudo-Clementis epiſt.per Ruffinum circa A.D.380.Latinitate donata;Leonis epiſt.81.data A.D.444.Gregorij moralibus ad Leandrum Hiſpal. miſſis A.D.591 & Iſidori Hiſpalenſis ſententiis conflata eſt. 4.

Alexandrum ab A.D. 121. ad 132. *ſediſſe vult Baronius:* huic tamen tribuuntur epiſt.tres. Quarum prima verſionis Bibliorum per Hieronymum poſt A.D.370.recognitæ; Siricij epiſt.3. circa A.D.394. ſcriptæ: Pſeudo-Clementis epiſt.1. per Ruffinum verſæ circa A.D.380. Ithaciani libelli aduerſus Varimadum ſcripti circa A.D. 386. Concilij 3. Carthag. A.D.397.congregati: Procli Epiſt.ad Domnum Antiochenum circa A.D.440.datæ: Ennodij Ticinenſis epiſt.19.lib.2. circa A. D.500.elucubrati; libri Pontificalis poſt A.D.600.ſcripti, Concilij 3. Bracarenſis A.D.675.habiti collectionis per Hadrianum I. in gratiam Engelrami Metenſis A.D.785.adornatæ floribus diſcriminata eſt.

Secunda, Verſionis vulgatæ, & Concilij Lateranenſis ſub Martino primo A.D.649. congregati verba Lectori obtrudit.

Tertia, præter Sententias è verſione Hieronymiana depromptas, &c.

Sixti Pythagoræi ἀξιώμασι Latine per Ruffinum circa A.D. 390. redditis, abutitur verbis homil. 37. in Euangelia per Gregorium A.D. 592. ad populum habitæ, & Concilij 2. Hiſpal. A.D. 619 coacti.

5. *Sixtus primus Eccleſiam Romanam rexiſſe dicitur* ab A. D. 132. ad 142. Fingitur vero auctor epiſtolarum duarum: quarum prior exhibet longam ex opere Ithacij aduerſus Varimadum circa A.D. 386. ſcripto laciniam; binas Sixti Pythagoræi Sententias Ruffino interprete: verba aliquot epiſt. per Flauianum Conſtantinop. ad Leonem M. A. D. 448. ſcriptæ: Concilij Carthag. 7. A.D. 419. congregati; Synodicæ Martini I. A.D. 649. ad omnes Epiſcopos datæ, & collectionis Hadriani primi A.D. 785. elaboratæ.

Poſterior, ex Concilij 5. Romæ ſub Symmacho A.D. 503. congregati; Hiſt. tripartitæ per Caſſiodorum circa A. D. 545. concinnatę: libri Pontificalis poſt A.D. 600. ſcripti: Celeſtini primæ epiſt. A.D. 431. ad Gallos datæ, & Martini I. Synodicæ A.D. 649. ſcriptæ, verbis conflata eſt.

6. *Teleſphorus Romanæ Eccleſiæ* præfuiſſe creditur ab A. D. 142. ad 154. Huic autem affingitur epiſtola in qua leguntur verba Damaſi epiſt. ad Epiſcopos Illyrici A.D. 369. ſcriptæ; Hieronymi epiſt. 1. A.D. 372. datę: Verſionis Pſalterij per eundem poſt A.D. 370. publicatæ; Apologetici per Ennodium pro Symmacho Papa elaborati A.D. 503. Epiſtolę Procli ad Domnum circa A.D. 440. datæ: Aniani interpretationes legum Imperialium edentis A.D. 506. Iſidori Hiſpal. Synonymorum libros poſt A.D. 614. ſcribentis: Collectionis Hadriani A.D. 785. adornatæ; libri Pontificalis poſt A.D. 600. editi.

7. *Hyginus Romanæ Eccleſiæ clauum tenuiſſe dicitur* ab A.D. 154. ad 158. Fertur autem dediſſe epiſtolas duas: Alteram ad omnes fideles, in qua coaceruatæ viſuntur Sententiæ ex Concilio I. Arelat. congregato A. D. 314. Ithacij opere aduerſus Varimadum circa A. D. 386. ſcripto; Concil. 2. Carth. A. D. 390. coacto: Leonis epiſt. 87. A. D. 456. ſcripta: Ennodij apologet. pro Symmacho elucubrato A.D. 503. & præcepto *de Cellulanis* A. D. 502. dato: Martini I. Synodica A.D. 649. ſcripta; Hadriani Collectione A.D. 785. Engelramo data.

Alteram ad Athenienſes, verſione Bibliorum per Hieronymum poſt A.D. 370. recognita abutentem.

8. *Pius ſediſſe creditur* ab A. D. 158. ad 167. binas vero Epiſtolas ſcripſiſſe. Quarum prior Sententias habet ex verſione vulgata poſt A. D. 370. per Hieronymum recognita: Leonis epiſt. 84. Sixti Pithagoræi ἀξιώμασι per Ruffinum Latine circa A. D. 390. redditis: Hormiſda epiſt. 25. A.D. 517. data: Cæſarij Arelat. Homil. 23. Iſidori Hiſpal. lib. 3. Sentent. libro Pontificali poſt A.D. 600. edito, & Collectione Hadriani A.D. 785. in gratiam Engelramni Metenſis vulgatâ.

Poſterior, verſionem Bibliorum per Hieron. emendatam, & Conſtitutiones Imperiales A.D. 376. & 412. datas 23. nimirum & 40. tit. 2. lib. 16. Cod. Theodoſ. citat.

9. *Anycetum ſediſſe volunt* ab A.D. 167. ad 175. Scripſiſſe vero epiſtolam in qua

in qua leguntur verba ex epiſt.32.Leonis A.D.450.ſcripta;ex eiuſdem 89.Pontificali libro poſt A.D.600.edito, Hadriani Canonum epitome A.D.773. & Collectione in gratiam Engelrami A.D.785.ſcripta, deprompta.

Soter præfuiſſe dicitur Eccleſiæ Rom. ab A.D.175.ad 179. Eius nomine 10.
prænotatæ ſunt binæ Epiſtolæ: Quarum altera Ithacij librum aduerſus Varimadum circa A.D.386. ſcriptum, Leoniſque epiſt.25.A.D.449. datam deflorat.

Altera Leonis epiſtolis 2. A. D.444. quarta A.D.447. quadrageſima A.D.440.data,libro Pontificali poſt A D.600.ſcripto, & Martini I. Synodo 8.A.D.649.coacta abutitur.

Eleutherum Eccleſiam Rom.adminiſtraſſe volunt ab A.D.179.ad 194. de- 11.
diſſe autem Epiſtolam in qua verba Leonis epiſt.54. A.D. 452. datæ: Conſtit.2.tit.10.lib.2.Cod.Theod.datæ A.D.321. 34.Canonis Apoſt. per Dionyſium exiguum Latine redditi poſt A.D.526. Epiſtolæ 1. Felicis A.D.483. datæ; Epiſt. Anaſtaſij II. ad Anaſtaſ. Aug. ſcriptæ A.D. 497. Interpretationum Aniani in leges Auguſtas editarum A.D.506. Tituli cap.12.Concilij 6. Toletani A.D.638. congregati: Epiſtolæ Victoris Carthag.ad Theodorum Papam ſcriptæ A.D.646. libri Pontificalis poſt A.D.600. editi, & Collectionis Hadriani A.D.785. adornatæ leguntur.

Victor ſediſſe dicitur ab A.D.194.ad 203. ſub eius vero nomine vulga- 12.
tæ Epiſtolæ duæ,in quarum priore habentur verba epiſt.53.& 54.Leonis dat.A.D.452. 59. datæ A.D.453. libri Pontificalis ſcripti poſt A.D. 600. Verſionis Bibliorum per Hieronymum poſt A.D.370.emendatæ, libri 2.Synonymorum Iſidori Hiſpal.poſt A.D.614.ſcripti, & Collectionis Hadriani I. A.D.785. literis conſignatæ.

Poſteriore repeciuntur verba ex verſione Bibliorum Hieronymiana, ex epiſt.4.Leonis A.D.447.& ex 44.A.D.451.data, deſumpta.

Zepherinus ſediſſe creditur ab A.D.203.ad 221. Scripſiſſe vero epiſtolas 13.
2.quarum prior Proſperi ſententias poſt A.D.430. collectas: Sixti Pythagorei ἀξιώματα circa A.D.390.à Rufino è Græco in Latinum verſa, verba Hilari Papæ epiſt.3.A.D.465. datæ: Interpret. legum Imperialium Aniano auctore A.D.506. editas: verba epiſt. 2. Vigilij Papæ A.D.538.datæ: epiſtolarum Gregorij III.n.lib.8.A.D.599.& 52. lib.11.A.D.603. ſcriptarum; libelli Stephani Dorenſis Synodo Lateranenſi ſub Martino I. A.D.649. oblati: Collectionis denique Hadriani I. A.D. 785. in gratiam Engelrami Metenſis ſcriptæ, deprauat & in alienum ſenſum torquet.

Poſterior citat Scripturas ſecundum Hieronymi verſionem, variaſque lacinias è Proſperi Sententiis, Leonis epiſt.24. A.D.449. ſcripta: Hiſt.tripartita circa A.D.545. per Caſſiodorum adornata: Conciliis quinto ſub Symmacho Papa A.D.503. Romæ congregato, & Lateranenſi ſub Martino I.A.D.649.habito; libro pontificali poſt A.D.600. ſcripto, & Epiſtola Pauli Epiſcopi Conſtantinop. Monothelitæ A.D. 646.ad Theodorum Papam data, petitas trahit.

14. *Calliſtus præfuiſſe dicitur Eccl.Rom.*ab A.D.221.ad 227.Ei ſuppoſitæ binæ Epiſtolæ: in quarum priore leguntur verba ex Nicænis Canonibus per Dionyſ.exiguum Latine A.D.527. redditis; Leonis epiſt.4. A.D. 447.31. & 32. A.D. 450. quinquageſimatertia A.D.452. 84.circa A.D. 450.dat. Proſperi Sententiis circa A.D. 430.collectis; Sixti Pythagoræi Sentent.per Ruffinum circa A.D.390.Latinitate donatis: Ambroſij epiſt.21.Concilio 6.Romæ ſub Symmacho Papa A.D.604.coacto, Aniani interpretationibus A.D.506.publici iuris factis, & Hadriani I. Collectione A.D.785.Engelramo Metenſi data depromptis.

Poſteriore, interpolantur quæ ſcripſit Ambroſ.epiſt.39. Sixtus Pythagoræus vel potius Ruffinus ex eo circa A.D.390. Auguſtinus epiſt. 50.A.D.418.data: Concilium Carth.2. A.D.390. quartum A.D.398. ſeptimum A.D. 419. congregatum; Chalcedonenſe A.D.451. habitum: Anianus in interpretationibus A.D.506. editis; Iſidorus Hiſpal. lib.3. ſententiarum poſt A.D.600. elaborato: Gregorius lib.7. indict. 2.epiſt.54.A.D.598. & lib.12.epiſt.11. A.D. 604. data: Hadrianus I. in Collect.A.D.785.edita: Simplicius Papa epiſt.1.A.D.482.data.

15. *Vrbanus ſedem Romanam tenuit* ab A.D.227.ad 233. Fingitur vero ſcripſiſſe epiſtolam vulgatæ Bibliorum verſionis poſt A.D. per Hieronymum emendatæ; Proſperi de vita contemplatiua circa A.D.450. ſcribentis,Conſtitut.40. tit.2.lib.16.Codicis Theodoſiani A.D.412. datæ:Euſebij Gallicani vel potius Eucherij Lugdun.de Pentecoſte circa A.D.440.concionantis,Greg.M.Euangelia A.D.592.enarrantis, Hieronymi A.D.382. aduerſus Luciferianos diſputantis, Concilij Pariſ. ſub Greg.IV. A.D.829.congregati,verbis diſcriminatam.

16. *Pontianum Rom.Eccl.rexiſſe volunt* ab A.D.233.ad 238.Fertur vero ſcripſiſſe duas epiſtolas: in quarum priore mutuatitia verba leguntur ex Hieronymi epiſt.A.D.372. ad Heliodorum data: Concilio 6. Romæ ſub Symmacho Papa A.D.504. congregato: Gregorij epiſtolis, n.21. lib.7.Indict.2.A.D.598.nonageſima quinta eiuſd.libri A.D.599.& 70. libri 9.A.D.601.ſcriptis,emendicata.

Poſteriore,falſarius abutitur interpretatione Pſalterij quam Hieronymus poſt A.D.370.aggreſſus eſt,Sixti Pythagoræi Sẽtentiis per Ruffinum circa A.D.390. Latine redditis, & Gregorij M. epiſt. 125. lib.7. Ind.2.A.D.599.data.

17. *Anterus anno 238.per menſem Rom.Eccleſiam rexiſſe dicitur*: Eius nomine ſcripta epiſtola verbis abutitur, Siricij epiſt.2.A.D.390.datæ;Hieronymi epiſt.1. ſcriptæ A.D.372. ſecundæ datæ A.D.392. quartæ poſt A.D.410.dat.& 13.circa A.D. 395. ſcriptæ: Sententiarum Sixti Pythagoræi per Ruffinum in Latinum ſermonem tranſlatarum circa A.D.390. Gelaſij epiſt.9.dat.A.D.494. Conciliorum Chalcedonenſis A.D.451. coacti, & Pariſienſis A.D. 829. ſub Ludouico Pio congregati: Ennodij apolog.pro Symmacho A.D.503. ſcripti: Gregorij M.epiſt. 50. lib. 4.A.D.595.& 52.lib.9.A.D.600.ſcripti:Synodica Martini I.poſt Lateranenſe Concilium A.D.649.datæ; libelli Stephani Dorenſis Epiſcopi Martino I.& Concilio Lateranenſi oblati; & Iſidori Hiſpalenſis libri 2.

bri 2. de officiis Eccl. & 3. Sententiarum poſt A.D. 600. ſcriptarum.

Fabianum ab A.D. 239. ad 238. *Romana Eccl. clauum tenuiſſe* fama eſt; 18.
Scripſiſſe vero tres epiſtolas:

Primam, Pſeudo-Clementis epiſtolę Ruffino interprete circa A.D. 380. Latinitate donatæ: Leonis epiſt. 2. A.D. 444. & 4. A.D. 447. dat. Can. Apoſt. per Dionyſ. exiguum in Latinum ſermonem circa A.D. 527. tranſlatorum; Epiſtolarum Gregorianarum 21. & 95. lib. 7. Indict. 2. id eſt A.D. 598. ad finem & 599. ſcripti; & decimæſeptimæ lib. 12. A.D. 604. editi; Epiſtolarum Bonifac. Mogunt. ſextæ poſt A.D. 731. decimæſeptimæ A.D. 719. & decimæ octauæ A.D. 745. exarat. Hadriani collectionis A.D. 785. in gratiam Engelramni Metenſis ſcriptæ verbis diſtinctam.

Secundam; redimitam floſculis ex epiſt. 1. Siricij A.D. 385. ſcripta: Innocentij I I. ad Victricium A.D. 404. eiuſdemque reſcripto ad patres Concilij Mileuitani A.D. 417. dato: Zoſimi epiſt. 1. A.D. 418. ſcripta: Celeſtini epiſt. 1. A.D. 431. & 2. A.D. 428. dat. Ambroſij epiſt. 64. Auguſtini libellis de paſtoribus, & de pœnitentiæ medicinæ eiuſdem Enchiridio circa A.D. 424. edito: Hieronymi epiſt. 83. Procli epiſt. ad Domnum Antiochenum circa A.D. 444. ſcripta: Verſione Bibliorum per Hieron. poſt. A.D. 372. emendata; Concil. 7. Carth. A.D. 419. congregato; Concil. 3. Romæ in cauſa Symmachi Papæ A.D. 502. coacto: Gregorij epiſt. 36. lib. 4. A.D. 595. 66. 117. & 121. lib. 7. Ind. 2. A.D. 599. ſcripti: Eiuſdem libro paſtorali A.D. 590. publicato: Iſidori Sententiis poſt A.D. 600. & etymolog. libris ſub vitæ finem ſcriptis: collectione denique per Hadrianum I. A.D. 785. edita petitis.

Tertiam, ex Hilari epiſt. 3. A.D. 465. data: Felicis I I I. epiſt. 7. A.D. 485. ſcripta: Concilio 2. Carth. A.D. 390. coacto: Codicis Theodoſiani lib. 4. tit. 16. Conſt. 2. A.D. 379. & lib. 9. tit. 1. Conſt. 10. A.D. 373. dat. Aniani interpret. A.D. 506. editis; Gregoriani regiſtri epiſtolis 54. & 128. lib. 7. Indict. 2. A.D. 599. ſcriptis, & Hadriani I. Epitome Canonum A.D. 773. & Collectione in gratiam Engelramni A.D. 785. adornata, compaginatam.

Cornelius Rom. Eccl. rexiſſe creditur ab A.D. 254. ad 256. Fingitur vero 19.
ſcripſiſſe binas epiſtolas; in quarum priore verba ex epiſt. 1. Siricij A.D. 385. ſcripta: Leonis 87. A.D. 456. data; Gregorij 114. lib. 7. Ind. 2. A.D. 599. ſcripti, & 49. libri 8. A.D. 600. editi, libro pontificali poſt A.D. 600. publicato: Martini epiſtola ad Amandum, & Synodicâ A.D. 649. datis, deprompta legere eſt.

Poſteriore, verba Concil. 1. Carth. A.D. 348. congregati, 3. A.D. 397. coacti, Chalcedonenſis A.D. 451. tertij Romani ſub Symmacho A.D. 502. habiti; Baſilij Seleucienſis coram Judice comparentis A.D. 448. auctoris epiſt. de moribus Clericorum apud Hieronymum; Ambroſij epiſt. 29. A.D. 388. ſcriptæ: Sixti Pythagoræi vel potius Ruffini Sententiarum eius interpretis; Nouellæ 5. libri 3. A.D. 455. datæ: Bonifacij Mogunt. epiſt. 8. A.D. 745. dat. Collectionis ab Hadriano I. A.D. 785. publicatæ, compingente.

20. *Lucius ſediſſe creditur* ab A.D.256.ad 257.fingitur vero auctor epiſtolæ in qua Conciliorum Arelat.1. A.D.314.celebrati, 3.Carthag. A.D. 398. coacti, & Mileuitani A.D.402. congregati: Sententiarum Sixti Pythagoræi à Ruffino interpretatarum; verſionis Pſalterij ex Hebræo per Hieronymum elaboratæ: Auguſtini tract.50.in Joannem poſt A.D.305. ſcripti; Epiſtolarum Leonis ſecundæ A.D. 444. & 25. A.D. 449.ſcriptæ: Aniani interpretationum A.D.506.editarum, libri pontificalis poſt A.D.600.ſcripti: Epiſtolæ Agathonis ad Conſtantinum Pogonatum A.D.680.datæ; Epiſt.19.Bonifacij Moguntini A.D.745. ſcriptæ; collectionis ab Hadriano I. in gratiam Engelrami Rhemenſis concinnatæ verba citantur.

21. *Stephano credita Eccleſiæ Romanæ adminiſtratio putatur* A.D.257. obiiſſe A.D.260. Huius nomẽ binis epiſtolis præfixum: Quarum prior Concilij Eliberitani A.D.305. congregati; Epiſtolæ 46. Leonis A.D. 451. datæ; Epiſtolæ Procli ad Domnum Antiochenum circa A.D. 444. ſcriptæ; Interpretationum Aniani A.D.506. publicatarum: Epiſtolarum 10. & 34. libri 4. regiſtri Gregoriani A.D. 594. & 595. datarum; Collectionis Hadriani I. A.D. 785. publici iuris factæ, libri pontificalis poſt A.D.600.ſcripti verba mutuatur.

Poſterior Conciliorum Carthaginenſium 3. A.D.397. quarti A.D. 398. ſeptimi A.D.419.celebrati, Toletani 11. A.D. 675. congregati: Verſionis Pſalterij ex Hebræo per Hieronymum poſt A.D.372. concinnatæ: Conciliorum 3.4.& 5.Romæ ſub Symmacho A.D.503.coactorum, Conſtit.10.tit.1.lib.9 Cod. Theodoſiani A.D.373.datæ; 12. A.D.374.promulgatæ, 16. A.D.423. ſancitæ: Epiſtolarum Leonis 35. A.D.450. quadrageſimę A.D.451. datæ; & 88. Interpretationum Aniani: Epiſtolę Procli ad Domnum Antiochenum circa A.D.444. datæ; Epiſtolarum Greg.11.& 16.libri 12.A.D.604 ſcripti; Epiſtolarum denique Bonifacij Moguntini 6.25.& 26. poſt A.D.725. ſcriptarum verbis abutitur.

22. *Sixtum II. Eccleſiæ Romanæ Epiſcopatum tenuiſſe fama eſt* ab A.D.260. ad 261.Scripſiſſe vero duas epiſtolas: in quarum priore libelli ab Ithacio aduerſus Varimadum circa A.D. 386. ſcripti; Epiſtolarum 31. & & 32.Leonis A.D.450.datarum: Epiſt.45.lib.8.regiſtri Gregoriani A.D.600.ſcripti: Collectionis per Hadrianum primum A.D.785. editæ, verba leguntur.

In poſteriorem epiſt.1.Siricij A.D.385.datę; Sententiarum Proſperi poſt A.D.431. collectarum; Conciliorum Rom.5. ſub Symmacho A.D.503. congregati, & Aurelianenſis 5. A.D.552.coacti: Interpretationum Aniani A.D.506.editarum; Epiſtolæ 54. Leonis A.D.452.datæ: Epiſt.36. libri 4. regiſtri Gregoriani A.D.595.ſcripti; Synonymorum Iſidori Hiſpal. circa A.D. 615. elucubratorum, & Collectionis Hadriani primi verba tranſlata ſunt.

23. *Dionyſius Romanam Eccleſiam gubernaſſe dicitur* ab A.D.261. ad 273. Fingitur vero auctor epiſtolarum 2. quarum prior epiſtolæ 79. lib.7. Ind.2. A.D.599.ſcripti, & ſeptuageſimę libri 9.regiſtri Greg. A.D.601. editi verba exhibet. Poſtę-

Poſterior citat verba epiſtolarum Leonis 24. A.D. 449. & 89. A.D. 445. datæ: Epiſtolę 4. libri 1. Ennodij poſt A.D. 500. ſcriptæ; Epiſtolarum Greg. 52. libri 4. A.D. 595. elucubrati, & 113. lib. 7. Ind. 2. A.D. 599. editi; Interpretationum Aniani A.D. 506. ſcriptarum, & libri pontificalis poſt A.D. 600. publicati.

Felix Epiſcopatum tenuiſſe fertur ab A.D. 273. ad 75. Dediſſe vero 3. epiſtolas. Prima verſionis Bibliorum poſt A.D. 372. recognitæ: Conſtit. 3. libri 10. tit. 10. Cod. Theod. A.D. 319. promulgatæ; Concilij 4. Carthag. A.D. 398. congregati; Proſperi Sententiarum poſt A.D. 431. ſcriptarum: Epiſt. 31. Leonis A.D. 450. datæ: Interpretationum Aniani A.D. 506. editarum; Gregorij epiſtolarum 36. lib. 4. A.D. 595. datę, 30. & 45. libri 8. A.D. 600. ſcripti, 52. lib. 11. A.D. 603. editi; Collectionis denique ab Hadriano I. A.D. 785. Engelramo Metenſi oblatæ verba deflorat. 24.

2. Epiſtolę Julij ad Alexandrinos A.D. 349. ſcriptæ; Conciliorum Gangrenſis circa A.D. 340. celebrati, Hiſpalenſis 2. A.D. 619. congregati: Romani 3. ſub Symmacho A.D. 503. habiti, Carth. 3. A.D. 397. & Africani circa A.D. 419. coacti, Lateranenſis ſub Martino I. A.D. 649. συναχθέντος, Conſtit. 4. tit. 1. lib. 2. Cod. Theod. A.D. 379. datæ, & 10. tit. 1. lib. 9. A.D. 373. promulgatæ: Nouellæ 1. lib. 3. tit. 1. A.D. 450. ſancitæ; Interpret. Aniani: epiſt. Leonis 32. A.D. 450. datæ; Epiſt. Petri Rauennatis epiſcopi ad Eutychen A.D. 448. ſcriptæ: Epiſt. 45. lib. 8. regiſtri Gregoriani A.D. 600. publicati: libri Pontificalis poſt A.D. 700. ſcripti: Collectionis Hadriani I. verba vſurpat.

3. Verba Ithaciani libelli aduerſus Varimadum Arianum circa A.D. 386. ſcripti; Epiſt. 2. Leonis A.D. 344. datæ, & Agathonis ad Conſtantinum Pogonatum A.D. 680. ſcriptę deprauat.

Eutychianus ſediſſe dicitur ab A.D. 275. ad 284. Eius nomine prænotatæ ſunt binæ epiſtolæ: quarum prior libri 2. & 9. Hilarij Pictauienſis de Trinitate poſt A.D. 356. ſcripti: Epiſtolarum Leonis 46. A.D. 451. 97. A.D. 458. Gelaſij 9. A.D. 494. Symmachi 5. A.D. 503. Greg. 25. lib. 2. Ind. 10. & 50. & 52. libri 4. A.D. 592. & 595. datarum; libri denique Pontificalis poſt A.D. 600. ſcripti verba detorquet. 25.

Poſterior, Pauli Juriſconſulti ſententias torquet, & vulgata Bibliorum verſione per Hieronymum poſt A.D. 372. emendata, Conſtit. vltima libri 9. tit. 6. Cod. Theod. A.D. 423. data; Concilio 2. Carthag. A.D. 390. celebrato, Aniani interpretationibus A.D. 506. editis, Hadriani denique Collectione A.D. 785. Engelramo oblata abutitur. 26.

Caius Eccleſiam Romanam moderatus creditur ab A.D. 284. ad 296. Huic autem affingitur epiſtola in qua Innocentij epiſt. 2. A.D. 404. dat. Leonis epiſt. 97. A.D. 458. ſcriptæ: Vigilij epiſt. 2. A.D. 538. datę, Conſtit. 41. tit. 2. lib. 16. Cod. Theod. A.D. 412. promulgatæ; Interpret. Aniani A.D. 506. publicatarum & libri Pontificalis poſt A.D. 600. ſcripti verba leguntur.

Marcellinum ſediſſe volunt ab A.D. 296. ad 304. Scripſiſſe vero binas epiſtolas, in quarum priore libelli Ithaciani aduerſus Varimadum cir- 27.

ea A.D.386.ſcripti; Leonis epiſt.93.A.D.447.datæ, Hormiſdę epiſt. 24.& 25.A.D.517.& 79.A.D.521.ſcriptarum verba vſurpantur.

In poſteriorem Concilij Nicæni canonum per Dionyſium exiguum Latine circa A.D.527.redditorum; Concilij 3.Carth. A.D.397.congregati; Concil.Rom.6.ſub Symmacho A.D.504.coacti; Vulgatæ Bibliorum per Hieronymum recognitę verſionis poſt A.D.372. Epiſtolæ 65. Hormiſdæ A.D.519. datæ; Collectionis Hadriani primi A.D. 785.ſcriptæ verba inſerta ſunt.

28. *Marcellus Rom.Eccleſiæ regimine functus dicitur* ab A.D.304.ad 309.eius eſſe feruntur epiſtolæ 2.In quarum priore verſionis vulgatę Bibliorum poſt A.D.372.ab Hieronymo emendatæ; Epiſt.2. Innocentij A. D.402.ſcriptæ; Epiſtolarum Leonis 1.A.D.443.& 97.A.D.458.dat. Epiſtolæ Hilarij ad Aſcanium Tarraconenſem A.D. 462. ſcriptę; Epiſt. Acacij Conſtantinopolitani ad Simplicium A.D.476.miſſæ; Epiſt.2.Vigilij A.D.538.ſcriptæ:Epiſt.51.lib.7.Regiſtri Gregor.Indict.1. id eſt A.D.598.exaratę; Collectionis ab Hadriano primo Engelramo A.D.785.datę verba inueniuntur.

In poſteriore verſionis Pſalterij ex Hebræo, & interpretationis Bibliorum per Hieronymum poſt A.D.372.recognitę, Leonis epiſt.54. A.D.452.ſcriptæ; Concilij Rom.6.ſub Symmacho A.D.504.congregati; Hiſtoriæ tripartitæ circa A.D.545. Gregorij epiſt.114.lib.7.Ind.2. A.D.599.ſcriptæ, Collectionis Hadriani primi verba leguntur.

29. *Euſebius Eccleſiam Rom.rexiſſe fertur* ab A.D.309.ad 311. Huic autem 3.epiſtolas ſuppoſuit impoſtor:in quarum prima,verſionis Pſalterij ex Hebręo per Hieronymum poſt A.D. adornatæ Verſionis vulgatę; Epiſtolæ Procli ad Domnum Antiochenum circa A.D.444.ſcriptæ: Epiſtolę 46.Leonis A.D.451.datę; Apologetici ab Ennodio pro Symmacho conſcripti A.D.502. Interpretationum Aniani A.D.506. editarum,Collectionis Hadriani primi A.D.785.Engelramo oblatæ verba confuſa ſunt.

In 2.vulgatę Bibliorum verſionis, Sententiarum à Proſpero ex Auguſtini ſcriptis poſt A.D.430.collectarum;epiſtolarum Leonis 34. A. D.450.& 40. A.D.451.dat. Concil. Rom.6. ſub Symmacho A.D. 504.celebrati,& Sententiarum ab Iſidoro Hiſpal.poſt A.D.600.conſcriptarum verba comparent.

In 3.verſionis Bibliorum ab Hieronymo poſt A.D.372.recognitæ; Conſtitutionum tit.1.lib.9. Cod.Theod. ſextæ A.D.337.& 10.A.D. 373.ſcript.Conſtit.4.lib.7.tit.48.Cod.Juſtin. A.D.379. promulgatæ; regulæ fidei per Hormiſdam ſcriptæ A.D.517.Eiuſdem epiſt.25. Anno eodem datæ: libelli Joannis Conſtantinopolitani A.D. 519.eidem oblati; Epiſt.61.lib.9.regiſtri Gregor.A.D.601.ſcriptæ,& decimę ſextę libri 12.eiuſdem regiſtri A.D.editę, libri Pontificalis poſt A.D.600. conſarcinati; Collectionis Hadriani A.D.785.publicatę verba citãtur.

30. *Melchiadem* ab A.D.311.ad 314. ſediſſe volunt: circumfertur tamen eius nomine pręnotatum *de Eccleſia Primitiua* decretum, in quo Nicænæ Synodi A.D.325.coactæ mentio fit, & canonis 3. Concilij Chalcedonenſis

donenſis A.D.451. celebrati, & Gregorij epiſt.24. lib.1. A.D.591.ſcriptæ verba conſerta ſunt.

Eiuſdem nomen pręfert epiſtola, in quam Sententiarum Sixti Pithagoræi per Ruffinum in Latinum ſermonem circa A.D.390. tranſlatarum, & verſionis Bibliorum per Hieronymum poſt A.D.372. emendatę; Epiſtolæ 1. Celeſtini A.D. 431. ſcriptę; Sermonis Eucherij vel Euſebij Gallicani de Pentecoſte circa A.D.440. habiti epiſt. Leonis 84. poſt eundem annum datæ; libri denique pontificalis poſt A.D. 600. ſcripti verba transfuſa ſunt.

Marcus Eccleſiæ Romanæ gubernaculis admotus A.D. 336. eodem anno 31.
vita functus eſt. Ei tamen tribuitur epiſtola in qua epiſtolæ Attici ad Afros A.D.422. datæ, Epiſt.1. Celeſtini A.D. 431. ſcript. Leonis 2. A.D.444. datę, 85. & 92. eiuſdem circa idem tempus conſcriptarum; Agathonis Synodicæ ad Conſtantinum Pogonatum A.D.680. miſſæ verba leguntur.

Ad Marcum fingitur etiam ſcripta epiſtola, cuius ſcriptor epiſt. Cōcilij Africani ad Bonifacium A.D.419. datæ; Epiſt. Joannis 2. ad Juſtinianum A.D.534. ſcriptæ; Concilij Romani ſub Gregorio 2. Indict. 4. A.D.721. congregati verba vſurpauit.

Iulius ſedem tenuit ab A.D. 336. ad 352. Fingitur vero auctor epiſtola- 32.
rum, quarum priôr, verſionis Bibliorum per Hieronymum poſt A.D. 372. emendatæ; Epiſt.1. Siricij A.D.385. ſcriptæ; Epiſt. Concilij Africani ad Bonifacium A.D.419. datæ; Epiſt. Leonis I V. A.D. 447. 25. A.D.449. & 84. circa idem tempus ſcriptæ; Concilij Chalced. A.D.451. celebrati; Gelaſij epiſt.9. A.D.494. datæ; Syn. Rom. ſub eodem, eodem anno congregatæ; Hiſt. tripartitæ circa A.D. 545. concinnatæ; Typi Conſtantis Imp. Monotheletæ A.D. 648. promulgati; Synodi Lateranenſis ſub Martino I. coactæ A.D.649. Collectionis ab Hadriano I. A.D.785. ſcriptæ verba expreſſit.

Poſterior, Sententiarum Sixti Pythagoræi per Ruffinum circa A.D. 390. Interpretatarum, Epiſtolarum Siricij primæ A.D.385. Zoſimi primę A.D.418. Bonifacij ſecundę A.D.419. & 3. A.D.422. Celeſtini primę A.D.431. Leonis quartę A.D.447. & 84. circa eadem tempora; Anaſtaſij ad Anaſtaſ. Auguſt. A.D, Procli ad Domnum Antiochenum circa A.D.444. Ennodij 18. libri 4. circa A.D.500. Gregorij M.30. lib. 8. A.D.600. & 52. lib.11. A.D. 603. ſcripr. Conſtit.1. lib.2. tit.18. Cod. Theod. A.D.321. Secundæ lib.4. tit.16. A.D. 379. decimæ lib.9. tit.1. A.D.373. Secundæ & tertię lib.10. tit.10. A.D.313. & 319. promulgat. Conciliorum Carthag.2. A.D.390. tertij A.D.397. quarti A.D.398. ſeptimi A.D. 419. Chalcedonenſis A.D.451. Romani tertij & quinti ſub Symmacho A.D.502. & 503. Aurelianenſis quinti A.D.552. congregat. Interpretationum Aniani A.D.506. editarum: Interpretationis Canonum Apoſt. per Dionyſium exiguum circa A.D.527. ſcriptę: Synonymorum Iſidori poſt A.D.614. ſcriptorum; Epitomes Canonum ad Hadrianum I. Carolo M. A.D.773. oblatę, & Collectionis ab eodem A.D.785. Engelramo Metenſi datę; Hiſtorię denique tri-

pertitæ circa A. D.545. adornata verba deprauat.

Orientalium nomine ſcripta ad Julium epiſtola,citat verba Epiſt.Cõcilij Africani A. D. 423.ad Celeſtinum datæ, & Felicis tertij ad Acacium A.D.483.ſcriptæ, & Victoris Carthag.ad Theodorum Papam A.D.646.miſſæ, & Hiſtoriæ tripartitæ circa A.D.545.concinnatæ, & Concilij Lateran.ſub Martino I. celebrati A.D.649.

33. *Liberius ſedit* ab A.D.352.ad 367. Extant vero eius nomine prænotatæ à Pſeudo-Iſidoro epiſt.binæ, ad orthodoxos, & ad Ægyptios: in quarum priore impoſtor Siricij epiſt.1.A. D. 385.datæ; Flauiani Conſtantinop. epiſt. ad Leonem A.D. 448. Leonis octogeſimæ ſeptimæ A. D.456.Martini primi Synodicæ A.D. 649. & ad Amandum anno eodem ſcriptæ verba citauit.

In poſteriorem idem nebulo Leonis epiſt.24.A.D.449.datæ;Synodi Lateranenſis ſub Martino I. A.D.649. coactæ & Typi Conſtantis Imp.Monothelitæ A.D.648.promulgati verba compegit.

Quinetiam ad Liberium ab Ægyptiis datam epiſtolam finxit, in qua hiſtoriæ tripertitæ circa A.D.545. à Caſſiodoro adornatæ; Victoris Carthag.epiſt.ad Theodorum Papam A.D. 646.ſcriptæ; Concilij Lateran. ſub Martino I. congregati A. D. 649. Epiſt. Juſtiniani II. ad Joan.5.A.D.686.datæ verba commiſcuit.

34. *Felix ſecundus, in Liberij pro fide exulantis locum ab Arianis ſubrogatus, Romanam ſedem occupauit* ab A. D. 355.ad 357. Huic ſuppoſitæ binæ epiſtolæ:Priorem cumulauit ὑποβολεῦς variis recentiorum auctorum pronuntiatis, v.g.Damaſi ad Epiſc. Illyrici ſcribentis A.D.369. Eiuſdem ad Orientales epiſt. dantis A.D.373. Patrum Conſtantinopoli A. D. 382.congregatorum; Auguſtorum legem A.D. 365. ferentium; Concil.3.Carth. A.D.397. 4. A. D.398. 7. A. D.419.coacti; Concilij Africani, Hieronymi epiſt.1. A.D.372.ſcripta; Innocentij epiſt.2.A.D. 404.& 7. A.D.416. data, Aniani legum Auguſtarum interpretationem edentis A.D.506.Concilij 5. Romani ſub Symmacho A. D.503. congregati; Hiſtoriæ tripartitæ circa A.D.545. elucubratæ; Concilij in Laterano ſub Martino I. A.D.649.celebrati; Gregorij M.epiſt.120. lib.7.Ind.2. A.D.599.dat.Collectionis ab Hadriano I.Engelramo A. D.785. oblatæ.

In poſteriore, centones farciuit ex Concil.3. ſub Symmacho A.D. 502. Romæ congregato, Synodo Lateran. ſub Martino A. D.649. congregata, Martini primi Synodica eodem anno ſcripta, & Pauli Conſtantinopolit. Monothelitæ epiſt. ad Theodorum Papam A. D. 646.data.

Ad Felicem circumfertur epiſtola Ægyptiorum orthodoxorum titulo inſignita, in qua plurima congeſta ſunt ex epiſt.18.Innocentij A. D.417.Celeſtini prima A.D.431.Felicis ad Acacium Conſtantinopolit.A.D.483. Patrum Africanorum Synodica ad Theodorum Papam A.D.646.Victoris Carthag. encyclica ad eundem hoc ipſo anno ſcripta; Concil.3.Romano ſub Symmacho A.D.502. & Concil.Lateran. ſub Martino I. A. D. 649.coacto.

Damaſus

Damaſus ſedem tenuit ab A.D.367. ad 382. ſi Marcellino, aut 384. ſi Baronio credamus: Eidem ſuppoſuit epiſtolas 4. Pſeudo-Iſidorus. 35.

1. Ad Aurelium Carthag. in qua Leonis epiſt. 25. A.D.449. & 84. circa idem tempus ſcripta, & Felicis III. epiſt. 7. anno 488. data, citantur.

2. Ad Stephanum Archiep. Mauritan. in qua rurſus Siricij epiſt. 1. A.D.385. Hieronymi epiſt. 1. A. D. 372. Innocentij epiſt. 2. A.D.404. Attici ad Afros A.D.422. Afrorum ad Celeſtinum A.D.423. Leonis epiſt. 84. circa A.D.445. Felicis III. ad Acacium epiſt. 1. A.D.483. Anaſtaſij II. ad Anaſtaſ. Aug. A.D.497. Victoris Carthag. ad Theodorum Papam A.D.646. Martini Synodica A.D. 649. data, Concil. Nicanum interpr. Dionyſ. exiguo circa A. D. 527. Concil. 3. Rom. ſub Symmacho A. D. 502. Carthag. 3. A.D.397. Lateranenſe ſub Martino I. A.D. 649. Toletanum 8. A.D.653. coactum, Aniani interpretationes A.D.506. editæ, Hiſtoria tripertita circa A.D.545. concinnata & Hadriani collectio A.D.785. ſcripta citantur.

3. De Chorepiſcopis, in qua rurſus epiſtolarum Siricij primæ A.D. 385. Innocentij primæ A.D. 416. quartæ paulo ante, vigeſimæ ſecundæ A.D.414. Zoſimi 1. A.D.41. Celeſtini primæ A.D.431. Leonis primæ A.D.443. ſecundæ A. D. 444. quartæ A.D.447. Greg. 48. & 97. libri 7. A.D.599. 43. libri 8. A.D. 600. & 40. libri 9. A.D. 601. datæ, Conciliorum Neocæſarienſis, Antiocheni, & Laodicenſis interprete Dionyſ. exiguo circa A. D. 527. Concilij Rom. 6. ſub Symmacho A. D. 503. vel 4. Hiſpalenſis 2. A. D. 619. & Lateran. ſub Martino I. A. D. 649. celebrati verba deprauat.

4. Ad Epiſc. Italiæ, in quam Leonis epiſt. 47. A.D. 451. Greg. epiſt. 127. & 128. lib. 7. Ind. 2. A.D.599. datarum tituli cap. 11. Concil. 6. Tolet. A.D. 638. Concilij Lateran. ſub Martino I. A.D.649. congregati, Aniani interpretationum A.D.506. editarum, verba transfudit.

Ad *Damaſum* à Stephano Mauritaniæ Archiepiſcopo datam finxit epiſtolam impoſtor; in qua Victoris archiepiſc. Carthaginenſis A.D. 646. & Sergij Archiepiſc. Cypri A. D. 643. ad Theodor. Pap. ſcribentium & Martini primi A.D. 649. Concilij Lateranenſis patres alloquentis verba reperiuntur.

Anaſtaſius I. ſedit ab A.D.398. ad 402. Ei affinxit ψευδολεγς Epiſtolas 36. binas; quarum prior Innocentij epiſt. 14. & 15. A.D.408. datas, Flauiani epiſt. ad Leonem A.D.448. ſcriptam, Leonis epiſt. 1. A. D. 443. & 2. A.D.444. dat. can. 34. Apoſt. ex interpretatione quam Dionyſius exiguus circa A.D. 527. cudit, librum pontificalem poſt A.D.600. ſcriptum citat.

Poſterior, Innocentij epiſt. 13. A.D. 413. datam deflorat & Leonis 89. A.D.445. ſcriptam, & Gregorij 113. libri 7. Indict. 2. A.D.599. dat.

Sixtus III. ſedem tenuit ab A.D.432. ad 440. Fingitur vero ſcripſiſſe epiſtolam ad Orientales in qua c. 2. tit. 16. libri 4. Codicis Theod. A.D. 379. data. c. 10. tit. 1. libri 9. A.D.373. ſcripta c. 41. tit. 2. libri 16. A.D.412. promulgata, Felicis III. epiſt. 7. A.D.485. data, Aniani interpretationes 37.

A.D.506.editæ, Gregorij epiſt.50.lib.4. A.D.595.54.& 128.libri 7.Indict.2.A.D.599.45.libri 8. A.D.600. liber pontificalis poſt A.D.600. conſcriptus, Hadriani I. Epitome Canonum A.D.773. Carolo M. oblata, & Collectio in gratiam Engelrami Metenſis A.D.785.ſcripta citantur.

38. *Leo Romanam Eccleſiam rexit* ab A.D. 440.ad 461. inter eius epiſtolas 88.citat c.7.Concil.2.Hiſpalenſis A.D.619.congregati.

39. *Felix IV. ſedit* ab A.D.526. ad 530. Scripſiſſe dicitur epiſtolas binas; in quarum priore Gregorij M. epiſt.36. lib.4.A.D.595. datæ, in poſteriore vero eiuſdem Gregor.epiſt.79.lib.7.Indict.2. A.D.599.& 70.libri 9.A.D.601.ſcript.verba leguntur.

40. *Bonifacius Romanæ Eccleſiæ præfuit* ab A.D.530.ad 531. menſ.Octob. Eius nomine ſcripta epiſtola verba Gregorij epiſt. 52. lib.4. A.D.595. ſcripti interpolat.

Ad *Bonifacium* preces directæ (ſi Deo placet) ab Eulalio Carthaginenſi Greg.epiſt.36.lib.4. A.D.595. & 127.libri 7. Indict.2. A.D.599. ſcriptæ verba continent.

41. *Siluerius* A.D.536. Agapeto ſubrogatus non produxit vitam vltra A.D.540. Fingitur nihilominus auctor epiſt. in qua Gregor. epiſt.50. libri 4.A.D.595.ſcriptæ, & libri pontificalis poſt A.D.600. conſarcinati verba reperiuntur.

42. *Ioannes III.* ab A.D.559.ad 572. *clauo aſſediſſe dicitur.* Creditur tamen ſcripſiſſe epiſtolam in qua Gregor. epiſt. 48.& 9.lib. 7. Indict.2. A.D.599.quadrageſimæ tertiæ libri 8.A.D.600. quadrageſimæ libri 9.A.D.601.ſcriptæ, Concilij Lateran.ſub Martino I. A.D.649. celebrati, & Concilij Pariſienſis ſub Ludouico Pio A.D. 829. coacti verba deprauantur.

43. *Benedictus ſediſſe creditur* ab A.D.573.ad 577.Eius nomine prænotata epiſt.citat Greg.epiſt.41.lib.1.A.D.591.ſcriptam.

44. *Pelagius II.* ab A.D.577.ad 590.*throno Romano inſedit*:Eius epiſt.1. citat.Concil.10.Tolet.A.D.656.congregatum.

2. Concilium 8.Tolet. A.D. 653. celebratum & Lateran. ſub Martino I.A.D.649.coactum. 8. Greg.epiſt.36.libri 4.A.D.595.datam,& Synodicam Martini I.A.D.649.è Concilio Lateranenſi ſcriptam.

45. *Gregorius M. Epiſcopatum adminiſtrauit* ab A.D.590.ad 604.Hoc ipſo anno ad Felicem Meſſanenſem epiſtolam dediſſe dicitur, octénio poſt mortem eiuſdem Felicis: in qua Iſidori ſententiæ, Martini Synodica A.D.649.ſcripta, Concil.11.Tolet. A.D. 675. congregatum, epiſt.14. Gregorij II.A.D.726.& Gregorij tertij prima A.D. 731.data citantur.

Felicis nomine ad Gregorium ſcripta epiſtola, verba epiſt.Sergij Archiepiſcopi Cypri ad Theodorum Papam ſcriptæ A.D.643. epiſt. Victoris Carthag. ad eundem Theodorum A.D.646.datæ, & libelli à Stephano Epiſcopo Dorenſi Martino primo, & Synodo Lateranenſi oblati A.D.649.verba vſurpat.

Veterum

Veterum nemo ex epiſtolis mutuatitias in ſua ſcripta ſententias verbáque tranſtulit.

Cap. XIV.

QUanquam non paucis nec infirmis (vt ſperamus) argumentis ſacrilegas ψευδωνύμου Iſidori fraudes inſanáque molimina hactenus reuicimus & repreſſimus, ne quis tamen, Turriani peruicaciam æmulatus, nouis hoc dolis diuerticulum quærat, vt ſcilicet fingat impoſtorem aliorum ſcripta non compilaſſe, ſed auctores illos omnes quorum catalogum texuimus ex epiſtolarum fontibus ſuo tempore plurima hauſiſſe; hoc non modo falſum ſed improbabile eſſe paucis demonſtrare neceſſe eſt: nouam itaque errandi viam munire ſequentéſque inducere conantibus obſtabit, primum, ipſa * aduerſariorum *omnes Epiſtolas in archiuijs & ſcriniis Rom. Eccleſiæ* per ſecula aliquot *delituiſſe nec agnitas fuiſſe* ſcribentium, confeſſio; ſi enim delituerunt, quomodo factum, vt ab omnibus exſcriberentur? Quis caſu fieri potuiſſe credat, vt Hieronymus, Ithacius, Auguſtinus, Leo, Gregorius, aliíque innumeri Synodorum etiam vniuerſalium patres, eadem cum vetuſtiſſimis vrbis Epiſcopis, quorum ſcripta nõ agnouiſſe dicuntur, verbíſque iiſdem ſcriberent? Annon alterutrum verum eſſe oportet, vel epiſtolas omnium manibus tritas fuiſſe, vt omnibus ſcribendi materiam ſuppeditarent, (quod tamen nemo hactenus aſſeuerare auſus eſt) vel eas à Centonum improbiſſimo factore conſcriptas eſſe? quod neceſſario fatendum putamus.

* hæc Binius in notis ad epiſtolas. Turrian. vero lib. 5. pro epiſt. c. 20. fatetur Hieronymo & aliis ignotas fuiſſe: & cap. 22. in omnium manibus non fuiſſe.

Obſtabit 2°. ipſa rei notoria abſurditas; Quis enim adeo cæcus eſſe gaudeat, vt videre nolit, nonniſi ſtultiſſime fingi poſſe vetuſtiſſimos Eccleſiæ patres, proximóſque Apoſtolorum ſucceſſores diuinaſſe quid quibuſque verbis poſteri, poſt annorum centenaria aliquot, ſcripturi eſſent; nec modo quibus vſuri eſſent verbis auctores Latini, ſed etiam quibus Græcorum ſcriptorum interpretes Græca Latine reddituri eſſent? Exempli cauſa, cui veriſimile fiat * vel Clementi occurrere potuiſſe verba quibus Latinus interpres Cyrilli Alexandrini aduerſus Theodorum Mopſueſtenum diſputantis ſcripta: & Ruffinus Græcam operis Recognitionum phraſin Latinæ linguæ traditurus: vel Zephyrino [a] in mentem veniſſe quibus verbis Dionyſius exiguus poſt 300. annos Canones Nicænos editurus: vel Julium [b] præſagiiſſe quo ſtylo Epiphanius, Athanaſij, Conſtantini, Theodoreti, Sozomeni ſermones mentémque in hiſt. tripartita (quam verſionem eſſe conſtat) erat expreſſurus? &c. 2. Quis à ſe impetrare poſſit vt credat, antiquos illos Epiſcopos aptioribus ad refellendas ſuo tempore nondum natas hæreſes Arianorum & Eutychianorum, quam quæ iam cœperant emergere, argumentis vſos eſſe, vt poſteri Hilarium, Ithacium, & Leonem, in id vnum incumberent, vt maiorum Anacleti, Euariſti, Alexandri, Sixtorum I. & II. Eutychiani, Caij &c. diſputationes ad verbum deſcriberent? 3. Quis aſſeuerare audeat quæ ſiue per occaſionem, ſiue

* Pſeudo-Clem epiſt. 1. & 2.

a Pſeudo-Zephyr. epiſt.

b Pſeudo-Iul. epiſt. 2.

ex profeſſo à recentioribus ſcripta ſunt, eadem ante ſecula aliquot, priſcis illis quocunque fine elucubrata fuiſſe?

Obſtabit 3°. ipſe patrum qui ab A. D. 370. ad 800. vixerunt candor, ſummáque, qua Apoſtolicorum virorum memoriam ſemper proſecuti ſunt, reuerentia. Si enim ſanctiſſimi illi viri epiſtolas agnouerunt, nec agnouerunt modo, ſed ruſpati ſunt; mortalium omnium ingratiſſimi fuerunt, vtpote qui ἐπιστολογράφους quos imitabantur, imo quorum opera exſcribebant, nulla data cauſa etiam præter morem debitis elogiis fundauerunt: nemo enim eorum qui toto illo tempore floruerunt, vel epiſtolarum vnica excepta [a] meminit, vel ſibi viſas, nedum exſcriptas teſtatus eſt. 2. Omnium impudentiſſimi, quandoquidem in manifeſto plagij ſcelere deprehenſi, nunquam vel pudore à culpa reuocati ſunt, vel culpam confeſſione diluerunt, ſed quandocunque ſe obtulit occaſio centones ex aliorum ſcriptis conſarcinauerunt: verbi cauſa Hilarius ex epiſt. 1. Eutychiani, Ithacius ex epiſtolis Anacleti, Alexandri, Marcellini &c. Leo ex epiſtola Caij &c. 3. Omnium inconſideratiſſimi, quoniam nec ſui ſeculi hæreticos vetuſtiſſimorum Pontificum, quorum ſcripta lippis & tonſoribus nota erant, teſtimoniis atque auctoritate obruere vnquam conati ſunt, nec quæ ab Apoſtolorum ætate obtinuerant poſt annos 400. in dubium reuocari veriti ſunt. Quis enim, vt exemplis rem declaremus, quis inquam ferat Epheſinos patres, Theodoretum, Leonémque ipſum, Eutychiano Rom. Eccleſiæ Pontifici antiquiſſimo, ſanctiſſimo, martyri, honorem debitum detrahentes, vt eundem deferrent, non ἀτίμῳ quidem, ſed recentiori, minoris auctoritatis viro, humilioris ſedis, nempe Pictauienſis, Epiſcopo Hilario, à quo meritas ob plagium pœnas repoſcere debuerant, non emendicatum aduerſus Trinitatis hoſtes teſtimonium expetere? Quis excuſet Proſperum Auguſtino magiſtro ea adſcribere auſum, quæ Auguſtinus ipſe Clementi, Zephyrino & aliis ante ſurripuerat? Quis venia dignos Afros eſſe cenſeat Zoſimo Bonifacio &c. litem intendentes, de iure appellationum ad Rom. ſedem, quod ab antiquo decretalia teſtabantur, & perpetua Eccleſiæ praxi, & Apoſtolorum Canonibus, & Apoſtolicorum teſtimoniis, & Synodalibus conſtitutis firmari?

[a] Ruffinus in præfat. ad lib. recognit. & patres Concilij 2. Vaſenſis meminerunt prioris partis primæ Clementinæ, cui Pſeudo-Iſidorus reliquarum epiſtolarũ auctor, longiſſimam laciniam adtexuit.

Obſtabit 4°. ipſa Epiſtolarum textura ſcabroſa tota atque inæqualis; quæcunque enim habent illæ cum Auguſtino, Leone, Ennodio, Gregorio, Ithacio &c. communia, ea cum cæteris non cohærent, mendis quamplurimis, iiſque exquiſitis, ſcatent, ad alienos ſenſus contorta, extra naturalem ſitum collocata ac velut artificialia membra natiua gratia carentia, vitalique ſpiritu deſtituta eſſe videntur: licet eadem in ſcriptis patrum (vnde mea ſententia deprompta ſunt) auctorum ſtylo conuenientiſſima, plana, terſa, emaculata, ac velut genuinæ librorum in quibus leguntur partes apparent: vt neceſſe ſit illa omnia quæ epiſtolis infarta ſunt, addititia eſſe, nec farragines illas eorum legitimos fœtus eſſe, quorum titulis ornantur.

Poſſent innumeris aliis ἀτόπως obiui Pſeudo-Iſidori næniarum admirato-

nſtratores, ſed pluribus eos grauare ſuperuacaneum duximus; quos enim in verecundiam pauca hæc adducere non poterunt, nihil vnquam de ſpe & conatu falſa aſſeuerandi depellere poterit.

Epiſtolarum ad annum Domini 830.*nulla memoria, nulla fama fuit.*

CAPVT XV.

CVm ex ipſa aduerſariorum confeſſione ſatis conſtare poſſit Decretales illas epiſtolas (quas poſt A.D.785.effictas eſſe docuimus) diu latuiſſe, ipſiſque vrbis Epiſcopis [a] & Clericis [b] ignotas fuiſſe, fruſtra hanc operam ſumere videtur Turrianus, vt perſuadeat ex omni ætatum temporúmque Eccleſiæ Chriſtianæ memoria, gloriam celebritatémque earum inueniri poſſe; ne quem tamen in eam quam de ſe animo imbibit opinionem adducat, quaſi quæ à veritate plane abhorrent garrulitate ſua probauerit, vaniſſimam hanc opinionem radicitus excutere noſtri eſſe duximus officij.

a Leoni inter alios.
b Hieronymo, Proſpero &c. qui Damaſo & Leoni ab epiſtolis fuiſſe dicuntur.

TVRRIAN.[c] *Vnum & quidem locupletiſſimum teſtium genus, ac ſanctiſſimum eſt memoria, & communis ſermo hominum ac poſteritas tot ſeculorum.*

c pro epiſt. lib.5.c.22.

℟. Ego quidem *teſtium* illud *genus* incertiſſimum eſſe crediderim, quandoquidem [d] *fama vix vera fauet*, [e] *multum in vtramque partem crebro mentitur, tam de bonis mala, quam de malis bona falſo rumore concelebrat, éſtque* [f] *tam ficti prauíque tenax quam nuntia veri.* Ideóque recte Zoſimus Papa [g] monet, *non omnem qui aures* noſtras *ingreditur ventum, nuncium eſſe veri, animó*que *præſule & in excubiis conſtituto ſemper opus eſſe ne totum famæ, totum teſtibus liceat.* Sed demus communem hominum ſermonem, & famam fide digniſſimum ac ſanctiſſimum eſſe teſtimonij genus; quid hoc ad epiſtolas de quibus nemo ante A.D.830. teſtimonium tulit?

d Seneca in Hippol.
e Hieron. epiſt.131.
f Ouid. Metamorph.9.
g epiſt. 4.

TVRR. *Fama conſentiens (vt* [h] *Calliſtratus Iuriſconſultus ex reſcripto Adriani ad Valerianum ait) confirmat rei de qua quæritur fidem, adſtipulatur Plato lib.12.de legibus.*

h Digeſt.lib. 22.tit.5 §.3.

℟. *Fama conſentiens* rariſſima eſt: ſolet enim [i] *mobilitate vigere* & [k] *nomen incerti eſſe* & *locum non habere vbi certum eſt*: ſit tamen (ſi placet) conſtantiſſima fama omnis, quid de epiſtolis *confirmauit* ante A.D.800?

i Æneid.4.
k Tertull. apol.cap.7.

TVRR. *Fama habet ſpeciem quandam prophetiæ, vt Petrus cum Simone diſputans dixit, fama etiam ad præterita pertinet quorum fidem facit.*

℟. Quis eam diſputationem ſcripſit? Nihil enim de famæ prophetica vi inuenio in recognitionum libris, in quibus tria Petri cum Simone certamina deſcripta ſunt; ſit tamen famæ vis plane ad omnia efficax, modo conſtet eam per ſecula 8.epiſtolas non ſenſiſſe.

TVRR. *Eſt fama (vt ſummus orator ait) quoddam multitudinis teſtimonium.*

℟. Atqui in multitudine *rari boni*, veraces pauci, ſtulti, vani, mendaces plurimi, quorum teſtimonio non nitetur quiſquis diuino ora-

a Exod.23. 2. culo attentas aures præbebit, *Non* [a] *eris cum pluribus in malitia*: fac tamen teſtimonij ius omnibus nullo diſcrimine deferendum, quis ſiue bonus ſiue malus ad A.D.800. pro epiſtolis teſtimonium dixit?

b aduerſ. Fauſtum lib.33. cap.6. TVRRIAN. *Quod olim Auguſtinus* [b] *de Scripturis ſacris pronuntiauit, id de epiſtolis dicendum venit*, meruiſſe *nimirum* Eccleſiam, tam fidem, tam numeroſam fratrum concordiam vt *Apoſtolicorum virorum* ſcripta fideliter ad poſteros traiicerent, cum eorum cathedras vſque ad præſentes Epiſcopos certiſſima ſucceſſione ſeruaret, cum hoc qualiumcunque hominum ſcriptis, ſiue extra Eccleſiam, ſiue in ipſa Eccleſia tanta fœlicitate proueniat.

℞. Principium ſtrenue petit Jeſuita; quid enim quærimus? annon hoc ipſum quod in confeſſo eſſe vult, nos vero pernegamus, nempe Epiſtolas ab Apoſtolicis viris ſcriptas ad nos fideliter certiſſimæ ſucceſſionis iure delatas eſſe? vana itaque hæc omnia, & plane ἀπροσδιόνυσα.

TVRR. *Neque quod aliquando hæ epiſtolæ fortaſſe non erant in manibus omnium, aut de epiſtolis Clementis ad Iacobum à quopiam dubitatum ſit, efficere potuit quin communis fama poſteritatis conuicerit, eorum eſſe epiſtolas quorum ab initio ferebantur.*

℞. Bene eſt quod tandem veritatis lucem ſaltem ex obliquo admittere cogitur Jeſuita, confeſſus epiſtolas *aliquando non in omnium manibus non fuiſſe*: eas enim ſi vel genuinæ vel ante annum Chriſti 785. cuſæ eſſent, & notiſſimas & omnium manibus omnibus à Chriſti natali ſeculis tritas fuiſſe oporteret, vt ex ipſis tanquam ex fonte publico Latini pene omnes, Græci nonnulli haurirent: at ignotæ plane fuerunt ad A.D.800. quia tunc temporis eſſe cœperunt; nec communis eorum qui nono & ſequentibus ſeculis vixere ſermo famáque conuincere poteſt ea quæ ipſi ab impoſtoribus deluſi genuina crediderunt, vlla fide digna eſſe.

TVRR. *An forte placet Magdeburgenſibus libros Theophraſti & Ariſtotelis fictos eſſe dicere, quia cum diu latuiſſent, tempore Syllæ dictatoris in publicum exierunt; aut ſecundam Petri Apoſtoli epiſtolam & Ioannis ſecundam & tertiam negare, quia de eis aliquando dubitatum fuiſſe teſtatum eſt?*

℞. Non placet; nec illi dixerunt *quia aliquando de epiſtolis dubitatum fuit* eas non eſſe legitimas, ſed quia ſunt fœtus bardi & ſtupidi balatronis qui poſt A.D. manum operi admouit, antiquiſſimorum patrum partus eſſe non poſſe.

TVRR. *Si quicquid in epiſtolis non intelligimus falſum eſt, falſæ etiam ſunt Scripturæ in quibus multa captum ſuperant.*

℞. Non *quicquid non intelligimus falſum* dicimus; ſed quicquid falſum eſſe intelligimus, falſum eſſe aſſeuerare non dubitamus. Nemo (ſperamus) de falſitate epiſtolarum in poſterum dubitabit, intelliget enim in eis *nihil captum* tenuiorum *ſuperare*, ſed obuia, trita, ſpurca eſſe quæcunque Pſeudo-Iſidorum patrem habuerunt.

c lib.32. cap.21. TVRR. *Id Magdeburgenſibus reſpondendum, quod Fauſto Auguſtinus* [c] *reſpondit*; Si quæratis (*inquit*) à nobis, nos vnde ſciamus Apoſtolorum eſſe

eſſe iſtas literas? Breuiter vobis reſpondemus, inde nos ſcire vnde & vos ſcitis illas literas eſſe Manichæi, quas miſerabiliter huic auctoritati præponitis. Si enim & hinc vobis aliquis moueat quæſtionem & ſcrupulum contradictionis impingat, dicens; libros quos profertis Manichæi, non eſſe Manichæi, quid facturi eſtis? Nónne potius eiuſdem deliramenta ridebitis, qui contra rem tanta connexionis & ſucceſſionis ſerie confirmatam, impudentiam huius vocis emittat? Sicut ergo certum eſt illos libros eſſe Manichæi, & omnino ridendus eſt, qui ex tranſuerſo veniens tanto poſt natus litem vobis huius contradictionis intenderit; ita certum eſt Manichæum vel Manichæos eſſe ridendos aut etiam dolendos, qui tam fundatæ auctoritati à temporibus Apoſtolorum vſque ad hæc tempora certis ſucceſſionibus cuſtoditæ atque perductæ audeant tale aliquid dicere.

℟. Id nullo modo reſponderi poſſe facile comperiet, quiſquis meminerit epiſtolas *à temporibus* Caroli Magni *ad hac certis ſucceſſionibus cuſtoditas atque perductas* antea non fuiſſe; ac proinde ridendum Turrianum qui dicere audeat *fundatam* earum *auctoritatem à temporibus Apoſtolorum, impudentiſſimámque eſſe eius vocem* qui nugas nuperas, poſt annum 780. aut 800. natas, nulla *penitus connexionis & ſucceſſionis* ad nonum ſeculum *ſerie confirmatas*, fundatiſſimas, maxima connexionis & ſucceſſionis ab Apoſtolorum æuo ſerie confirmatas aſſerere non vereatur.

Tvrrian. *Magdeburgenſes non penitus audent affirmare confictas eſſe has epiſtolas; quin potius conſcientia non conſentiente, titubanter dicunt, vt eorum verbis vtar,* ab vno eodémque, aut de integro confictas aut fœdiſſime corruptas.

℟. At ego ſuppoſitas confictáſque, non modo affirmaui, ſed (niſi me vehementer animus fallit) probaui.

Tvrr. *Subijciam ex Auguſtino lib.* 11. *aduerſus Fauſtum cap.* 2. Hoc eſt, inquit, quod paulo ante dixi, quia vbi ſic manifeſta veritate iſti præfocantur, vt obſeſſi dilucidis verbis ſanctarum ſcripturarum exitum in eis fallaciæ ſuæ reperire non poſſint, id teſtimonium quod prolatum eſt falſum eſſe reſpondent. O vocem à veritate fugacem, in amentia pertinacem. vſque adeo inuicta ſunt, quæ aduerſus vos de diuinis codicibus proferuntur, vt non ſit aliud quod dicatis niſi eos eſſe falſatos; Quæ auctoritas literarum aperiri, quis ſacer liber euolui, quod documentum cuiuſlibet ſcripturæ ad conuincendos errores exeri poteſt, ſi hæc vox admittetur, ſi alicuius ponderis æſtimatur? *Et paulo poſt*, Quam libri à te prolati originem, quam vetuſtatem, quam ſeriem ſucceſſionis teſtem citabis *aduerſus negantem?* Nam ſi hoc facere conaberis, & nihil valebis, & vides in hac re quid Eccleſiæ Catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie & tot populorum conſenſione firmatur. Ita ſi de fide exemplarium quæſtio verteretur, ſicut in nonnullis, quæ & paucæ ſunt, & ſacrarum literarum ſtudioſis notiſſimæ ſententiarum varietates, vel ex aliarum re-

gionum Codicibus, vnde ipſa doctrina commeauit, noſtra dubitatio diiudicaretur: vel ſi ibi quoque codices variarent, plures paucioribus, aut vetuſtiores recentioribus præferentur: & ſi adhuo incerta varietas, præcedens lingua vnde illud interpretatum eſt conſuleretur. Hoc modo quærunt, qui quod eos mouet in Scripturis ſanctis tanta auctoritate firmatis inuenire volunt, vt habeant vnde inſtituantur non vnde rixentur: *hæc Magdeburgenſes ſibi dicta putent.*

℟. Non putabit certe quiſquis nouerit Mercatoris Collectionem poſt A.D.180. innotuiſſe, nec vlla ad nonum vſque ſeculum ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, aut populorum conſenſione firmatam fuiſſe.

TVRRIAN. *Hieronymus non auſus eſt negare Apocalypſim & epiſtolam ad Hebræos, licet multi de eis dubitarent. Vide epiſt.129. ad Dardanum.*

℟. Nec debuit Hieronymus contra communem Eccleſiæ ſententiam cum paucis hæſitantibus, quorum tenebras tandem Deus illuminauit, ſtare.

TVRR. *Magdeburgenſes nec Eccleſiarum conſuetudinem curant, nec auctoritatem veterum epiſtolarum teſtimoniis vtentium reuerentur; eorum crimen & Manichæorum diſpar & inæquale.*

℟. Iniquiſſima cenſura; ſiquidem primiriuæ Eccleſiæ conſuetudinem reueremur; neminem ad A.D. 800. pro epiſtolis teſtimonium dixiſſe palam eſt, omnéſque qui eas ab A.D.800. ſuſceperunt deceptos fuiſſe luce clarius probabimus, Deo fauente.

TVRRIAN. *Theodoretus in proœmio commentarij in epiſt. ad Hebræos, aduerſus Arianos :* at (*inquit*) tametſi nihil aliud, tamen huius epiſtolæ in Eccleſiis antiquitatem eos vereri oportuit ; *ſic Magdeburgenſes, qui cum non poſſent refellere quæ de principatu* Rom. Epiſcopi *in his epiſtolis ſcripta ſunt, item* de appellationibus, *eas (ſicut Ariani epiſtolam ad Hebræos)* negarunt.

℟. At ego (Deo propitio) quicquid impoſtor ſtatuminandæ Urbici Papæ tyrannidi crediderat idoneum, ab eo vel confictum, vel deprauatum, vel mutuatum fuiſſe docui; Leoninam aſino detraxi; ſceleratum ſcurram defendat qui ſceleris particeps eſſe volet.

TVRRIAN. *Auguſtinus epiſt.19. ad Hieronymum Manichæis obiicit, quod ſcripturam corruptam dicerent ; quod falſo de Epiſtolis dicunt Magdeburgenſes.*

℟. Corruptas non aſſeuerauerunt Magdeburgenſes, ſed *vel confictas vel corruptas*, veterum vrbis Epiſcoporum titulis prænotatas epiſtolas eſſe ſcripſerunt: Ego vero per Dei gratiam ſuppoſitas eſſe probaui, nec ideo in Manichæorum vel Arianorum caſtra tranſitum feci.

Quod

Quod veterum teſtificatione deſtituuntur Epiſtolæ, non leue eſt νοθείας argumentum.

Cap. XVI.

Scripſerant Magdeburgenſes,[a] *auctoritate Euſebij, Hieronymi, aliorúmque teſtium excuſari veteres vrbis antiſtites ne epiſtolarum quibus appoſita ſunt ipſorum nomina auctores cenſeantur:* id quia Turriano diſplicet, negat Patrum ſilentium ſufficere ad ſubuertendam ſcriptorum ſuo iudicio celeberrimorum auctoritatem: ipſum audiamus.

a Centur 2. cap. 7.

Tvrrian.[b] *Ecquod genus citandi teſtes qui nihil dicant, nec dicere poſſint, quia de quibus ijdem rogantur nihil audierunt?*

b pro epiſt. lib. 5. cap. 20.

℞. Propriè loquendo Magdeburgenſes teſtes non citarunt: ſed cùm ipſis propoſitum eſſet manifeſtum facere epiſtolas ſcripti genus ignobile, veteribus incognitum, clariſſimorum inter veteres auctorum teſtimonio plane deſtitui, Euſebium & Hieronymum nominarunt; quid inde abſurdi eliciat Jeſuita? Qui docet antiquorum auctoritate ſcriptum aliquod commendari non poſſe, an teſtes mutos, elingues, ſurdos citat? de verbis non litigandum vbi res in aperto eſt.

Tvrrian. *Multa obliuioni traduntur, vt nomen Epimenidis poëtæ poſt 50 annos, & Teucer Liuij poſt 10 annos, teſte Varrone de lingua Latina lib. 6.*

℞. Fieri poteſt vt quædam minus obuia *obliuioni tradantur*; at id contigiſſe 45. Pontificum ſcriptis *omnium ſeculorum teſtimonio confirmatis, totiúſque mundi reuerentia conſecratis*, omnino incredibile eſt: quomodo enim mundus obliuione ſepulta reuereatur? aut confirment omnium ſeculorum teſtimonia, quod ſeculis omnibus eſt inauditum? debuit Turrianus non obliuioni mandare, *Mendacem memorem eſſe debere.*

Tvrrian.[c] *Non ſunt neganda regiſtra epiſtolarum, Gregorij VII. Innocentij III. Honorij III. Gregorij IX. Innocentij IV. Alexandri IV. Vrbani IV. Clementis IV. Nicolai III. Honorij IV. Bonifacij VIII. Ioannis XXII. Clementis VI. Innocentij VI. Vrbani V. quia non ſunt edita, præter pauca quæ Gregorius IX. & Bonifacius VIII. ex multis illis ſuorum anteceſſorum epiſtolis excerpta compilarunt.*

c Vide etiam Binij notas ad Epiſtolas.

℞. Plura hodie edita ſunt; quæ etſi inedita eſſent non magis negaremus quam quæ in hanc diem ſub Bibliothecarum puluere deliteſcunt.

Tvrrian. *Libros occultandi facilis eſt cautio, in reperiendo autem caſus, locus, euentus, occaſio, quod de piratis dixit Cicero pro Flacco.*

℞. Non eſt facilis libros * *totius mundi reuerentia conſecratos* occultandi cautio, ſemper enim obuij, ſemper ad manus non eſſe nequeunt, nec vllus caſus ferre poteſt, vt vel vbique adhibita cautione occultentur, vel poſt diuturnam occultationem alicubi reperiantur.

* Turrian. pro epiſt. lib. 5. cap. 23. epiſtolas *omnium memoria antiquiores* eſſe aſſerit *quas longinquitas temporis excipiente memoria, & Eccleſia eis utente conſecrauit.*

Tvrr. *Sicut nulli magis inuidi quam qui bonos libros alijs non commodant, ſic qui bonos libros ad omnium vtilitatem à ſuis auctoribus ſcriptos occultant, Bibliothecarum prædones ſunt, teſte Ephraem.*

℞. Aſſentior; ſed quo loco habendi ſunt qui probatos quoſcunque auctores (expurgandi prætextu) lancinant, adulterant, mutilant? horum prędonum nomen ignorauit forte Ephraem, audaciam ſacrilegam quotidie ſuo damno experitur ætas noſtra.

TVRRIAN. *Non omnia ad Euſebij & Hieronymi manus peruenerunt.*

℞. Nec perueniſſe dicimus: hoc vnum volumus, improbabile eſſe
a pro epiſt. lib.5.cap.22. vt in Euſebij & Hieronymi manus non venerint quæ [a] *locupletiſſimum teſtium genus fama conſentiens, communis hominum ſermo, poſteritas tot ſeculorum, mundi totius reuerentia* confirmauit.

TVRRIAN. *Agnoſcit Euſebius ſe non omnia noſſe, exempli gratia Heracliti & Maximi, Candidi, Ebionis,* [b] *& Sixti lib.5.cap.27 & Serapionis lib.6.cap.12. & Hammonij lib.eodem cap.19. & Hippolyti cap.22.*

b male *Ebionis* legit Turrianus pro *Appionis.*

℞. Agnoſcit Euſebius ad ſe omnia Hippolyti vnius opera non perueniſſe: ſic enim de cæteris loquitur: [c] πλεῖστα μὲν ἐν παρὰ πολλοῖς εἰσέτι νῦν σώζεται παλαιῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν ἐναρέτου σπουδῆς ὑπομνήματα· ὧν γε μὴν αὐτοὶ διέγνωμεν, εἴη τὰ Ἡρακλείτου εἰς τὸν Ἀπόστολον, καὶ τὰ Μαξίμου περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζητήματος τοῦ πόθεν ἡ κακία, καὶ περὶ τοῦ γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην, τά τε τοῦ Κανδίδου εἰς τὴν ἑξαήμερον, καὶ Ἀππίωνος εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. ὁμοίως Σέξτου περὶ ἀναστάσεως, καὶ ἄλλη τις ὑπόθεσις Ἀραβιανοῦ, καὶ μυρίων ἄλλων &c. an profitetur ſe non noſſe auctores quorum ſtudioſe opera enumerat Euſebius? non opinor. de Serapione hoc tantum habet, [d] ἀλλὰ μὲν εἰκὸς σώζεσθαι παρ᾽ ἑτέροις ὑπομνήματα. non itaque aſſerit ſe illius non omnia noſſe, ſed probabile eſſe alia ſcripſiſſe præter ea quæ contra Domnum elucubrauit, &c. de Ammonio hæc addit, [e] οἷ τ᾽ αὐδε ἐςὶν ὅτι νῦν μαρτυρεῖ πόνοις δι᾽ ὧν κατέλιπε συγγραμμάτων παρὰ τοῖς πλείστοις εὐδοκιμοῦντος, ὥσπερ εἷς καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος περὶ τῆς Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας, καὶ ὅσοι ἄλλοι παρὰ τοῖς φιλοκάλοις εὕρηνται. an quiſquis quædam apud alios inueniri ſcribit, eadem ad ſe perueniſſe, vel ſibi nota eſſe negat?

c Euſeb. lib. 5.cap.27.
d Euſeb. lib. 6.cap.12.
e Euſeb. lib. 6.cap.19.

TVRRIAN. [f] *Nihil vidit Euſebius ſcriptorum Pantæni & Narciſſi; Hymenæi ne meminit quidem, quorum opera nouit Maximus.*

f pro epiſt. lib.1.cap.18.& lib.5.cap.20.

℞. Eo quidem nomine gloriatur Maximus præfationem in Dionyſij Pſeudo-Areopagitæ libros ſcribens, an vero iure glorietur, an ſecus videat prudens lector; ſed vnde conſtat *Euſebium nihil de Pantæni & Narciſſi ſcriptis vidiſſe?* Scribit enim [g] Pantænum ζώσῃ φωνῇ καὶ διὰ συγγραμμάτων τοὺς τῶν θείων δογμάτων θησαυροὺς ὑπομνηματιζόμενον, quibus verbis nec negat nec aſſerit ſibi conſpectos ſacros illos theſauros fuiſſe, & eiuſd. libri cap.27. meminit epiſtolæ Narciſſi & collegarum ad omnes Eccleſias: nec ſequitur eum ignoraſſe Hymenæi ſcripta ſi eorum non meminit, potuit enim dum aliò properat eorum omiſiſſe.

g lib.5. c.10.

TVRRIAN. [h] *Hieronymi Bibliotheca non tam fuit inſtructa quam Euſebij; ignorauit multa opera Tertulliani, Hilarij opus in Cantica &c.*

h vide Hieron. catal.

℞. Eſto, an propterea ignorare potuit ſcriptas ab Anacleto, Euariſto, Antero, epiſtolas, quas (ſi genuinæ ſunt) defloraſſe dicendus eſt? an ipſum fugiſſe Damaſi * quem *in chartis Eccleſiaſticis iuuit* lucubrationes credibile eſt?

* vide epiſt. 11.

Tvrrian.[a] *Hieronymus non loquitur de epiſtola Clementis ad Iacobum, ſed de ſecunda ad Corinthios.* a Hieron. in catal.

℞. Fateor; at non ſequitur epiſtolam ad Iacobum Clementis nomine ſcriptam, genuinam fuiſſe quia eam non improbauit? vbi enim probauit? quid ſi ei penitus ignota fuit?

Tvrrian. *Si epiſt. quam à veteribus reprobatam aſſerit Hieronymus, non eſt 2. ad Corinthios, debuit profectò dicere ſcriptor prudens ad quem ſiue ad quos ſecunda iſta epiſtola ſcripta eſſet; ſed non dixit quia iam dixerat: Deinde quorſum illud addidit,* eius nomine ſcripta, *niſi vt à priore diſtingueret quæ erat etiam Clementis, ſed* in perſona Romanæ Eccleſiæ ſcripta; *ad Corinthios vero ſecunda ad eoſdem ſcripta* Clementis nomine? *erat itaque ſecundæ epiſtolæ ſic inſcripta* Epiſtola Clementis ad Corinthios, *prior vero* Epiſtola Romanæ Eccleſiæ ad Corinthios per Clemẽtem. *ſicut Conſtitutiones.*

℞. An ſecunda ad Corinthios epiſtola alium à priore titulum habuerit dicat qui poteſt. Photius enim qui vtramque legerat nullam inter vtriuſque titulos differentiam obſeruauit; nec ex Hieronymi verbis probari poteſt diſcrimen quod Turrianus, pro more, commentus eſt, quandoquidem manifeſtum eſt Hieronymum ſecundam illam epiſtolam *Clementis nomine* ſcriptam dixiſſe, quia non ab eo vt prima, ſed à plano eius nomen mentiente ſcripta eſt.

Tvrrian. *Multum (vt antea dixi) delectatus eſt Clemens hoc genere ſcribendi μιμητικῶς, non ſolùm in libris* de ſermonibus & diſputationibus Petri cum Simone, *& in libris* de Apoſtolicis conſtitutionibus, *in epiſtola prima* ad Corinthios, *&* ad Iacobum nomine Petri, *teſte Photio.*

℞. Vnicum Apoſtolici viri genuinum fœtum epiſtolam primam ad Corinthios cum veteri Eccleſia agnoſcimus: cætera à Pſeudo-Clemente neſcio quo μιμητικὸν ſcribendi genus affectante ſcripta non moramur.

Tvrrian. *Duas ad Corinthios epiſtolas ſcripſiſſe Clementem apud omnes conſtat; vnde Leontius in opere*[b] *ex prima & ſecunda epiſtola Clementis Romani ad Corinthios locos citat; Photius ex ſecunda quadam notat, ob quæ fortè reiecta eſt ab Hieronymo & Damaſo.* b quo opere? an caret titulo Ms. codex, quo vſus eſt Ieſuita?

℞. Ex vtraq; quædam notauit Photius; [c] fieri tamen poteſt, vt illa ipſa quæ in ſecunda epiſtola Photio diſplicuerunt, Euſebio, Hieronymo, & libri pontificalis ſcriptori, quiſquis ille fuit, eiuſdem reiiciendæ occaſionem dederunt. c vide Biblioth. cod. 126.

Tvrrian. *In pontificali Damaſi editionis*[d] *Colonienſis, in vita Anacleti, nulla epiſtolarum eius mentio fit; in vetuſto autem manuſcripto exemplari, quod hic Romæ Achilles Statius Luſitanus vir probus & multis doctrinis eruditus mihi commodauit, ſic ſcriptum reperi:* fecit duas epiſtolas &c. d vide edit. Concil. Colon. 1538.

℞. Suſpicione non vacat manuſcripti codicis allegatio; ſolet enim Ieſuita cum ad incitas redactus eſt vetuſtos codices crepare, nouas fingere lectiones &c. 2. A libri pontificalis ſcriptore (quem Bedâ vetuſtiorem fuiſſe conſtat) nulla fieri potuit mentio epiſtolarum in quibus ex Bonifacij Moguntini, Zachariæ Papæ &c. (qui Bedæ ſuperuixerũt) ſcriptis centones conſarcinantur. 3. Nihil mutauerunt Pontificij in

nouiſſimis libri pontificalis editionibus, nec manuſcripti Statiani ope ſuppleuerunt etiam à Turriano moniti quæ vulgatis codicibus deerat.

Tvrrian. *De 3. Anacleti epiſtola etſi non ſit Damaſus teſtis, non continuo ſequitur non eſſe eius; niſi forte putant Magdeburgenſes ſi quid ab aliquo ſcriptore prætermiſſum ſit, continuo fidem reliquis ſcriptoribus derogari.*

℞. Non putamus, nec ex Pſeudo-Damaſi ſilentio argumentum ducimus, cum plura alia ad fidem huic epiſtolæ derogandā ſuppetant.

Tvrr. *Primæ Epiſtolæ Clementis ad Iacobum meminit idem manuſcriptus codex libri pontificalis.*

℞. Meminerunt & vulgati; ſed cum eam à duabus reliquis ad Corinthios ſcriptis diſtinguant, non eiuſdem χρήματος eſſe ſatis innuunt; prætereà meminerunt prioris eiuſdem epiſtolæ partis quam Ruffinus vertit non poſterioris, ſiue appendicis à Pſeudo-Iſidoro adiectæ, quod diſſimulandum non eſt.

Tvrr. *Si Damaſi teſtimonio ſtare volunt, recipiendæ ſunt primæ Clementis & Anacleti duæ.*

℞. Damaſi teſtimonio ſtaremus non inuiti, ſi id proferret Jeſuita: ſed cum eo deſtituatur, aſſerimus quod res eſt, pontificalis auctorem nullas Anacleti, Clementis duas, primam ſcil. & ſecundam ad Corinthios ſuo teſtimonio comprobare; epiſtolæ ad Jacobum (prout hodie eſt) priorem partem ita memorauiſſe, vt non dixerit an ſibi per omnia probaretur, ſeu an Clementis eſſe putaret; hæc enim tantum de illa habet, *in epiſtola quæ ad Iacobum ſcripta eſt, qualiter ei commiſſa eſt à B. Petro Eccleſia, reperies.*

Tvrr. *Falſum eſt Damaſum ex profeſſo vitas anteceſſorum ſcripſiſſe: nihil enim fere aliud ſcribit breuiſſime, quam quo loco, quo patre natus pontifex, quibus temporibus vixit, quot ordinationes fecit, quibus Coſſ. mortuus, vbi ſepultus; quæ non tam ad hiſtoriæ ſcriptionem pertinent, quam ad quoſdam veluti chronicos canones, qui ſunt (vt Caſſiodorus*[a] *in libro de inſtitutionibus diuinarum literarum*[b] *ſcribit) quædam imagines hiſtoriarum, & breuiſſima temporum commemorationes.*

a cap. 17.
b legendum *diuinarum lectionum* nō *literarum*.

℞. Dicam amplius, *falſum eſt Damaſum* ſiue *ex profeſſo* ſiue vllo alio modo *vitas anteceſſorum ſcripſiſſe*; pontificalis auctorem pauciſſima, eáque ieiune admodum ſcripſiſſe certiſſimum eſt; non tamen negandum eſt quicquid ſcripſit ex profeſſo ſcripſiſſe, ſiue vitas, ſiue ὑπομνήματα nuncupare libeat.

Tvrr. *De Clementis vero & Anacleti tantum epiſtolis propter earum excellentiam meminit.*

℞. Clementinarum duarum meminit, quia in totius Eccleſiæ manibus erant, in Pſeudo-Anacleti farraginibus ὑπόληψιν nullam agnoſcere potuit, nondum enim cum ſcriberet ex Iſidori Mercatoris officina prodierant.

Tvrr. *Multa geſta omiſit Damaſus quæ non miſſa feciſſet, ſi vitas ſcripſiſſet ex profeſſo, vt Plutarchus, Tranquillus, Herodianus.*

℞. Omiſit quæ ignorauit, ſcripſit quæ vulgo iactata ſunt, ſcriptor forte non malus, ſed (ſi quid ex ſtylo iudicamus) è triuio.

Tvrr.

TVRRIAN. *Non propoſitum erat Leoni IV.*[a] *omnium pontificum mentionem facere: vt enim anteceſſorum Syluestri*[b] *non meminit, ita nec poſteriorum ab Hormiſda ad Gregorium II. Quid ergo ei propoſitum fuit? nempe hoc tantum, vt meminiſſet de pontificum decretalium regulis quæ vnà cum canonibus ad vſum iudiciorum in vno codice ferebantur.*

℞. Ipſi propoſitum erat veterem Eccleſiæ Romanæ Codicem, quem ſolas poſteriorum pontificum epiſtolas ſuſcepiſſe abſurdiſſimum foret, ſi primi omnium decretales tam multas ſcripſiſſent.

TVRRIAN. *Priſcorum pontificum epiſtolas non fuiſſe tunc ſeparatim in numero Canonum cum cæteris regulis Decretalium relatas, teſtis eſt quoque Nicolaus I. diſt. 19. c. ſi Romanorum &c. ad quod Epiſcopi quidam Galliæ ad abrogandam auctoritatem illis ipſis priſcorum pontificum Epiſtolis obyciendum eſſe putauerunt.*

℞. Certe non erant in Codice Eccleſiæ Romanæ, nec in Gallicano, quod obſeruandum putamus; prodierant tamen ex Iſidori Mercatoris quiſquis ille fuit officina, antequam Romanæ ſedis gubernacula capeſſeret Leo IV. quem non immerito puduit tantarum impoſturarum. Idem de Nicolao I. ſuo loco probabimus.

TVRR. *Leo IV. prætermiſit Canones Concilij Chalcedonenſis celeberrimæ, quos nemo dixerit, neque cogitauerit Leonem ignoraſſe: ſed nondum iſti Chalcedonenſis Concilij Canones, nec Antiocheni, nec Laodicenſis in Codice illo ferebantur.*

℞. Falſa hæc omnia: nam nec Antiochenæ, nec Laodicenæ, nec Chalcedonenſis Synodorum canones à Rom. Codice abfuerunt, nec illos prætermiſit Leo IV. ſed fortaſſe prætermiſere quidam Gratiani exſcriptores, qui Turriano impoſuerunt: vide Epitomen Canonum ab Hadriano I. ſcriptam & Gratian. diſt. 20. c. de libellis & Baron. ad A.D. 855. §. 18.

a in epiſt. ad Epiſcopos Britanniæ apud Grat. parte 1. diſt. 20.

b verba Leonis ſunt, *regulæ præſulū Rom. Syluestri, Siricij* &c. quo legēdum vi letur non *Syluestri, Siricij*, ſed *ſcilicet Siricij*, nullas enim Syluestri regulas habet vetus Eccl. Romanæ canon. nihil tamen definio, forte enim ad mēdoſiſſima Synodi Romanæ ſub Syluestro acta reſpexit Leo: iudicet Lector.

TVRR. *Fortaſſe nondum erant in Latinum ſermonem conuerſi. Quot enim Synodorum & quarum Canones Dionyſius cognomento exiguus diu ante tranſtuliſſet neſcimus.*

℞. Imo ſcimus, extat enim in Dionyſij epiſtola ad Stephanum Catalogus Conciliorum quorum canones in Latinum ſermonem tranſtulit; extant etiam varia Dionyſiani Codicis edita & manuſcripta exemplaria, ex quibus id aſſequi poſſumus: Vide Baron. ad A.D. 527. §. 73.

TVRR. *Dionyſium ſcribit Caſſiodorus in libro*[c] de Inſtitutionibus diuinarum[d] literarum, *amicum ſuum familiariſſimum rogatu Stephani Salonitani ex* Græcis exemplaribus *Eccleſiæ* Canones *tranſtuliſſe, quos vero tranſtulerit non refert.*

c cap. 23.

d lectionum.

℞. Non id quidem refert Caſſiodorus, ſed Dionyſius ipſe in epiſtola à Caſſiodoro allegata: hic vero in Ieſuitam ſua ipſius verba retorquere lubet, *Ecquod genus citandi teſtes qui nihil dicant?*

TVRR. *Sic fieri poteſt vt nec ille omnium Synodorum Canones, nec alius poſt eum vſque ad tempora Leonis IV. Canones Synodorum quæ hic prætermiſſæ ſunt tranſtuliſſet.*

℞. Fieri non poteſt; vixit enim poſt Dionyſij ætatem is qui Iſidorus Mercator dici voluit, quem *raro Dionyſiana verſione vſum* fatentur recognitores [a] Decreti, réſque ipſa clamat.

a vide eorum præf.

TVRRIAN. *Sicut fieri potuit vt 200. annis & amplius ante Dionyſium à Nicæna Synodo nulla alia Canonum Græcorum tranſlatio facta fuiſſet.*

℞. Fieri rurſus non potuiſſe teſtis eſt Dionyſius ipſe in epiſt. ad Stephanum, diſerte enim aſſerit *Laurentium priſcæ tranſlationis confuſione offenſum*, nouam poſtulaſſe.

TVRR. *Gratianus ex epiſtolis, quas Magdeburgenſes negant, decreta ſumpſit ex Clementis prima, 12. ex ſecunda 10. ex tertia 4. ex quinta tria; ex Anacleti prima 11. ex ſecunda 16.*

Quid tum? An iurauimus in verba Gratiani? quem quotidie vapulare pontificiorum omnium ſermonibus ſcimus.

TVRR. *Sequentes pontifices priorum illorum ſententias aſſumpſerunt.*

℞. Illi ſcilicet qui poſt A.D. 830. vixerunt, nam nullus ante vel fando audiuerat epiſtolas eſſe in rerum natura.

TVRR. *Si Gratianus Decreta quædam aliis pontificibus tribuit quam ijs in quorum epiſtolis leguntur, ſit Magd. libera eligendi optio, vtrius illas eſſe malint, ſiue eius cui Gratianum tribuiſſe dicunt, ſiue cuius nos eſſe dicimus: nihil enim noſtra referre arbitror dum contra aduerſarios diſſerimus, cum vtrique ſint Apoſtolici pontifices, quorum ex æquo omnium epiſtolas negant. Quod ſi dicant hunc ſaltem apparere non eſſe certum cuius ſint, an [b] idem eſt non agnouiſſe Epiſtolam, & non agnouiſſe auctorem epiſtolæ?*

b hæc notēt qui Caluinũ ideo exagitant, quia epiſtolam ad Hebr. os Pauli eſſe pronũtiare non auſus eſt.

℞. Ego vero cum per Dei gratiam manifeſte demonſtrauerim omnium epiſtolarum artificem eſſe veteratorem illum qui Iſidorus ſiue Mercator, ſiue peccator dici voluit, nihil noſtra referre arbitror quam veterum laruam induiſſe dicendus ſit perfrictæ frontis rabula: ſuperuacaneum etiam eſſe puto liberam eligendi optionem offerre iis qui à Gratiano nominatos & alios quoſcunque antiquos pontifices epiſtolarum auctores ex æquo negant.

TVRR. *Qui modo dicebant circa tempora Caroli magni epiſtolas illas pontificum Apoſtolicorum fictas eſſe, nunc dicunt pleraſque earum poſt Gratianum confictas eſſe, quæ etiam eorum inconſtantia ſatis iſtam comminiſcendi libidinem demonſtrat.*

℞. At ego poſt Magdeburgenſes aſſero Pſeudo-Iſidorum tempore Caroli M. vel filij centones ſuos farciiſſe, quos forte aliqui poſt annum 900. aut 1000. nouis acceſſionibus auxerunt.

TVRR. *Quid intereſt, ſi Catholici ſunt, quorum ſint hæc vel illa Decreta?*

℞. Cum Catholici, Deo miſerante, ſimus nihil intereſſe iudicamus, quorum nomen præferant nebulonis commenta.

TVRR. *An quia auctor libri Ioſue, Iudicum aut Iob non ſit nominatim certus, idcirco aut nullam auctoritatem, aut minorem apud Magdeburgenſes habebit?*

℞. Librorum ſacrorum *αὐτογράφων* auctoritatem à nullo in dubium reuocandam, Collectaneorum vero Pſeudo-Iſidori quoſcunque præ ſe tulerit auctores nullam eſſe debere credimus.

TVRR.

Tvrr. *Poteſt fieri Gratianum exemplaria pleniora habuiſſe, vnde deſumpta ſunt decreta quæ hodie non inueniuntur in epiſtolis quas habemus, fortaſſe etiam Gratianus plures Pij, Fabiani &c. epiſtolas habuit.*

℟. Neutrum putamus: verius enim eſt Gratianum ſæpe pro libidine Canonibus ſuis titulos appoſuiſſe, & cramben multoties recoctam lectoribus obtruſiſſe.

Tvrrian. *Si negandæ eſſent epiſtolæ, quia aliquando auctiores prodierūt, neganda etiam eſſet verſio 70. interpretum, quia pro varietate exemplarium plus aut minus habebat.*

℟. Nec ſeptuaginta interpretum editioni temere fuiſſe derogandum ob multiplicem codicum varietatem, nec coniecturæ Jeſuiticæ vllo modo ſubſcribendum eſſe cenſemus.

Tvrr. *Decretum de Laicis ex Anacleto citatum inuenitur in epiſt. Euſebij; cum autem annotaſſet aliquis in margine ſimile quid ab Anacleto decretum, Gratianus, magnus Decretorum Collector, ſed interdum fortaſſe non multum accuratus in diſcernendis quæ colligebat, cum ſic obſeruatum reperiret, Euſebij decretum adſcripſit Anacleto; ſic aliud decretum ex Anacleto & Zacharia citat diſt. 93. quod eſt Euſebij.*

℟. Id forte in priori Decreto contigit, non in poſteriori, quod deſumptum eſt non ex Pſeudo-Euſebij epiſtolis ſed ex Concilio Romano ſub Zacharia cap. 4.

Tvrr. *Si hoc præiudicat Epiſtolis decretalibus, pari iure præiudicabit Scripturæ, quod apud Ieremiam non extat locus à Matthæo cap. 27.*

℟. Quaſi vero liceat diuina oracula barbaricæ compilationi, aut Gratianum, cuius temeritatem coarguunt omnes, negligentiam nunc ſuggillabat Turrianus, Matthæo, quem Chriſtiani omnes diuinitus inſpiratum credunt, æquiparare: ſed omnem pudorem decoxit Jeſuita.

Tvrr. *Locus à Matthæo citatus forte ab Hebræo ſublatus eſt, vt illud ex Pſalmo* 96. Regnauit à ligno Deus, *& alia quæ Iuſtinus contra Tryphonem notauit.*

℟. Judæi, ſi Juſtino credimus, πολλὰς γραφὰς inter quas Pſalmi 96. initium τέλεον ἀφεῖλον, at non ex Hebræo codice, ſed ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεων τῶν γεγενημένων ὑπὸ τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ γεγενημένων πρεσβυτέρων. Fac tamen Hebraïcum codicem à Judæis mutilatum fuiſſe; quid fiet vulgatæ verſioni quæ ad codicis illius veritatem hac ſaltem ex parte exacta eſt? dicant aduerſarij qui eam authenticam interpoſito anathemate ſanxerunt: tutius ergo fuerit ſi dicamus cum Hieronymo in Matth. 27. Auguſtino de conſenſu Euangeliſt. lib. 3. cap. 7. Paſchaſio in Matt. lib. 12. cap. 27. Zacharia Chryſopolit. Janſenio in Harm. lib. 4. cap. 166. Maldonato, Fero, Sà, Aria Montano, Bellarmino de verbo Dei lib. 1. cap. 6. locum à Matthæo allegatum extare Zachariæ cap. 11.

Tvrr. *Forte citatus eſt locus ille ex deſcriptionibus Hieremiæ quarum mentio fit lib. 2. Macbab. cap. 2.*

℟. Hoc quiſquis ſuſpicatur probet, nos negamus.

Tvrr. *Soli teſti non eſt credendum, qui corruptus odio ad dicendum*[a] *accedit accuſator & teſtis, contra ſacras leges, Henricus Kalsheyſen.*

[a] Clem. conſtit. lib. 2. cap. 47. 49.

℞. Nec ſolus eſt nec corruptus odio ad dicendum accuſator epiſtolarum Kaltheyſen, vt ſuo loco demonſtrabimus.

Tvrr. *Teſtis hic non quidem mutus eſt, ſed ita vocalis vt infans potius & elinguis videatur, vt ex verbis & formula teſtimonij eius intelligi poteſt.*

℞. More ſui ſeculi locutus eſt, nec infans à coætaneis habitus eſt, vt ſupra monuimus; ſed hæc ſunt blandimenta Jeſuitæ caninam in quoſuis facundiam exercentis.

Tvrr. *Excellentia ſedis Apoſtolicæ quam iſte odit, non eſt (vt idem fingit) in his epiſtolis fundata, ſed in Euangelio, vt ſuo loco ſuo demonſtratũ a nobis eſt.*

℞. Cum nullibi fundata ſit Rom. pontificis Hieromonarchia, Turrianicæ demonſtrationes gerræ ſunt germaniſſimæ: quibus vero verbis odium ſuum prodidit Kaltheyſen qui *Rom. ſedem omni laude digniſſimam* in illo ipſo teſtimonio aduerſus epiſtolas prolato vocauit? Inſanit plane Jeſuita.

Tvrr. *Quid iſte ignotus teſtis quem ante annos 60. vixiſſe iactant Magdeburgenſes, qui nec antiquiorem nec meliorem reperire potuerunt: Quid inquam aliud dicit, quam quod ipſi dixerunt, eadem inſcitia tincti? ſcil. non potuiſſe Clementem ſcribere ad Iacobum. Item Hieronymum non meminiſſe de his epiſtolis. Quare ad hæc reſponſum ſit Magdeburgenſium monacho idiotæ & teſti ignoto vt ipſis reſponſum eſt.*

℞. Quandoquidem Turriani reſponſiones mera deliria eſſe demonſtraui, inuicta perſtat & Magdeburgenſium & Monachi (quem nec ſolitarium teſtem nec antiquiſſimum eſſe probabimus) aduerſus epiſtolas lata cenſura.

a 1. Tim. 5. 19.

Tvrr. *Si Apoſtolus ad* [a] *Timotheum ſcribens, agnoſcit differentiam inter presbyterum & Epiſcopum,* (noli recipere accuſationem &c.) *non nata eſt hæc differentia poſt Clementem, vt vult Kaltheiſen, ſed ex diuina inſtitutione.*

℞. Atqui non agnoſcit Apoſtolus differentiam illam loco citato: alia enim fuit Timothei dignitas, alia epiſcopi ſiue presbyteri cuiuſlibet. Ergo vana Turriani aduerſus Kaltheyſen argumentatio.

b Hieron. epiſt. 85.

Tvrr. *Si fuit ſemper differentia inter Aaronis filios & Leuitas, ſunt autem tales epiſcopi & presbyteri, fuit ſemper diſtinctio eorum: Atqui verum prius teſte Hieron. epiſt.* [b] *ad Euagrium.*

℞. Atqui *non ſunt tales epiſcopi & presbyteri:* ſed *Epiſcopi (in quibus,* Hieronymo imo Apoſtolo auctore, *presbyteri continentur) & Diaconi.* Hieronymi verba ſunt, *quod Aaron & filij eius atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc ſibi Epiſcopi & presbyteri & Diaconi vindicent in Eccleſia.* Ergo fallitur Turrianus.

Tvrr. *Quod ait Hieronymus* eundem à principio fuiſſe Epiſcopum & presbyterum, *non hoc voluit dicere neque dixit*, idem eſſe, eſſe epiſcopum & eſſe presbyterum; *ſed* eundem eſſe epiſcopum & preſbyterum: *quod à principio quidem ita fiebat vt propter paucitatem fidelium idem eſſet Epiſcopus & presbyter.*

c Hieron. in epiſt. ad Titum.
d epiſt. 85.

℞. Imo hoc voluit, [c] *eosdem Epiſcopos illo tempore quos & presbyteros appellatos, propterea Apoſtolum indifferenter de Epiſcopis quaſi de presbyteris eſſe locutum: eoſdem* [d] *eſſe presbyteros quos & Epiſcopos, in Epiſcopo presbyterum contineri,*

tineri; quod poſtea vnus electus eſt qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium fuiſſe, idque non à Domino inſtitutum, ſed *toto orbe* [a] idque *paulatim decretum*. Quid clarius?

[a] in epiſt. ad Titum.

Tvrrian. *Si differunt presbyteri ab Epiſcopis quod ius ordinandi non habeant, ergo diſtincti ſunt inter ſe. At prius agnoſcit Hieronymus,* [b] *in epiſt. ad Titum.*

[b] Imo in epiſt. 85.

Resp. Non proprie quærimus an differant preſbyteri ab Epiſcopis *quoad ius ordinandi*, ſed quo iure, an diuino an Eccleſiaſtico? Illo differre cõtendit Turrianus, nos hoc vno. Quid Hieronymus? [c] *Preſbyteri ſciunt ſe ex Eccleſia conſuetudine ei qui ſibi prapoſitus fuerit eſſe ſubiectos:* vbi ius diuinum? [d] *Alexandria à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam & Dionyſium Epiſcopos presbyteri ſemper vnum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominabant:* E. ius creandi epiſcopi ad Heraclam & Dionyſium vſque penes ipſos fuit: vbi rurſus ius diuinum?

[c] in epiſt. ad Titum.
[d] epiſt. 85.

Tvrr. *Damaſus tantum abeſt, vt diſtinctionem presbyteri & Epiſcopi poſteriorem Clemente dicat, vt Epiſt. 3. de Chorepiſcopis, eos abijciat quod ſint preſbyteri non Epiſcopi.*

℞. Epiſtolam illam ſpuriam eſſe demonſtrauimus, quare eius auctoritate infringi non poteſt Henrici Kaltheiſen aſſertio.

Quicunque antiquiſſimorum vrbis Epiſcoporum Epiſtolas eſſe crediderunt anno Domini 830. *poſteriores fuerunt.*

Cap. XVII.

Accingit ſe tandem Turrianus ad teſtes ex Eccleſiaſticis monumentis excitandos, qui pro Epiſtolis à Pſeudo-Iſidoro effictis quomodocunque loquantur: Gratiano autem à Magdeburgenſibus nominato primas daturus, *Non ſunt,* [e] inquit, *Cicerone pro Flacco auctore, teſtes quærendi vbi teſtes ſunt Iudices, quia tanta eſt apud vos Gratiani auctoritas gratulor.* At fruſtra gratulatur Jeſuita, nulla enim *Gratiani auctoritas apud* Magdeburgenſes eſt, quibus argumentum ad hominem nectere, non Gratiani iudicio ſtare propoſitum fuit. Pergit idem, *Iuo Carnotenſis ante annos* 450. *Burchardus Vermatienſis adhuc eo antiquior, Anſelmus Lucenſis ante annos prope* 500. *epiſtolis teſtimonium reddiderunt.* ℞. Nemo noſtrum negauit Pſeudo-Iſidori quiſquilias apud multos quos nimia credulitas fefellerat, ante annos 700. in pretio fuiſſe. Non igitur grauate elargior circa annum Domini milleſimum vixiſſe, imo aliquanto antiquiores quam Turrianus velit fuiſſe, qui epiſtolas citarent: obiit [f] enim Iuo A.D. 1114. Burchardus A.D. 1028. Anſelmus [g] A.D. 1086. ille 459. alter 547. tertius 493. annis antequam Anno 1573. pro epiſtolis ſcriberet Jeſuita.

[e] Turrian. pro epiſt. lib. 5. cap. 23.

[f] Bellarm. de ſcript. Eccl. & Baron. ad A. D. 1114.
[g] ſcripſit aduerſus Guilbertum anno 1080.

Tvrr. *Cæpit hoc ſtudium primus ante annos nongentos Iſidorus Hiſpalenſis hortatu* 80. *Epiſcoporum. Meminit eius operis Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus in lib. de varus capp. Eccleſiaſt. cap.* 27. *&* 33.

℞. Vtrumque finxit impoſtor, à quo Hincmarus aliíque plurimi in fraudem impulſi ſunt.

TVRRIAN. *Annon eſt fide dignus auctor & ex numero patrum S. Iſidorus & ætate Caroli antiquior?*

℞. Eſt, ſed nec *fide dignus* nec ex *numero patrum* nec Carolo *antiquior* qui Iſidori nomine ad fraudem faciendam abuſus eſt.

TVRR. *In vno ergo S. Iſidoro 80. Epiſcoporum teſtimonium contra commentum Magdeburgenſium producimus.*

℞. Ex vno Pſeudo-Iſidori gurgite non 80. teſtimonia, ſed 600. fabulas ebulliiſſe certo certius eſt.

TVRR. *Hincmarus libro de capp. Eccleſiaſt. cap.15. Epiſt. Clem. ad Iacobum, cap.17. Anacleti primam cap.18. ſecundam citauit.*

℞. Alias etiam citauit, ſed ita vt fraudem Mercatoris ſubolfeciſſe videatur, vt ſuo loco demonſtrabimus.

TVRR. *Nicolaus primus citat eandem epiſtolam Clementis ad Iacobum in epiſtola ad Epiſcopos in regno Lotharij.*

℞. Epiſtolam illam (Ruffino interprete) Latinæ linguæ traditam fuiſſe docuimus; potuit ergo Nicolaus eam vt antiquam citare, nec tamen Pſeudo-Iſidori (qui longam huic epiſtolæ laciniam aſſuit) collectionem probare: ſed de Nicolao infra fuſius.

a Cent.3.cap. 7.ad finem. TVRR. *Magdeburgenſes* [a] *de epiſtolis pontificum tertij ſeculi dicunt*, fuiſſe ſemper qui eas reiicerent, nunquam à Conciliis generalibus approbatas &c. *vt eos competit Iudicium ſeniorum Danielis.*

℞. Probationem audiamus.

TVRR. *Galli veras eſſe priſcorum pontificum epiſtolas confitebantur, quas Magdeburgenſes negant.*

℞. Quia de Pſeudo-Iſidori collectione inualeſcebat non modo apud vulgus imperitum, ſed & apud alios faciliores quam par erat falſa quædam opinio; qui perſpicaciores erant, ne contra torrentem niti viderentur, non audebant epiſtolas ore aperto νοθείας inſimulare; alia igitur via progreſſi, negando farragines eiuſmodi Canonum Eccleſiaſticorum vim habere debere, naſcentis erroris fibras incidere conabantur.

TVRR. *Non contendiſſent Galli, non eſſe epiſtolas inter Canones referendas, ſi (vt Magdeburgenſes volunt) apocryphas & ſuppoſititias, ac non potius veras & ſuorum auctorum eſſe negaſſent.*

℞. At certe poterant contendere Apocrypha inter Canones referenda non eſſe, id tamen fateor non aperte fecerunt.

TVRR. *Aliud eſt negare veras eſſe epiſtolas, quod Magdeburgenſes faciunt; aliud negare earum auctoritate priuilegia ſua abrogari, quod Galli faciebant.*

℞. Hoc non negamus; at fieri poteſt, vt qui ſcriptum pſeudepigraphum eſſe & credit, & probare poteſt, nullam de auctore quæſtionem moueat, ſed de auctoritate litiget; hac vero methodo Gallicani Epiſcopi Pſeudo-Iſidori commenta aggreſſi ſunt. Non igitur id vnum negarunt, *eorum auctoritate ſua priuilegia abrogari*, ſed ea vim legis Eccleſiaſticæ habere poſſe.

TVRR. *Si Galli ſuppoſititias Epiſtolas eſſe credidiſſent, nunquam earum teſtimonio vſi eſſent, vt quidem vſos eſſe teſtis Magdeburgenſium idemq́ue noſter Nicolaus pontifex teſtatur.*

RESP. Po-

Resp. Potuiſſent epiſtolarum aduerſarij argumenta ad hominem ex epiſtolis ipſis petere: hac arte Hincmarus Rhemenſis cauſam aduerſus Hincmarum Laudunenſem propugnauit. Sed quia hac mente Gallicani Epiſcopi Pſeudo-Iſidori merces non ſemper expoſuerunt, firmiſſimum Nicolao primo telum ſubminiſtrarunt, quo ipſos inuaderet, ac pedem referre cogeret. [a] Nicolai verba ſunt: *Quanquam quidam veſtrum ſcripſerint haud illa decretalia priſcorum pontificum in toto Codicis Canonum corpore contineri deſcripta, cum ipſi vbi ſuæ intentioni hac ſuffragari conſpiciunt, illis indifferenter vtantur* &c.

a Epiſt. 42. ad Epiſc. Galliæ A. D. 865.

Tvrrian. *Argumentum Nicolai tale fuit, Si non ſunt ſuſcipiendæ Epiſtolæ pontificum, quia non ſunt in Codice Canonum, nec Gregorij primi ſuſcipiendæ ſunt, nec eorum qui ante vel poſt vixerunt. At falſum poſterius, quia Leonis capitulum, quod inter Canones eſt, omnia decretalia prædeceſſorum cuſtodiri mandat.*

Rℓ. Nicolai verba hæc ſunt: *Si ideo non eſſe Decretales Epiſtolas priſcorum pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in Codice Canonum non habentur adſcriptæ, Ergo & Gregorij ſancti nec vllius alterius, qui ante vel poſt ipſum fuit, eſt aliquod inſtitutum vel ſcriptum recipiendum, eo quod in Codice Canonum non habeatur adſcriptum. Ergo doctrinam eorum & ſanctiones de codicibus ſuis eradant* &c. Imo & Scripturas veteris & Noui Teſtamenti. Fingit vero Nicolaus reſponſuros aduerſarios, non eradendas ſcripturas ſanctas licet in Codice Canonum non habeantur, quia in Codice illo *inueniatur capitulum S. Papæ Innocentij cuius auctoritate doceatur à nobis vtrumque Teſtamentum iam eſſe recipiendum.* Quare inſtat rurſus, *Decretales etiam non compaginatas codici Canonum recipiendas eſſe, quoniam inter ipſos Canones vnum B. Leonis* [b] *capitulum cõſtat eſſe permixtum, quo ita omnia decretalia conſtituta ſedis Apoſtolicæ cuſtodiri mandantur, vt ſi quis in illa commiſerit nouerit ſibi veniam denegari.* Hæc Nicolao non veritatis amor, ſed Sophiſtices & blaſphemiæ Spiritus dictauit. Quis enim ita vnquam inſaniuit vt crederet diuinas Scripturas precariam auctoritatem ex Innocentij decreto conſecutas fuiſſe? 2. Cum Gallicani Antiſtites nõ negarent abſolute, ſed κατά τι, ſuſcipiendas Pſeudo-Iſidori epiſtolas, an debuit Nicolaus quoquo modo ſuſcipiendas probare? imo illo ipſo ſenſu quo ſuſcipi non debere contendebant aduerſarij. Tali igitur argumento pugnare potuit Nicolaus: *Si Epiſtolæ veterum pontificum vim legis habere non poſſunt quia non ſunt in corpore Canonum, nec Epiſtolæ Gregorij &c. id iuris habebunt. At falſum poſterius, nam Gregorij & aliorum epiſtolas dictam vim* legis habere probatur ex lege ab omnibus recepta, Leonis n. decreto, & ex ipſo Gallorum epiſtolas illas *citantium facto.* E. &c. Quicquid ſit Nicolaus emunctæ naris vir ſedulo ſibi cauit, ne Epiſtolarum, quas ipſe ſuppoſititias ſciebat, auctoritatem directe defendendam ſuſciperet; ſed hoc vnum oſtendit, aduerſarios inefficaci argumento eam impetiiſſe: Cum igitur Pſeudo-Iſidori mercium inſtitorem agere, aliiſque ex profeſſo fucum facere niſi reluctante conſcientia non poſſet, nec cauſæ quam tuendam ſuſceperat deeſſe, ſedique ſuæ præiudicium vllum creari vellet, aduerſarios ſponte in caſſes incidentes impellere

b Leo epiſt. 1. ad finem.

maluit, quam eos aperta veritatis cōfeſſione expedire, liberóſq; dimittere maluit. Porro ne quis Leonem à Nicolao allegatū vel Pſeudo-Iſidori nugas cōmendaſſe, vel legem quæ Eccleſiam vniuerſam obligaret tuliſſe credat, obſeruandum eſt, 1. Epiſtolam eius primam ad Picæni Tuſciæque & Campaniæ Epiſcopos Romæ viciniores præcipuè directam fuiſſe. 2. Eiuſdem epiſt. cap. 5. quo prędeceſſorum decretalia commendauit, eum ab Innocentij epiſtolis initium duxiſſe: vnus enim ante Innocentij tempora Siricius decreta ſcripſerat ad Afros, & Himerium Tarraconenſem qui ipſum conſuluerat.

Tvrrian. *Conſtat non de veritate ſed de auctoritate epiſtolarum Canonica teſtes illos (Gallos nim) diſceptaſſe.*

℞. Fateor eos qui ſuppoſititias eſſe ſentiebant, animi ſenſum preſſiſſe, vt de ſola auctoritate aperte diſceptarent; quid hoc ad cauſam?

Tvrr. *Gelaſius decretalia antecesſſorum ſimiliter ſuſcipienda decreuit.*

℞. Gelaſium de confictis à Pſeudo-Iſidoro trecentis poſt obitum ipſius annis epiſtolis cogitare non potuiſſe, quicquid in contrarium
a Nicol. 1. epiſt. 42. nuntiant Nicolaus [a] I. & Turrianus, certiſſimum eſt. Gelaſij, vel potius Synodi A.D. 494. Romæ ſub ipſo congregatæ verba ſunt: *Decretales epiſtolas, quas Beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Roma, pro diuerſorum patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas decernimus:* hæc verba Nicolaus ad omnes quæ ſuo tempore manibus omnium ferebantur decretales extendi debere contendit, vt illas etiam comprehendant quæ priorum vrbis Epiſcoporum nomina præferebant, & tempora quæ crebreſcentibus gentilium perſecutionibus ad ſedem Romanam Epiſcoporum cauſas deferri difficillime permittebant; At cum ex Gelaſij indefinita ſententia epiſtolas priſcis vrbis præſulibus ſuppoſitas genuinas eſſe, aut ſaltem tales Gelaſij ſeculo creditas fuiſſe probare nequeant pontificij, fruſtra in verbis eius vim facere conantur epiſtolarum patroni, quos & Leonem & Gelaſium à teſtimonij pro Pſeudo-Iſidori fabulis dicendi neceſſitate liberare rei ipſius euidentia cogit.

b Cod 112. 113. 126. Tvrr. *Photius [b] patriarcha Conſtantinopolitanus eruditiſſimus auctor meminit duarum Clementis epiſtolarum ad Corinthios, & epiſtola ad Iacobum.*

℞. Meminit quidem, at diuerſimode: ſolam enim primam ad Corinthios laudat, ſecundam reiicit, Epiſtolam ad Jacobum eodem lo-
c ad A.D 51. §. 53. co habet quo recognitiones, quas Baronius [c] *cœnoſum gurgitem*, Caro-
d præfat. in Conſtitut. lus Bouius Oſtunenſis Epiſcopus [d] *fabulæ argumentum*, Gelaſius Papa [e]
e in Synodo. *apocryphum* ſcriptum vocauit, & ante annos non multos [f] *Romanæ in-*
f Poſſeuin. in verbo *Clem. Rom.* *quiſitionis officium in Indice damnatorum ab Eccleſia librorum adſcribi iuſſit:*
g Cod. 112. Photius ipſe [g] μυρίων ἀτοπημάτων καὶ τῆς τοιαύτης βλασφημίας refertas ſcripſit: non eſt itaque quod in Photij teſtimonio Jeſuita adeo arridere debeat. Demus tamen epiſtolam ad Jacobum, quam & antiquiſſimam & falſiſſimam eſſe ſemper iudicauimus, à Photio in ſummæ auctoritatis arce collocatam fuiſſe; quid hoc ad appendicem à Pſeudo-Iſidoro additam & ſequentes farragines Anacleti, Euariſti &c. titulis nobilitatas? hæc omnia nec Photius vidit, nec ſi vidiſſet, probare potuiſſet.

Tvrr.

TVRRIAN. Ruſſinus his omnibus antiquior, in prologo librorum Clementis de B. Petri cum Simone Mago diſputationibus, affirmat olim hanc epiſtolam ad Jacobum interpretatam eſſe & editam; vertiſſe autem Ruſſinum è Græco in Latinum libros iſtos quos dixi, in quorum prologo hoc teſtimonium epiſtolæ Clementis tribuit: teſtis eſt Gennadius vetus auctor in ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

℞. Ruffinum recognitionum libros vertiſſe non tantum ex Gennadio, ſed etiam ex Hieronymo didicimus, eundem epiſt. ad Jacobum ſcriptæ teſtimonium dediſſe non negamus, de epiſt. antiquitate nulla, de veritate omnis controuerſia vertitur; eam Clementis eſſe negamus, appendicem eidem additam Eccleſiæ vniuerſæ ante A. D. 790. aut 800. ignotam fuiſſe aſſerimus, idem de reliquis Epiſtolis iudicium fieri debere demonſtrauimus; fruſtra ergo Turrianus Ruffinum patronum aduocauit.

TVRR. *Quod Epiphanius, Hieronymus, Ruffinus, recognitiones deprauatas affirmant, quibus præfixa eſt epiſt. ad Iacobum teſte Photio; & nos in ipſo exemplari Græco vidimus, hoc eius auctoritatem non eleuat, ſed magis auget.*

℞. Imo *eleuat*: quia ſi recognitiones ſunt ſuppoſititiæ, idem cenſendum eſt de epiſtola quam præfationis locum tenuiſſe fatetur Jeſuita; atqui verum prius, aduerſariis ipſis teſtibus, E. & poſterius.

TVRR. *Propter magnam epiſtolæ auctoritatem factum eſt, vt ab illis libris ſepararetur, & reliquis epiſtolis eiuſdem Clementis adiungeretur.*

℞. Hoc fingit Jeſuita pro more.

TVRR. *Sicut ex libro Enoch apocrypho ab Apoſtolo Iuda teſtimonium quod in epiſtola ſua citat ſeparatum eſt & Canonica auctoritate deinceps ſancitum; ſic epiſtola Clementis ad Iacobum merito à libris illis Clementis, quos hæretici contaminare iam tunc auſi erant, à ſanctis Patribus olim ſeiuncta eſt: Quæ enim alia cauſa eſſe potuit niſi hæc, cur quibus libris ab auctore præpoſita fuerat, olim ab eis ſeparata, & ſeparatim tranſlata edita fuiſſet?*

℞. Unde conſtat Enochi prophetiam ex apocrypho libro in Judæ epiſtolam tranſlatam fuiſſe? Fuit hæc quidem nonnullorum patrum opinio; at nullius fixa ſententia: dicat autem qui poteſt à quo ſeiuncta à Recognitionum libris fuerit ad Jacobum Epiſtola, præterquam à Ruffino interprete, & Pſeudo-Iſidoro interpolatore & adulteratore. Sed cur eam Ruffinus primum ediderit ſolam, deinde poſt annos aliquot recognitionum tranſlationem molitus fuerit, quid attinet anxie inquirere? Satis eſt in præſentiarum ad diſpellendos Jeſuitæ fumos, ſi dicamus errores, quibus contaminatæ fuerant recognitiones non mouiſſe Ruffinum ad ſeorſim edendam epiſtolam: poſtea enim recognitiones illas Latinitate donauit, & perpurgatis Eunomianorum quibus reſperſæ erant fæcibus publicauit.

TVRR. *Si Ruffinus propriam recognitionum operis eſſe putabat Epiſtolam ad Iacobum, cur eam toti operi non præpoſuit?*

℞. Sibi ipſi reſponſum dabit Jeſuita, ſic enim cap. ſequenti: *Si olim epiſtolam Clementis ad Iacobum interpretatus erat, & ediderat Ruffinus, quæ erat alioqui libris Recognitionum præpoſita, cur illam non præmiſit operi Reco-*

gnitionum quod ipſe interpretatus erat, & cui præpoſita fuerat ab auctore. vt Photius quoque in Bibliotheca ſua teſtatur? Quæ enim cauſa erat non præmittendi illam huic operi quia à ſe olim interpretata & edita erat? Imo vero ob hanc ipſam cauſam, id eſt quia olim ipſe interpretatus erat, & adiderat, præmittere illam huic operi cui debebatur oportebat, vt interpretatio ſui operis & in opere, & in epiſtola ipſi operi à Clemente præpoſita integra agnoſceretur: & paulo poſt, *Noluit Ruffinus præmittere, ne ſibi (vir modeſtus) alienum laborem attribuere videretur* Fatetur ergo, imo probare conatur auctoritate Photij & ratione epiſtolam hanc ad recognitiones pertinere, eis deberi, Ruffinum ob id non præmiſiſſe quia ab alio interpretata fuerat; hic contrariam ſententiam tuetur, *Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?* Has antilogias mendaciſſimo auctore dignas indicaſſe refutaſſe eſt.

TVRRIAN. *Auctoritas igitur Eccleſiaſticæ conſuetudinis, quæ illam iam inter decretales epiſtolas pontificum Apoſtolicorum receperat, hoc fecit.*

℟. Sacrilega Pſeudo-Iſidori epiſtolas quot libuit, quibus libuit ſupponentis audacia hoc pridem facinus admiſit: ad Eccleſiæ conſuetudinem ne confugiat Jeſuita, aut *Siricij epiſtolis antiquiores vllas decretales confingat.

TVRR. *Hinc factum vt altera Epiſtola Clementis ex perſona Petri ad eundem Iacobum, quæ in altera editione ſimilium librorum ferebatur, non ſic fuerit ſeparata, & inter cæteras epiſtolas relata, quia ſcilicet nullum Decretũ cõtinebat.*

ª Cod.112. ℟. Imo ſeparata fuit teſte Photio ª, non enim præfixa fuit omnibus, ſed quibuſdam exemplaribus qui iam exciderunt, & præpoſita iis quos Ruffinus Latine reddidit. ἐν πᾶσι τοῖς βιβλίοις (inquit Photius) ἃ εἴδομεν, καί τοι ἐκ ὀλίγων ὄντων, μετὰ τὰς διαφόρους ἐκείνας ἐπιστολὰς καὶ ἐπιγραφὰς τὴν αὐτὴν εὕρομεν ἀπαραλλάκτως πραγματείαν ἀρχομένην ἐγὼ Κλήμης καὶ τὰ ἑξῆς. Sæpius autem monui decreta fere omnia epiſtolæ quam Ruffinus vertit, à Pſeudo-Iſidoro addita fuiſſe: quod ſatis indicare poteſt, falſo Turrianum iactare Epiſtolam nomine Petri ad Jacobum ſcriptam *non fuiſſe inter cæteras* Clementis *epiſtolas relatam, quia nullum decretum habuit.*

TVRR. *Concilium Vaſenſe citat epiſtolam Clementis ad Iacobum, & Concilium Metenſe ante 600. annos coactum.*

℟. Cum neutrum citet appẽdicem à Pſeudo-Iſidoro aſſutam, fruſtra horum teſtium opem implorauit Jeſuita; nõ negauimus antiquam eſſe Epiſtolam ad Jacobum, ſed ei veritatẽ abrogauimus: adulterinum factum nouis corruptelis inquinauit veterator poſt Conciliũ Vaſenſe.

TVRR. *Poſtremo hoc loco Magdeburgenſes nationis ſuæ teſtibus conuincam; in Concilio Triburienſi 22. Epiſcopi teſtimonium dederunt epiſtolis Clementis, Anacleti, Alexandri & aliorum.*

℟. Siccine aduerſarios conuinci poſſe ſperaſti Turriane? Quando coactum Triburienſe Cõcilium? annon poſt Caroli tempora? annon

b A.D.895. [b]quinquennio antequam [c]*ſeculum ſui aſperitate ac boni ſterilitate ferreum,*
c verba Baronij de ſeculo 10. ad A.D. 900 §.1. *maliq; exundantis deformitate plumbeum, atque inopia ſcriptorum appellari cõſueuit obſcurum*, inchoaretur? nunquam ab A.D.850. teſtes pro epiſtolis plurimos ſtetiſſe negauimus, ſed hos omnes ab impoſtore delitias factos fuiſſe etiamnum dolemus.

TVRRIAN.

Tvrrian. *Conferte nunc Magdeburgenſes tempora noſtrorum teſtium, numerum, fidem & auctoritatem cum vno veſtro Kaltheiſen recenti & teſte ignoto qui ante annos 60. non amplius in epiſtolas quas prius oderat teſtimonium dixit.*

℟. Diximus nec recentem, nec ignotum, nec ante 60. annos tãtum auditum, nec ſolitarium, nec odio corruptum fuiſſe Kaltheiſen: finxit enim hęc omnia Turrianus; fac tamen vera eſſe omnia, annon ſatius eſt vel vnum luſcum ſequi quam cum caligantibus multis præcipitem ferri?

Tvrr. *Facile eſt ex coniectura aſſequi priſcos pontifices epiſtolas ſcripſiſſe: ſi enim poſteriores pontifices in pace Eccleſiæ multa decretalia ſcripſerunt; quanto magis fuit neceſſarium priores ſcribere in ſumma Eccleſiæ neceßitate cum * nulla Concilia haberi poterant?*

* Si Diocletiano & Maximiano cædem Chriſtianorum ſpirãtibus in crypts Sinueſſanis cogi potuit 300. patrum Synodus, quã vnquam neceſſitate à Synodis habendis prohiberi potuit Eccleſia?

℟. Priſcos Epiſcopos multa ſcripſiſſe, in ſummo veterum ſilentio nec pronunciare audemus neq; negare; hoc tamen non cõiecturis, ſed manifeſtiſſimis, mea ſententia, argumentis aſſecuti ſumus, eos decretalium quas ſuæ collectioni Pſeudo-Iſidorus inſeruit auctores eſſe non poſſe.

Tvrr. *Annon ad eorum officium pertinuit* [a] præeſſe in ſolicitudine? [b] exhortari in ſana doctrina? *hoc autem apud abſentes niſi per epiſtolas non fuit.*

℟. Pertinuit; eóque officio functi ſunt veteres vrbis Epiſcopi quoquomodo licuit, non tamen ſequitur eos ineptas farragines, ſi quando epiſtolas ſcripſerunt, conſarcinauiſſe.

a Rom. 12. 8.
b Tit. 1. 9.

Tvrrian. *At ſcripſerunt alias (inquient Magdeburgenſes) has minime. ℟. Proferant eas.*

℟. Quorundam alias proferre poſſumus, quæ *pſittacos aliud, aliud coturnices ſonare* nos doceant: ſed demus nullas hodie extare quas proferamus, annon pluribus argumentis euicimus has ab auctoribus quorum nomina præferunt nec ſcriptas fuiſſe, nec ſcribi potuiſſe?

Tvrrian. *Alias ſi proferre nequeant, has ſanctißimas & grauißimas, ac omnium memoria antiquiores, quas longinquitas temporis excipiente memoria & Eccleſia eis vtente conſecrauit, recipiant.*

℟. Has non recipiemus, quas nec ſanctas nec graues nec antiquas eſſe ſcimus: quicquid enim in eis vel graue vel ſanctum eſt aliunde eſt: quicunque eas conſecrandas putauerunt, à plano qui eas ſuppoſuit decepti ſunt.

Tvrrian. *Diuina quadam prouidentia tam multis ſeculis immutabiles manſiſſe, ne ipſi quidem qui eas negant negare poſſunt; cum neque recordentur, nec audierint, nec ex memoria omnium ſeculorum cognoſcere poßint aliter eas vnquam habuiſſe quam nunc habeant, à tempore ſaltem Iſidori.*

℟. *Nihil* [c] certe *fit viſibiliter & ſenſibiliter quod non de inuiſibili & intelligibili ſummi imperatoris aula, aut iubeatur aut permittatur*; non tamen ſequitur quicquid Dei prouidentia per ſecula aliquot ἀναλλοιώτως manſit bonum ſuſcipiendúmque eſſe; alioqui Alcoranum, quia ab A. D. 620. aut paulo ante, ad hanc vſque diem nemo interpolauit, admittendum probare poſſent Turcæ; mirum ergo non eſt Epiſtolas poſt

c Proſper. Sent. 58. ex Auguſt. de Trin. lib. 3. cap. 4.

A.D.785. à Pſeudo-Iſidoro confictas, nouis hactenus inquinamentis obductas non fuiſſe.

Tvrrian. *An decreta iſtis epiſtolis contenta minus valebunt, ſi has epiſtolas, vt ipſi cupiunt & laborant, non habuerimus?*

℞. Quicquid ab aliis decretum collectioni ſuæ inſeruit Pſeudo-Iſidorus eandem auctoritatem obtinebit, quam habuere qui primi illud decreuerunt; quicquid finxit plane nullam.

Tvrrian. *Conſuetudinem omnium Eccleſiarum tollere non poſſunt Magdeburgenſes, imo neque negare, niſi ex eorum numero eſſe pergant, quos Apoſtolus* contentioſos *vocauit* 1.Cor.11.16.

℞. Quaſi vero quiſquis Pſeudo-Iſidori commenta, Scripturæ, veteris Eccleſiæ praxi, & hiſtoriarum priſcarum, quotquot ſuperſunt, monumentis aduerſa eſſe pronuntiabit, conſuetudinem Eccleſiarum omnium abrogare velle dicendus ſit, aut *contentioſus* haberi mereatur.

Teſtes qui pro Epiſtolis teſtimonium dixerunt.

Capvt XVIII.

Aquiſgranenſis * Concilij ſub Gregorio IV. A.D.836. congregati Patres, partis 2.cap.8. ſecundam Pſeudo-Fabiani epiſtolam citare videntur, *Statutum etiam eſt* (inquiunt) *vt vel ſemel in anno, id eſt, in quinta feria, quæ eſt in Cœna Domini, vnctio ſancti olei, in quo ſaluatio infirmorum creditur, per omnes ciuitates ab Epiſcopo non negligatur, ſicut nunc vſque neglecta eſt; ſed omni deuotione* iuxta traditionem Apoſtolicam ac ſtatuta decretalium, *in quo de eadem re præcipitur, peragatur.*

Circa a A.D.846. aut 850. Lothario, Ludouico & Carolo fratribus tres capitularium libros dicauit Benedictus Leuita, in quibus varios ex epiſtolis centones conſarcinauit, verbi gratia lib.5.cap.170.& 243. ex prima Pſeudo-Clementis cap.183. ex Pſeudo-Fabiani prima, cap.187. ex Pſeudo-Pij ſecunda, cap.239. & 249. ex Pſeudo-Stephani ſecunda, cap.244. ex Pſeudo-Eleutheri vnica, libri 6.cap.57.198 & 208: ex Pſeudo-Clementis tertia, cap.64. ex Pſeudo Sixti I. ſecunda, cap. 80.& 103. ex Pſeudo-Gregorij epiſt. ad Felicem & ex Pſeudo-Stephani ſecunda, cap.115. ex Pſeudo-Pio, & Pſeudo-Urbano, cap. 143. ex Pſeudo-Damaſi epiſt.7. cap.320. ex Pſeudo-Anacleto & Pſeudo-Lucio, cap.330. ex Pſeudo Felicis II. epiſt.1. lib.7. cap. 22. ex Pſeudo-Dionyſij prima, cap.64.& 65. ex Pſeudo-Fabiani epiſt.2 cap.66. 268. 269. ex Pſeudo-Felicis I I. epiſt. 1. cap.67. & 111. ex Pſeudo-Felicis I. epiſt.2. cap.83.84. 180.341. ex Pſeudo-Julij epiſt.2. cap.107. & 343. ex Pſeudo-Anacleti epiſt.1. & 2. cap.168. ex Pſeudo-Teleſphori epiſtola, cap.186. ex Pſeudo-Victoris epiſt.1. cap.194. ex epiſtola Pſeudo-Lucij cap.303. ex epiſt. Pſeudo-Urbani cap. 319. ex epiſt.3. Pſeudo-Euſebij cap.337. ex epiſt. Pſeudo-Gregorij ad Felicem, cap.354. ex epiſt.2. Pſeudo-Stephani cap. 363. ex epiſt. Pſeudo-Euariſti, cap.364. ex epiſt.

* A.D.836.

a Baron. ad A.D.855.§ 38. ex Concilij Meldenſis cap. 78. colligit *exigente Concilio* Benedictũ Leuitam capitulorum libros 3. digeſſiſſe qui poſt A.D. 854. publicati ſint: at Conciliũ non iubet capitula colligi, ſed orat *ſeruari præcipi*, nec promulgari noua ſed *promulgata* legis vim habere poſtulat: diſerte autẽ aſſerit Benedictus ſe *Augario præcipiente* capitula collegiſſe, vt ſupra monuimus.

ex epiſt.Pſeudo-Eleutheri, cap.362. ex variis epiſtolis &c. multa enim coaceruauit.

Eodem tempore qui tres illos libros additamentis auxerunt, quam Benedictus ipſe aperuerat viam inierunt; auctor additionis 3. cap.2. & 6.ex epiſt.2. Pſeudo-Julij:12. ex epiſt.3.Pſeudo-Euſebij: 67.ex prima Pſeudo-Alexandri deprompſit: additionis 4. *Caroli* [a] *Calui iuſſu per Erchembaldum Cancellarium* collectæ cap.3. ex epiſt.2. Pſeudo-Stephani: 6. ex Pſeudo-Pij priore: 14.15. & 16. ex Pſeudo-Julij ſecunda deſumptum eſt.

a Anno 11. Caroli (I.) A. D.849.

Carolus [b] Caluus Francorum rex in epiſt. ad Epiſcopos regni *è palatio Chariſiaco* A.D.856. ſcripta citauit Pſeudo-Anacleti, Pſeudo-Urbani,& Pſeudo-Julij epiſtolas.

b A.D.856.

Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus circa A.D.870. libello [c] quem Hincmaro Rhemenſi archiepiſcopo obtulit Pſeudo-Anacleti, Pſeudo-Eleutheri, Pſeudo-Victoris, Pſeudo-Calliſti teſtimonia inſeruit: & A.D.878. in epiſt.ad Joannem VIII. Pſeudo-Julij & Pſeudo-Felicis II. commenta citauit.

c vide Hincmari Rhem. lib. capp.55. cap.43.

Hincmarus ipſe Rhemenſis epiſt.8. teſtes aduocat Pſeudo-Anacletum epiſt.1. Pſeudo-Urbanum, & Pſeudo-Lucium in libello [d] *de diuortio Lotharij*, Pſeudo-Euariſt. epiſt. 2. Pſeudo-Alexand. epiſt.1. Pſeudo-Fabian. epiſt.2. Pſeudo-Gregor. ad Felicem: in libro quinquagintaquinque capp.aduerſus Hincmarum Laudunenſem [e] cap.15. Pſeudo-Clem.epiſt.1.Pſeudo-Anacletum epiſt.1.2.3.Pſeudo-Zephyrin.epiſt.1. Pſeudo-Stephan.epiſt.2. Pſeudo-Dionyſ. epiſt.2. & Pſeudo-Pelag.2. epiſt.8. cap.16. Pſeudo-Anaclet.epiſt.3. cap.20. Pſeudo-Anaclet.epiſt.2.& Pſeudo-Jul.epiſt.1.2. cap.25.Pſeudo-Clem.epiſt.1. cap.35. Pſeudo-Lucium, cap.43. Pſeudo-Calliſt.epiſt.1. & Pſeudo-Damaſ. epiſt.7. in Dialogo de ſtatu Eccleſiæ Pſeudo-Anaclet. epiſt.1. Pſeudo-Pium epiſt.2.Pſeudo-Melchiad.de primitiua Eccleſia: [f] in epiſt.ad Ludouicum III.regem, Pſeudo Urbanum.

d A.D.862. aut 863.

e poſt A. D. 870.

f poſt A.D. 877.

Concilium [g] Colonienſe cap.3. vtitur teſtimonio Pſeudo-Anacleti epiſt.1.

g A.D.887.

Concilium [h] Moguntinum cap.11.citat Pſeudo-Urbani epiſtolam.

h A.D.888.

Concilium [i] Metenſe ſub Arnulpho congregatum cap.5. Pſeudo-Damaſi & Pſeudo-Leonis epiſtolas de Chorepiſcopis allegat, & cap. 8. Pſeudo-Clementis primam.

i poſt A.D. 887. ſed quo anno incertum eſt.

Concilium [k] Tiburienſe cap.2. Pſeudo-Calliſt.epiſt.cap.7. Pſeudo-Anacleti primam cap.8.& 9.Pſeudo-Clementis primam,& Pſeudo-Alexandri ſecundam, cap.19.Pſeudo-Alexandri primam, & cap. 22.Pſeudo-Euariſti ſecundam citat.

k A.D.895.

Remigius [l] Altiſiodorenſis in Pſalmos citat epiſtolas ἀμοιβαίους Damaſi ad Hieronymum & Hieronymi ad Damaſum.

l circa A. D. 890.

Luitprandus [m] Ticinenſis in libro de vitis pontificum epiſtolarum quas confinxit Pſeudo-Iſidorus pene omnium meminit.

m circa A. D.950.

Concilium [n] Rhemenſe aduerſus Arnulphum Archiepiſcopum coactum in eius gratiam obiicit teſtimonia aliquot Pſeudo-Anacleti

n A.D.992.

n

epiſt.1. Pſeudo-Clementis epiſt.1. Pſeudo-Sixti primi epiſt.2. Pſeudo-Fabiani epiſt. 2. Pſeudo-Stephani epiſt. 2. Pſeudo-Marcelli epiſt.2. Pſeudo-Euſebij epiſt. 2. Pſeudo-Iulij epiſt. 2. Pſeudo-Stephani ad Damaſum, Pſeudo-Damaſi epiſt.5. & 7. & Pſeudo-Syluerij epiſt. ad Amatorem.

a A.D.1054. Indict.7.

Leo [a] IX. Rom. Epiſcopus, epiſt.4. deptomit teſtimonia ex epiſtolis Pſeudo-Clementis, Pſeudo-Anacleti & Pſeudo-Aniceti.

b A.D.1054.

Humbertus [b] Cardinalis aduerſus Nicetam ſcribens ſententiam ſuam tuetur auctoritate Pſeudo-Clementis epiſt.2.

c Trithemius vult librum hunc à Bertoldo Conſtātienſi Greg. VII. σύγχρονον ſcriptum.

Auctor [c] libri qui Ordo Romanus dicitur eandem epiſtolam agnoſcit.

d vixit tempore Gregor. VII. vide cap. 14.

Micrologus, [d] cap.10. & 41. Pſeudo-Alexandri epiſt.1. cap.21. Pſeudo-Damaſi epiſt. de Chorepiſcopis cap.28. Pſeudo-Calliſti primam, cap.55. Pſeudo-Euſebij tertiam, cap.60. Pſeudo-Pelagij ſecundi nonam allegat.

e 13. Maij Indict 2. A.D. 1079.
f 1. Octobr. Ind 3. 1080.
g 15. Martij 1081.

Gregorius VII. Rom. pontifex lib.6. epiſt. [e] 35. Pſeudo-Clementis epiſt.1. lib.7. [f] epiſt.2. Pſeudo-Fabiani epiſt.2. & Pſeudo-Steph. epiſt.2. & lib.8. [g] epiſt.21. Pſeudo Iulij epiſt.1. & Pſeudo-Clementis primam citat,

h Scripſit paulo poſt Synodum Romæ celebratum A.D.1074.

Auctor Apologiæ pro Gregorio VII. [h] cap.3. vtitur teſtimoniis Pſeudo-Marcelli epiſt. 2. Pſeudo Athanaſij ad Felicem II. Pſeudo-Iulij epiſt.1. Pſeudo Damaſi epiſt.4. Pſeudo Iſidori præf. collect. cap. 4. Pſeudo Anacleti epiſt.1. & Pſeudo Iſid. præfat. cap. 17. Pſeudo-Alexandri epiſt.1. cap.18. Pſeudo Damaſi ad Aurelium cap.22. Pſeudo-Eleutheri, cap.23. Pſeudo Anacleti epiſt.3.

i obiit A.D. 1086.

Anſelmus [i] Lucenſis epiſcopus libro 1. aduerſus Guibertum Anti-Papam teſtes aduocat Pſeudo Clementem epiſt.3. Pſeudo-Pium epiſt.1. & Pſeudo-Fabianum epiſt. 3. & lib.2. Pſeudo Calliſt. epiſt.1. Pſeudo-Stephanum epiſt.2. & Pſeudo Marcellin. epiſt.2. Idem ſcripſit Collectionem Canonum in qua pene omnes Pſeudo Iſidori epiſtolas in partes diſcerptas inſeruit.

k circa A.D. 1098 ſcripta.

Benno Cardinalis in vita [k] Greg. VII. epiſtolas Pſeudo-Lucij & Pſeudo Iulij II. citauit.

l ſcripſit A.D. 1008. Sigebert. obiit A.D. 1026. à Baronio & Bellarmino Sanctus habetur, cui tot nugæ placuerunt.

Burchardus [l] Vormatienſis Epiſcopus circa A.D. 1010. viginti decretorum libros edidit, in quibus plurima ex Pſeudo Iſidori collectione coaceruauit. Exempli cauſa ex *Pſeudo-Clementis epiſt.* 1. lib.1. cap. 124.125.126.127.133. 137. & 155. lib.2. cap.94. lib.6. cap.28. lib.14. cap. 16. *ex epiſt.* 2. lib.3. cap.216. lib.5. cap.11. & 14. *ex epiſt.* 3. lib. 2. cap.93. lib.3. cap.59. lib.4. cap.15. *ex Pſeudo-Anacleti prima*, lib.1. cap.4.59. lib.2. cap.154. lib.3. cap.71.77. lib.11. cap.18. *ex epiſt. ſecunda* lib.1. cap.1. & 15. lib.2. cap.5. *ex tertia* lib.1. cap.136.152. 178. *ex Pſeudo-Euariſti ſecunda* lib. 1. cap.76. 99. 34. 40. lib.11. cap.9. *ex Pſeudo-Sixti primi ſecunda* lib.3. cap.214. *ex Pſeudo-Alexandri prima* lib.1. cap.129.130. 132. lib.2. cap.52. lib.5. cap.5. *ex Pſeudo-Teleſphori* epiſt. lib.3. cap.63. *ex Pſeudo-Hygini priore* lib.1. cap.65. *ex Pſeudo-Pij ſecunda* lib. 11. cap. 29. *Ex Pſeudo-Aniceto* lib.1. cap.28.63. *ex Pſeudo-Soteris epiſt. poſteriore* lib.3. cap.215. *ex Pſeudo-Eleu-*

Eleuthero lib. 16. cap.30. *ex Pſeudo-Victoris priore* lib.1. cap.176. lib.4. cap.3. *ex Pſeudo-Zephyrini priore* lib.1.cap.154. lib.16.cap.13. *ex posteriore* lib.2. cap.3. *ex Pſeudo-Calliſti priore* lib.11. cap.38. *ex poſteriore* lib.1. cap. 66.80.135.171.lib.3.cap.49.lib.7. cap.1.lib.10.cap.64. Vide & lib.9. cap.7. *ex Pſeudo-Vrbano* lib.3. cap.3. 143. lib.1. cap.1. *ex Pſeudo-Antero* lib.1.cap.77. lib.4.cap.66. *ex Pſeudo-Fabiani ſecunda* lib.1.cap.147.148. *ex tertia* lib.1. cap.183. lib.2. c. 10. *ex Pſeudo-Cornelij ſecunda* lib.1. cap. 193. lib.12. cap. 12. 19. *ex Pſeudo-Lucio* lib 1. cap. 54. lib. 11. cap.19. *ex Pſeudo-Stephani priore* lib.1. cap.173. *ex poſteriore* lib.1.cap.142.161.177. vide & lib.16. cap.19. *ex Pſeudo-Sixti ſecundi poſteriore* lib.1. cap.143. 192. *ex Pſeudo-Dionyſij ſecunda* lib.3. cap. 43. *ex Pſeudo-Felicis primi, prima* lib.1.cap.157. 169. lib.16. cap.11. *ex ſecunda* lib.1.cap.174. *Ex Pſeudo-Eutychiano* lib.5.cap.7. *ex Pſeudo-Caio* lib.1. cap.139. *ex Pſeudo-Euſebij prima* lib.1. cap.138. 165. *ex ſecunda* lib.11. cap. 25. 27. *ex tertia* lib. 4. cap. 63. *ex Pſeudo-Melchiadis priore* lib. 3. cap. 2. 4. 5. *ex poſteriore* lib. 1. cap. 2. lib.4. cap.61. *ex Pſeudo-Marco* lib.1. cap.98. *ex Pſeudo-Iulij ſecunda* lib.1.cap.144. 170. & *ex prima* lib. 1. cap.175. *ex Pſeudo-Felicis ſecundi priore* lib.1. cap.141.163. 167.180. 221.222. lib.16. cap.11. *ex Pſeudo-Damaſi quinta* lib.1. cap.153.156.172. 179. lib.16. cap.31. *ex Pſeudo-Anaſtaſij priore* lib.3.cap.103. *& ex poſteriore* lib.19. cap.129. *ex Pſeudo-Felicis quarti ſecunda* lib.3.cap.57.58. *ex Pſeudo-Ioannis ſecundi priore* lib.3. cap. 32. *ex Pſeudo-Pelagij ſecundi nona* lib.3.cap. 69. *ex Pſeudo-Gregorij epiſt. ad Felicem* lib.7.cap.19. *ex Pſeudo-Deuſdedit* lib.17.cap.44. Præterea multa alia congerit neſcio vnde hauſta, quæ tribuit *Euariſto* lib. 3. cap. 17. lib.18. cap. 16. *Alexandro* lib.1. cap.59. lib.19. cap.100. *Sixto* lib.4. cap. 46. *Hygino* lib.3. cap.11. 21. 39. lib.4. cap.24. *Pio* lib.3. cap. 72. 124. lib.5. cap. 27. 47. lib.6. cap. 37. lib.8. cap. 18. lib.12. cap.4. 15. lib.15. cap.10. lib.19. cap. 63. *Aniceto* lib.5. cap. 29. *Soteri* lib.3. cap. 73.74. lib.5. cap.20. 44. lib.12. cap.18. *Zephyrino* lib.8. cap.40. *Calliſto* lib.18. cap.2. *Fabiano* lib.4. cap.1. lib.5. cap.17. 24.25.36. lib. 7. cap.21. lib.9. cap.30. lib.10. cap.59. 60. lib. 12. cap.40. lib.12. cap.8. *Eutychiano* lib.1. cap.91. 92. 93. 94. lib.5. cap.35. lib. 8. cap.17. lib.9. cap.59. 60. lib. 11. cap.30. lib.12. cap. 14. lib. 14. cap. 2. 3. 10. lib.19. cap.105. *Marcello* lib.3. cap. 139. *Euſebio* lib.3. cap.99. lib.8. cap.19. lib.9. cap.13. lib.13. cap.17. lib.14. cap.7. lib. 18. cap.11. lib.19. c.110. *Lucio* lib.19.cap.69. *Iulio* lib.2. cap. 127. lib.3. cap.1. 204. lib.5. cap.1. lib.7.cap.7. lib.9. cap.18. lib. 18. cap. 21. *Liberio* lib.13. cap.13. 14 18. *Felici* lib. 1. cap.51. lib.16. cap.5. lib.19. cap. 62. *Damaſo* lib.1. cap. 25. *Bonifacio* lib.1.cap.73.131. 184. 202. lib. 3. cap.26. lib.11. cap. 17. *Silverio* lib. 3. cap. 23. lib.5. cap.19. lib. 13. cap. 12. *Pelagio* lib.12. cap.9. Citauit etiam *Pſeudo-Iſidori præfationem* lib.1.cap. 42.

Deuſdedit * Rom.Eccl. Cardinalis de priuilegiis Rom. ſedis ſcripſit A.D.1080. & poſtea A.D. 1087. collectionem Canonum quam compilauit ex Pſeudo-Iſidori quiſquiliis.

* A.D. 1080. & 1087.

Gregorius presbyter, ſimilem Collectionem publicauit quam *Polycarpum* nominauit, vt & Bernardus Papienſis, & auctor libri *Popule-*

ti: ſed hæc ad manus non ſunt: nec quo tempore vixere auctores nobis compertum eſt.

a obiit Iuo A.D.1114. nota Lector quam multa ex eius Decreto deſecanda ſint.

Iuo Carnotenſis [a] Epiſcopus, quem poſtea *Panormiæ* ſcriptor imitatus eſt, ſcripſit volumen decretorum, iiſdem nugis inquinatum. Habet enim *ex Pſeudo-Clementis epiſt. prima*, part.3. c.1. parte 5. cap. 47. 224. 225. 226. 227. 232. 251. parte 6. cap. 171. 345. parte 8. cap. 99. parte 10. cap. 36. parte 13. cap. 84. parte 14. cap. 1. 2. 22. parte 16. cap. 1. *ex ſecunda* part. 2. cap. 21. 24. 64. 65. 66. 86. parte 3. cap. 266. parte 6. cap. 87. 88. 89. 90. *ex tertia* parte 1. cap. 210. parte 2. cap. 123. parte 3. cap. 62. *ex quarta* parte 9. cap. 119. & parte 10. cap. 157. *ex Pſeudo-Anacleti prima* parte 2. cap. 67. parte 6. cap. 245. parte 7. cap. 237. parte 14. cap. 88. *ex ſecunda*, parte 5. cap. 1. 53. 58. 69. parte 6. cap. 25. 44. parte 7. cap. 1. 5. 69. 238. 250. 254. 269. *ex tertia*, parte 5. cap. 2. 98. 237. 238. 239. 250. 269. 294. parte 6. cap. 312. parte 7. cap. 2. 58. 98. 239. *ex Pſeudo-Euariſto* parte 5. cap. 182. 202. 233. 240. 254. part. 8. cap. 4. 5. *ex Pſeudo-Alexandri prima*, parte 2. cap. 5. parte 5. cap. 241 242. *ex ſecunda*, parte 2. cap. 68. 69. parte 5. cap. 229. 230. parte 6. cap. 45. *ex Pſeudo-Sixto primo*, parte 2. cap. 70. parte 5. cap. 3. *ex Pſeudo-Teleſphoro* parte 4. cap. 25. parte 6. cap. 14. 15. 313. parte 16. cap. 112. parte 2 cap. 71. parte 3. cap. 65. *ex Pſeudo-Hygino* parte 5. cap. 99. *ex Pſeudo-Pio* parte 4. cap. 3. parte 5. cap. 243. parte 13. cap. 39. *ex Pſeudo-Aniceto* parte 5. cap. 54. 139. parte 6. cap. 46. *ex Pſeudo-Sotere* parte 2. cap. 72. & parte 3. cap. 265. *ex Pſeudo-Victoris epiſt.* 1. parte 1. cap. 58. 198. parte 4. cap. 4. parte 5. cap. 4. 244. *ex Pſeudo-Zephyrini prima*, parte 4. cap. 108. parte 5. cap 245. *ex ſecunda*, parte 5. cap. 246. parte 6. cap. 21. 47. *ex Pſeudo-Calliſti priore* parte 4. cap. 26. parte 5. cap. 234. 235. *ex poſteriore* parte 3. cap. 53. parte 5. cap. 100. 101. 186. 236. 289. parte 6. cap. 48. 49. 346. parte 9. cap. 22. 23. parte 12. cap. 83. parte 14. cap. 23. 72. 102. *ex Pſeudo-Vrbano* parte 1. cap. 260. 296. parte 3. cap. 5. 139. parte 14. cap. 74. *ex Pſeudo-Eleuthero* parte 6. cap. 17. 18. 19. 316. *ex Pſeudo-Antero* parte 5. cap. 183. *ex Pſeudo-Fabiani prima*, parte 6. cap. 293. parte 14. cap. 24. 104. *ex ſecunda*, parte 2. cap. 73. parte 5. cap. 299. parte 6. cap. 320. 321. 322. *ex tertia*, parte 5. cap. 260. 261. parte 6. cap. 323. 324. *ex Pſeudo-Cornelij epiſt.* 2. parte 5. cap. 308. parte 6. cap. 325. parte 11. cap. 77. *ex Pſeudo-Lucio* parte 3. cap. 140. parte 5. cap. 164. parte 6. cap. 326. parte 14. cap. 89. *ex Pſeudo-Stephani epiſt.* 1. parte 5. cap. 255. 274. 293. *ex ſecunda*, parte 2. cap. 74. parte 5. cap. 292. 299. parte 6. cap. 327. 328. parte 13. cap. 111. *ex Pſeudo-Sixti ſecundi ſecunda*, parte 5. cap. 246. *ex Pſeudo-Dionyſii ſecunda*, parte 3. cap. 47. & parte 5. cap. 288. *ex Pſeudo-Felice primo* parte 6. cap. 329. 330. 331. parte 5. cap. 248. 267. *ex Pſeudo-Eutychiano* parte 2. cap. 17. parte 7. cap. 332. 333. & parte 14. cap. 53. *ex Pſeudo-Caio* parte 5. cap. 253. *ex Pſeudo-Marcellino* parte 3. cap. 205. *ex Pſeudo-Marcello* parte 4. cap. 240. *ex Pſeudo-Euſebio* parte 4. cap. 5. parte 5. cap. 249. 275. parte 13. cap. 37. parte 15. cap. 122. *ex Pſeudo-Melchiade* parte 3. cap. 4. 6. 7. parte 4. cap. 27. parte 5. cap. 46. *ex Pſeudo-Marco* parte 5. cap. 200. *ex Pſeudo-Iulio* parte 4. cap. 111. parte 5. cap. 257. 280. 292. *ex Pſeudo-Felice ſecundo*,

parte 4.

parte 4. cap.248. 269. 292. 296.335. parte 5. cap.256.273.277. parte 6.cap.335.336. *Ex Pſeu do-Athanaſio ad Marcum* parte 4. cap.108.109. *ex eodem ad Felicem*, parte 5. cap.15. *ex Pſeudo-Damaſo*, parte 5. cap.265. 266.287.290.295. parte 6.cap. 337.347.348. *ex Pſeudo-Anaſtaſio* parte 2.cap.138. parte 6.cap.93. parte 15.cap.139.*ex Pſeudo-Ioanne primo* parte 3.cap.37. 149. parte 13.cap.1. *ex Pſeudo-Felice IV.* parte 2.cap.76. parte 3. cap.24.60.61.*ex Pſeudo-Siluerio*, parte 6. cap.73. *& Pſeudo-Pelagio ſecundo*, parte 2.cap. 77. parte 5.cap.12. *ex Pſeudo-Gregorij epiſt.ad Felicem*, parte 9.cap.26.125.*ex Pſeudo-Deuſdedit*,parte 1.cap.305. *ex Pſeudo-Iſidori præfatione*, parte 4.cap.107.110. parte 5.cap.153. Addit etiam plurima decreta afficta, *Euariſto* parte 3.cap.32. parte 15.cap.38. *Alexandro* parte 2.cap.81. parte 5.cap.169.& parte 15.cap.112.*Hygino* parte 1.cap. 218.parte 3.cap.13.26.44.*Sixto* parte 1.cap.240. *Pio* parte 2.cap.37.56. 125.parte 4.cap.66.parte 7.cap.39.parte 10.cap.166.parte 12. cap.61. 72.parte 15 cap.77. *Aniceto* parte 2.cap.38. *Soteri* parte 2.cap.30.54. 126.127.parte 8.cap.145.parte 12.cap.75.*Zephyrino* parte 7.cap.59.*Calliſto* parte 5.cap.74.parte 15. cap.27.*Fabiano* parte 2.cap.27.34.35.44. parte 5.cap.161. parte 6.cap.30.parte 8.cap.168.parte 9.cap.57.parte 12.cap.65.parte 13.cap.60.61. *Cornelio* parte 12.cap.69. *Lucio* parte 15. cap.83.*Eutychiano* parte 2.cap.45.parte 7.cap.38.parte 8.cap.195.parte 12.cap.71.parte 13.cap.40.70.71.78.parte 15.cap.117. *Euſebio* parte 2.cap.134. parte 4.cap.49.parte 5.cap.252. parte 7.cap.40.parte 8. cap.151. parte 13.cap.75.parte 15.cap.35.*Iulio* parte 3.cap.3.127.parte 6. cap.201. parte 8. cap.156. parte 9.cap.43. parte 15.cap.43. *Felici tertio*, parte 15.cap.76.*Siluerio* parte 2.cap.29.parte 3.cap.28. *Pelagio* parte 12. cap.66.

Iuoni ſucceſſit [a] Gratianus, qui Decretorum Magiſter haberi meruit; hic,ne quid omitteret, integras fere deſcripſit Pſeudo-Iſidori fabulas. *De Pſeudo-Clementis prima* vide diſt.80.c.In illis ciuitatibus,diſt. 93.c.Si inimicus,c.Diaconi Eccleſiæ,2.q.7.c.Sacerdotes,c.Laicus in accuſat. 6.q.1.c. B.Petrus, 8. q.1. c. Simon Petrus, 11.q.1. c. Sicuti enim, c. Si qui ex fratribus, & c. Te quidem, & q.3. c. Si inimicus. c. Si autem vobis, & c. Quicunque contriſt. De pœnit.diſt.1. c. Homicidiorum. *De ſecunda*, vide diſt. 23. c. Tales ad &c. 2. q. 7. c. Sacerdotes & rel. c. Qualis 16. q. 7. Eccleſias, diſt. 81. c. Miniſtri altaris, c. Clericus ſolus, c. Sed ſi forte, 17. q. 4. c. Si forte, de conſecrat. diſt.1. c. Eccleſias, c. Altaris palla, c. Nemo per, diſt.2. c. Tribus gradibus. *De tertia*, vide diſt. 25. c. Audire Epiſcopum, diſt. 38. c. Nullus Epiſcopus, diſt. 43. c. In mandatis, diſt.93. Qui ſuis, 11.q.3. Si autem vobis, 16. q. 1. c. Cunctis fidelibus, De Conſecrat. diſt.1. c. Hic ergo eſt.*De quinta*, vide diſtinct. 37. c. Relatum eſt, 12. q.1.c. dilectiſſimis. *De Pſeudo-Anacleti prima*, vide diſt. 43.c. Scimus autem multos, diſt.83. c. Nihil illo, diſtinct. 93. c. Ille proculdubio, 2.q.6. Omnis oppreſſus, 3.q. 4. c. Beatus prædeceſſor, q.6. c. Leges Eccleſiarum, c. vnaquæque prouincia, 6.q.1.c. Si omnia in, 12.q.2.c.Qui abſtulerit, c. Qui Chriſti pecunias,17.q.4.c. Qui rapit, 25.q.2. c. Priui-

[a] Gratianus decretum ſuum abſoluit A. D.1151. Ego vero enumeraui quotquot loca ex epiſtolis in collectionē ſuam tranſtulit, vt videat Lector quam multis fecit us ius pontificium referrum ſit.

legia Eccleſiarum, de Conſecr.diſt.1.c.Epiſcopus. c. Deo ſacrificans. c.Peccata.

De ſecunda, vide diſt.21.c.in Nouo Teſtamento,diſt.45.c.ſane percuſſor. diſt.64.c.ordinat. Epiſcop. diſt.66. c.Porro & diſt.67. c. Reliqui Sacerdotes.diſt.75.ordinat.epiſc.diſt.79.c.Electionem ſummorum diſt.99.c.Prouinciæ multo,diſt.84. porro Moyſi 2.q.7. c.Accuſatio quoque,7.q.1. c. Si Sacerdos.

De tertia, vide diſt.22. c.Sacroſancta Rom.diſt.80.c.Epiſcopo non in,2.q.7.c. Sententia Cham.3.q.5. Accuſatores autem, 6.q.2 Deteriores ſunt,24.q.3. Tam Sacerdotes, 6.q.1. Ex merito.

De Pſeudo-Euariſti priore, vide diſt.93. c.Diaconi qui quaſi, 30.q.5.c. Aliter legitimum.

De poſteriore, 2.q.1.c.Deus omnipotens,q.7. c.Non eſt itaque, C.ſi qui ſunt, c. Sunt nonnulli, 3.q.2.c.Audiuimus quoſdam, 7.q.1. Sicut vir non,30.q.5.Nullum ante.

De Pſeudo-Alexandri prima, vide 2.q.7.c. Si quis erga, 3.q.4. Hi qui Epiſcopis 11.q.1. c. Relatum eſt, 15.q.6. c. Si quandoque à Sacerd.de conſecrat.diſt.2.c. Sacramentorum, c.Peracta, c.Nihil in ſacrificiis, c. Aquam ſale conſperſam. *De ſecunda*, diſt.94. c. Si quis autem legationem,1.q.1.c.Ipſi Sacerdotes,2.q.1.c.Nulli dubium. *De tertia*, 3.q.1.c.Nulli dubium,6.q.1.c.Summa iniquitas, &c.

De Pſeudo-Sixti primi ſecunda, vide 2.q.6. Si quis veſtrum, 8.q.5.c. Quilibet fratrum, de conſecr.diſt.1.c.in S.Apoſtolica.

De Pſeudo-Teleſphori vnica, diſt.4.c. Statuimus vt,7.3.q.5.c. Accuſatores q.9.c.Accuſatori omnino,de conſecr.diſt.1.c. Nocte ſancta, 6. q.1.Sacerdotes qui,&c.

De Pſeudo-Hygini priore vide 2.q.7. c. Criminationes, 3.q.6.c. Peregrina iudicia, 9.q.3.c. Saluo in omnibus &c. *De poſteriore* 3. q.4. c. Alieni erroris &c.

De Pſeudo-Pij priore, vide diſt.83. Quid enim prodeſt, 3.q.4.c. Si quis vero,6.q.1.c.Oues paſtorem, de pœnit. diſt.3. Nihil prodeſt, de conſecrat.diſt.3.c.Noſſe vos volumus,diſt.5.Nihil enim prodeſt. *De poſteriore*,11.q.1.Si quis Sacerdotum,12.q.2.c.Prædia diuinis, c.17.q.4.c.Sicut qui Eccl.

De Pſeudo-Aniceto,vide diſt.23.c.Prohibete fratres,diſt.64.c.Comprouinciales,diſt.66.c.Archiepiſcopus ab omnibus. diſt.99. c.Nulli Archiepiſcopo,9.q.3.c.Archiepiſcopus nihil,c.Si autem.

De Pſeudo-Soteris ſecunda, vide diſt.23. c. Sacratas Deo fœminas &c.

De Pſeudo-Eleuthero, vide 2.q.1.c. Nihil contra, q.7.c.Negligere, 3. q.3. c. Induciæ non modicæ,q.6. c.Quamuis liceat. c. ſi quis Clericus,q.9.c.Caueant iudices,30.q.5.Iudicantem oportet.

De Pſeudo-Victoris prima, 2.q.6.c.Si quis putauerit 3.q.6. Accuſatus vel iudic. de conſecr.diſt.3.c.Celebritatem S.Paſchæ. *De ſecunda*, diſt. 90.c.Perlatum eſt.

De Pſeudo-Zephyrini priore, diſt.16. c. Sexaginta Apoſt. diſt.38.c.Sicut ſtellas,2.q.1.c.Primates accuſatum,q.6.ad Rom. Eccleſ. q.7.Maiorum

lorum, 3. q. 4. c. Detractiones quoque, q. 8. Accuſatores, q. 9. c. Abſens vero, 5. q. 4. c. Duodecim iudices. *De poſteriore*, diſt. 75. Ordinationes preſbyterorum, 2. q. 2. Præceptum eſt.

De Pſeudo-Calliſti priore, vide diſt. 12. c. Non decet à capite, diſt. 76. c. Jejunium quod, 11. q. 3. c. Iniuſtum iudicium. *De poſteriore* diſt. 50. c. Ponderet, 2. q. 7. c. Quærendum eſt, q. 8. c. Accuſatorum, 3. q. 4. c. conſanguineorum c. Conſpiratores q. 9. c. Abſente eo quem. c. Teſtes per quaſ. q. 5. c. Conſanguinei accuſat. c. Accuſatores vel teſtes, 11. q. 3. c. Excommunicatos quoque, 9. q. 2. c. Nullus alterius terminatos, q. 3. Nullus Primas &c. 23. q. 3. c. Juſtum eſt vt qui, &c. 35. q. 2. Coniunctiones conſang. &c. 7. q. 1. c. Sicut alterius vxor &c.

De Pſeudo-Vrbano, vide 11. q. 3. c. Quibus Epiſcopi, 12. q. 1. c. Scimus vos non ignot. c. Videntes autem. c. Res Eccleſiæ, 1. q. 3. c. Res Eccleſiæ, 17. q. 4. Attendendum eſt ne prædia, de Conſecr. diſt. 5. c. Omnes fideles.

De Pſeudo-Pontiani ſecunda, 2. q. 7. C. Quærendum eſt, 3. q. 5. c. Suſpectos autem &c.

De Pſeudo-Antero, vide 7. q. 1. c. Mutationes Epiſcoporum, 9. q. 3. c. Facta ſubditorum, 6. q. 1. c. Ex merito, 11. q. 3. c. Abſit vt quicquam &c.

De Pſeudo-Fabiani prima, vide 3. q. 4. c. Omnes quos Sanctorum, 6. q. 1. c. Omnes illi ſunt, 11. q. 3. c. Sicut Apoſtoli ſtat. *De ſecunda*, 1. q. 1. c. Significaſtis inſuper, 5. q. 1. c. Deus ergo fratres, c. Epiſcopi ſi à propriis, 2. q. 7. c. Sicut Sacerdotes, c. Ipſi Apoſtoli, 3. q. 5. c. Suſpectos autem, 11. q. 1. c. Statuimus vt ſi quis, q. 3. c. Qui omnipot. 6. q. 1. Illi qui de Cõſecr. diſt. 3. c. Literis veſtris, 4. q. 4. c. Nullus vnquam. *De tertia*, 1. q. 6. c. Si quis iudic. 2. q. 3. c. Si quis iratus, q. 6. c. Liceat appellantem, c. Licet etiam, 3. q. 6. c. Si quis Epiſcoporum, c. Ibi ſemper. c. Pulſatus autem, c. Qui crimen &c.

De Pſeudo-Cornelij poſteriore, 2. q. 4. c. Sacramentum hactenus, c. Nos Sanctorum, c. Nos ſacramentum, 3. q. 6. c. Omnia quæ aduerſus, 6. q. 1. c. Sapius non eſt.

De Pſeudo-Lucio, vide diſt. 80. c. Urbes & loca, 2. q. 7. c. Criminationes maiorum natu, 3. q. 3. c. Nullus autem primas, 6. q. 1. c. Sapiens non eſt 12. q. 1. c. Qui abſtulerit 17. q. 4. c. Qui rapit, c. Omnes raptores, 24. q. 1. A rectâ ergo &c. de Conſecr. diſt. 1. c. Jubemus Apoſtolicâ &c.

De Pſeudo-Stephani priore, vide 6. q. 1. c. Infames eſſe: de Conſecr. diſt. c. Veſtimenta. *De poſteriore*, diſt. 80. c. Urbes, 1. q. 8. c. Accuſat. per ſe 2. q. 2. c. Nullus Epiſcoporum, q. 7. c. Quærendum eſt, q. 8. c. Per ſcripta, 3. q. 4. c. Nullus anathem. c. Clericus qui Epiſc. q. 5. c. Accuſatores, q. 6. c. Ultra prouinciæ, q. 11. c. Neganda eſt.

De Pſeudo-Sixti ſecundi priore, vide 2. q. 6. Omnes Epiſcopi qui, c. Si quis putauerit, 3. q. 6. c. Accuſatus vel iudic. 24. q. 1. Memor ſum me. *De poſteriore*, 2. q. 7. c. Si quis contra Epiſcopum, c. Accuſatio Epiſcoporum, 9. q. 3. c. Fratres quos timore.

De Pſeudo-Dionyſii ſecunda, vide 3. q. 4. c. Alieni,13.q.1.c. Eccleſias ſingulas,15.q.3.Nemini præter.

De Pſeudo-Felicis primi prima, vide 2.q.1. c. Primates accuſatum, q. 7. c. Maiorum quiſpiam,3.q.4. c.Detractores quoque,q.6. c. Si quis Cleric. c. Irritam eſſe. *De tertia*, 3.q.2.c.Si Epiſcopus ſuis fuerit, q.6. c. Peregrina iudicia. c. Neminem, q.7. c. Infamis perſona, q.9.c. Abſente aduerſario. c. Abſens per alium, q.10. Si accuſat.perſona, 4. q.6.c.Si ac uſat.perſona,5.q.3.Si ægrotans.

De Pſeudo-Eutychiani ſecunda, vide 1.q.8.c.Quiſquis ille eſt, 2.q.6. Non ita in Ec l.3.q.4.c. Nulli vnquam.

De Pſeudo-Caij vnica,diſt.77.c.Illud non, 2.q.3.c. Si quis,q.7.c.Pagani & hæreti.i,3. q.1.c.Epiſcopus ſuis rebus, q.2.Eiectis &c. 11.q.1.c. Nemo vnquam.

De Pſeudo-Marcellini ſecunda, vide 2. q.7. c. Lai o non liceat, 11.q.1. Quæ.unque.c.Cleri.um . uiuſlibet,25.q.1.Omne quod &c.

De Pſeudo-Marcelli priore, vide 2.q.6.c. Ad Romanam, 24.q.1. Rogamus vos fratres. *De poſteriore* diſt.29. c.Eorum qui accuſ. diſt.17.c. Synodum Epiſcoporum,diſt.96.Boni principis,3. q.9. c. Non oportet,11.q.3.Eorum qui accuſ.

De Pſeudo-Euſebij prima, vide 2.q.7. c. Laicos non ac uſ.3. q.5.c. De a cuſat.cleri .5.q.5.c. Illi qui aut in fide, 6.q.1. c. Nos ſequentes patrum & . *De ſecunda*, 2. q.2. c.In Scripturis veſtris, c. Nullus Epiſcoporum, q.7.Omnes Laici,3.q.1. c.Redintegranda ſententia, 3. q.2.c. Prius ergo oportet,12.q.2.c. In legibus,q.7. c. In antiq.Eccl. *De tertia*, 3. q.5.c.Conſtituimus eum, 24.q.1.c.In ſede Apoſtolica, de conſecr.diſt.3.c.Manus quoque.

De Pſeudo-Melchiadis ſcripto, de primit.Eccl. vide diſt. 88. c. Decreuit S.Synodus,12.q.1.c. Futurum Eccl. *de epiſt.ad Hiſpanos* 2.q.1. c. Primo ſemper, de conſe.r.diſt.3. c. Ieiunium, diſt.5.c. Spiritus S.qui, c.de his vero.

De Pſeudo-Athanaſij epiſt.ad Marcum, diſt. 16. c. Septuaginta, c. Viginti.*de eiuſd.epiſt.ad Felicem*,9.q.3.c.Fuit ſemper.c Antiquis.

De Pſeudo-Iulij epiſt.priore, vide diſt. 11. c. Nolite errare, 3.q.6.c.Dudum à Sanctis,5.q.4.c.Nullus Epiſcopus,24.q.1. c. Officij noſtri. 25. q.2. c. Amputate talem. *De poſteriore*, diſt.17. c. Regula veſtra nullas, q.6.c. Omnes Epiſcopi, c.Si quis putauerit. c.Placuit vt à quibuſcunque,c.Vltra prouinciam, c.Ideo huic S.ſedi,2. q.2. c. Nullus poteſt conuocare. c. Si Epiſcopus,q.7. c. Si quis ergo, c. Criminationes. c. Maiorum quiſpiam, c. in S. Nicæna. 3. q. 4. c. Alieni erroris, c.Detractores quoque, q.5.c.Accuſatores,c. Similiter, q.6.c. Accuſatus, c.Si quis Cleric. c. Irritam, q.7.c. Peregrina iudicia, 3.q.9. c. Caueant iudices,6.q.1.c.Sacerdotes qui,11.q.1. c. Iudices autem alij, 12.q.2.c.Antiquis,15.q.3.c.Nemini,30.q.5.Iudicantem oportet.

*De Pſeudo-Liberij epiſt.ad omnes epiſc.*7.q.1.c.Suggeſtum, *de eiuſd.epiſt. ad Athanaſ.*24.q.1.c.Qui contra.

De Pſeudo-Felicis II. epiſt.priore, 2.q.6.c. Quoties, 3.q.3.c. Cum accuſatus

cuſatus ad, c. De inducius, 5.q.2.c. Si primates, 3.q.2.c. Tamdiu in ſede, 6. q.1. c. Quieſcite &c.

De Pſeudo-Damaſi epiſt. ad Aurelium, 25.q.1. c. Violatores. *De epiſt. ad Stephanum*, 2.q.3. c. Qui non, c. Calumniator q. 7. c. Teſtes abſque vlla, c. Sacerdotes vt antiq. 3.q.3. c. Induciæ, q.5. c. Nullus ſeruus, q. 6, c. Diſcutere Epiſcopos. q.9. Habetur quoque, c. Nec extra, 4. q. 4. c. Nullus introducatur, 5.q. 2. c. Vocatio ad Synod. diſt.17.c. Huic ſedi, 23.q.3. c. Qui poteſt obuiare, 25.q.1.c. Omnia decretalia. *De epiſt. aduerſ. Chorepiſc.* diſt. 68. c. Chorepiſcopi, 1.q.7.c. Per illicitam, de epiſt. ad epiſc. Italiæ, 3. q. 9. c. Qui accuſare alium, 5.q.2.c. Relatum eſt. 11.q.3.c. Eorum qui accuſantur.

De Pſeudo-Anaſtaſii primi epiſt. priore, diſt. 98. c. Tranſmarinos. De conſecrat. diſt.1.c. Apoſtolica auct. *De poſteriore*, 13.q.2. c. Habeat forſitan.

De Pſeudo-Sixti tertij epiſt. ad Orientales, 2. q. 5. c. Mandauiſtis, q. 7. c. Si quis Epiſcopus, q.8. Qui crimen obiicit. c. Sententialiter qui eorum, 3. q. 6. c. Qui crimen obiicit, c. Peregrina, c. Si quis Clericus, 11. q.4. c. Inter verba.

De Pſeudo-Leonis epiſt. aduerſus Chorepiſcopos, diſt.68.c. Quamuis.

De Pſeudo-Ioannis primi priore, 1. q. 2. c. In ſcripturis veſtris, 2. q.2.c. Antiquitus, q.7. c. Oues paſtorem, 3.q.2.c. Prius ergo. c. Quanto, q.1. c. Redintegranda, 12.q.2. c. Legibus cautum, c. In antiquis. *De poſteriore*, diſt.1. de conſecr. c. Eccleſias Arianorum.

De Pſeudo-Felicis IV. priore, de Conſecr. diſt.1. c. Conſecrationes, c. Tabernaculum, c. Sicut non alij, c. Solennitates.

De Pſeudo-Silucrij priore, 25.q.2. c. Sic decet. *De poſteriore*, 23. q. 4. c. Guiliſarius.

De Pſeudo-Bonifacij II. epiſt. ad Eulalium, diſt. 89. c. Ad hoc diſpenſat.

De Pſeudo-Ioannis III. epiſt. aduerſus Chorepiſcop. 8. q. 1. c. Si autem Petrus.

De Pſeudo-Pelagij epiſt. ad Benignum, 7. q.1. c. Scias frater; c. Omnis qui, 11.q.3. c. Unicuique. *De epiſt. ad Epiſc. Italiæ*, 3. q. 2. c. Cum Eccleſiæ, q. 5. c. Canonica, c. Omnes qui aduerſus. *De epiſt. ad Orientales*, diſt.17. c. Multis denuo, diſt.99. c. Nullus patriarch. 6.q.3.c. Scitote. *De epiſt. ad Epiſc. Germau.* de Conſecr. diſt.1. c. Inuenimus.

De Pſeudo-Gregorij epiſt. ad Felicem, 25.q.2. c. Si ea, 35.q.2. & 3. c. Nec eam, q.8.c. Hæc ſalubriter. De Conſecr. diſt.1.c. Solennitates. *De epiſt. Pſeudo-Deuſdedit ad Gordianum*, 30.q.1.c. Peruenit.

His pſeudepigrapha alia decreta addidit quæ affinxit *Clementi* de Conſecr. diſtinct.2.c. Sacerdotem. *Anacleto*, 5.q.3.c. Quis Epiſcopus, 7.q.1.c. Epiſcopi in Diœceſ. *Euariſto*, 20, q.6. c. Preſbyteri. *Hygino*, 17.q.4. c. Si quis Eccleſ. 35.q.10.c. Si qua mulier. De Conſecr. diſt.1. c. Omnes Baſilicæ, c. Si motum, c. Ligna Eccleſiæ, diſt.4. c. in Catechiſmo. *Pio*, diſt.32. c. Communiter, 22.q.1.c. Si quis, q.5. Qui compulſus, c. Qui peierat, 33. q. 2. c. Quicunque. De Conſecr. diſt.2. Si

Per neglig. *Alexandro*, 6. q. 4. Si Metropol. *Soteri*, 22. q. 4. c. Si aliquid, De Conſecr. diſt. 1. c. Ut illud, c. Hoc quoque, diſt. 2. in Cœna. *Calliſto*, diſt. 60. c. Nullus in &c. 16. q. 7. c. Nullus omninò. *Fabiano*, diſt. 70. c. Si quis, 6. q. 1. c. Quicunque ſciens, 32. q. 7. c. Neque furioſus, 35. q. 2. & 3. c. De propinquis, c. Qui propinquam. De pœnit. diſt. 6. c. Conſanguineos, De Conſecr. diſt. 2. c. Etſi non. *Cornelio*, 22. q. 5. c. Honeſtum. *Stephano*, diſt. 19. c. Enimuero. *Eutychiano*, 11. q. 3. c. Si quis Epiſcopus, 20. q. 2. c. Statuimus, 22. q. 1. c. Prædicandum, 23. q. 8. c. Si quis membrorum, 28. q. 1. c. Si quis. De pœnit. diſt. 6. c. Epiſcopus. *Marcello*, 20. q. 2. c. Illud autem. *Euſebio*, 27. q. 2 c. Deſponſatam, De Conſecr. diſt. 5. c. Jeiunia. *Melchiadi* 13. q. 2. c. Placuit per omnia. *Iulio*, 24. q. 1. c. Si quis dederit, 26. q. 6. c. Si preſbyter, 27. q. 2. Si quis, 29. q. 2. c. In omnibus nobis, c. Si aliquis, 35. q. 2. & 3. Et hoc æqualiter, De Conſecr. diſt. 2. Cum omne. Gratianum *κατὰ πόδας* ſequitur tota Canoniſtarum colluuies.

a poſt A. D. 1111.

Concilium [a] Lateranenſe ſub Calliſto II. congregatum cap. 4. Pſeudo-Stephani ſecundam, & cap. 5. Pſeudo-Calliſti ſecundam citat. Ex illo tempore ad A. D. 1500. imo ad hanc ætatem pauciſſimos inuenias, qui veritatis lucem vel admittere, vel admiſſam aliis prætendere audeant: certatim ruere amant pontificij fere omnes, etiam doctiſſimi. P. Lombardus Pariſ. Epiſcopus Sententiarum Magiſter; Joan. de Turrecremata Cardinalis; Joannes de Raguſio generalis Dominicanorum in Concil. Baſil. procurator, Joannes de Polemar Archidiac. Barcinonenſis, Guilielm. Durantes Epiſcopus Mimatenſis; Radulphus de Riuo Decanus Tungienſis; Thomas de Vio Cardinalis Caietanus; Staniſlaus Hoſius Cardin. Gaſpar Contarenus Cardinalis; Jacobus Latomus; Albertus Pighius; Nicolaus Sanderus; Martinus Pereſius Guidixienſis epiſcopus; Alphonſus de Caſtro; Franciſcus Cordubenſis; Thomas Hardingus; Melchior Canus Epiſcopus Canarienſis, Diegus Payua Andradius, Claudius Eſpencæus; Guilielmus Lindanus Ruremundenſis Epiſcopus, Franciſcus Orantius; Franciſcus Sonnius Epiſcopus Antuerpienſis; Sixtus Senenſis; Petrus Krabb; Edmundus Campianus, Robertus Bellarminus Cardinalis; Jacobus Pamelius, Antonius Auguſtinus Tarraconenſis Archiepiſcopus; Cornelius Janſenius Gandauenſis Epiſcopus; Anglorhemenſes Theologi; Judocus Coccius, Gregorius de Valentia; Robertus Smythæus; Thomas Stapletonus; Franciſcus Coſterus; Joannes Maldonatus; Alphonſus Piſanus; Antonius Poſſeuinus; Franciſcus Suarez, Jacobus Gretſerus, Seuerinus Binius, Antonius Mendoza, Jul. Cæſar Bulengerus, Andreas Duuallius, & alij innumeri. Henricus Kaltheiſen & Nicolaus Cuſanus Cardinalis, qui Clementi & Anacleto ſuppoſitas epiſtolas veru transfixerant, alias eiuſdem farinæ admiſerunt. Ille [b] Pſeudo-Urbani epiſtolam & Pſeudo-Iſidori præfationem: [c] hic Pſeudo-Melchiadis farraginem *de primitiua Eccleſia* &c. Baronius ipſe qui doctiſſimis cenſuris plurimas notauit, nonnullarum auctoritatem agnouit, [d] Exempli cauſa prioris Pſeudo-Hygini, poſterioris

b Vide in append. ad Concil. Baſil. orat. de libera prædicat. verbi Dei.

c de cõcord. Cathol. lib. 3. cap. 2.

d A.D. 158. §. 2. 165. §. 3. 255. 21. 142. §. 4. 496. §. 4.

rioris Pſeudo-Pij, ſecundæ Pſeudo-Fabiani, duarum Pſeudo-Sixt primi: primæ Pſeudo-Marcellini, &c. Perronio [e] etiam Cardinali, quem ab eiuſmodi ſcriptorum allegatione conſultò abſtinuiſſe conſtat, exciderunt Pſeudo-Silverij & Pſeudo [f] Pelagij ſecundi citationes: Imo noſtris aliquando impoſuiſſe videtur Pſeudo-Iſidorus, Damaſi, Clementis, Ioannis ſecundi & aliorum laruas geſtans; citauit enim epiſtolas *de Chorepiſcopis* Damaſi & Leonis nomine ſcriptas Beza; [g] Clementinam primam, [h] Junius; Joanni primo ſuppoſitas, priorem [i] Joan. Rainoldus, poſteriorem [k] Magdeburgenſes ipſi, alij Pſeudo Julij, Pſeudo Felicis ſecundi, & Bonifacij ad Eulalium auctoritatibus nituntur, quos paleas iſtas abiecturos ſperamus.

e replic. lib. 1. cap. 34. & 39.
f eand. epiſt. probauere Carol. Molinæus in Can. Nullus patriarch. diſt. 99. & Chamierus de œcum. pont. lib. 13. c. 19.
g aduerſ. Sarauiam c. 24.
h aduer. Bellarm. de Roman. pontif.
i Cenſur. apocryph.
k Centur. 6. cap. 10.

Teſtes aduerſus Epiſtolas.

Cap. XIX.

Vidimus quanto molimine per pacis imaginem fallens Satan miniſtros ſubornauerit ſuos [a] *velut miniſtros iuſtitiæ*, aſſerẽtes noctem pro die, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, vt (dum cæca & latebroſa fallacia circumducti mentiuntur) veritatem ſubdole fruſtrarentur: ſerpſit in dies occultis acceſſibus erroris Spiritus, nouaſque neſcientibus tenebras infudit, vt qui cum Euangelio Chriſti non ſtabunt, iudicio eius iuſto *in mortis vmbra* ambulantes habere ſe lumen exiſtimarent: at qui ſponte caligantibus [b] *ἐνέργειαν πλάνης* immiſerat Dominus, ſe prorſus *ἀμάρτωλον* eſſe noluit; apud religioſas mentes & ſimplices in compendio ſemper fuit errorem deponere, & inuenire atque eruere veritatem, quæ ſemper ſupra eſt, deorſúmque mendacium eſſe cogit, & vndecunque teſtes aduocat. Potuit igitur aduerſus ipſos Epiſtolarum propolas efficaciſſimum teſtimonium dare Romanæ Eccleſiæ codex, [c] in quo nullis niſi tredecim pontificum, n. Siricij, Innocentij, Zoſimi, Bonifacij, Celeſtini, Leonis, Hilari, Simplicij, Gelaſij, Anaſtaſij ſecundi, Symmachi, Hormiſdæ, & Gregorij iunioris decretalibus ad Leonis IV. [d] tempora locus fuit; in hunc enim intuentes circa A.D. 865. collegerunt Epiſcopi Galliarum Pſeudo-Iſidori merces, quæ tunc temporis proſtare cœperant, vim Canonum habere non poſſe, quia *in toto codicis Canonum corpore non continebantur deſcripta.* Hinc etiam factum vt Concilij Aquiſgranenſis A.D. 816. congregati patres, cap. 8. & 9. [e] Iſidoro tribuerint quæ Anacleto accepta ferre debuiſſent, ſi vel extitiſſent, vel fidem apud ipſos inueniſſent mendaciſſimi mercatoris collectanea; & cap. 10. citauerint ex Hieronymo *in epiſt. ad Titum* quæ ſcripſiſſe fingitur Anacletus idem epiſt. 2. & cap. 11. & 12. profeſſi fuerint ſe excerpſiſſe ex Hieronymi epiſt. *ad Oceanum*, & Auguſtini libello *de paſtoribus*, quæ Pſeudo Fabianus ſecundæ ſuæ epiſtolæ inſeruit; & cap. 30. 31. 36. & 99. Iſidorum auctorem agnouerint [f] eorum quæ Pſeudo-Anacletus in tertiam, Pſeudo-Fabianus in ſecundam; Pſeudo-Euan-

a 2. Cor. 11. 15.
b 2. Theſſ. 2, 11.
c extant eiuſdem exemplaria Mogũtiæ primum, deinde Pariſiis excuſa.
d ad A. D. 847. Leo meminit *Sylueſtri*, omittit autem Bonifacium & Anaſtaſium. vide diſt. 20. C. *de libellis.*
e Iſid offic. cap. 6. & Pſeudo-Anaclet. epiſt. 2.
f Iſidor. Sentẽt. lib. 2. cap. 38. 39. & 46.

ſtus in ſecundam, Pſeudo-Anterus in vnicam ſuam epiſtolam tranſtulit.

a lib.1.cap.15.
b parte 2.c.7.

Eodem conſilio Epiſcopi Pariſiis[a] anno 829. & Aquiſgrani anno 836. Concilium[b] celebrantes, deprompſerunt ex Proſpero *de vita contemplatiua lib.2.cap.9.* quæ nunc in Pſeudo-Urbani farragine leguntur, nondum enim prodierat qui Urbani nomine ad impoſturam & libidinem abuteretur: forte aliquot epiſtolas procuderant Moguntini artifices, verbi gratia Pſeudo Fabiani II. ad quam Aquiſgranenſis Synodus reſpexiſſe videtur, vt ſupra monuimus; ſed nulla tum Urbani, nulla Joannis tertij nulla forte aliorum plurimorum nomine vulgata erat.

c A.D.853. 26.April.

Hac etiam mente Sueſſione[c] ſub Leone IV. habitum Concilium ex Innocentij epiſtolis *ad Victricium* & *ad Epiſcopos Macedoniæ* citanda putauit, quæ Pſeudo-Iſidorus in Pſeudo-Marcelli epiſt. priore, & Pſeudo-Damaſi epiſtola *de Chorepiſcopis* deſcripſerat. Quid quod Benedictus ille Leuita, quem omnium primum merces has, ſi non conquiſiuiſſe, ſaltem expoſuiſſe veriſimile eſt, noſtram de Epiſtolis ſententiam plane confirmare videtur? [d] *Maxime,* inquit, *trium vltimorum Capitula iſtorum librorum Apoſtolica ſunt cuncta auctoritate roborata, quia his cudendis maxime* [e] *Apoſtolica interfuit legatio. Nam eorum nomina præter trium, id eſt* [f] *Leonis, Sergij & Gregorij hic non inſeruimus, liceat ea per ſingulos conuentus inſerta inueniſſemus, vitantes legentium atque ſcribentium nomina: Si quis autem plenius ea noſſe voluerit, illorum legat authentica quibus illa inſerta reperiet.* Cur vero horum trium mentionem fecit, reliquorum pepercit nominibus Benedictus? Finxit nimirum ſe Lectoris faſtidium vitare, eiúſque ſubleuandi cura teneri: quid ſi veteratorem agere, piósque omnes fallere voluit? *Ipſe Benedictus Leuita* (inquit [g] Baronius) *etſi ex Iſidori collectione accepit multa: tamen bene conſcius, auctoritatem illarum epiſtolarum haud adeo conſtantem, ſed nutare admodum, nunquam aliquem illarum citauit auctorem vt fecit in reliquis, quarum fides conſtans eſſet, Rom. pontificum epiſtolis, Innocentij, Leonis, Gelaſij, Symmachi atque Gregorij, citans ac nominans earum auctores; ſed & magna cautela quod ſciret ex eis accepta haud adeo haberi firma, curauit (vt ipſe in fine teſtatur) eadem auctoritate Apoſtolica confirmari.* Non igitur Lectori, ne tædio vllo afficeretur, ſed ſibi, ne impoſtor à Lectore deprehenderetur, cautum voluit Benedictus; optima autem cautio viſa eſt Papalis auctoritatis, quam contra nemo tunc temporis hiſcere audebat, obtentus; cum itaque nullam aliam ad impoſturam faciendam viam munire poſſet Capitularium conſarcinator, ſua commenta Apoſtolicæ ſedi probati ſcripſit, Romanámque Eccleſiam ſecum falſi crimine teneri, quam epiſtolarum in eius gratiam confictarum patrocinio carere maluit, & (ſi Baronio[h] credamus) obtinuit.

d ad finem 7. libri capitul.
e Autgarius ſcil. Moguntinorum Epiſcopus · ſedis Rom legatus.
f Sedit n. Gregorius IV. ab A. D. 828. ad 844. Sergius ab A. D. 844. ad 847. Leo IV. ab anno 847. ad 855. quo (menſe Auguſto) ipſi ſucceſſiſſe dicitur Ioanna.
g A.D.865. § 7.
h Ibid.

Harum aliquando teſtimoniis (vt ſupra vidimus) vſus Gallorum omnium ſuo tempore doctiſſimus Hincmarus, re penitius perſpecta, (cum commentitias pleno ore pronuntiare, atq; exerto brachio quas ſemel admiſerat confodere puderet) eas tandem auctoritate omni

ſpoliare

ſpoliare conatus eſt: reſtituit itaque veris auctoribus, quæ Pſeudo-Iſidorus aliis addixerat ſententias. Exempli cauſa, libri quinquagintaquinque capitum, cap. 12. 23. 25. 36. Gregorium magnum ſcripſiſſe decernit, quæ Pſeudo-Dionyſius epiſt. 2. Pſeudo-Felix quartus epiſt. 1. Pſeudo-Euariſtus epiſt. 2. Pſeudo-Stephanus epiſt. 2. Pſeudo-Fabianus epiſt. 3. ſibi vendicauerant. Deinde docuit epiſtolas non modo receptis Canonibus ſed inter ſe contrarias eſſe, [a] *Scriptum eſt*, inquit, *in præfatis epiſtolis, vt accuſationes Epiſcoporum non recipiantur, & in eiſdem habetur qualiter recipiantur, & vt à ſuis ouibus Epiſcopi accuſari non valeant:* Et paulo poſt, *In eiſdem epiſtolis ſcriptum eſt non debere vel poſſe Synodum ſine iuſſione vel conſenſu Romani pontificis: & ſacri Nicæni [b] Canones dicunt; Bene placuit annis ſingulis per vnamquamque prouinciam bis in anno Concilia celebrari* &c. Tertio monuit eaſdem epiſtolas in multis Hincmari Laudunenſis eas receptis Canonibus æquantis propoſito aduerſari, [c] *deuitans*, inquit, *prolixitatem Epiſtolæ, per ſingula, ſicut poteram, tibi oſtendere de his quæ collegiſti, illa ipſa te redarguere quæ putas plurimum tecum facere, de quibuſdam tibi tantum ex his quæ collegiſti, ſpecialiter reſpondebo &c.* 4. Obſeruauit ipſummet earum Collectorem, eas reliquis decretalibus æquiparare non auſum fuiſſe; *Differentiam* [d] *quoque*, inquit, *inter epiſtolas quas collegit, & ſacros Canones, ex verbis B. Gelaſij, quibus & ſua verba interpoſuit, fecit.* Denique inſinuauit ſe alia habere quæ & epiſtolis & de ipſis earum patrono obiicere poſſet, quæque ſilentio premere maluit, quam promere (veritus Romanæ Curiæ quam totis viribus propugnabat Carolus Caluus offenſionem: *de cuius* [e] *ſcilicet* (inquit) *Iſidori dictis, ſed & de Epiſtola Damaſi quam ſuæ præfationi ſuppoſuit, & collectioni præpoſuit, quædam poſſem prolixius oſtendere, ſed cum ad ea quæ huic ſunt opus, Apoſtolicæ ſedis, Leonis & Gelaſij, ac cæterorum pontificum Rom. poſt Damaſum ſufficientiſſime auctoritas & explanatio ſuppetat, ſuperfluum duxi non neceſſaria in medium deuocare.*

Nicolaum primum, vtut Gallicanorum Epiſcoporum argumentum reſponſione contentioſa ſubuertere conatus fuerit, in eadem cum ipſis de epiſtolarum à Pſeudo-Iſidoro collectarum auctoritate ſententia fuiſſe nonnulla ſunt quæ ſuadeant: Primò enim epiſtolæ Clementis nomine ad Iacobum ſcriptæ teſtimonio iſque ſemel vtitur, ita tamen vt abſtineat ab appendice quam Epiſtolarum ſuppoſitor Ruffini verſioni attexuit; idem de Ioanne VIII. pronuntiare poſſumus. 2. De appendice illa, reliquiſque Clementis, Anacleti &c. nomine ſcriptis epiſtolis nuſquam meminit: Imo, ſi Baronium [f] audiamus, *ab ipſa quidem Iſidori collectione conſulto viſus eſt abſtinuiſſe, quippe cum in his controuerſiis frequens eſſet, in quibus de appellatione ad ſedem Apoſtolicam ageretur, & ex illis epiſtolis multiplicia ſuppeterent eadémque fortiſſima teſtimonia ſanctiſſimorum pontificum, eorundémque martyrum, quorum ſumma auctoritas in Eccleſia eſſe poſſet; abſtinuit tamen ab illis penitus, quas ſaltem dubias intellexiſſe non dubium ſit; illis tantum vſus de quibus nunquam in Eccleſia Dei fuerat dubitatum, quod illis aduentitiis & recens inuentis non egeret Eccleſia, cum eadem aliunde* ex germanis, ſince-

a cap. 20. in libri 55. capitum, contradictionem ex cu'at diſt. temporum rerum cauſarum, &c. at idem apud Frodoardum lib. 3. cap. 22. aperte aſſerit à Laudunenſi *collectas ſententias inter ſe diſſonas & contra Euangelicam & Apoſtolicam atque Canonicam & Apoſtolicæ ſedis auctoritatem immiſſas.*

b Concil. Nicæni, can. 5. Ibid Hincmar. citat Concil. Chalced. c. 19. Antioch cap. 20. Afric. c. 62. Innocent. epiſt. 2. c. Leon. epiſt. 84 c. Greg. epiſt. 12 lib. 7. Ind. 2.

c ad finem eiuſdem capitis.

d cap. 24.

e Ibid.

f A.D. 865. §. 7.

ris, omnino legitimis, ſecuris, certíſque *Romanorum pontificum Epiſtolis abundanter accipere licuiſſet* &c. 3. Sententias, quas Pſeudo Iſidorus antiquiſſimorum vrbis Epiſcoporum eſſe finxit, aliis recentioribus adſcribit; quod nunquam feciſſet ſi poſteriores hos priorum verba mutuatos eſſe credidiſſet: poſtremam hanc obſeruationem exemplis aliquot in medium ex ipſis Nicolai epiſtolis adductis confirmare conabimur. Is ergo poſtquam epiſtola octaua verba epiſtolæ * Damaſi in cauſa Maximi Cynici ſcriptæ deſcripſit, epiſt.9. [a] ex Gregorio *de deſcenſu Domini ad Sodomitas*, quædam mutuatur quæ Pſeudo Euariſtus epiſtolæ ſecundę inſeruit; Epiſt.10. citat ex epiſt.3. Bonifacij I. quæ apud Pſeudo Julium epiſt.2. leguntur. Epiſtola [b] 32. citat ex Innocentij epiſt. 7. quæ Pſeudo-Damaſus habet epiſt.5. [c] Epiſtola 30. & 40. citat ex epiſt. 2. Bonifacij I. quæ Pſeudo Julius ſcripſiſſe dicitur epiſt.2. Epiſt. 40. citat epiſtolam Julij ad Orientales quam Athanaſius in apologiam ſuam ſecundam tranſtulit, nulla earum quas Pſeudo-Iſidorus Julio ſuppoſuit mentione facta. Ibid. citat ex epiſt. 1. Zoſimi quæ Pſeudo-Damaſus habet epiſt.5. Epiſt.42. citat ex epiſt. 2. Innocentij quæ Pſeudo-Marcelli epiſt. 1. exhibet, & ex epiſt. 84. Leonis quæ Pſeudo Julius habet epiſt.1. Epiſt. [d] 4. appendicis citat ex epiſt.18. Innocentij & Leonis 84. quæ à Pſeudo Melchiade ad Hiſpanos, Pſeudo Julio epiſt. 1. & Pſeudo-Athanaſio ad Felicem II. ſcripta dicuntur. Cap. [e] 55. reſp. ad Conſulta Bulgarorum ex epiſt.2. Celeſtini petit quæ in Pſeudo-Fabiani epiſt. . leguntur. Idem in Adriano [f] II. obſeruare licet, cuius epiſt.27. Leonis epiſtolis 1. & 2. reſtituit quæ compilauerant Pſeudo-Soter epiſt. 2. & Pſeudo Damaſus epiſt.5.

* excidit e-piſt. illa.
a Indict. 15. A.D.866.
b poſt A. D. 863.
c A.D.865.
d A.D.863.
e A. D. 866.
f A. D. 872.

. Poſt A.D. 900. præualente pontificiorum lucifugarum factione, ſpiſſeſcentibúſque quas in dies eructabat Satan tenebris, præſumptionis & contumaciæ ſtudio factum eſt vt plures praua & falſa defendere, quam ad recte monentium patrum facta & verba conſentire mallent: itaque vix [g] duos inuenias qui (ad Concilij Baſilienſis tempora) contra torrentem niti, & veritatis oculos ferientes radios admittere auſi ſint. Tandem ille ipſe, quem Æneas Syluius de geſtis Concilij Baſilienſis *Eugenianorum Herculem*, id eſt Papalis partis ὑπερασπιστὴν vocauit, Nicolaus de Cuſa [h] Cardinalis, caput extulit, nonnulláſque Pſeudo Clementis n. & Pſeudo-Anacleti epiſtolas cenſura, quam ad finem primæ Clementinæ deſcripſimus, notauit. Vide librum ſecundum de Concord. Cathol. capite trigeſimoquarto, & librum tertium cap.2.

Eodem tempore vixit Henricus [i] Kaltheiſen à Magdeburgenſibus citatus, qui in tractatu, *an Imperium ſit vnquam a Romanis ad Græcos tranſlatum*, ſic ſcripſit; *nunc (meo iudicio) illa de Conſtantini donatione apocrypha ſunt; ſed fortaſſis quædam alia longa & magna ſcripta, S. Clementi & S. Anacleto attributa ſummis pontificibus; in quibus volentes Rom. ſedem omni laude digniſſimam pluſquam expedit exaltare ſe penitus fundant; cum tamen omnino non videantur illorum ſanctorum epiſtolæ, conſiderantis con-*

g Marſilium Patauin. defenſ. pacis parte 2. cap. 27. Gobellinus in Coſmidromio.
h Scripſit de cõcord. Cath. initio Concil. Baſil. id eſt circa A. D. 1432 obiit antẽ A. D. 1464.
i obiit A. D. 1465. teſte Poſſeuino in Apparatu.

tis contentis in iis. Scribitur enim in epiſtolis Clementis quomodo Papa fuerit & Petri ſucceſſor, & poſt Petri mortem ad S. Iacobum has fingit ſcriptor miſiſſe epiſtolas, qui fuit frater Domini & Hieroſolymorum Epiſcopus: & eſt tamen hoc omnino falſum, cum ſit manifeſtum prius Petro Iacobum 8. annis finiiſſe martyrio vitam. Scribit quoque ipſum Clementem ſucceſſorem fuiſſe Petri, ſed hoc idem in aliis quæ S. Anacleto adſcribuntur legitur. Sed ſi hoc eſſet verum, quomodo Sancti viri, Hieronymus, Auguſtinus, Optatus Mileuitanus, & cæteri, qui omnium pontificum Rom. catalogum poſuerunt, hoc ignoraſſent, qui Clementem non interſerunt, vel ſaltem non immediate poſt Petrum ponunt, ſi ipſas aut tunc vidiſſent, aut pro authenticis habuiſſent? Inuenitur inſuper in ipſis Epiſtolis de Epiſcoporum à Sacerdotibus differentia, quæ tamen longo tempore poſt hunc (vt Hieronymo placet & Damaſo) in Eccleſia orta eſt.

Hunc ſecuti Joannes [a] de Turrecremata Cardinalis, Deſiderius Eraſmus, Joannes Driedo, Claudius Eſpencæus, Didacus Couarruuias, aliíſque nonnulli, quorum cenſuras ſuis quaſque locis inſeruimus.

a obiit A.D. 1468. teſte Bellarm. de ſcript. Eccl.

Eraſmi veſtigia preſſit [b] Gregorius Caſſander Colonienſis Theologus in *defenſione libelli de officio pij viri* §. Quod autem &c. *De reliquis* (inquit) *quæ Clementis, Anacleti, Euariſti, Alexandri, Teleſphori &c. nomine circumferuntur, qui credi poſſit, vt ea homo veritatis & ſinceritatis amantiſſimus tantopere probet, cum pleraque eorum, & olim ab ipſis pontificibus inter Apocrypha ſint reiecta, & poſtremis hiſce ſeculis noſtráque etiam ætate à viris prudentiſſimis & doctiſſimis adductu grauiſſimis & firmiſſimis rationibus in dubium ſunt reuocata.* Et paulo poſt, *Eraſmi vero noſtri de his ſcriptis iudicium omnibus notum eſt, quare illud adducere nihil attinet* &c.

b circa A.D. 1563.

Antonius [c] Contius Regius iuris in Academia Biturigum Cuborum profeſſor, idem de Epiſtolis iudicium tulerat in præfatione quam notis ſuis in iuris Canonici corpus præfixam voluerat; at ſuppreſſa eſt à Cenſoribus Belgis; quorum conſceleratas manus ſubterfugiens annotatiuncula etiam nunc teſtatur, eos quorum eminet audacia atque proiecta eſt, à conſiliis malitiæ ſuæ ne deſeri: Sic enim totidem verbis Contius in diſt. 16. c. *ſeptuaginta. Multas ſupra in præfatione rationes adduxi, quibus omnes pontificum, qui Sylueſtrum præceſſerunt, decretales falſas eſſe manifeſte oſtendi.*

c circa A.D. 1570.

Joan. Carolus [d] Bouius Oſtunenſis Epiſcopus, quam de Pſeudo-Clementis epiſtolis ſententiam probaret, docuit in præfat. quam Conſtitutionum libris à ſe in Latinum ſermonem tranſlatis præpoſuit. *Relictæ nobis ſunt* (inquit) *aliæ Epiſtolæ Clementis nomine inſcriptæ, ex quibus Rom. pontifices & Triburienſe Concilium, atque Vaſenſe aliqua tranſtulerunt. Quas tamen certum eſt non eſſe eas, quarum meminit Epiphanius in primo [e] contra hæreſes libro: in quo ſcribit laudari in iis epiſtolis virginitatem, atque omnes Prophetas, ex eóque ſumi argumentum contra Hebionem illos vituperantem. Quæ quidem in iis peruulgatis Epiſtolis non legimus; leguntur autem in eis multa tranſlata ex itinerario, quæ illarum auctoritatem reddunt*

d circa A.D. 1564. paulo ante Concilij Tridentini exitum.

e hæreſi 30

a vide epiſt. 4. & recognit. lib. 6. *leniorem: in* [a] *quibus vnum de quotidiana lotione corporum, quaſi ea ad mentis munditiem pertineat, eſt omnino non ferendum. Hebionitæ enim cum quotidianos baptiſmos haberent, corruptis Clementis libris Petrum fecerunt illorum baptiſmorum auctorem* &c.

b circa A.D. 1580. Antonius [b] Auguſtinus Tarraconenſis archiepiſcopus, etſi Epiſtolarum omnium patronus eſſe videatur, multa tamen in Hadriani primi collectionem annotauit, quæ plurimorum auctoritatem vehementer labefactent. Exempli cauſa, In cap. 7. accuſationis ordinem &c. *Ego ſuſpicor* inquit *ex Conſtit. vlt. Honorij & Theodoſij lib. tit. 2. Codicis Iuſtiniani (ſi tempora pa.iantur) ſumpta hæc eſſe omnia, aut eam conſtitutionem Eutychiani verbis conſcriptam fuiſſe* &c.

In cap. 8. *Videntur eſſe hæc verba ſumpta, ſi tempora paterentur, ex verbis Aniani interpretis nouellæ Valentiniani & Marciani, nonnunquam exhiberi* &c. In hæc verba cap. 16. *Nullum alterius iudicis* &c. *Eorum pontificum verba neſcio quomodo in Conſtitutionibus Gratiani & aliorum imperatorum leguntur, libro ſeptimo tit. 48. capite vltimo Codicis Iuſtiniani, quo Zephyrinus eſt multis ſeculis antiquior; (fuit enim Seueri Imperatoris tempore) legibus ſeculi ait fuiſſe conſtitutum; eandem refert totam aperte Gregorius lib. 11. c. 54. epiſtola 52. regiſtri; Aniani verbis videntur noſtri delectati, aut Anianus noſtrorum pontificum verbis* &c.

In cap. 22. *Hæc poſtea verba inuenimus in Conſtitut. 41. Honorij & Theodoſij libro 16. tit. 2. Codicis Theodoſiani: quomodo hæc in pontificias conſtitutiones inſerta ſint ignoramus.*

In capite 23. *Antiquior* patriarcharum *mentio extat in Clementis & Anacleti epiſtolis, quibus mira quædam referuntur, mihi valde ignota: fuiſſe aliquando apud Ethnicos* Archiflamines, *ſiue* primos flamines, *&* primos quoſdam legis Doctores: *Sic enim eſt in epiſtola prima Clementis ad Iacobum fratrem Domini, & in eiſdem vrbibus à Petro Apoſtolo accepiſſe, vt* Primates *vel* Patriarchæ *conſtituerentur Epiſcoporum: at in quibus alij minores* Archiflamines *eſſent, illic* Archiepiſcopos *conſtitui; in ſingulis alijs vrbibus ſingulos Epiſcopos. Hæc Gratianus diſtinct. 80. c. 2. Burchardus libro primo cap. 155. & Anſelmus lib. 6. c. 105. Nec minor naſcitur admiratio ex verbis Anacleti epiſt. 2. Prouinciæ multo ante Chriſti aduentum: tempore diuiſæ maxima ex parte* &c.

In capite ſunt prouinciarum vbi dudum primates legis ſeculi *erant &c. qui ad aulam Imperatoris vel regum confugere non poterant* &c. Patriarchas *vel* primates *eſſe iuſſerunt: reliquæ metropolitanæ ciuitates quæ* minores iudices *habebant, licet maiores* comitibus ſiue comitatibus *eſſent, haberent Metropolitanos ſuos; &c.* patriarchas *vel* primates *eſſe iuſſerunt. Hæc etiam refert Gratianus diſtinct. 99. c. 1. Anſelm. lib. 6. cap. 106. Iuo parte 4. 3. 1. Panorm. & 5. 53. decreti. Idem Anacletus epiſt. 3. Tomum ſe ait hac de re conſcripſiſſe, in quo enumerat primas ciuitates quæ à ſanctis Apoſtolis & à B. Clemente ſiue ab ipſo primates prædicatores acceperant. Mox in commune nomine gentium & Chriſtianorum in rebus refert; Mox de tribus primis ſedibus ſiue Eccleſiis, Romana, Alexandrina, & Antiochena notiora conſcripſit: In his omnibus quæ aut ſubdita ſunt, aut ita obſcura vt nullam vtilitatem afferant,*

in ea

in ea ſententia ſum, vt cupiam ex Gratiani decreto tolli, vt alia pleraque, quæ magis Lectores perturbant quam docent; multorum enim capitum lectione in eo libro non releuamur, ſed oneramur; quibus facile carere potuimus.

In cap.31. *Videntur eſſe verba mutuata (ſi tempora paterentur) ex Conſtit. 19. Valentiniani & aliorum Impp.* &c.

In cap. 34. *Quod in fine dicitur* de appellatione eius qui ad ſupplicium ducitur, *non videtur Pontificij iuris eſſe, ſed ex iure ciuili arreptum, & in ſuprascriptis epiſtolis inſertum. Poſtea incidi in Aniani interpretationem Conſtit. Codicis Theodoſiani & in eis hæc fere omnia inueni tit.8. lib.11. C.1.2.& 3. Conſtantini Imp.* &c.

In capite 36. *Epiſtola Damaſi ad Aurelium Carthag. poſita initio Conciliorum plerisque ſuſpecta eſt, & alia nonnullæ antiquiorum Damaſo pontificum.*

In cap.47. *Eadem verba inuenio vt interpretationem Conſt.3. Imperatoris Conſtantini lib.9.Tit.1. Codicis Theodoſiani in editione ſiue collectione Aniani, cuius hæc verba ſunt ſub Alarico rege Gothorum; prius fuerat Conſtit.5. Fuit autem Fabianus Conſtantino multo antiquior, vtpote qui ſub Maximino & Gordiano Africano vixit; Xiſtus III. tempore Valentiniani Imp.* &c.

In cap. 53. *Sunt hæc Aniani verba libro nono tit. 30. Conſtit. 1. Codicis Theodoſiani ſiue tit. 40. in integro libro: mirum autem eſt verba Aniani & Conſt. Conſtantini Imperatoris vſurpari ab antiquioribus pontificibus.*

In cap. 63. *Quod vero de* epiſt. Clementis ad Jacobum *controuerſia eſt apud quoſdam, incertum relinquimus; antiquiſſimam eſſe nobis conſtat, & multa ex ea ab aliis relata; & interim dum non reprobatur à Rom. ſede, à nobis non reijcitur.*

Sunt tamen quædam loca in epiſt. Clementis quæ videntur ab alijs eſſe adiecta ex libris Recognitionum *ipſius Clementis, quos libros ab antiquis patribus non inuenimus relatos atque receptos: quin potius, vt* Canones Apoſtolorum & Clementis Itinerarium, *à Gelaſio & Rom. Synodo notantur, atque apud Grat. diſt.15.c.3.* Plura alij ex eiuſdem Clariſſimi viri operibus aliis eruent veritatis teſtimonia.

Robertus Bellarminus[a] Cardinalis *in* controuerſiarum libris epiſtolarum auctoritatem pro virili propugnauit, hanc tamen ipſi aduerſus eas confeſſionem extorſit diuina veritatis vis; [b] *aliquos errores in has Epiſtolas irrepſiſſe non negauerim, nec indubitatas eſſe affirmare audeam.*

[a] A.D.1577. vel paulo poſt.
[b] de Rom. pontif. lib. 2; cap.14.

Cæſar Baronius Cardinalis, Annalium πολυθρύλλητος ſcriptor, plurima nobis aduerſus epiſtolas nonnullas, quæ prout occaſio fuit ad finem epiſtolarum Pſeudo-Clementis, Pſeudo-Melchiadis, Pſeudo-Marci, &c, retulimus: pauca addenda ſunt quæ & Collectoris & collectionis epiſtolarum auctoritatem quaſi impacto ariete ſubruant.

A.D.102.[c] §.11. *Iſidorus non ille ſanctus Epiſcopus Hiſpalenſis, vt multi nomine decepti ſunt opinati, ſed ille dictus cognomento* Mercator, *vt ſuo loco dicemus, Collectionis* auctor eſt &c.

A.D.865. §.5. *Certum eſt,* [d] *quod quæ antiquior eſt facta collectio epiſtola-*

[c] poſt A.D. 1585. hæc ſcripſit Baron.
[d] ſcripſi hæc poſt A.D. 1600.

rum decretalium Romanorum pontificum, atque Canonum diuerſorum Conciliorum, id ſibi nomen vendicauit, vt eiuſmodi volumen, liber tunc Codex Canonum, aut corpus Canonum *diceretur, aucta acceſſione aliarum qui poſtea vixerunt Romanorum pontificum epiſtolarum, & aliorum quæ poſtea ſunt celebrata Canonum Conciliorum. Quæ autem antiquior & vberior apparuit collectio epiſtolarum Romanorum pontificum & Canonum diuerſorum Conciliorum, fuit Creſconij, de qua ſuo* [a] *loco ſuperius dictum eſt, quæ aucta multorum Canonum & epiſtolarum acceſſione in nomen illud tranſiit, vt* liber Canonum *ſeu* corpus Canonum *diceretur. Cúmque plures aliæ compilatæ fuerint Canonum collectiones, quæ cæteris opulentior edita eſt ab Iſidoro cognomento* Mercatore *continens Epiſtolas antiquorum Romanorum pontificum, incipiens a Clemente longe recentior fuit, teſtante id Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo, vtpote quæ non ante Carolum Magnum ab Hiſpania in Gallias fuiſſet delata per Ricolphum* [b] *Archiepiſcopum Moguntinum: ſic enim ait in Epiſtola ad Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum,* ſicut de libro &c. *Qui autem ex dictis Epiſtolis ab Iſidoro primum editis collegit capitula, eáque intulit in libros Capitulares regum Francorum, fuit* Benedictus Leuita, *qui id de ſeipſo teſtatur in præfat. lib. 5. eorundem Capitularium: qui ſcripſit (vt vidimus) tempore filiorum Ludouici Pij Imperatoris, Ludouici, Lotharij atque Caroli, vbi ait,* Hæc vero capitula &c. *Merces illas nimirum (vt audiſti ab Hincmaro) Iſidori Mercatoris per Riculphum primum illatas in Gallias ex Hiſpania; Ne quis* [c] *calumniari poſſit ab Eccleſia Romana aliquid huiuſmodi commentum eſſe. §. 6. Porro eundem Riculphum Moguntinum Epiſcopum vixiſſe temporibus Caroli Magni eiuſdem temporis complura monumenta certam fidem faciunt, atque inprimis teſtamentum eiuſdem Caroli Magni, cui inter alios idem Riculphus ſubſcriptus inuenitur, idémque interfuiſſe inuenitur Concilio Moguntino cui præfuit, habito anno ſalutis 813. item VVormatienſi, cuius & mentio habetur in* [d] *libro ſeptimo Capitularium, vbi pro* Riculpho *errore ſcriptoris* Tuculphus *nominatus legitur* Archiepiſcopus Moguntinus. *Succeſſit hic S. Lullo anno Domini 786. vt* [e] *antiqui notant Annales atque Hermannus Contractus, idémque tertius numeratus à S. Bonifacio eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo & martyre. Cum igitur ante Riculphum Iſidori Collectionem non nouerint Galliæ Hiſpaniis proximæ, minúſque Italia, coniectura eſt Iſidorum illum haud pridem vixiſſe atque ſcripſiſſe, eámque ita primum vulgatam eſſe per Riculphum qui attulit, inde per Benedictum qui intulit in libros Capitulares, & demum per Hincmarum iuniorem Epiſcopum Laudunenſem nouiſſimum vſque ad hæc tempora Collectorem, quem Hincmarus Rhemenſis qui emunctas magis nares habuit in multis redarguit, ſuggillans eam qua vſus eſt Iſidori Collectionem, cuius rei cauſa accuſatus eſt. Nam de eo Frodoardus in hiſtoria Rhemenſi* [f] *cap.16. in fine hæc habet:* Deinde quod

a A.D.527. §.76.

b nō per Riculphum allatam dicit Hincmarus ſed ab eo diſſeminatam: vide ſupra proleg. 5.

c hanc rimā ibid. obſtruximus.

d lib.7.c.205.

e ergo corrigendum quod ſcripſit Card. Not. Martyrolog. ad 16. Octobr. Lullum A.D. 787. viuere deſiiſſe.

f in quod exemplar Frodoardi inciderit Baronius neſcio, libro tertio ab initio ad finem de Hincmaro agit, cap.16. nihil niſi epiſt. ad Carolum ab Hincmaro aduerſus Gotheſcalcum ſcripta continetur, cap. 21. & 29. meminit Apolog. Hincmari *aduerſus obtrectatores qui calumniabantur eum quod nollet auctoritatem recipere decretorum pontificum ſedis Romanæ,* &c. cap. 22. referuntur verba Hincmari proteſtantis ſe *decret. epiſtolas, & venerabiliter ſuſcipere, & venerabiliter ſuſcipiendas dicere & ſcribere* &c. at nullibi verba à Baronio citata reperio.

Pontifi-

Pontificum Romanorum epiſtolas Decretales contemnebat accuſatus; contra profeſſus & proteſtatus eſt, ſe cum maximo honore has admittere, tenere & approbare: Hac ſcilicet occaſione ea ipſum iniuſtum nota apparet, quod ſe Iſidori eam collectionem minime in omnibus probare ſignificaſſet. §. 7. Qui autem primus excerpta ex eis epiſtolis decreta cum titulo edidit Romanorum pontificum quorum nomine cenſerentur, fuit (quem diximus) Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus, vt apparet ex epiſtola ſeu libro contra ipſum ſcripto ab Hincmaro Rhemenſi, qui eam Laudunenſis lucubrationem accipiens, non ſine ſtomachatione legit, quam & in pluribus arguit. Laudunenſem vero ſecuti ſunt alij, vt qui ſequenti ſeculo ſcripſit Burchardus; & poſt ipſum alij, qui nomina [a] ipſorum Romanorum pontificum ſingulis capitibus præfixerunt, quod & omnium nouiſſimus æque præſtitit Gratianus. §. 8. At vero ex multis eas reddi ſuſpectas epiſtolas quæ dicta ſunt ſecundo Annalium tomo, dum de ſingulis mentio facta eſt, ſatis eſt demonſtratum, ſimúlque oſtenſum, illis non indigere S. Romanam Eccleſiam, vt (ſi falſitatis arguantur) ſuis ipſa [b] deſtituatur iuribus & priuilegijs, cum (etſi illis careat) ex legitimis germanisque [c] aliorum Romanorum pontificum epiſtolis decretalibus ſatis ſupérque corroborata conſiſtat. Cæterum quod excerpta ex illis capita à Benedicto Leuita primum vt Canonibus conſentientia probata eſſent (vt ipſe teſtatur) auctoritate [d] Romanorum pontificum, quod & à poſterioribus factum eſt collectoribus, eadem vſu potius recipi contigerunt, quam conſtanti ipſarum firmitate. Verum quod his temporibus, cum recens haberetur earum editio, nec perfecte in omnibus cognita eſſent, nondum admota lucerna Cleanthis, & ex parte tantum eas recipiendas negarent, quod extra corpus Canonum, ſuo ſeorſum volumine poſita haberentur, hanc obiectionem ipſorum magni poſſe eſſe momenti Nicolaus conſiderans, dum reliquæ omnes Romanorum pontificum extra poſita decretales abolerentur, [e] vna iſta ſententia, reſcripſit ad eos epiſtolam decretalem magni ponderis &c.

Idem in notis Martyrol. ad 4. April. Erraſſe arguitur Vaſæus, qui hunc Iſidorum Pacenſem, illum eſſe putauit Iſidorum qui collegit Epiſtolas Romanorum pontificum atque Concilia, qui & in eius voluminis exordio commentariolum edidit de ordine celebrandi Concilij. Errant & Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, Trithemius, & alij qui illam collectionem tribuunt Iſidoro Hiſpalenſi. Id quidem in primis refellitur, quod Braulius, & Ildephonſus qui illis vixere temporibus, catalogum texentes ſcriptorum ipſius, nullam prorſus mentionem de eo opere habuerunt. Inſuper omnis de ea re dubitatio tollitur, dum auctor operis ibidem agens de ordine celebrandi Concilij, recitat * verba primi Canonis vndecimi Concilij Toletani, atque etiam in præfatione meminit Agathonis Papæ: porro longe ante eius Synodi ac Papæ Agathonis tempora Iſidorus Hiſpalenſis ex humanis deſierat. In antiquis manuſcriptis Codicibus hunc Iſidorum collectorem Conciliorum Mercatorem cognomento dictum inuenimus, vt in his quos in noſtra Bibliotheca habemus; at in nuper impreſſis non Mercator ſed peccator inſcriptus reperitur, ſecundum

[a] non modo Pſeudo-Iſidori commentis, nomina pontificum præfixerunt, ſed nouis à ſe fortaſſe excogitatis.

[b] nulla peculiaria habuit à Chriſto.

[c] quarum omnium prima A. D. 385. data eſt.

[d] ſcilicet Rom. Papas auctoritate ſua ad probanda commenta inſulſiſſima abuti non puduit. Euge Baroni.

[e] non abolebantur aliæ epiſtolæ pontificum per Gallorum obiectionem, ſed vim legis Eccleſiaſticę non habere dicebantur: itaque Sophiſtam egit Nicolaus in peſſima cauſa.

* recitat verba tituli non capitis. Archidiaconus, inquit, lecturus eſt can. Toletani Concil. 11. era 1. Ne tumultu Concilium agitetur; quo Canone perlecto ſtatim Concil. Epheſ. ex ordine perlegatur &c.

morem nonnullorum antiquorum patrum qui humilitatis ergo ſe ſic inſcribere & ſubſcribere conſueuerunt. Irrepſit puto error vt Mercator *pro* Peccator *ſit ſcriptus. Cum autem eiuſdem Collectionis auctor recenſendo in ſua præfatione Synodos vniuerſales ſextam vltimo loco ponat, manifeſtum eſt poſt dictam ſextam Synodum vixiſſe nec ad ſeptima tempora perueniſſe: Quam ob cauſam cum Collectores ſacrorum Canonum recenſemus, quintum hunc ordine numeramus, primóque loco ponimus Dionyſium exiguum, inde Ferdinandum Diaconum, tertio Martinum Bracarenſem,* 4. *Creſconium, ac demum poſt hos omnes Iſidorum*, &c. Vide & ad 16. Octob.

a A.D.1607. Auctor epiſtolæ nomine [a] Gallo-franci *pro libertate ſtatus & Reip. Venetorum* ad Philenetum ſcriptæ pag. 10. *Horum Canonum* (Si quis Sacerd. *cauſſ.* 11. *q.* 1. & Clericos *cauſſ.* 3. *q.* 4.) *fides iis ſuſpecta eſt, qui vel eorum temporum doctrinam, vel auctorum ſtylum, vel ſtatum imperij non ignorant, vt etiam omnes illæ Epiſtolæ quæ Roman. pontificibus vſque ad Syricium Papam adſcribuntur pro dubiis & incertis, ne dicam ſuppoſititiis habentur, quemadmodum & liber qui inſcribitur* Canones Apoſtolorum, *à quibuſdam* liber de Epiſcopis *nuncupatus, in quo nonnulla de Clericorum criminibus referuntur* &c.

b A.D.1610. Edmundus Richerius, [b] Facultatis Theologicæ Pariſienſis Doctor, & Sorbonæ Syndicus in libello *de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate*, & pro eo Simon Vigorius in magno Conſilio regis Conſiliarius, in libello cuius titulus *Ex reſp. Synodali data Baſilea &c. pars præcipua.*

c A.D.1613. Pag. 28. [c] *Quam ridicule cauillatores Richerium reprehendunt, quod dicat ex Hincmaro*, paruam eſſe adhibendam fidem epiſtolis decretalibus ante Nicænam Synodum; *cum & ipſi de libro Damaſi, de Clementis epiſtolis (licet ſæpiſſime in iure canonizatæ ſint) controuerſiam faciant*, &c. Et paulo poſt: *Epiſtolas Anacleti, tum multas alias cæterorum pontificum ante tempus Concilij Nicæni nullius eſſe fidei, facile eſt probare, quibus multas epiſtolas fuiſſe falſo tributas, ſcriptores Eccleſiaſticæ hiſtoriæ referunt* &c.

Pag. 30. b. *Si ineptias quibus illa epiſtola farciuntur conſideres facile deprehendes cuiuis alij competere potius quam ſanctiſſimo Patri* Anacleto.

Et pag. 31. a. *Cæteris epiſtolis vix fidem adhibebit Lector diligens, in quibus multa ſuppoſita facile deprehendet, ſed volumine non commentarioli eſſet opus* &c.

Pag. 113. b. *Monuimus has epiſtolas valde ſuſpectas. Epiſtolam Marcelli diligens Lector attendat, ſtatim iudicabit principium & finem ſibi non cohærere. Finis quidem epiſtolæ optimum patrem & ſanctiſſimum pontificem ſapit: Initio autem nihil agit, quam de his quæ ad maieſtatem ſummi pontif. ſpectant. Epiſtola* ad mala pullulantia reſecanda, *(vt ipſe ait) ſcribenda erat: at de iis quæ initio ſcribit nullam fuiſſe controuerſiam apud Antiochenos, ex fine epiſtolæ apparet.* An ſit caput iuxta Apoſtolorum ſanctiones, vt nulla Synodus fieri poſſit præter eius conſenſum, *vt* Epiſcoporum iudicium ad eum referatur: *& paulo poſt*, Paſtoralis ergo cura officij nos admonet &c. *Illud ergo eſt verbum cauſatiuum, & illa verba* Paſtoralis cura officij, *indicant ſuper his quæ priori parte epiſtolæ dixerat eſſe decernenda; at quæ*

at quæ ſequuntur ad præcedentia nullo modo referri poſſunt. Quod ſatis demonſtrat principium epiſtolæ eſſe ſuppoſititium. Adde quod in Nicena Synodo decretum eſt, quæ prouinciæ ſubſint Antiocheno Epiſcopo ex veteri conſuetudine, vt prouinciæ occidentales Romano, quod videtur epiſtolæ Marcelli repugnare. Addam quod poſt Marcellum Synodus Antiochena, in qua Paulus Samoſatenus damnatus eſt, longe ante Nicænam celebrata eſt inconſulto pontifice Romano. Poſtremo illud quod dicit de iudicio Epiſcoporum, quis non videt verba eſſe Sardicenſis Concilij quinquaginta annis poſt Marcellum celebrati, quod omnium primum cenſuit iudicia Epiſcoporum ad ſedem Roman. referenda? quod tamen nuſquam priſcis temporibus obſeruatum tota teſtatur Conciliorum hiſtoria, vt ſupra monuimus. Quod ſi dixerunt eadem verba eſſe epiſtolæ eiuſdem Marcelli ad Maxentium Tyrannum, quæ canonizata c.1. diſtinct. 17. Quis credat hac Marcellum maximo omnium tyranno, Chriſtianorum perſecutori acerrimo, ſcripſiſſe? Hoc rationi & ſenſui repugnat. Verba ſubijcere placet. Synodum ergo abſque huius S. Sedis auctoritate Epiſcoporum quanquam quoſdam Epiſcopos poſſitis congregare, non poteſtis regulariter facere; nec vllum Epiſcopum qui hanc appellauerit ſedem damnari antequam hinc ſententia finitiua procedat &c. An ea verba Synodus, auctoritas ſedis Apoſtolicæ, congregatio Epiſcoporum, regulariter, Apoſtolica ſedes, conueniunt tyranno, à nomine Chriſtiano alieniſſimo, vt & reliqua epiſtolæ, quæ conflata eſt tota ex locis Scripturæ, quam nauci non faciebat, & cuius ſedis maieſtatem ita magnifecit, vt Marcellum ſanctiſſimum Epiſcopum, cuſtodiæ beſtiarum præfecerit, quarum fœtore & pædore confectus interijt? Hæc abſurdiſſima. Sed & huius epiſtolæ Eccleſiam puduit. Nam licet ſit canonizata, tamen eius non ſit mentio in lectione quæ recitatur in feſto Marcelli.

Idem in Apologia [a] aduerſus M. Andream du Val parte 1. fol. 49. a. Queritur quod Epiſtolis Anacleti vtor ad probanda ea quæ ſuſcepi, & tamen ijs quæ ad tollendam maieſtatem pontificis faciunt me nequaquam fidem adhibere: ſed homo oculatus non animaduertit me illas ex iure pontificio expromere, ac potius pontifices quam Epiſtolas Anacleti teſtes laudare. —in me bacchatur, quia aſſerui in epiſtolis quæ pontificibus tribuuntur ante Nicænam Synodum, multa ſuppoſititia reperiri, (vt ipſemet fatetur de epiſtolis Marcelli) quæ nec in Codice antiquo Canonum inſerta ſunt, c. Si Romanorum diſtinct. 19. a A.D. 1615.

Et fol. 51. a. Reſpondeo primo, certum eſſe huiuſmodi epiſtolas noſtro ſeculo minime confictas eſſe, permultáque in his contineri quæ vera eſſe poſſunt.

Secundò, Auctores illarum epiſtolarum potuiſſe hæc à Ruffino aut alijs antiquioribus deſumere: ſed quod putat aduerſarius maximi momenti ad eis fidem adrogandam, nimirum quia omnes in deſcribenda pontificis auctoritate conueniant, idipſum eſt quod illas fictitias conuincit, propterea quod omninò παρέργως, & extra propoſitum, de illa concorditer agant, quamuis in alijs rebus maxime diſſentiant. Hoc autem argumento eſt, excogitatas ab Iſidoro Mercatore, atque alijs fautoribus abſolutæ Monarchiæ, vt notaui in epiſtolas Marcelli.

Et parte 4. pag. 210. Quod (ex epiſtola Marcelli) à Marcello Synodos

abſque ſententia Epiſcopi Rom. non habendas, *conſtitutum probare tentat amicus noſter, ſatis in meo commentario refutaui, atque probaui illam Epiſtolam fictitiam. Certe Doctor noſter fatetur verba, ex quibus probabam falſam*, eſſe ſuppoſita, & ab aliquo impoſtore & deprauatore addita. *Primam autem partem prioris epiſtolæ commentitiam eſſe apparet, quod ſubſequentia antecedentibus nullo modo cohæreant. In principio profitetur ſe* ad reſcindenda mala *ſcribere, & tamen de iis nullo modo agit, tantum admonet* orationis charitatis & hoſpitalitatis. *Dicebam autem Marcellum ſcripſiſſe* ab Apoſtolis conſtitutum ne abſque ſententia Epiſcopi Rom. Synodi haberentur. *At nulla de hac re extat memoria, vel in tota Scriptura vel in Canonibus Apoſtolorum.*

Paucula hæc ex ipſo pontificiorum (inter quos nonnulli infenſiſſimi veritatis hoſtes fuere) ſinu petita teſtimonia ſufficiunt; vt cum Theodoreto [a] concludere liceat, ἐχρῆν ἀτεχνῶς τοῦτο τὸ δόγμα τοῖς τῶν γραικῶν σοφῶν προσβάλλειν ... ταῦτα γὰρ δὴ ἴδια τοῦ ψεύδους, ὑπὸ τοῦ ξυνηγόρου ξυνηγορεῖν τῷ ψεύδει· καὶ ὁ τῆς ἀληθείας κατήγορος, ἀλλ᾽ οὐχ ὁ τῆς ἀληθείας ξυνήγορος. Reliquarum Turriani pontificibus [b] duodecim ſuppoſitas epiſtolas propugnare conantis argutiarum refutationem plenam hic addere animus fuerat, ſed in immenſum creſcente libri mole, à propoſito deſtitimus; faue modo cœptis (benigne Lector) & à nobis, ſi conatum probaueris, quæ primitiis hiſce deſunt, expecta cum auctario; quo Synodos aliquot eiuſdem cum Epiſtolis farinæ, ex Eccleſiaſticorum monumentorum albo tandem aliquando expungendas eſſe, (Deo annuente) docebimus. Vale, & nos piis precibus iuua.

[a] Serm. de Angelis lib. de curand. affect. Græc. 3.

[b] reiiciūt noſtri epiſtolas omnes quas Iſidorus Mercator antiquiſſimorum vrbis Epiſcoporum nomine vulgauit: Turrianus eas duntaxat à Cenſuris Magdeburgenſium vindicare conatus quas tenebrio ſuppoſuit, Clementi, Anacleto, Euariſto, Alexandro, Sixto, Teleſphoro, Hygino, Pio, Aniceto, Soteri, Eleuthero, Victori & Zephyrino: reliquas indefenſas abiecit.

Addenda ad finem epiſtolæ Pſeudo-Aurelij ad Damaſum.

Epiſtolam hanc adulterinam eſſe gemella alia probat, qua Pſeudo-Iſidorus finxit ab Hieronymo inuitari Damaſum ad ſcriptionem libri pontificalis, Damaſi nomine vulgati.

Beatiſſimo * Papæ Damaſo *Hieronymus.*

Gloriam ſanctitatis tuæ *noſtra humilitas* deprecatur, vt ſecundum *Apoſtolicæ ſedis auctoritatem, quam cognouimus gubernari per* tuam ſanctitatem, actus geſtorum à *B. Petri* principatu *vſque ad* veſtra tempora, quæ geſta ſunt in ſede tua *nobis* per ordinem enarrare digneris, *quatenus* noſtra humilitas ſentire cognoſcat, qui meruit de Apoſtolorum ſupra dictæ S. ſedis martyrio coronari vel *qui* contra Canones *Apoſtolorum* exceſſiſſe cognoſcitur. Ora *pro nobis* Beatiſſ. *Papa. Dat. 5. Kal.* Maij, accepta *Romæ.*

* quæ diuerſo charactere expreſſimus vtrique epiſtolæ communia ſunt: agnoſcis Hieronymianam facundiam, Lector?

Obſer-

Obſeruanda in Pſeudo-Damaſi epiſt. ad Aurelium.

Phraſis hæc *debita veneratione ſuſcepimus*, videtur eſſe imitatio verborum Honorij ad Bonifacium Papam ſcribentis: *Scripta beatitudinis tuæ, debita reuerentiæ gratulatione ſuſcepimus*, &c.

Verba hæc ad finem epiſtolæ: *His itaque rite* deliberatis, *& ad Eccleſiarum veſtrarum notitiam* noſtra *deliberatione perlatis, parere vos eorundem* Sanctorum Canonum regulis ſummopere *conuenit*: petita ſunt ex epiſtola quam Felix III. A. D. 488. * Idib. Martij Dynamio & Siphidio Coſs. *ad vniuerſos Epiſcopos* ſcripſit: reſecanda verba addititia *eorundem Sanctorum Canonum regulis ſummopere*, & pro *deliberatis*, ſcribendum *diſpoſitis*, & pro *noſtra* legendum *matura*.

* anno 104. à Damaſi quē A.D. 384. obdormiiſſe vult Baronius obitu.

EPISTOLÆ

PRISCIS PONTIFICIB. ROMANIS SVPPOSITÆ,

cum Notis & Cenſura.

CLEMENTIS PAPÆ Epiſtola I.

Rufino Torano Aquileïenſi Interprete.

CLEMENS, [a] *IACOBO FRATRI DOMINI, & Epiſcopo Epiſcoporum, Regenti Hebræorum Sanctam Eccleſiam Hieroſolymis, ſed & omnes Eccleſias, quæ vbiquè Dei prouidentia fundatæ ſunt, cum Presbyteris & Diaconibus, & cæteris omnibus fratribus, Pax tibi ſit ſemper.*

NOTVM tibi facio, Domine, quia Simon Petrus qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, [b] *fundamentum* eſſe *Eccleſiæ* definitus eſt, qua de cauſa etiam Domini ore diuino cognominatus Petrus; qui fuit *primitiæ* Electionis Domini, *Apoſtolorum primus*, cui & *primò* Deus pater filium reuelauit, cui & Chriſtus competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus eſt & electus, & conuiua Domini & comes effectus, [c] tanquam bonus & probatiſſimus diſcipulus, qui *ob-*

a Turrian. pro epiſt. lib. 2. c. 13. Κλήμης Ἰακώβῳ τῷ κυρίου ἀδελφῷ καὶ ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ, διέποντι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πανταχῇ θεοῦ προνοίᾳ ἱδρυθείσας καλῶς, σύν τε πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀδελφοῖς εἰρήνη εἰς πάντοτε. Idem titulus libri de geſtis Petri à Perionio Latinitate donati: quo ſenſu Iacobus Eccleſiarum omnium rector fuerit, infra dicemus.

b An Petrus *fundamentum Eccleſiæ, primitiæ electionis Domini, primus* Apoſt. cui *primo* filius reuelatus, infra docebimus.

c Turrian. pro epiſt. lib. 2. c. 25. *ὁ καλὸς καὶ δόκιμος μαθητὴς ὁ τὸ δύσεως τὸ σκοτεινότερον τοῦ κόσμου μέρος ὡς πάντων ἱκανώτερος φωτίσαι κελευσθεὶς, καὶ κατορθῶσαι δυνηθείς.* quo ſenſu occidens *obſcurior mundi plaga?* An quia Solis radij prius feriunt Palæſtinam quam Italiam cæteraſq; Europæ

ſcuriorem mundi plagam occidentis *(velut omnium potentior)* illuminare præceptus eſt, quique[d] & integre potuit implere præceptum.

Sed quouſque ſermonem protraho, refugiens indicare quod triſte eſt, quod quidem neceſſe eſt licet tardè proferre? Hic denique ipſe Petrus, qui pro immenſa charitate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia, (aduerſante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non deſtitit, & regem omnium ſeculorum per orbem terræ, & vſque ad ipſius Romanæ vrbis huius notitiam, vt etiam ipſa ſaluaretur, inuexit: hic, inquam, pro pietate pati volens, præſentem vitam finiuit.

In[e] ipſis autem diebus, quibus vitæ finem ſibi imminere præſenſit, [f] in conuentu fratrum poſitus, apprehenſa manu mea, repente conſurgens, in auribus totius Eccleſiæ hæc protulit verba.

Audite me fratres & conſerui mei, quoniã, vt edoctus ſum ab eo qui miſit me Domino & Magiſtro meo Ieſu Chriſto, dies mortis meæ inſtat, Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino, cui [g] ſoli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram trado; Qui [h] mihi ab initio vſque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc Veritatem totius meæ prædicationis agnouit; qui in [i] omnibus tentationibus meis ſocius extitit, fideliter perſeuerans: Quem præcæteris expertus ſum Deum colentem, homines diligentem, caſtum, [k] diſcendi ſtudiis deditum, ſobrium, benignum, iuſtum, patientem, & ſcientem ferre nonnullorum (etiam ex his qui in verbo Dei inſtituuntur) iniurias. Propter quod ipſi trado à Domino [l] mihi traditam poteſtatem ligandi & ſoluendi, vt de omnibus quibuſcunque decreuerit in terris, hoc decretum ſit & in cælis. Ligabit enim quod oportet ligari, & ſoluet quod expedit ſolui, tanquam qui ad liquidum Eccleſiæ regulam nouerit. Ipſum ergo audite, ſcientes quia Quicumque [m] contriſtauerit doctorem veritatis peccat in Chriſtum, & Patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. Ipſum autem qui præeſt cæteris, oportet Medici vicem agere, & non feræ beſtiæ furore commoueri.

partes? At hoc ſenſu Palæſtina obſcurior plaga reſpectu Indię, India reſpectu Americæ, America reſpectu Hiſpanię quę poſtrema Europæ regio verſus occidentem. An vero quia occidẽtales vero gratiæ lumine deſtituti, horrendis errorum tenebris inuoluti ſunt? At oriens nõ minus quàm occidens in vmbra mortis iacuit, deteſtãdæ Idololatriæ deditus & ſacrilegis cultibus, quibus occidenti iã illuminato pertinaciter adhæſit.

d De huius loci ſenſu vide Append.

e Turrian. loco citato, ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς ἡμέραις ... παθεῖν.

f Hæc ad verbũ ex Epiſtolis geſt. Petri à Perionio Latinitate donata.

g Clementem Lino defuncto à Petro ordinatũ ſcribit Auctor conſt. lib. 7. c. 46. Turrianus Linum Cletumque viuente Petro ordinatos eiuſdem coadiutores facit, quod cum huius epiſt. verbis nullo modo ſtare poteſt. Si enim Linus & Cletus coadiutores Petri fuerunt, eiuſdem cathedræ participes facti ſunt: quomodo ergo ſoli Clementi tradita? de ſucceſſione Romanorum Epiſcoporum infra dicemus. h Vide Act. 1. 21. 22. i Imitatur 2. & 1 epiſt. verba Domini ad Apoſtolos, Luc. 22. 28. k vide 2. Tim. 2. verſ. 23. 24. l Matth. 16. & 18.
m Hæc verba citat Pſeudo Alexander epiſt. 1.

Hæc

Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius rogabam excuſans me, & declinans honorem cathedræ, vel poteſtatem;[n] At ille reſpondens; *Pro hoc* (inquit) *ne me rogaueris. Hoc enim fieri ſtatutum eſt mihi, & eo magis, quod excuſas; quia hæc cathedra eum qui cupit eam & audacter expetit non requirit, ſed ornatum moribus & in verbis eruditum. Quod ſi eſſet alius melior,*[o] *ſi quis mihi alius adiutor tam ſedulus adſtitiſſet, ſi quis tam plenè doctrinæ meæ rationem cepiſſet, ſed & Eccleſiaſticas diſpoſitiones à me tam plenè didiciſſet, habens alium talem non te cogerem opus bonum ſuſcipere nolentem. Superfluum eſt ergo alium quærere,*[p] *cum primitias eorum qui ex gentibus per me ſaluantur, & præcipuè huius vrbis te primum obtulerim Deo. Sed & illud intuere, quia ſi periculum peccati timens, ſuſcipere refugis Eccleſiæ gubernacula, certus eſto quia amplius peccas, qui populum Dei velut in fluctibus poſitum & periclitantem, cum iuuare poſſis, ſubterfugis, tui tantummodò habens conſiderationem, & non quod in commune omnibus expedit prouidens. Sed certus eſto, quod neceſſe eſt te ſuſcipere omne periculum, quia*[q] *nec ego pro ſalute omnium ab obſecrando ceſſabo. Quanto ergo mihi citius acquieueris, tanto me citius laboris & triſtitiæ meæ mærore releuabis. Noui etiam hoc, ô Clemens, quod tibi tædia & moleſtias, pericula etiam & opprobria inerudita vulgi indociliſque conciliem; quæ tu tamen ſcio quod conſtanter & fortiter feres, reſpiciens ad illam ſpem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum iuſta ratione perſpicere, quando maximè opera tua indiget*[r] *Chriſtus, nunc cum inimicus aduerſus ſponſam eius commouet bellum, an in futuro tempore quando iam Chriſtus poſt victoriam triumphabit, nec vltrà vllius opera indigebit. Quis non etiam parui ſenſus intelligat, quod iſtud eſt tempus, in quo operam tuam Chriſtus requirit? Tota igitur mente in præſenti neceſſitate præbe operam tuam, & auxilium in prælijs exhibe regi optimo, remunerationes magnificas poſt victoriam reddituro. Libenter ergo ſuſcipe Epiſcopatus officium, eo maximè quod Eccleſiaſticas diſpoſitiones à me probabiliter didiciſti, vt ſalus eorum qui per nos confugerunt ad Deum nequaquam vacillet. Verumta-*

n hacuſque liber de geſtis Petri.

o vbi tunc Linus? vbi Cletus? quos, Petro tradente, Romanæ Eccleſiæ clauum tenuiſſe conſtans eſt aduerſario ſententia? an credibile eſt Clementem à de oris oblitum fuiſſe, vt laudum propriarum præco factus, eas mortuo Iacobo decantaret?

p Turrian. pro epiſt. lib. 2. c. 14. οὐ γὰρ ἦ ἐμοῦ τῶν σωζομένων ἐκεῖνο εἰ πρῶτον ἀπαρχή. Siue de Domino oblatis per Baptiſmum, ſiue de Eccleſiaſtico miniſterio mancipatis loquatur Pſeudo-Clemens, ſibi veritatique contrarius eſt. Cornelium & familiares gentium primitias fuiſſe docet Act. lib. 1. c. 10. Maronem Tripolitanæ Eccleſiæ præfectum ante quàm Petrus Romam periiſſet teſtatur auctor Recognit. lib. 6. Cletum denique Roma oriundum, ſecundum à Petro Romanæ Eccleſiæ gubernaculis admorum pontifici omnes fatentur.

q de dormientium in Domino precibus pro Eccleſia militante agemus infra; Conſule Append.

r ſiue Græca fideliter expreſſerit ſiue ſuo more peruerterit Ruffinus, certum eſt, Chriſtum nullius opera indigere.

men & breuiter te de ipſius diſpenſationis ordine, coram omnibus commonere neceſſarium duco.

Te [f] *quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias,* [t] *ne fideiuſſor exiſtas, ne aduocatus litium fias, néve in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris, mundialis negotij occaſione perplexus. Neque enim iudicem aut cognitorem ſecularium negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus, vti ne præfocatus præſentibus hominum curis, non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis; Iſta namque opera, quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus,* [u] *exhibeant ſibi inuicem diſcentes, id eſt Laici, & te nemo occupet ab his ſtudiis per quæ ſalus omnibus datur.*

Sicut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudiis, ſolicitudines ſuſcipere ſeculares; ita & vnicuique Laïcorum peccatum eſt, niſi inuicem ſibi etiam in his quæ ad communis vitæ vſum pertinent operam fideliter dederint: Te [x] *verò ſecurum facere ex his quib. non debes vacare, omnes communiter elaborent. Quod ſi fortè ſemetipſis hoc Laïci non intelligunt, per Diaconos edocendi ſunt, vt tibi ſolius Eccleſiæ ſolicitudines derelinquant, quo ipſam vt dignum eſt, diſpenſare ſufficias, & veritatis verbo abundantiùs & ſtudioſius deſeruire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, & teipſum decipies & eos qui te audiunt. Non enim poteris quæ ad ſalutem pertinent, plenius ſingulis quibuſque diſtinguere. Et ex eo fiet, vt & tu, tanquam qui non docueris quæ ad ſalutem hominum pertinent,* [y] *puniaris, & diſcipuli per ignorantiam pereant.*

Idcirco tu quidem ad hoc ſolùm vacato, vt opportunè & ſine intermiſſione doceas verbum Dei, per quod ſalutem conſequi poſſint.

Illi [z] *verò cum tanta reuerentia tua verba ſuſcipiant, tanquam qui ſciant legatum te & præconem eſſe veritatis, &* [a] *quodcunque ſuper terram ligaueris, eſſe ligatum & in cœlo; & quodcunque ſolueris ſuper terram, etiam ibi eſſe ſoluendum. Quoniam quidem & tu vt dixi, quæ oportet ligabis, & quæ expedit ſolues. Et ad te quidem qui præes, iſta ſint monita & his ſimilia.*

Ad [b] *presbyteros verò ſint iſta.* [c] *Ante omnia, vt pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptiis iungant, quo calorem feruentis ætatis coniugali lege præueniant. Sed ne in prouectioribus quidem curam haberet*

f Munus Epiſcopi.

t Turrian. pro epiſt. lib. 2. c. 1. μήτε ἐγγυητὴν γενόμενον, μήτε συνήγορον, μηδὲ ἕτερόν τινα βιωτικῶν πραγμάτων ἐμπεπλεγμένον πράγματι. οὐ γὰρ κριτὴν ἢ δικαστὴν χρημάτων ἢ ἀσχολημάτων χειροτονῆσαί σε θέλει τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ὁ Χριστός. confer cum conſtit. lib. 2. c. 6.

u hoc munus infra presbyteris committer.

x Turrian. pro epiſt. lib. 3. cap. 11. καὶ οἱ δὲ περὶ ἂν χρὴ ἀμαθεῖς ὦσι, οἱ πάντες ποιοῦν ἵνα σὺ νοῆς περὶ τῶν διαφερόντων χριστιανοῖς ἵνα μόνης τῆς Ἐκκλησίας τὴν φροντίδα ἔχων ἀρκέσῃς τὸ διοικεῖν αὐτὴν καλῶς.

y ſic legendum contendit Ioann. de Turrecremata Summ. de Eccl. cap. 102. non deponaris, vt volebat Ioan. Antioch. patriarcha.

z Hunc locum deſcripſit Pſeudo-Euariſt. epiſt. 2. paucis immutatis.

a Matt. 16. 19.

b Munus presbyterorum.

c Turrian. pro epiſt. lib. 2. c. 2. περὶ πάντων δὲ τοὺς νέους γάμῳ ζεύγνυσθαι ἐν τάχει, προλαμβάνοντας τῆς ἀκμῆς ἐπιθυμίας τὰ πρόσφορα. confer cum conſtit. lib. 4. cap. 10.

alias Gennadij

huiuſcemodi negligant[d], *quia in multis etiam cum ſenuerit corpus concupiſcentia viget. Ne fortè ergo fornicationis labes occaſione accepta tanquam venenum peſſimum ſerpat in vobis, cauere & antevenire neceſſarium eſt, ne quod in vobis adulterij occultum coaleſcat incendium.*

Et[d] *quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundum namque in pœnis obtinet locum: quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant à Deo etiamſi ſobriè vixerint. Propter quod vos (ô presbyteri) Eccleſiam excolite, & ordinate ſponſam Chriſti ad pudicitiam. Sponſam autem dico,*[e] *omnem Eccleſiæ congregationem; quæ ſi pudica inuenta fuerit à ſponſo ſuo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur, & vos, velut miniſtri ſponſæ, & amici ſponſi, ingenti gaudio & lætitia perfruemini. Si verò ſponſa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipſa quidem tanquam indigna,* [f] *non tradetur regalibus thoris. Vos autem pœnas dabitis, ſi fortè per veſtram negligentiam vel deſidiam obrepſerit contagio ſæua peccati.*

Idcircò ante omnia ſobrietatis & pudicitiæ ſolicitudinem gerite. Valde enim apud Deum graue crimen ducitur fornicatio, cuius ſpecies ſunt quidem plures, ſicut vobis & ipſe Clemens[g] *diligenter exponet. Verumtamen prima ſpecies adulterij eſt, virum propria vxore ſolummodo non eſſe contentum, & mulierem non proprio tantum ſeruare ſe viro. Si ergo caſtus fuerit quis, poteſt & humanus & miſericors fieri, per quod & ipſe æternam à Deo miſericordiam conſequatur.*

Sane ſicut adulterij venenum cunctis malis pernicioſius eſt, ita amor fraternus &[h] *charitas totius boni faſtigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres veſtros, & cum religione & miſericordia reſpicite ad omnes.*

Orphanis[i] *exhibete voſmetipſos parentes. Viduis virorum curam impendite cum omni caſtitate, quæ neceſſaria ſunt præbentes. Iuniores tamen viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honeſtas aliquas occaſiones, quibus victum neceſſarium quærant: Artificibus vero operam prouide, debilibus miſericordiam facite. Sciò autem hæc omnia facturos vos ſi*[k] *charitatem præ cæteris & ante omnia in veſtro corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ & habendæ maximum erit fomentum, ſi frequenter inter voſmetipſos*[l] *communem cibum veſtrum menſamque faciatis, & in-*

d Hunc locum citat Nicolaus 1. epiſt. 49.
Sacrilegiū fornicatione peius aſſerit Pſeudo-Pius epiſt. 2.
e Nota.
f al. extrudetur à regalibus.
g Clem. conſtit. lib. 6. c. 28.
h 1. Cor. 13.
i Turrian. lib. 2. pro epiſt. cap. 1. θεῖς μὲν ὀρφανοῖς ποιεῖν τὰ γονέων· ταῖς δὲ χήραις τὰ ἀνδρῶν παρέχειν· τοῖς ἀκμαίοις τοὺς γάμους, καὶ τοῖς ἀτέχνοις διὰ τῆς ἐπιτηδεύσεως συνοῦν τὰς ἀφορμὰς τῆς ἀναγκαίας τροφῆς. vide 1. Tim. 5. confer cum conſtit. lib. 4. c. 2.
k 1. Pet. 4.
l Cōmunis victus per ſe nihil ad pietatem cōfert: Sanctificatur tamen à piis quib. omnia munda teſte Apoſtolo Tit. 1. 15. hinc agaparum vſus in Eccleſia, de quibus Iudas verſ. 12. Tertul. Apol. c. 39. ... conſtitutionum lib. 2. c. 32. Clem. Alex. pædag. lib. 2. c. 1. Cyprian. lib. 3. ad Quirin. c. 3. ... epiſt. ... 2. Concil. Gangr. c. 11. Laodic. c. 27.

quantum vnuſquiſque præualet, crebrius panes & ſales ſuos cum fratribus ſuis ſumat. Per hæc enim præcipue charitas comparatur, & cauſa totius boni in huiuſmodi communione conſiſtit. Vbi autem pax & bonitas ibi & ſalus. Propter quod communes facite cibos veſtros cum his qui ſecundum Deum fratres ſunt; quia [m] per hæc temporalia officia pacis & charitatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multo autem ſolicitius eſurientes reficite, [n] & ſitientibus potum date, nudis veſtimentum; ægros viſitate, & eos qui in carcere ſunt (prout poſſibile eſt) iuuate: peregrinos ſatis prompte in domibus veſtris ſuſcipite. Et ne omnia nunc ſingulatim dicam, [o] omne bonum ipſa per ſe (ſi in vobis fuerit) charitas vos facere docebit; ſicut & è contrario eos qui à ſalute alieni ſunt omne malum facere odium docet.

Si [p] qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſeculi nõ iudicentur; ſed [q] apud presbyteros Eccleſiæ, quicquid illud eſt dirimatur; & omni modo obediant ſtatutis eorum. Super omnia autem auaritiam fugite, quæ homines occaſione præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras, ſtateras pro locis quibuſque, æquiſſima cuſtodite: depoſita fideliter reſtituite. Quæ omnia, & ſi qua ſunt ſimilia his, ita demum ſolicitè & diligenter implebitis, ſi futurum Dei iudicium ſine intermiſſione in veſtro corde voluatis. Quis enim peccare poterit, ſi ſemper antè oculos ſuos Dei iudicium ponat? Quod in fine mundi certum eſt agitandum, vt [r] tandem qui bene in hac vita egerunt, conſequantur bona repoſita, peccatores autem vt conſequantur præparatas & reconditas pœnas; de quibus ita futurum dubitare omninò non poſſumus. Si quidem hæc omnia ita eſſe ventura [ſ] verus nobis propheta prædixit. [t] Vnde & vos, qui eſtis veri prophetæ diſcipuli, abjicite à cordibus veſtris ante omnia [u] diſcordias & animorum diſſenſiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac ſimplicitatem tota mente ſeruate.

Quod ſi forte alicuius cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his, quæ ſuperiùs memorauimus, latenter irrepſerit; [x] non erubeſcat qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc, huic qui præeſt, vt ab ipſo per verbum Dei & conſilium ſalubre curetur, quo poſſit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire.

Diaconi [y] vero Eccleſiæ, [z] tanquam oculi ſint Epiſcopi, oberrantes, & circumluſtrãtes cum verecundia actus totius Eccleſiæ, & per-

m Hæc pontificiorum de Meritis operum ſententiam non fulcire infra demõſtrabim'. vide Append.
n Matt. 25. 35.
o hæc verba deſcripſit Pſeudo-Euariſt. epiſt. 2.
p Turrian. lib. 3. pro epiſt. c. 11. οἱ πράγματα ἔχοντες ἀδελφοὶ ὑπὸ τῶν ἐξουσιῶν μὴ κρινέσθωσαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τῆς Ἐκκλησίας πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν πάντι τρόπῳ ἑτοίμως αὐτοῖς πειθόμενοι.
q ſupra hoc Laïcorũ munus eſſe volueras: cur ea quæ Epiſcoporum muneri repugnantia iudicas presbyteris iniungis?
r Eccl. 7.
ſ Matt. 25. Chriſtus verus propheta.
t Hunc locum deſcripſit Pſeudo-Euariſt. epiſt. 2.
u Iac. 3.
x Quid in confeſſione ſecreta improbemus, alibi docebimus: vide Appendicem.
y Munus Diaconorum.
z Idem repetunt Pſeudo-Anaclet. epiſt. 1. Pſeudo-Euariſt. epiſt. 1. vide conſtitut. lib. 2. c. 44.

ſcrutantes

ſcrutantes diligentiùs, ſi quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad Epiſcopum, & commoneri ab eo poſſit, is qui in præcipitium lapſurus eſt, vti reuocetur & non corruat in peccatum. Negligentiores quoque & eos qui rariùs ad audiendum verbum Dei accedunt, nec ſolicite ad Epiſcopi tractatum conueniunt, ipſi commoneant & hortentur. Si enim aſſidui ſint ad audiendum, non ſolum vitæ æternæ ex ſalubri commonitione capiunt lucra; verum & quæcunque illæ ſunt triſtitiæ vel mœrores, quæ ex præſentis vitæ neceſſitatibus & cladibus temporum veniunt; quæque malorum ſermonibus in corde ſuo velut iacula defixa circumferunt, abjiciuntur omnia prædicatione veritatis, & vitæ æternæ doctrina & eruditione purgata. Alioquin ſi multo tempore auditum ſubtrahant à verbo Dei, & remaneant in cultu vitiorum, [a] ſine dubio ſpinis erunt ac ſentibus occupati. Et quid aliud niſi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo, vt diximus, Diaconis cura ſit. Sed & eos qui ſecundum carnem ægrotant, ſolicite perquirant, & plebi (ſi forte plebs ignorat) indicent de his vt ipſi viſitent eos, & quæ neceſſaria ſunt, præbeant eis, cum conſcientia eius qui præeſt. Quod tamen etiamſi clàm fecerint non peccabunt. Sed & de peregrinis, ſimiliter Epiſcopo ſuggerant, refouendis; & cætera his ſimilia, quæ ad cultum Eccleſiæ & diſciplinam eius pertinent, Diaconis curæ ſint.

Qui [b] cathechizant, id eſt, qui verbo inſtruunt incipientes, primo oportet, vt ipſi inſtructi ſint; de anima enim agitur hominum. Et oportet eum qui docet & inſtruit animas rudes eſſe talem, vt pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipue, apprime eſſe eruditus & doctus, irreprehenſibilis, maturus, impauidus, ſicut ipſi probabitis fore Clementem hunc poſt me. Multum eſt autem ſi ego nunc de ſingulis, quæ vnuſquiſque habere debeat, proſequar. Verumtamen illud eſt quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune ſeruari vt concordiam teneatis, per quod ſolùm poteſtis portum quietis intrare, & ciuitatem ſummi regis (quæ pax nominatur) habitare.

Similis [c] namque eſt ſtatus omnis Eccleſiæ magnæ naui, quæ per vndoſum pelagus diuerſis è locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius Dominus ipſe omnipotens Deus, gubernator vero ſit Chriſtus. Tum deinde proretæ officium Epiſcopus impleat, presbyteri nautarum, Diaconi [d] diſpenſatorum locum teneant; hi qui catechizant nauto-

a De mamiſſe ũt ſpinis ac ſentibus.

b Manus catechiſtarum.

c Hunc locũ citat Pſeudo-Anaclet. epiſtol.1. vide conſtit.lib.2. c.61.

d Turrian. pro epiſt.lib. 3.c.8. οἱ διάκονοι διαχόροις παρεικάσθωσαν. quod vetus interpres ſic interpretatus eſt *Diaconi diſp. &c.* figura aptiſſimæ cõparationis, vel non percepta vel neglecta.

* Notabis Lector hanc cẽſuram nõ minus ſerio Pſeudo-Anacletum qui Ruffinum ſecutus eſt, quã Ruffinum qui aliis labendi fuit autor.

logis conferantur: epibatis autem totius fraternitatis multitudo ſimilis ſit: ipſum quoque mare hic mundus habeatur; ventorum vero varietates & turbinum diuerſis tentationibus conferantur; perſecutiones, tribulationes, & pericula, fluctibus exæquentur. Terreni vero ſpiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuallibus ſpirant pſeudoprophetarum & ſeductorum, ſeu praua doctrinæ verba ducantur: promontoria vero & loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſeculi ſunt iudices & pericula minantur & mortes. Bithalaſſa vero loca quæ duplicibus vndæ fallacis æſtibus verberantur, dubijs mente & de repromiſſionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt. Hypocritæ autem & doloſi, piratis ſimiles habeantur. Iam vero rapidus vortex, & tartarea Charybdis, & ſaxis illiſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones, quid aliud æſtimanda ſunt quam peccata? Reſtat igitur, vt hac nauis curſu proſpero tuta poſſit portum deſideratæ vrbis intrare, ita Deo precem fundere nauigantes vt mereantur audiri.

e orationes ipſius.

*Audiri autem à Deo ita demum merebitur quis, ſi[e] orationes ipſæ bonis moribus & bonis operibus adiuuentur. Sed ante omnia cum quiete & ſilentio, epibatæ (id eſt Laïci) in ſuis vnuſquiſquis reſideant locis, ne forte per inquietudinem & inconditos inutileſque diſcurſus, ſi paſſim vagari cœperint, vel ab officio ſuo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis preſſa demergatur. Nautologi de mercedibus cōmoneant; & nihil omninò quod ad diligentiam, vel ad diſciplinam pertinet Diaconi negligant. Presbyteri velut nautæ aptent ſingula ad inſtructionem nauis diligenter, & inſtruant, quæ in ſuo tempore requirenda ſunt. Epiſcopus tanquam proreta vigilanter & ſolicitè gubernatoris verba cuſtodiat[*] Chriſti. Saluator Dominus gubernator Eccleſiæ ſuæ diligatur ab omnibus, & ipſius * ſolius præceptis ac iuſſis credat & obediat omnis Eccleſia. Deo quoque indeſinenter ſupplicetur à cunctis de proſperitate ventorum, vt nauigantes omnem tribulationem & omne periculum ſuperent, tanquam mare profundum mundi iſtius & vitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo eſuriendum ſit & ſitiendum, nuditatem quoque ferendam morbos etiam corporis & ægritudines tolerandas. Inſuper & hominum inſidiis ac dolo ſæpe laborandum, quippe qui diſpergendos ſe nonnunquam nouerint; ſed aliquando etiam congregandos: [f] Vomitus quoque & ſugillationes ferendas cum ex confuſione peccatorum & reiectione criminum, velut male congregati in viſceribus fellis, iactura facienda eſt, & abjicienda prorſus è corde omnis intrinſecùs quæ latet, amaritudo peccati, ſi qua forte ex deſide-*

* Nota.
f Turrian. pro epiſt. lib. 4. cap. 17. ἀποβάλλοντες τυπτω ἐξομολογούμενοι τὰ ἁμαρτήματα ὥσπερ ναυτιῶντες χολὴν ἐξ ἐπιθυμιῶν ἀτάκτων συναχθεῖσαν ἅπαντα τῷ ὁμολογῆσαι, ὥσπερ ἀπερυγόντες κουφίζεσθε τὴν νόσον ἀποθέμενοι τὴν ἐκ τῆς ἐπιμελείας σωτηρίαν ἕξεσθαι.

deſiderÿs iniquis velut ex cibis noxiis congregata eſt. Quam vtique cum euomuerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, ſi tamen ad vomitum quæ ad ſanitatem pertinent ſumat.

Verumtamen [g] *ſcitote cuncti quod ſupra omnes vos laboret Epiſcopus; quia vnuſquiſque veſtrum ſuum proprium fert laborem, ille vero & ſuum & ſingulorum. Propter quod (ô Clemens) tanquam qui omnibus præeſſe te noueris, ſingulos (prout potueris) iuua, & ſingulos releua, qui & ſingulorum onus & ſolicitudinem portas. Vnde & ego nunc hanc tibi iniungens diſpenſationem, ſcio quia accipio gratiam magis quam præſto. Sed eſto confidens, & fortiter ferẽs, certus quia laboris tui* meritum recipies, cùm ad portum quietis incolumem hanc prouexeris nauem. Ibi mercedes & præmia pro omnium ſalute ſuſcipies, ſi hic pro omnium incolumitate vigilaueris. Itaque ſi te multi è fratribus propter rigorem iuſtitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, ſed* [h] *ex huiuſcemodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideò ſatage magis & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à peſſimè agentibus diligaris, ſed potius propter iuſtam diſpenſationem & æquiſſimam regulam diſciplinæ, à Chriſto collaudari merearis.*

g Hæc verba refert Pſeudo-Euariſt. epiſt. 1. &c.

* N. phraſ.

h malorum odia vtilia piis.

Hæc cum dixiſſet, & his ſimilia quamplurima, [i] rurſum reſpiciens ad populum dixit; *Sed & vos (chariſſimi fratres & conſerui mei) huic qui præſidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite; ſcientes, quod ſi quis hunc contriſtauerit, Chriſtum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui Chriſtum non ſuſceperit, nec Deum Patrem ſuſcepiſſe iudicabitur, & ideo nec ipſe ſuſcipietur in regno cælorum. Propter quod ſatagite ad omnem collectam & congregationem ſemper conuenire, vt non velut negligentes & deſides à Iudice Chriſto condemnemini. Conuenientes vero ſemper ad Clementem, date omnes operam pro ipſo ſentire, & ſummo ſtudio fauorem veſtrum erga ipſum oſtendere, ſcientes quia propter ſingulos veſtrum, ipſi magis ſoli infeſtus eſt inimicus, & in ipſum maiora ſuſcitat bella. Oportet ergo vos ſummo ſtudio niti, vt omni erga illum vinculo amoris innexi, pleniſſimo erga eum inhæreatis affectu. Sed & vos quoque ipſi vnanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari & conſenſu & vnanimitate poſſitis. Propter quod & vos ſalutem conſequi &*

i iiſdem verbis vſus auctor Epitomes geſt. Petri.

ille poſſit, (obtemperantibus ſibi vobis) promptius impoſiti oneris pondus euehere.

Quædam[k] *etiam ex vobis ipſis intelligere debetis,*[l] *ſi qua ſunt quæ propter inſidias hominum malorum non poteſt euidentius & manifeſtius proſequi. Verbi gratia,*[m] *Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, Cum illo nolite amici eſſe, ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius*[n] *abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo cui ipſum ſentitis aduerſum;*[o] *ſed nec loqui his quibus ipſe non loquitur; vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum*[p] *amicitias reparare, feſtinet citius reconciliari ei, qui omnibus præeſt,*[q] *& per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis.*[r] *Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur; vnus eſt & ipſe ex illis qui exterminare volunt Eccleſiam Dei,*[ſ] *& cùm corpore vobiſcum eſſe videatur, mente & animo contra vos eſt. Et eſt multo nequior hoſtis hic, quam illi qui foris ſunt & euidenter inimici ſunt: Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimici ſunt, gerit; & Eccleſiam Dei diſpergit ac vaſtat.*[t]

Et cum hæc dixiſſet in medio, coram omnibus manus mihi impoſuit, & in Cathedra ſua, ingenti verecundia fatigatum ſedere me compulit: cúmque ſediſſem, hæc ad me rursũ locutus eſt; *Deprecor te (ô Clemens) coram omnibus qui præſentes ſunt, vt poſteaquàm (ſicut naturæ debitum eſt) vitæ præſentis finem fecero,*[u] *Iacobo fratri Domini, deſcripta breuiter, vel quæ ad initium fidei tuæ ſpectant, vel etiam quos ante fidem animos geſſeris; ſed & qualiter mihi ab initio vſque ad finem comes itineris & actuum fueris, quæque per ſingulas ciuitates, (me diſputante) ſolicitus auditor exceperis, quique in prædicationibus meis, vel verborum fuerit ordo vel actuum. ſed & qui me finis in hac vrbe repererit; ſicut dixi, omnia, quàm potes breuiter comprehenſa, ad ipſum te deſtinare non pigeat. Nec verearis ne fortè multùm de meo exitu contriſtandus ſit, cum id me pro pietate ſuſtinere non ambigat. Erit autem ei grande ſolatium ſi didicerit, quod poſt me non imperitus vir ali-*quis,

k Hæc verba citat Concil. Vaſenſe 2. cap. 6.
l ſunt quæ ipſe.
m Hæc verba citat Concil. Metenſe ſub Steph. VI. ca. 8. Pſe. do-Anacl. epiſt. 3. Pſeudo-Alexand. epiſt. 1. & Pſeudo Fabian. epiſt. 1.
n videl. qui Eccl. curam gerit; abſque ſie Côcil. Vaſ.
o huc vſque Concil. Metenſe.
p. ſibi gratiã repar.
q vt per hoc.
r huc vſque Concil. Vaſenſe.
ſ huc vſque Pſeudo-Anaclet.
t huc vſque {Pſeudo Fabianus / Pſeudo Alexãder.
Sequentia recitat auctor epitom. geſt. Petri.
u vnum Iacobũ Dom. ni fratrem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ præfectum agnouerunt Hegeſippus, Euſebius, Epiphan. &c. ne quis cum Mariano Victorio ſchol. in epiſt. 61. Hieron. & Genebrardo Chron. lib. 2. A.M. 4191. binos Iacobos ſibi inuicem ſuccedentes fingat, alterum Alphæi dictum, alterum Iuſtum qui priori ſucceſſerit, & Simeoni Cleophæ filio ſedem reliquerit: hunc enim ſ. bornar nt aduc. far j, quibus abſurdum viſum eſt Clementem Hyboliæum ad mortuum epiſtolas dare.

quis, aut indoctus, atque ignorans diuini verbi myſterium, & Eccleſiaſtici ordinis diſciplinam vel doctrinæ regulam neſciens, ſuſceperit Cathedram meam; [x] *ſcit enim quia ſi indoctus, & inſcius officium Doctoris accipiat, ſine dubio diſcipuli, & auditores ignorantiæ tenebris obuoluti in interitum demergentur.*

Vnde [y] & ego (mi Domine Iacobe) cùm hæc ab eo præcepta ſuſceperim; neceſſe habui implere, quod iuſſerat; indicans tibi & de his ipſis, ſimul & de illis breuiter comprehendens, quæ per ſingulas quaſque vrbes digrediens, aut in prædicationis ſermone protulerit; aut in geſtorum virtute perfecerit, quamuis tibi de his plurima iam & plenius antè deſcripta, ipſo iubente tranſmiſerim, ſub eo ipſo titulo quem ipſe præcepit affigi, id eſt [z] *Clementis itinerarium,* non *Prædicationis Petri.** Sed & *nunc* exponere *iam,* quæ pręcepit, Domino opem ferente incipiam.

Pœnitemini [a] (inquit) & veram agite pœnitentiam. Omnes ergo homines, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, Patrem, Filium, & Spiritũ Sanctum vnum Deum & Dominum veraciter credere & confiteri, [b] *eumque tota mente & toto corde & tota virtute diligere, & proximos ſuos tanquam ſemetipſos,* docibileſque eſſe vſque ad perfectam doctrinã ad hęc perficienda, ſummoperè docere oportet. [c] *Fides* enim & dilectio, totius bonitatis *eſt fundamentum.* [d] *Sine fide autem placere Deo nemo poterit.*

Chriſto, [e] itaque *reſurgente, & aſcendente in cælum,* [f] *miſſo S. Spiritu,* [g] *collata Apoſtolis ſcientia linguarum; adhuc in vno poſiti,* [h] *ſymbolum,* quod fidelis nunc tenet Eccleſia, *(vnuſquiſque quod ſenſit dicendo) condiderunt, vt diſcedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes* [i] *prædicarent. Summam,* [k] ergo *totius fidei Catholicæ,* [l] recenſentes, *in qua* & *integritas credulitatis oſtenditur; & vnius Dei omnipotentis (id eſt Sanctæ Trinitatis) æqualitas declaratur & myſterium incarnationis filij Dei qui pro ſalute humani generis à Patre de cælo deſcendens, de Virgine naſci dignatus eſt,* [m] quo *quo ordine, vel quando mortem* [n] *pertulerit, quomodo ſepultus ſurrexerit* [o] *& in carne ipſa cælos* aſcenderit, *ad dextram*que *patris conſederit,*

x hoc vſque Epitome.

y Hæc repetit ea lem epitome.

z hinc cõſtat verum Clementem huius epiſt. auctorem non eſſe.

* In editione Baſilienſi 1526. hic deſinit epiſt. 1. ſequentia poſt 4. ſeorſum à Sichardo ſubiiciũtur, hoc titulo pręnotata: compẽdium fidei. Pœnitemini, &c.

a Marc. 1.

b Matt. 22. Marc. 12. Luc. 10.

c Ruffin. in Symb. ſerm. Aug. de tẽp. 181. Concil. Mogunt. ſub Leone 3. c. 1.

d Heb. 11.

e Venantij Fortunati expoſit. Symb. c. 1.

f Act. 2.

g collata eſt.

h hoc in eſſe ſymb.

i æqualiter prædic.

k Ibid. ab initio cap.

l recenſentibus. m quoque. n aſcendens. o deeſt hic mentio deſcenſus ad inferos & Eccleſiæ.

Iudex[p] *venturus ſit*, [q] ac *qualiter remiſſionem peccatorum ſacro baptiſmate renatis contulerit*, *&* reſurrectionem *humani generis in* eadem carne *in vitam æternam* futuram, ſic docuerunt.

Symbolum [r] *enim Græcè*, Latine *collatio dicitur*. Et [ſ] *hoc* prædicti ſancti Apoſtoli *inter ſe, per Spiritum S. ſalubriter*, (vt dictum eſt) *condiderunt*. *Dicitur &* [t] *indicium*, *quod per hoc qui rectè crediderit* indicatur.

Ergo cunctis credentibus, quæ continentur in præfato *Symbolo, ſalus animarum & vita perpetua bonis actibus præparatur*. Et quod [u] *in primordio* eiuſdem Symboli præ*ponitur*, *Credo in Deum patrem Omnipotentem*; *præclarum* fidei *teſtimonium* & *fundamentum* in prima fronte monſtratur, *quia ſaluus eſſe poterit qui rectè crediderit*. *Credere* [x] *enim oportet accedentem ad Deum*: quoniam [y] *corde creditur ad Iuſtitiam, & ore confeſſio fit ad ſalutem*. Vnde ait propheta, [z] *Credidi propter quod locutus ſum*. Et [a] *illud, Iuſtus ex fide viuit*. Et, *niſi credideritis non intelligetis*. [b] *Ergo in rebus humanis nullum opus incipitur, niſi labor omnis ad effectum venire credatur*.

Vnde credendum eſt in Deum, à quo tam præſens vita quam futura tribuatur. [c] *Deus autem appellatio eſt ſubſtantiæ ſempiternæ, ſiue timoris diuini. Igitur* [d] *Deus ſine principio, ſine fine, ſimplex, incorporeus* & *incomprehenſibilis*.[e] *Patrem autem cum audis, agnoſce quod habeat filium veraciter genitum*, ſicut [f] *poſſeſſor dicitur, qui aliquid poſſidet*, *& Dominus qui* [g] habet cui dominetur. *Deus ergo pater ſecreti Sacramenti vocabulum eſt; cuius vere filius eſt* [h] *verbum, & ſpeculum, &* [i] *character, &* [k] *imago viuens patris viuentis, in omnibus Patri ſimilis*, [l] *eiuſdem naturæ in diuinitate, genitus & genitori per omnia coæqualis*. [m] *Nec quæratur quomodo genuit filiũ*, [n] vnde *& Angeli neſciunt*, & *prophetis incognitum eſt. Vnde illud dictum eſt*, [o] *Generationem eius quis enarrabit? Quam ſecretam originem cum proprio filio nouit ipſe ſolus qui genuit*.

Nec [p] *Deus à nobis diſcutiendus eſt, ſed credendus: qui in nobis ipſis neſcimus quod ſapimus; quomodo*, [q] ſapientia, *ingenium*, *aut intellectus*, aut *conſilium*, *aut mens noſtra generat verbum*.

p Iudexque. q reſurrectio tandem hum. gen. in eandẽ carnem, in vit. ætet. futura ſit. r Ibid D. nique Symbolum. &c. vide Auguſt. ſerm 115. de temp. Ruffin. loco cit. ſ quia hoc ipſi inter ſe. t Indicetur. u Init. cap. 2. p(r)æclarum in primordio ponitur cœleſtis teſtimonij fundamẽtũ, quia ſaluus eſſe non poterit qui rectè de ſalute non crediderit. Apoſtolo prædicante, credere &c. x Heb. 11. Ruffin. loco citato. y Item corde &c. Rom. 10. z Pſalm. 115. a vel illud Abac. 2. b ergo vel in &c. Eſai. 7. Ruffin in præf. expoſit. c tribuitur. d Deus eſt. e quomodo. f Serm. 181. Auguſt. de tempore. g qui alicui dominatur: h Ioan 1. i Heb. 1. k Coloſſ. 1. l ὁμοούσιος. m Ruffin. ibid. ſerm. 181. de tempore. n quod: o Eſai. 53. p è Ruffino ibid. vide & ſerm. 181. de temp. inter Auguſtinianos. q. ſapientiam.

bum. [r] *Sed ſufficit* noſſe, *quia lux genuit ſplendorem*; ſicut ait *Propheta,* [s] *In ſplendoribus Sanctorum ex vtero* [t] *ante Luciferum genui te. Et illud,* [u] *Hic Deus noſter non reputabitur alter ad Eum: & poſt, In* [x] terra *viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt.* *

Diligere [y] ergo Deum vnumquemque *ex toto corde & ex tota anima* (vt præfixum eſt) ex tota fortitudine oportet, & proximum tanquam ſemetipſum; reſpondente Domino cuidam ſcribarum ac dicente, [z] *Primum omnium mandatum eſt, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt; Et, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua: Hoc eſt primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt illi, Diliges proximum tuum tanquam teipſum Maius horum aliud mandatum non eſt,* quod [a] *maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis:* Vndè & in Veteri Teſtamento ſcriptum habetur: [b] *Quod tibi fieri* non vis, *alteri ne* feceris. Et Dominus ait; *Omnia* [c] *quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite* ſimiliter *illis.* [d] *Quibus* vtriſque *mandatis, per vnum malitia compeſcitur,* & *per aliud benignitas* [e] propagatur, vt [f] *ne malum quis inferat,* ſed *bonum impendat. Primum, vt caueat lædere,* [g] ſecundum *vt* norit *bonum præſtare.* [h] Si enim *fratrem quem vides non diligis, Deum quem non vides quomodo potes diligere?* Sic ergo nos decet exercere curam noſtram, vt non dimittamus curam veſtram; & ſic diligere nos, ne negligatur dilectio proximi; quia *Dei* [i] *dilectio morti comparatur, dicente* ſapientia, *Valida eſt dilectio vt mors, idcircò quia ſicut mors* [k] *violenter ſeparat animam à corpore, ita dilectio Dei* ſeparat animam *violenter à mundano & carnali amore.* [l] *Qui* enim, Dominus inquit, *diligit* me, mandata mea *ſeruabit.* Nam [m] *qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit.* Vnde [n] ſcriptum eſt, Nolite putare quod maneatis *in dilectione mea.* [o] *Neque enim regem diligimus, ſi odio leges eius habemus.* [p] *Neque* enim *ex toto corde poterit ille Deum diligere, qui neſcitur in proximi* [q] corruere *dilectione*: quia [r] per dilectionem proximi, peruenitur

r Sed vt breuiter dicamus, ſufficit nos ſcire quia &c.
ſ proph. teſtante; In---
t Pſal.109.
u Baruch.3.
x terris.
* hucuſque è Venantio.
y Hęc nō cohærent præc.
z Marc. 12. Deu. 6.7 ſec. verſ. Hieron.
a hæc non ſunt verba Domini ſed Scribæ.
b Tobiæ. 4. vide Lāprid. in Alexādro.
c Matth. 7.
d verba Greg. Mor l. lib. 10. c. 4.
e prærogatur.
f verba Iſid. Hiſpal ſent. lib. 3. c. 28.--- alterū vt bonum &c.
g Sequenter vt diſc. r &c.
h 1. Ioan. 4.
i verba Iſid. ſent. lib. 2. c. 3. Cant. 8.
k violēter ſegregat hominem.
l Ioan. 14.
m verba Iſid. loco citato.
n hoc ſcriptum nō eſt, fingit Pſeudo Iſ. vide Ioan. 15. 9. 10.
o verba Iſid. loco citato. Vide Auguſt. in 1. Ioan. tract. 9. ad finem.
p Verba Iſid. loco citato.
q. errare.
r imo teſte Iſidoro differ. lib. 2. c. 32. per amorem Dei ſit amor proximi.

ad charitatem Chriſti, quoniam (vt prælibatum eſt) [s] *in his duobus præceptis tota lex pendet & propheta.* Docibiles ergò qui perfectè docti non ſunt, ad hæc petagenda oportet omnes eſſe; & vt ipſi docti ſint, & alios prudenter inſtruere, & perfectè poſſint docere; iuxta Danielem prophetam qui ait: [t] *Populus autem ſciens Deum ſuum, obtinebit & faciet; & docti in populo docebunt plurimos.* Omnes docibiles, vt iam dictum eſt, qui docti ſunt eſſe oportet; ſed Sacerdotes doctiores cæteris populis neceſſe fore docebat Chriſtus, dicens, Quia [u] *ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.* Sacerdotes vero [x] *ſal terræ & mundi* lumen docens, præcepit in ſplendore bonorum operum patrem glorificare Deum; de quibus Dominus ait: *Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis; Sic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltrà, niſi vt foras mittatur, & conculcetur ab hominibus. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt,* [y] vt qui ingrediuntur lumen videant. [z] *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant bona opera veſtra, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.*

[s] Matth. 22.
[t] Dan. 11.
[u] Matth. 15.
[x] Matth. 5. de Sacerdotibus loquitur ſed non ſolis; ſicut pios omnes perſecutionẽ paſſos Beatos pronũciat; ita omnes lucere iubet, ſalem in ſeipſis habere &c.
[y] hæc addidit impoſtor ex Luca cap. 11. 33.
[z] Matth. 5.

Epiſcopos autem [a] *per* ſingulas *ciuitates*, quibus ille non miſerat, perdoctos & *prudentes ſicut ſerpentes, ſimpliceſque* [b] *ſicut columbas*, iuxta Domini præceptionem, nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoauimus, & (Domino opem ferente) facturi ſumus. Vos autem *per veſtras Diœceſes* Epiſcopos [c] *ſacrate* & mittite, quia nos ad alias partes (quod idem iuſſit) agere curabimus. Aliquos vero *ad Gallias* Hiſpaniaſque mittemus, & quoſdam ad Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores & *rebelliores* gentes eſſe cognouerimus, illuc dirigere ſapientiores & *auſteriores* neceſſe habemus, qui quotidie non ceſſent diuina ſeminare ſemina, & multos [d] *Chriſto lucrari*, & ad rectam fidem, & viam veritatis perdu-

[a] Tit. 1.
[b] Matth. 10.
[c] Nota phraſes.
[d] 1. Cor. 9.

perducere, vt plures[e] *manipulos* Domino valeant *præſentare.*

In[f] illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos[g] *Archiflamines* eorum ac[h] *primi legis Doctores* erant, Epiſcoporum *primates* poni, vel *Patriarchas*, [i] qui reliquorum Epiſcoporum iudicia, & maiora (quoties neceſſe foret) negotia in fide agitarent, & ſecundum **Dei* voluntatem ſicut conſtituerunt S. Apoſtoli, ita vt ne quis iniuſtè periclitaretur definirent. In[k] illis autem ciuitatibus in quibus dudum apud prædictos erant[l] *Archiflamines*, quos tamen minores tenebant quam memoratos *Primates, Archiepiſcopos* inſtitui[m] præcepit, qui non tamen *Primatum* ſed *Archiepiſcoporum* fruerentur nomine. Epiſcoporum quoque iudicia (vt ſuperius memoratum eſt) &[n] *maiora Eccleſiarum negotia*, ſi ipſi reclamauerint, aut aliquem timorem, aut iſtos vel alios ſuſpectos habuerint, ad[o] iam dictos *Primates* vel *Patriarchas*, ne aliquis *nocenter*[p] periret transferri perdocuit.

In ſingulis[q] vero reliquis ciuitatibus ſingulos, & non binos vel ternos aut plures Epiſcopos conſtitui præcepit, qui[r] non *Primatum* aut *Archiepiſcoporum*, aut *Metropolitanorum* nomine, quia matres ciuitatum non tenent, ſed Epiſcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniam[ſ] *nec inter ipſos Apoſtolos par inſtitutio fuit*, ſed vnus omnibus præfuit. Hoc tamen præuidendum inſtituit, ne[t] *in villis, aut caſtellis, vel modicis ciuitatibus* inſtituerentur Epiſcopi,[u] *ne vile eorum nomen fieret.*

Epiſcopos ergo[x] vicem Apoſtolorum gerere, Dominum docuiſſe dicebat, & reliquorum diſcipulorum vicem tenere presbyteros debere inſinuabat. *Etſi quis aliquem ex his ſcādalizaret,[y] grauiſſimam illi pœnam

e phraſis ſolennis Mercat. vide Pſeudo-Soter. epiſt. 1. Pſeudo Liber. epiſt. 12. &c.
*Domini.
f Hunc locū citat Hincmar. opuſ. 55. cap. 15. p. 110. Bibl. P. P. Tom. 9. p. 1.
g primi flamines eorum atque.
h Turrian. πρωτονομοδιδάσκαλοι.
i hinc conjicit Contius hanc epiſt. Clem. non eſſe. Vide adnot. c. 6. q. 1. c. Beatus. Idem iudiciū Domini An on. Auguſt. Tarraconenſis Archiepiſcopi in collect. Adrian. 1. cap. 21.
k hoc repetit Pſeudo-Iulius epiſt. 2. cap. 12.
l erant ethnicos eorum.
m hoc ſtatuit Adrian. 1 collect. Ingelramo datæ cap. 23.

n de maiorib. negotiis Leo epiſt. 84. Innocen. epiſt. 2. c. 1. & Vigil. epiſt. 2. o ad ſolum Papam transferenda mox aſſeres, vbi creuerit fingendi libido. p innocenter.
q hoc ſtatuit non Petrus ſed Nicæna Synodus 255. annis à morte Petri. can. 8. Concil. Cabilon. cap. 4. r hæc è collect. Adriani 1. c. 23. hauſta. ſ hoc falſiſſ. eſſe docet Rom. ſedis πρεσβεύτης acerrimus vindex Leo, epiſt. 84. cap. 11. his verbis, *cum omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret.* t ſtatutum Concil. Laodic. c. 57.
u Statutum Concil. Sardic. c. 6. x hoc non docuit Dominus ſed Iſidor. de offic. lib. 2. cap. 5. vide contra conſt. lib. 2. cap. 30. & Ignat. ad Trallianos, & Magneſ. * huc vſque Hincmarus à Pſeudo-Iſidoro deluſus. y de ſcandalum excitantibus in puſillos quoſcunque fideles loquitur Dominus. Matth. 18.

inferri debere prædicabat. Cunctos ſe inuicem diligere & adiuuare debere, & [z] *neminem ab adiutorio fratris ſe ſubtrahere* inſtruebat. [a] Homicidas vero & adulteros ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab eorum vexatione & accuſatione, (docente Domino) prohibebat; [b] & non niſi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat, quia *diſcipulum ſupra Magiſtrum* eſſe, aut vllam ei iniuriam inferre nullatenus debere oportet. [c] *Infames* etiam omnes, & quos Primates [d] & leges ſeculi non ſuſcipiunt, ſed & [e] Laïcos ab eorum accuſatione & vexatione ſemper repelli debere, rogabat, & cunctos illis ſubditos eſſe præcipiebat. Cunctorum Sacerdotum vitam, ſuperiorem ſanctioremque ac diſcretam à ſecularibus & Laïcis hominibus eſſe, & [f] *ſpirituales* quoſque atque *Sacerdotes ſuper carnales ac Laïcos* ſemper conſtituendos docebat; quoniam [g] *pro minimo nobis eſſe* debet *vt à* talibus arguamur & *iudicemur* vel *ab humano die.* Maiores [h] vero à minoribus nec accuſari, nec iudicari nullatenus poſſe dicebat, quoniam non ſolùm hoc diuinas ſed & leges ſeculi inhibere docebat.

Omnes ergo [i] legum diuinarum *libenter violatores,* & ſacrarum inſtitutionum *voluntariè perturbatores*, Eccleſiaſtica indignos regula & ſancta communione iudicabat. Operatores verò earundem, eiſque obedientes, vtrarumque ac cæterorum bonorum dignos eſſe dicebat. Vndè & Prophetas in teſtimonium ſumebat. [k] *Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt: filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem non cognouit* me, *& populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mæ-*

z phraſ. vſitatiſſ. Pſeudo-Iſidor.

a Id ſtatuit Arrian. 1. ap. 63. eo lect. Ingelramo da æ.

b hoc ſigmentum impoſtoris forte à ludit ad cap. 19. collect. Adriani. Matth. 10.

c id ſtatuit Conc. 7. Carthag. cap. 1.

d Primates ſeculi ſomnia ſunt impoſtoris.

e Id ſtatutum dicitur à Sylveſt. Concil. Rom. 2. c. 14. contrarium ſtatuit. Concil. Epaun. c. 24.

f Petrus Sacerdotiū nullum, niſi ſpiritu ale agnouit in Eccleſia vide 1. Petr. 2. plebem Christianam κλῆρον Domini credidit: Sicut non omnes è plebe carnales, ſic nec omnes clericos ſpirituales credi voluit: hoc commentum nulli niſi Mercatori arriſit, qui ſæpius id inculcat. vide Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. g locus Apoſtoli 1. Cor. 4. non probat quod impoſtor. intendit: an Iudicium Eccleſiaſticum dies humanus dici nequit?

h Vide Pſeudo-Iulium epiſt. 2. cap. 36. hoc commentum reponentem. i noua phraſes.

k Eſai. 1. verſ. vulg.

uens à.

rens; à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra veſtra deſerta, & *ciuitates veſtræ* igne [l] *ſuccenſæ, regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili, & derelinquetur.* [m] *Væ*, inquit, *qui dicitis bonum malum, & malum bonum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* [n] *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino. Et deſcendent fortes eius & populus eius, & ſublimes glorioſique eius ad eum. Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus Sanctus ſanctificabitur in iuſtitia.*

l ſuccenſæ igni.

m Eſai 5. vulg verſ.

n Ibid.

Carnales [o] ſpiritualibus reſiſtere prohibebat; & de his qui ceruices ſuas contra magiſtros & *ſeniores* ſuos erigebant, hæc in exemplum adducebat, [p] *Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum. Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte Teſtamenti in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient: Nunquid iſte eſt vir, qui conturbauit terram qui concuſſit regna, qui poſuit orbem deſertum, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius non aperuit carcerem?*

o Iam monuimus te indignis modus vocibus carnalis & ſpiritualis abuti.

p Eſai 14. vulg. Prophe a l. quitur de rege Babylonis ad literam, plurimi de Antichriſto exponunt allegoricè, nemo de his qui ceruices erigunt contra Magiſtros.

Ebrietatem oppido prohibebat, & ebrioſos [q] *corpore & animo mortuos* eſſe prædicabat; de quibus in exemplũ aiebat, [r] *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis, cithara & lyra, & tympanum & tibia, & vinum in conuiuiis veſtris; & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis.* & iterum, [ſ] *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flãmæ exurit, ſic radix eorum*

q cur corpore mortuos?

r Eſai 5. verſ. vulg.

ſ Ibid.

quaſi fauilla erit & germen eorum vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Ideo iratus eſt furor Domini in populo ſuo,[t] *& extendit manum*[u] *ſuper eum, & percuſſit eum. Et conturbati ſunt montes, & facta ſunt morticinia eorum quaſi ſtercus in medio platearum: in omnib. his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.*

Nullum etiam presbyterum in alicuius Epiſcopi parochia aliquid agere debere abſque eius permiſſu[x] docebat: ſed & cunctos presbyteros propriis Epiſcopis, in omnibus[y] *abſque mora obedientes* (inſtituente Domino) eſſe debere docebat. Nullum item aliena[z] concupiſcere, aut præſumere quæ eorum erant, ſed vnumquemque ſuis ſibique commiſſis contentos eſſe docebat.[a] Neminem etiam alicui aliquid facere niſi quod ſibi fieri vellet inſtruebat. Sanctam quoque Eccleſiam immaculatam omnes ſeruare debere Euangelizabat,[b] cuius claues Epiſcopos eſſe dicebat.[c] *Ipſi* enim *habent poteſtatem claudere cœlum*, & aperire portas eius, quia claues[d] cœli facti ſunt.

Admonere autem eos neminem debere docebat, quia oculi Domini ſunt, & qui eos tangit,[e] *tangit pupillam oculi eius.* Et quanta pœna dignus ſit qui eos ſcandalizat, ipſum Dominum docuiſſe dicebat, vbi ait:[f] *Qui ſcandalizauerit vnum de*[g] *puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo* ab *ſcandalis; Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala, verumtamen væ homini illi per quem ſcandalum venit. Si autem manus tua*[h] *ſcandalizat te, abſcinde*[i] *eam & projice abs te: Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem,*[k] *quã duas manus habentem mitti in* gehennam ignis. Et ſi pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum & projice abs te. Bonum eſt tibi introire ad vitam claudũ, quam duos pedes habentem, mitti in *ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & projice abs te. Bonum eſt tibi vnum oculum habentem*[l] ad vitam introire, *quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum*

[t] populum ſuum.
[u] manum ſuam.
[x] Cõcil. Laodic. c. 57. Can. Apoſt. c. 40. ſec. Dionyſ. verſionem.
[y] Benedict. Reg. c. 5.
[z] Can. Apoſt. 36.
[a] Tob. 4.
[b] hactenus Paſtores Eccleſiæ clauigeros, audiueramus, nũc clauis diſti iubet impoſtor.
[c] ſi habẽt poteſtatem clauesh abẽt, poteſtas enim clauium collatione denotatur.
[d] Apoc. 11.
[e] Zach. 2. ſec. verſ. Hieron. vide Pſeudo-Anaclet. epiſt. 2. Pſeudo-Alexand. epiſt. 1. &c.
[f] Matth. 18.
[g] puſilli quibus offendicula poni vetat Dominus, non ſunt Epiſcopi ſoli, ſed pij omnes, cuiuſcumque ordinis credentes in Dominum.
[h] leg. ſi manus tua vel pes tuus.
[i] eam abſc.
[k] debilem vel claudum quam duas manus vel pedes habentem
[l] in vitam intrare.

ex his puſillis. [m] *Amen dico vobis, Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt* [n] alligata *& in cælo; & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt: vbi enim duo ſunt vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Et iterum per Prophetam loquitur dicens; [o] *Expauit* (inquit) *cælum ſuper hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus.*

O intolerabilem malignitatem! ô linguam iniquitatem loquentem contra Deum, & mentem *in altitudinem cornu extollentem! & iterum,* [p] *Impone homo tuæ linguæ oſtium & ſeram. Ceſſa,* [q] *cornu in altitudinem extollens & loquens aduerſus Deum iniquitatem* & proximum tuum. *Quouſque inſultas patienti Chriſto* & fratribus? *Sic* [r] *autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conſcientiam, in Chriſtum* grauiter *peccatis*; & rei iudicio effecti, infames efficiemini & iuſte repellimini. Et iterum per prophetam loquitur, dicens, [ſ] *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini; Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis; fortitudinem gentium comedetis, & in gloria* eorum [t] *ſuperbietis. Pro confuſione veſtra duplici & rubore laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt, & lætitia ſempiterna erit eis: Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in* [u] holocauſtum, *& dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis; & ſcietur in gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoſcent* [x] eos, *quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me* [y] veſtimento *ſalutis, & indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat, ſic Dominus Deus germinabit iuſtitiam & laudem coram vniuerſis gentibus.*

Eos autem [z] à ſolo Domino aut iudicandos aut remouendos, & non ab aliis eſſe dicebat, quia *ſui ſunt* & non alterius. Et [a] *quis eſt, qui alterius iudicet ſeruum?* Nam ſi non patiuntur homines, nec *Deus deorum, & dominus dominantium*, hæc vllatenus patitur. [b] Vnde & prophe-

m ibid. poſt verſ.8.
n ligata.
o Hieiem 2. Hæc verba repetit Pſeudo-Clem. epiſt.2. Sunt autem Cyrilli aduerſ. Theodo. Mopſ eſt. vide Iuſtiniani opus pro Synodo quinta p. 565. Tom.2. Côcil.edit.A. 1618. parte 2.
p Eccl.28 nô ad verbum.
q Pſal.74.
r 1.Cor.8.
ſ Eſai.61.
Propheta pios omnes alloquitur non ſolos Sacerdotes.
t earum.
u holocauſto.
x illos.
y veſtiméētis.
z Hoc placitum tuentur Pſeudo-Anaclet. epiſt.2. Pſeudo-Alexand.epiſt.2. Pſeudo-Teleſpho. epiſt. 1. Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. Pſeudo-Melchiad. epiſt.2. Pſeudo-Iul. piſt. 2. Pſeudo-Damaſ.ep.4.
a Rom. 14. Sic nemo erit humano iudicio iudicãdus, quia omnes Dei ſerui ſunt.
b Propheta

tas ſibi teſtes eſſe dicebat, per quos Dominus loquitur dicens, [c] *Ecce excoxi te ſed non quaſi argentum; elegi te in camino paupertatis. Propter me* [d] *faciam, vt non blaſphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob & Iſrael, quem ego voco. Ego ipſe, ego primus & ego nouiſſimus. Manus quoque mea fundauit terram, & dextra mea menſa eſt cælos. Ego vocabo eos & ſtabunt ſimul.* [e] *Me inſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.* [f] *Salus autem mea in ſempiternum erit, & Iuſtitia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtum, populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum ſic comedet eos vermis, & eius lanam ſic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in ſempiternum erit; & iuſtitia mea in generationes generationum.* Et iterum, [g] *Abſcondita eſt vita mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum tranſibit. Nunquid neſcis aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet neque laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius; Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadẽt. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem; aſſument pennas ſicut aquilæ; current & non laborabunt: ambulabunt & non deficient.* [h] *Taceant ad me inſulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, ſimul ad iudicium propinquemus.*

Hos [i] autem qui eos vetant, aut amouere vel damnare nituntur, Dominus per prophetam damnat, & vſque ad ſatisfactionem eorum & Eccleſiæ, damnatos eſſe docebat; vbi ait: [k] Talia *elegerunt in viis ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt. Vnde & ego eligam illuſiones eorum, &* damnationem [l] *adducam eis, quia* [m] *locutus ſum & non audierunt, feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius; dixerunt fratres veſtri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum, Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia veſtra; ipſi autem confundentur.* [n] *Non enim laborabunt fruſtra* [o] *in conturbatione* Præſules mei, *quia ſemen benedictorum Domini eſt.* [p] *Antequam clament, ego exaudiam; adhuc illis loquentibus, ego audiam*

Ad glorificandum ſe, & diuina mandata ſeminanda, &

locis citatis non proba, Sacerdotes à ſolo Deo iudicandos.

c Eſa. 48. verſ. vulg.

d propter me, propter me.

e Eſai. 51. verſ. vulg.

f hic omiſſæ lin. 5.

g Eſai. 40. verſ. vulg.

h Eſai. 41. verſ. vulg.

i Propheta de hoſtibus Eccleſiæ loquitur in genere, de damnãtib. Sacerdotes in ſpecie, ne verbum quidẽ habet.

k Eſai. 66. verſ. vulg.

l quæ timebant.

m quia vocaui & non erat qui reſponderet, locutus &c.

n Eſai. 65.

o neque generabunt in conturb. quia, &c.

p & nepotes eorum cũ eis, eritque antequam &c.

da, & Euangelizanda, eos Dominus elegit, & non vt prohibeantur aut perturbentur ſuggerebat; quoniam [q] *qui eos lædit, eum lædit cuius legatione funguntur.* Prædicare eos aſſiduè & mandata Domini ſine intermiſſione annuntiare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monſtrare, & conſcientiam bonam coram Deo habere inſinuabat.

Omnes [r] *principes terræ* & cunctos homines eis obedire & capita ſua ſubmittere eorumque adiutores exiſtere præcipiebat, vt omnes pariter fideles & [ſ] *cooperatores legis*, Dei monſtrarentur, ne de eis dicatur; *Confundentur* [t] *& erubeſcent omnes qui pugnant aduerſum te*, & *erunt quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos. Erunt quaſi non ſint, & veluti conſumptio* hominis bellantis [u] *aduerſum te.* Omnes ergo qui eis contra veniunt, ita damnatos & *infames* [x] vſque ad ſatisfactionem monſtrabat, & niſi conuerterentur, à liminibus Eccleſiæ alienos eſſe præcipiebat.

Homicidiorum vero tria genera eſſe dicebat, & pœnam eorum parilem fore docebat. [z] Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eoſque odientes, homicidas eſſe manifeſtabat; quia & qui occidit fratrem ſuum, & qui odit, & qui detrahit ei, [a] *pariter homicidæ* eſſe monſtrantur. Omnes etiam [b] *a carnalibus deſideriis quæ militant aduerſus animam abſtinere, & bonam* eorum *conuerſationem* ac innocentem omnibus monſtrare rogabat. [c] *Ex corde* enim cunctos *attentius inuicem diligere* inſinuabat, & *veram fraternitatem* inter ſe habere docebat: Quotidiana enim illius prædicatio inter cætera diuina mandata, hæc erat, quam in eius exemplum etiam tibi frater chariſſime ſignificare curaui. Bonorum, inquit, operum inter cætera ſemina ac negotia ſunt, quantum vnuſquiſque ſapit, & poteſt, totis intimi cordis (vt prælibatum eſt) viſcerib [d] *Deum diligere*, [e] & *proximum* velut *ſeipſum. Abnegare* [f] *ſeipſum ſibi, vt* Ieſum *Chriſtum* Dominum noſtrum *ſequatur; & nihil* eius *amori præponere, veritatem corde & ore proferre* debere, & totam *ſpem* [g] *Deo* ſemper *committere.*

Inſtruebat *actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire*, & *in omni*

q hoc centies repetit impoſtor ex Greg. epiſt. 32. lib. 12. ſi tamen Gregorij dicenda ſit. v. de Concil. Aquiſg. ſub Greg. IV. cap. de honore epiſcopali.

r Simile quiddam legitur conſtit. lib. 2. ca. 11. & apud Ignat. epiſt. ad Trallianos: quam autem conueniat ſeculo Apoſtolico iudicet veritatis ſtudioſus Lector.

ſ N. phraſ.

t Eſai. 41. verſ. vulg.

u homines bellantes.

x An Eccleſiaſtici iuris ſit infamiæ notaminure te diſquirendum relinquimus lectoribus.

z 1. Ioan. 3.

a Inæqualia tamen ſunt crimina.

b 1. Pe. 2.

c 1 Pet. 1.

d Impoſtor Bernardi verba Petro adſcribit. Sequentia rediimus ex ca. 4 Regulæ.

e Mat. 22. Luc. 10.

f Luc 9.

g ſpem ſuam Deo.

loco Deum [h] *reſpicere*; firmiter *ſcire*, *cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad Chriſtum allidere*, [k] *&* [l] Sacerdotibus Domini manifeſtare. *Os ſuum à multo, vel prauo* colloquio [m] *cuſtodire*, & *verba vana aut* [n] mendacia *non loqui*; quia [o] *os quod mentitur occidit animam.*

Verba diuina [p] *libenter audire*, & Sacerdotibus ſuis libenter obtemperare, atque obedientes eſſe docebat. Prædicationi & *orationi* [q] ac *lectioni frequenter incumbere*, & eleemoſynas veras perficere. *Deſideria* [r] *carnis non perficere*, ſed *propriam* frangere [ſ] *voluntatem*: boni [t] aliquid *in ſe cùm viderit, Deo* [u] applicare *non ſibi*; & [x] *malum à ſe factum* cognoſcat, *& ſibi* imputet. *Multum loqui non amare*, ſed cuſtodire *labia* ſua, *ne dolum* aut malum *loquantur*: *diem iudicij timere, gehennam expaueſcere, vitam æternam omni concupiſcentia* [y] *deſiderare*: *Non occidere, non adulterari, non furtum facere*, *non* rem proximi *concupiſcere*. *Non falſum teſtimonium dicere*, ſed *omnes homines honorare*, *corpus* cuſtodire, [z] vanas & caducas *non amplecti delicias*; *Ieiunium* & vigilias ſanctas *amare, pauperes recreare*, nudos [b] *veſtire*, infirmos *viſitare*, ſitientes potare, mortuos *ſepelire*, & diligenter eorum exequias peragere, pro eiſque orare [d] & eleemoſynas dare; dolentes [e] *conſolari*, & ſuis bonis refouere, & à malis [f] *actibus ſe alienum facere*: *Non eſſe ſuperbum, non vinolentum*, nec *multum edacem*, *non ſomnolentum*, *non pigrum*, *non* [g] murmuratorem, *nec detractorem*; quia qui detrahit, non ſe, ſed & multos alios occidit.

Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reſeruare. Dolum in corde, non tenere nec pacem falſam dare. Charitatem non derelinquere, nec iurare, ne forte periurium [h] (quod abſit) fiat. *Malum pro malo non reddere*, *nec iniuriam facere ſed factam patienter ſufferre. Inimicos diligere, maledicentes ſe non maledicere ſed magis benedicere*, & *perſecutionem* [k] *pro iuſtitia ſuſtinere.* [l] Charitatem *amare*, & [m] *nullum* odio habere; quia *qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Elationem fugere*, [n] *zelum* malum *non habere*, iudiciam non exercere, *nec contentionem amare*. [o] *Cum diſcordantibus antè ſolis occaſum in pacem redire, & de Dei miſericordia numquam deſperare.*

h ſe reſpicere pro certo ſcire.
i vide Hieron. epiſt. 22.
k & ſeniori ſpirituali patefacere
l de confeſſ. ſecre a conſule append.
m eloquio. Sap.1.
n aut riſui apta.
o addit tamē tum.
p Lectiones ſanctas libēter &c.
q hodie Lectio tāquam peſtilēs inter pōtificios vetita, prædicatio rariſſima.
r Gal.5.
ſ odire.
t bonum aliquod.
u applicet.
x Malū ſemper à ſe fact. ſciat & ſibi reputet. Pſal.33.
y concupiſc. ſpirituali. Exod.20. Deut.5.
z caſtigare.
a Vigiliæ vix hodie pontificiis ipſis de nomine notę.
b nudum, infirmum.
c Mortuum.
d de orat. pro mortuis vide append.
e dolentem.
f à ſeculi actibus. 1.Tim.3. Tit.1. g murmuroſum. h periuret. i Matt.5. Rom.12, k perſecutiones. l caſtitatem. m 1.Ioan.3. adde. n zelum & inuidiam. o Eph.4.

Epiſco-

Epiſcopos, Sacerdotes ſuos ac cunctos reliquos Eccleſię miniſtros, atque omnem plebem ſibi commiſſam verbo diuino & mandato inſtruere ac dirigere, hóſque omnes & eorum Epiſcopos tota animi virtute diligere, vt oculos ſuos, quia oculi ſunt illorum. Eorum [p] *præceptis in omnibus obedire, etiamſi* ipſi *aliter (quod abſit)* agant; memores ſcilicet *illius Dominici præcepti:* [q] *Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite.* Ipſi autem Epiſcopi, [r] *ſi exorbitauerint*, ab iſtis non ſunt reprehendendi vel *arguendi*, ſed ſupportandi, niſi *in fide* errauerint. Illi ergo ſuper iſtos ſunt, non autem iſti ſuper illos, [ſ] quoniam maior à minore nec argui nec iudicari poteſt. Nullus ſe extollat erga doctores ac Magiſtros ſuos, quia [t] *diſcipulus ſuper Magiſtrum* eſſe non debet nec poteſt. [u] Nullus velit *dici* Sanctus *antequam ſit; ſed prius* ſit vt *verius dicatur. Præcepta* Domini, doctorumque ac Magiſtrorum [x] *factis quotidie adimplere*, [y] & *in Chriſti* nomine *pro inimicis orare* oportet. [z] *Obedientia* enim & humiliatio *quæ* magiſtris agitur, Domino *exhibetur.*

Timor [a] *Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium* [b] in *longitudinem dierum. Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur.* [c] *Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo*, & reſiſtunt mandatis eius, & inobedientes ac contumaces ſunt his qui eius legatione funguntur: *& ideò non protegentur ab eo. Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam*, [d] *qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid* [e] facient, *cum inſpicere cœperit Dominus? Qui timent Dominum non erunt incredibiles verbo illius; & qui diligunt illum, conſeruabunt viam illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt illi: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius: Qui timent Dominum præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent Dominum cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius dicentes, ſi pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus* [f] Dei *& non in manus hominum; ſecundum enim magnitudinem* illius, *ſic & miſericordia* ipſius *cum ipſo eſt.* [g] *Venite*, inquit, *filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Currite [h] *dum* lumen vitæ *habetis, ne tenebræ* mortis *vos comprehendant.* Omnis [i] *qui*

p verba Benedicti Reg. c. 4. art. 60. *præceptis Abbatis & c. ipſe agat memor illius Dom.*
q Matth. 23.
r Concil. 5. Rom. ſub Symmacho *oues paſtorem nec reprehendere niſi à recta fide exorbitauerit præſumant &c.* Idem cenſet Iſidor. Hiſp. ſent. li 3. c 39.
ſ Aurian 1. collect. Ingelramo datæ c. 19.
t Matth. 10.
u verba Benedicti reg. c. 4. *non velle dici Sanctum, &c. eſſe quo verius.*
x De factis &c.
y Matth. 5. animo e pro
z verba Benedi. reg. c. 5. obed. *quæ maiorib. præbetur Deo &c.*
a Eccl. 1.
b & long. r.
c Eccl. 2.
d & qui.
e facient.
f Domini.
g Pſal. 33.
h Ioan 12.
i Pſal. 33.

vult vitam, & cupit *videre dies bonos, prohibeat linguam ſuam à malo, & labia* eius, *ne loquantur dolum: Diuertat à malo, & faciat bonum; inquirat pacem, & perſequatur eam:* quia *oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius* ad [k] *preces eorum. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Propterea [l] *nolite fieri ſicut equus & mulus*, in *quibus non eſt intellectus.* Sed *lætamini in Domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.*

Quia [m] *multi venient ab Oriente & Occidente* (Domino, dicente) & *à Septentrione* atque *Meridie, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob. Propter* [n] *quod deprecor* te, frater chariſſime, *vt* doceas *attentius* hunc prædicationis *ordinem, & abſolutionum* dies, [o] *vt* ſaluentur animæ *hominum quæ occulta Dei virtute, quem debeant diligere priuſquam* [p] *doceantur, agnoſcunt.* [q] *Operum vero ratio poteſtati & arbitrio vniuſcuiuſque permittitur, & hoc ipſorum eſt proprium.* Deſiderium verò habere erga Doctorem veritatis, *hoc à Patre cœleſti donatum eſt. Sed ſalus in eo eſt, vt voluntatem eius cuius amorem & deſiderium (Deo largiente) conceperis, facias, ne dicatur ſermo eius ad* nos, *quem* idem *dixit:* [r] Quid autem me dicitis, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? *Eſt* [ſ] *ergo propriȳ muneris*, vt vnuſquiſque ſit, (prout Dominus noſter dederit) perfectus in Eccleſia, mittenſque ſemina diuina, vt de nobis non prædictus ſermo, ſed ille dicatur quem alibi Dominus noſter dixit: *Ideò*, inquit, *omnis ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.*

Nullus [u] *ergo*, inquit, impediat *ordinem*, aut locum occupet irrationabiliter, vel *temporum* permutet vices; ſed *primò, quæ ſit Iuſtitia* [x] eius, quæ voluntas *requiramus, vt bonis operibus*, ac Dei gratia *repleamus.* [y] *Deus enim his qui rectè ſentiunt*, & bona agunt, præſto eſt, quoniam his manifeſtat ſeipſum.

Nam [z] *ſi quis velit (antequam actus ſuos emendet) de his requirere, quæ non poteſt inuenire, ſtulta & inefficax erit huiuſmodi inquiſitio. Tempus enim breue eſt, &* [a] in Iudicio *Dei geſtorum cauſa agitur non quæſtionum. Ideoque antè omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter* [b] *agi oporteat, vt æternam vitam conſequi mereamur. Nam ſi exiguum hoc tempus vitæ per inanes*

[c] *occu-*

k in preces.

l Pſal. 3.

m Matth. 8. Luc. 13.

n verba Pſeudo Clementis Recogni. lib. 4. p. 52. *vos conſeruos & adiutores meos, vt diſcatis attentius prædicandi.*

o vias v poſſitis ſaluare animas.

p prius etiã quam.

q hic amiſſę lin. 10.

r Matt. 7.

ſ id eſt muneris diuini, non virium humanarum.

t Matt. 13.

u Recognit. lib. 2. p. 24. a. *ne ergo impediamur ordinem locorum ac temporum permutantes primo.*

x Dei requiramus, vt tanquam iter acturi abundanti viatico bonis oper.

y hic omiſſa linea 1.

z ibid. paulo ante

a & Iudiciũ Dei agetur.

b agere.

[c] occupamus *& inutiles quæſtiones, inanes ſine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, vbi iudicium operum noſtrorum fiet. Vnaquæque* [d] *etenim res ſuum tempus habet & locum. Operum hic locus, hoc tempus eſt, meritorum ſeculum futurum.*

Curratur [e] igitur *per viam mandatorum* Dei, & à beatorum præceptorum Domini inſtitutis, & à Spiritus S. doctrina non recedatur. Quapropter *præparanda* [f] *ſunt corda noſtra ac corpora ſanctæ* [g] mandatorum eius ſuorumq; Epiſcoporum ac Prædicatorum *obedientiæ militatura, vt ſua gratia iubeat nobis* auxilium miniſtrari, *& fugientes gehennæ* pœnam, *ad vitam* valeamus omnes *peruenire æternam.*

Hæc [h] itaque *(frater chariſſime Iacobe)* ab *ore S. Petri iubentis accepi, tibi*que (vt optabas) *inſinuare* ſtudui, *vt ſeruari omnia* immaculata *præcipias*; quia Eccleſiaſtica non oportet negligenter ſed diligenter expleri negotia. [i] Hæc ergo *præcepta nemo credat*, abſque ſui periculo negligere, vel diſſimulare, quia in *iudicio Dei ignis æterni tormenta* ſuſtinebit, quia [k] Eccleſiaſtica Decreta *neglexerit.* Qui vero te audierit, (vt iuſſerat miniſter Chriſti Ieſu) gloriam accipiet. *Qui* [l] *autem te non audierit, immò loquentem Dominum per te, ipſe ſibi damnationem accipiet.* Curandum ergo & attendendum eſt nobis omnibus, quod in perpetuum expedit, vt [m] *Chriſti paſſionibus per patientiam participemus,* [n] atque *regni eius mereamur eſſe conſortes.* Amen.

c occupemus.
d Hæc verba repetit Pſeudo Clem. epiſt. 3.
e Pſal. 118. 32.
f verba Benedicti in præf. Regulæ à plagiario corrupta.
g Sanctæ præceptorum obed. milit. & quod minus habet in nobis natura poſſibile, rogemus Dominũ vt gratiæ &c. adiutoriũ miniſtrare: & ſi fug. pœnas ad vitam perpetuã volumus peruenire &c.
h Hæc verba repetit Pſeudo Clem. epiſt. 2.
i ibid.
k qui.
l ibid.
m Extrema verba præfationis à Benedicto Regulæ ſuæ præfixæ.
n vt & regni.

Iudicia Pontificiorum.

Comeſtor. *Hiſt. Scholaſt. in Act. Apoſt. c.* 101. Cum Beda dicat Iacobum 7. anno Neronis mortuum, palam eſt non eſſe authenticum, quod legitur in Epiſtola Clementis, qui iuxta tenorem illius Epiſtolæ dicit ſibi mandatum à Petro, cui ſucceſſit in Apoſtolatu, vt poſt eius mortem Iacobo Epiſtolas deſtinaret, vt ab eo inſtrueretur; ſed cum Iacobus Epiſcopus mortuus ſit 7. anno Neronis, & Petrus vixerit vſque ad 14. conſtat hoc nihil eſſe.

Marſil. Patauinus Defenſorij pacis parte 2. *c.* 27. Epiſtola quæ intitulatur ad Iacobum fratrem Domini valde ſuſpecta eſt propter plura in ipſa contenta, &c.

Gobelin. Coſmodrom. Aet. 6. cap. 7. Cum in iſtis Epiſtolis firmentio

de morte B. Petri, qui vltimo anno Neronis crucifixus eſt; mirum videtur quomodo Clemens ſcripſerit Iacobo, qui anno 7. Neronis lapidatus eſt, &c.

Turrecremata Summa de Eccl.lib.2.c.101. Ad illam obiectionem quæ dicitur eſſe B. Petri ad Clementem, reſpondetur quod illa auctoritas non militat contra concluſionem noſtram: quoniam cum B. Iacobus multo tempore fuerit mortuus ante B. Petrum, ſcilicet ad minus 8. annos, vt colligitur ex Chronicis, non videtur veriſimile quod B. Clemens ſcripſerit illam Epiſtolam poſt mortem B. Petri B. Iacobo.

Cuſan. Concord. cathol. lib.3.c.2. Ipſæ Epiſtolæ applicatæ ad tempus eorum Sanctorum ſeipſas produnt. Scribitur in Clementis epiſtolis, quomodo Papa fuerit, & Petri ſucceſſor, & poſt Petri mortem ad S. Iacobum has fingit Scriptor miſiſſe Epiſtolas, qui fuit frater Domini & Hieroſolymorum Epiſcopus, & eſt manifeſtum Iacobum prius Petro 8. annis finiſſe martyrio vitam. Et hæc vna de cauſis cur inter Catholicas epiſtolas, ea quæ Iacobi ſunt præcedunt, vt ſcribit Beda ſuper Canonicis epiſtolis in principio. Scribitur quoq; ipſum Clementem ſucceſſorem fuiſſe Petri, & hoc idem in aliis quæ Sancto Anacleto adſcribuntur, legitur. Quomodo Sancti viri Hieronymus, Auguſtinus, Optatus Mileuitanus, & cæteri qui omnium Romanorum pontificum catalogum poſuerunt hoc ignoraſſent, qui Clementem non interſerunt vel ſaltem non immediate poſt Petrum ponunt; ſi ipſas Epiſtolas aut tunc vidiſſent, aut pro authenticis habuiſſent? Inuenitur inſuper in ipſis Epiſtolis de Epiſcoporum à Sacerdotibus differentia, quæ longo tempore poſt hoc (vt Hieronymo placet & Damaſo) in Eccleſia orta eſt; ex allegatis etiam in ipſis Epiſtolis ac aliis innumeris, iſta patere poſſent &c.

I. Driedo. de Dogm. & ſcript. Eccl. lib.1.c.2. parte 3. Capite truncatus eſt (Paulus) eodem (inquit Hieronymus) die, quo Petrus eſt crucifixus, anno videl. poſt paſſionem Chriſti 37. Ex quibus conſequens eſſe videbitur epiſtolam quæ inſcribitur Clementis pontificis Romanæ Eccleſiæ, quæ ſe indicat ſcriptam poſt Petri mortem ad Iacobum fratrem Domini, non eſſe reuera ipſius Clementis. Nam cum ipſe Iacobus 30. annis Hieroſolymorum Epiſcopus, iuxta D. Hieronymum & alios, legatur mortuus 7. Neronis anno adhuc viuente Petro 7. anno poſt mortem eiuſdem Iacobi, ſtare non poteſt, quod Clemens, aut alius quiſpiam, ſcripſerit poſt mortem Petri vllam epiſtolam ad Iacobum illum &c.

Eſpenceus de Continentia lib.1 c.6. Ad uerſum contentioſos vix valeat, (argumentũ ex epiſt. Clem.) cum non leui argumento colligat Ioan. Driedo de Eccl. ſcript. lib.1.c.2.p.3. eas reuera Clementis non eſſe; cum enim ſe ſcriptas indicent poſt D. Petri mortem; quî potuerunt ſcribi ad D. Iacobum 7. Neronis anno, hoc eſt totidem ante Petrum annis mortuum? &c.

Baron.

Baron.ad A.D.69.§.43. Affirmat idipſum (*Clementem ſucceßiſſe Petro*) Ruffinus, ſed ex epiſt. quam in Latinum vertit, falsò inſcripta eiuſdem Clementis nomine ad Iacobum fratrem Domini; quam ſi Clementis eſſe germanam dixerimus . ad Simeonem potius tunc Hieroſolymorum Epiſcopum, eundemque fratrem Domini, quam ad Iacobum, quem (vt diximus) longè ante hæc tempora martyrio functum vitâ cognouimus, ſcripta fuit.

Bellarm. de Script.Eccl. Epiſtolæ SS. quæ nunc extant non catent ſcrupulo: Nam conſtat S.Iacobum, ad quem ſcribuntur duæ epiſtolæ, obiiſſe multo ante S.Petrum: & tamen in iis ſignificatur Iacobo mors S.Petri. Sed forte epiſtolæ ſcriptæ ſunt ad Simeonem fratrem Iacobi, non ad ipſum Iacobum, &c.

Perronius, Replica cap.31. p.159. Gallica ad verbum Latine reddidimus. Tertiò reſpondemus, 1.hanc epiſt.Apocrypham & ſuppoſititiā eſſe. Licet enim è Græco in Latinum à Ruffino verſa fuerit, ſitque [a] à Cōcilio I.Vaſenſi ſub Valentin.3.Aug. habita citata, & multas præclaras doctrinas contineat; certum tamen eſt exemplar Græcum Recognitionum Clementis, cui annexa eſt, & ad quod relationem habet, Apocryphum, idemque vel ſuppoſitum vel corruptum ab Hebionitis fuiſſe. 2. Epiſcopum [b] Hieroſolymitanum ad quem hæc epiſtola directa eſt, non eſſe Iacobum Apoſtolum fratrem Domini, ſed Simeonem, fratrem & in epiſcopatu ſucceſſorem Iacobi Apoſtoli qui titulo fratris Domini deſignatus eſt, quemque hæc epiſtola Iacobum fratrem Domini vocat, ſecundum Hebræorem morem; quibus ſolenne erat pluribus nominibus indigetari, tituloſque in ſuperſtites quaſi iure hæreditario tranſmittere. Sicut docet tum repugnantia temporis mortis Iacobi Apoſtoli fratris Domini, quam is ipſe qui hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebij verterat huius Epiſtolæ interpres & patronus Ruffinus ignorare non poterat; tum inſcriptio, qua auctor Epiſtolæ eum ad quem eam dirigit, Iacobum fratrem Domini & Epiſcopum Hieroſolymorum denominat, nec Apoſtoli titulo dignatur; quod hoc loco non oblitus fuiſſet, ſi ad Iacobum Apoſt.fratrem D.ſcripſiſſet, &c.

[a] Concil. 1. Vaſenſe ſub Nectario Viennenſi celebratū ſcribit Ado.ad A.D.337. ſecundū A.D. 442. Dioſcoro Conſ. congregatum.

[b] hæc infra explanabimus.

Binius in not.ad hanc epiſt. Cum hæc epiſtola ſcripta ſit, vt in fronte & capite illius apparet, poſt obitum S.Petri, adeóque poſt 13.annum Neronis, ad Iacobum fratrem Domini ſcripta eſſe nequit: vtpote qui, teſte Hieron.de viris illuſtribus, 7.anno Neronis Hieroſolymis occiſus eſt; vnde patet quod hæc Epiſtola vel non ſit Clementis, vel potius ad Simonem qui etiam frater Domini fuit, ſcripta ſit; & in titulum Epiſtolæ mendoſè vox Iacobum irrepſerit. Ita Poſſeuin. in appar.Sacro, in verbo Clem.Rom.

Poſſeuin.Appar.verbo Clement.Rom Fertur etiam ſcripſiſſe Epiſtolas duas ad Iacobum fratrem Domini; ſed prior non poteſt eſſe Clementis, &c. Addantur teſtimonia Henrici Kaltheiſen, cuius verba iam deſcripſimus, & Lamberti Gruteri, qui *dempta Eccleſia auctoritate*

& traditione antiqua, dicit ſe *velle vehementer ambigere* de hac epiſt. Clementina; & Antonij Contij, qui ex eo quod Pſeudo-Clemens *Primatum* meminit, colligit hanc eius epiſt. eſſe adulterinam & commentitiam; Antonij Auguſtini Tarracon. Archiepiſcopi in cap. 23. collectionis Ingelramo datæ verba infra annotabimus.

In Clementin.

Annot. in c. 6. q. 1. c. Beatus

CENSVRA.

Farrago præcedens in partes duas ſecanda eſt; in Epiſtolam ſcil. & Appendicem; hanc adiecit Iſidorus cognomento Mercator circa A.D. 790. aut 800. Illam Clementi ſuppoſuiſſe videtur qui conſtitutiones (forſitan & recognitionum libros decem) ſcripſit, circa A.D. 180. vel 200. natione (ni fallor) Palæſtinus aut Phœnix, vtpote qui thronum *Hieroſolymitanum reliquis præfert, & nomina menſibus à Tyriis inuenta imponit. Hanc epiſtolam è Græco in Latinum ſermonem à ſe tranſlatam teſtatur Ruffinus in præfatione ad Gaudentium Brixienſem Epiſcopum, recognitionibus præfixa; à Ruffino Latinitate donatam agnoſcit Turrianus pro epiſt. lib. 2. c. 13. ad eius titulum alluſiſſe videtur Sidonius Apollinaris lib. 6. epiſt. 1. Eiuſdem meminere liber pontificalis in Clemente, & Photius in Bibliotheca, Cod. 112. Eandem citauerunt Concilij 2. Vaſionenſis patres A.D. 442. congregati cap. 6. Nicolaus primus, Epiſt. 49. A.D. 867. data: Ioãnes VIII. epiſt. 234. A.D. 879. ſcripta: Conciliũ Metenſe ſub Arnulpho R. celebratũ cap. 8. Gregorius VII regiſtri lib. 8. epiſt. 21. A.D. 1080. data; Eccleſia Leodienſis in epiſt. aduerſus Paſchalem II. A.D. 1102. edita. Eius denique græcum exemplar in Vaticana bibliotheca vidit & conſuluit Turrianus; cur vero non ederet, in cauſa fuit mala fides. Senſit n. quæcumque de Romani Diotrephæ monarchia, de *primis flaminibus, Archiflaminibus, Primatibus legis ſeculi*, &c. impudens effudit falſarius & Ruffini verſioni attexuit, nullo fuco poſſe colorari: Senſit græcum exemplar tantarum fraudum machinas euerſurum, & defuturas ſibi cæteriſque impoſturarum patronis malas artes *& σόφα φάρμακα* quibus peſſimam cauſam, vindice Magdeburgenſium ſtylo, confoſſam, refocillare, & in integrum reſtituere conatus eſt: Maluit igitur Græcorum Latinorumque codicum collatione priuatim facta manifeſtarij furis dedecus diſſimulare quam vlciſci, eoque ipſo Deo gloriam, victrici veritati manus dare.

*Vide conſtit. lib. 8. c. 10. recognit. lib. 1. &c.

Sit itaque perſuaſum pio Lectori, 1. Veterem Ruffini verſionem, græcúmque exemplar deſinere in hæc verba, *Sed ex nunc exponere iam* &c. niſi quis ex epiſtolæ fine clauſulam hanc, *Hæc frater Iacobe rabore*, &c. ad ſequentia verba *ipſe ſibi damnationem accipiet* repetere, eamque à ſuperioribus auulſam ſuo ordini locoque reſtituere malit.

2. Cætera omnia à recentiori addita, nulli veterum, nedum vero Clementi nota fuiſſe. 3. Ea partim ex Bibliorum emendata per Hieronymum verſione, partim ex recognitionem per Ruffinum in

Latinum

Latinum ſermonem tranſlatorū libris, Cyrilli Alexandrini aduerſus Theodorum Mopſueſtenum ſcriptis, Benedicti regula, Venantij Fortunati expoſitione in Symbolum Apoſtolorum, Gregorij M. paſtorali & Iſidori ſententiis eſſe deprompta. 4. His ſepoſitis, quicquid ſupereſt, *Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum* ſit merito cenſeri.

Hactenus de Appendice. De epiſtola quam à Ruffino interpretatam diximus, quærēdum ſupereſt, An ſit Clementis genuinus fœtus, necne? Credidit olim Ruffinus, affirmat hodie Turrianus; Nos negamus. 1. Quia auctor Epiſtolam ad Iacobum ante ſeptennium mortuum dirigit. 2. Quia Epiſcoporum vrbis ſeriem ita interuertit, vt nullum Lino, Cletóque, quos ſedem vel cum Clemēte, vel ante Clementem tenuiſſe fama eſt, locum reliquum faciat. 3. Occidentem tenebroſiſſimam mundi partem ridicule nuncupat. 4. Petrum *Electionis Domini*, Clementem Petri *primitias*, falſo vocat. 5. *Itinerarium Petri*, ſcriptum nugis & fabulis refertum, Veteris Eccleſiæ cauterio inuſtum, ab ipſo Romanæ inquiſitionis conſilio libris prohibitis annumeratum, à doctis omnibus reiectum comprobat. Vide Athanaſium *in Synopſi*, Epiphan. *hæreſ.* 30. Philaſtr. *hær.* 40. Synodum Rom. ſub Gelaſio coactam, Photium *Biblioth. Cod* 113. Humbertum Cardinal. *aduerſus Nicetam*, Iuonem *parte* 4. *cap.* 105. Honorium Auguſtod. *de luminarib. Eccleſiæ*, Gratianum diſt. 16. c. *Clementis*. Driedon. *de Eccl. ſcript. & dogm. parte* 5. *lib.* 4. *cap.* 5. Natalem Bedam *aduerſus I. Fabrum propoſit.* 103 Sixt. Sen. *biblioth. lib.* 2. Peter. *in Gen. lib.* 2. q. 3. Bellarm. *de Script Eccl.* Baronium ad A.D. 34. §. 280. 291. A. 41. §. 10. 51. 52. A. 44. §. 36. A. 102. §. 22. Perronium *Repli.* c. 31. Poſſeuin. *in appar.* ad verbum *Clemens*, Serarium *de Apoſtolis* §. 55. Lorin. *in act.* 19. 9. Binium *in notis, ad hanc Epiſt* &c.

Quis Iacobus is Domini frater ad quem directa Epiſtola dicitur.

Iacobum Domini fratrem Hieroſolymis habitaſſe docent Lucas Act. 15. & 21. Paulus Gal. 1. & 2. Ignatius ad Trallianos, Clemens Alex. apud Euſeb. hiſt. lib 2. c. 1. Athan. in Synopſi, Cyrill. cathec. 4. & 16. Orig. aduerſ. Celſum lib. 1. Ambro. in Luc. lib. 7. c. 9. Chryſoſt. in Acta, & homil. 38. in 1. Cor. Hieron. in catal. & in epiſt. ad Gal. Auguſtin. in eandem epiſt. & aduerſ. Petil. lib. 1. c. 51. Hegeſipp. apud Euſeb. hiſtor. lib. 2. c. 23. Fulgent. ad Felicem notarium de Trinit. cap. 1. Iſidor. de obitu 55. Iulian. Toler. in Nahum, Concil. Trullan. c. 32. Beda de 6. ætatibus, Ado in chron. Euthyra. in Ioan. c. 21. &c. Heſych. apud Phot. Bibl. Cod. 275. Auctor. comment. in libros regum ſub nomine Eucherij lib. 3. Huius parentes alij alios faciunt; fabulam de tribus Annæ B. Virginis matris maritis, à Gerſone ſerm. de B. Virg. natali & Landulpho Saxone de vita Chriſti parte 1. c. 3. procuſam mittimus: mittimus & ſomniū auctoris operis imperfecti in Matth. homil. 55. Iacobum Zebedæi filium Eccl. Hieroſolymitanam admi-

niſtraſſe, ad eumq; Paulum Act.21. ingreſſum fuiſſe ſibi perſuadentis. Cleophæ filium aſſerunt Chryſoſt. in epiſt. ad Gal. c.1. Theodoret. in eand. epiſt. ad finem &c. Alphæo patre prognatum ex Maria Cleophæ ſcribit Theophylact. in Matth.27. in cuius ſententiam propendet Hieron. aduerſ. Heluid. & Iſid. Hiſpal. de obitu SS. Ioſephum parentem priuſquam B.Virg. deſponſaretur, habuiſſe volunt Orig. in Matth.13. Hippolyt. apud Nicephor. lib.2.c.3 Hilar. in Matth. c.1. Ambroſiaſter in epiſt. ad Gal. c 1. Nyſſen. orat.2. de reſurrect. Epipha. hæt.78. Chryſoſt. in epiſt. ad Gal. & de annuntiatione Mariæ, Hieron. aduerſ. Heluid. Auguſt in epiſt. ad Gal. Anaſtaſ. q.90. Theophylact. in Matth.27. Euthym. in Matth.2. Iobius apud Phol. Bibl. Cod. 222. auctor Chronici Alexandrini à Radero editi.

Ex Apoſtolorum numero fuiſſe, aſſerere videtur Paulus Gal.1. cuius locus cum Marci 6. conferendus eſt, Clem. Alex. hypotypoſ. lib. 2. apud Euſeb. lib.2.c.1. Hegeſipp. & ex eo Euſeb. lib.7.c.14. Dionyſ. Pſeudo-Areop. apud Damaſc. orat.2. de dormitione Deiparæ, Hieron. aduerſ. Heluid. Chryſoſt in epiſt. ad Gal. Iſidor. de vita & obitu SS. Bernard. de conſid lib.2.c.8 Innocent.3. epiſt. ad Conſtantinop. patriarcham, Bellarm. de verbo Dei lib.1.c.18. Baron. ad A.D.34. §. 291 & not. Martyr. ad 1. Maij, Lorinus in Acta &c.

Ab Apoſtolis diſtinguendum cenſent, Recognitionum ſcriptor lib.1. Author conſtitut. lib.2. c.19. lib.6.c.14. lib.7.c.46. lib.8. cap. vlt. Hegeſipp. apud Hieron. in catal. Euſeb lib.1.c.12. & lib.2. c.1. pſeudo-Abdias Babyl. lib.1. Doroth. in Synopſi, Liturgia Æthiop. Nyſſen. orat.2. de reſurr. Epiph. hær 78. Chryſoſt. in epiſt. ad Gal. c.1. Hieron. in Eſai. lib.5.c.17. & ad Gal. lib.1. Cyrill. Monach. in vita Euthymij, Nicephor. lib.2.c.3. & 40. Bouius in conſtit. apoſt. At ſiue ex Apoſtolorum choro, ſiue extra chorum fuerit, cum Hieroſolymitanam Eccleſiam rexiſſe ſtatuant veteres, à quo Epiſcopale munus acceperit inquiramus. A Chriſto cenſent Egeſipp. apud Hieron. in catal. Epiph. hær.78. Hieron. in epiſt. ad Gal. c.1. Greg Turon. lib.1.c.17. Nicolaus Methonenſis *de pane conſecrato, &c.*

A Chriſto & Apoſtolis, Euſeb. lib.7.c.19. conſtit. lib.8.c 35. Ab Apoſtolis pſeudo-Clem. conſti. lib.7. c.48. & lib.8.c. vlt. Clem. Alex. apud Euſeb. lib.2.c.1. Athan. in ſynopſi; Euſeb lib.2 c.2. Hieron. de ſcript. Eccl. Beda de 6. ætat. & Martyr. ad Cal. Maij, Herman. contract. in Chron. Honor. Auguſtod. de luminarib Eccl. &c.

Martyrium feciſſe conſtans fama eſt: vnus negare videtur Chronyci Græci Anonymus ſcriptor, cuius hæc verba ſunt, ὁ ἅγιος Ιακωβος ὁ Απόστολος καὶ πατριάρχης Ἱεροσολύμων, ὃν ἐνεθρόνισεν ὁ ἅγιος Πέτρος, εἰς τόπον ἑαυτοῦ αὐτὸν ἀπελθὼν Ῥώμην ἐτελεύτησεν. Id autem contigiſſe putat (Petro iam vita functo) Indict. 11. Galba 2. & T. Ruffino Coſſ. id eſt A. D. 71 Imperante Veſpaſiano. Contra Ioſephus omni exceptione maior teſtis, Antiq. lib.10.c.8. & ſecundum Ioſephum Euſeb. lib.2. c.23. Hieron. *in catal.* Beda *de 6. ætatib.* &c. tradunt, Ananum pontificem

cem, (cum nondum Feſti ſucceſſor Albinus ad prouinciam perueniſſet) concilium aduerſus Iacobum congregaſſe, eumque de pinna templi præcipitatum, confractis cruribus fullonis fuſte in cerebro percuſſum interfeciſſe. Similia referunt Hegeſippus ab Euſebio citatus, & Clemens Alex. hypotypoſ. lib. 6. Miſſus eſt autẽ in Iudæam Albinus ante annos ſeptem & menſes quinque ab obſidione Hieroſolymitana, Ioſepho teſte lib. 7. de bello Iudaïco cap. 12. cuius teſtificatione firmatur Euſeb. in chron. Hieron. in catal. Bedæ de 6. ætat. Adonis, Hermanni, Honorij Auguſtod. &c. ſententia de Iacobi Martyrio, olympiadis 217. anno primo, Chriſti 63. Neronis 7. C. Cæſonio Pæto, & C. Petronio, ſiue Sabino, ſiue Turpiliano Coſſ. conſummato.

De Petri paſſione maior eſt ſententiarũ diſcrepantia. Hunc enim A.D. 68. Neronis 12. coronatum vult Epiphan. hær. 27. In ſeq. annum eius tranſitum differt Metaphraſtes ad 29. Iunij. Euſeb. in Chron. Hieron. de ſcript. Eccl. Beda in Martyrol. Herman. in Chron. Honorius Auguſtod. de Eccleſ. luminaribus crucifixum tradunt A.D. 70. Neronis 14. Olympiad. 220. anno 4. Caſſiodorus A.D. 71. Syluano & Othone Coſſ. quorum loco alij Galbam II. & Ruffinum collocant: omnibus tamen id ſtat fixum Petrum poſt Iacobum pro Chriſto ſanguinem fudiſſe. Quod ſi fateamur, quis non ſtupeat ad pſeudo-Clementis ſomnia pro libitu miſcentis Achroniſmos? Sit itaque quam aduerſus Turrianum propugnamus Theſis.

Abſurdum eſt Clementem iubente Petro ad mortuum Iacobum Epiſtolam conſcripſiſſe.

Turrian. *Non eſt veriſimile auctorem epiſtolæ ignoraſſe Iacobum ante Petrum obiiſſe.* Lib. 2. pro epiſt. c. 13.

Reſp. Cur vero veriſimile non eſt? ſi vrgeamus, aqua proculdubio hærebit negantibus. Sed ne litem non neceſſariam ſuſcipiamus, hoc vnum inculcamus; ſiue ignorauerit, ſiue compertum habuerit, temeritatis & κακοπλαστίας crimen ipſum effugere non poſſe.

Turrian. *Incredibilius eſt Clementem non eſſe auctorem epiſtolæ, quam ad mortuum ſcripſiſſe.*

Reſp. Principium petit Ieſuita.

Turrian. *Ratio ipſa cogit, tot præſertim ac tantis veterum teſtimoniis confirmata, confiteri Clementis eſſe, cuius eſſe fertur.*

℞. Ratio ipſa cogit fateri Rufinum, virum ad ſerendas fabulas natum, patribus Vaſenſibus, & Nicolao I. impoſuiſſe: Hincmarum vero cæteroſque recentiores, quos impoſturam paſſos ad oculum demonſtraui, à pſeudo-Iſidoro deceptos fuiſſe.

Turrian. *Hoc fuit B. Petro propoſitum, vt qui viderent eum ad mortuum iuſſiſſe ſcribi, quærerent cauſam.*

℞. Hoc Turriano propoſitum fuit καταβραβεύειν imperitos: Petri mandatum exhibendum fuit, non fingendum: ſi de mandato conſtaret de propoſito facile conueniremus.

Turrian. *Sic teſte Origene* lib.4.de principiis, *quod probant Baſilius & Nazianzenus in φιλοκαλίᾳ, in Scriptur. ſunt offendicula. & ἀδύνατα in lege. Verbi gratia*, Diabolum oſtendiſſe Domino, omnia regna mundi; neminem ſalutandum in via; maxillam dexrram, oculum dextrum nominari, *quaſi quis percutit, dextram potius quam ſiniſtram percutiat*, &c.

℟. Quas Origenes in ſcripturis ſalebras offendit, iamdudum explanauere Theologi. Nec ſequitur, Si quid in ſacris literis *δυσφημοῦν* inuenitur, capriuandus eſt intellectus &c. Ergo idem faciendum in ſcriptis humanis. In ſcripturis abſurda fingere non licet; licet vero eadem in Apoctyphis notare.

Turrian. *Cum Clemens ſcripſit ad mortuum iubente Petro, propter alios fecit, in primis propter Hieroſolymitanos Antiſtites, vt conſiderarent, Si Iacobus iam coronatus fuit cum hæc ſcripta ſunt, profecto non propter illum ſcripta, ſed propter nos.*

℟. Gratis quod in quæſtione eſt ſumit, & extra oleas ſaltat Ieſuita: Non diſputamus quo fine iuſſerit Petrus ad mortuum ſcribi, ſed an iuſſerit. Negamus vero vllam huius ſcriptionis idoneam rationem dari poſſe, ſiue propter Iacobum ſiue propter alios inſtituta dicatur.

Turrian. *Solent qui aliorum mores & vitam, velut in ſcena, in hoc ſeculo imitando repræſentant eorum nominibus appellari.*

℟. Hoc perſonati Clementis factum non excuſat; qui enim aliorum geſta in ſcena repræſentar, ludo peracto laruā deponere ſolent; nec quiſquam tam hebes eſt, vt rex haberi velit ab iis quos perſona regia rectus alloquitur. Hic vero hiſtrio Clementem mentitus, non modo Clemens appellari vult, ſed in perpetuum credi.

Turrian. *Transfiguratione tali vſus Paulus* 1. *Cor*.4. *teſte Theodoreto & Photio.*

℟. Transfiguratione vſum Paulum, aſſerente ipſomet, credimus; tali vſum negamus. Nec opus erat Theodoreti commentarios, & Mss. Photij codices in auxilium aduocare; aliud enim eſt, fidelium Eccl. membrorum, (quorum pars magna Paulus) partes in ſe exprimere, aliud fallendi animo perſonam alienam induere, & contra omnium hiſtoriarum fidem, dormientes in Domino pios viuis poſt mortem accenſere; illud fecit Paulus, Theodoro & Photio teſtificantibus, hoc molitus eſt pſeudo-Clemens, ipſis aduerſariis fatentibus.

Turrian. *Noluit Clemens ſcribere ad Simeonem Iacobi ſucceſſorem, ne æmulandi cauſam præberet aliis.*

℟. Hoc cum ſine ratione, ſine teſte, aſſerere audeat Ieſuita, non ſine ratione pro iure noſtro negamus. Egregiam ſane laudem reportauit Hypobolimæus Clemens, ſi mendacio ſuo alienum vitium curandum putauit; an ideo fuit deſerenda veritas, ne in eius detrimentum malorum accenderetur liuor?

Turrian. *Sic nec Cicero voluit diſputantes introducere viuos, ſed mortuos: quod agnoſcit lib. de finibus.*

℟. Ci-

℞. Ciceronis exemplum eſt *ἀπροσδιόνυσον*. Colloquia inter mortuos inſtituit, vt viuorum inuidiam vitaret; non ita Clemens, qui ſeu Mezentius alter *iunxit mortua viuis corpora.* Cicero de moribus loquentes mortuos introduxit, Clemens mortuo de mortuo hiſtoriam narrat: veriſimile erat Lælium, Catonem & reliquos quorum nominibus ſcripta ſua illuſtrauit Tullius, de Ethicis dum viuerent ſermones miſcuiſſe; eſt vero plane abſurdum Clementem mortuo, quaſi adhuc in viuis eſſet, quæ poſt ſeptennium ab ipſius obitu contigerunt canere.

Turrian. *Sicut Paulus* (1. Theſſ. 4.) *ſe annumerat iis qui victuri ſunt in die iudicii, ſic Petrus ſcribit ad mortuum.*

℞. Simile Ieſuitæ diſſimile eſt. Paulus viuens, de victuris in die nouiſſima locutus eſt: pſeudo-Clemens de mortuo Petro ad Iacobum ante ſeptennium defunctum quaſi adhuc viueret ſcribere fingitur. Viuum viuis annumerari poſſe non nego, hoc enim fecit Paulus; mortuum viuis annumerari debere nego, licet id fecerit pſeudo-Clemens.

Turrian. *Magnetes aduerſus Theoſthenem lib. 4. apolog. reddit hanc rationem facti Pauli, οὕτω γὰρ ἄν τις φιλέταιρος, καὶ τῶν ὁμοστοίχων ἀγαπῶν τὴν συγγένειαν δοκεῖ.*

℞. Ignoti hactenus auctoris ſententiam non improbamus, nihil inde Turriano præſidij.

Turrian. *Nihil intereſt adnumerari viuentem mortuis, an mortuum viuentibus.*

℞. Vtrinque parem rationem agnoſcimus. at Paulus mortuum viuentibus non adnumerauit nec viuentem mortuis, quod in pſeudo-Clemente coarguimus.

Turrian. *Sic ergo cum B. Petrus ad Iacobum fratrem Domini & Epiſcopum Hieroſol. iam mortuum tanquam ad viuentem ſcribere Clementem iuſſit, admonere voluit de amicitia & coniunctione eius cum iis qui poſt eum in ſede eius viuerent, eiuſdem dignitatis ac loci conſortes. In quo ſimul admonebat quantum præſidij & adiumenti in tanto amico conſtitutum eſſet, & quantopere ad morum ac vitæ eius ſimilitudinem, quæ nihil magis ad amicitiam allicit, & attrahit contendere oporteret.*

℞. Ieſuitica concluſio in figmentis eius nititur. Negauimus ſæpius, mandatum à Petro vt Clemens ad Iacobum ſcriberet; Negamus hoc fine mandatum vt poſteri Iacobi monerentur. Fingit quæ lubet aduerſarius, vt figmenta quæ pigmentis vndequaque conquiſitis incruſtauit, ſarta tecta maneant.

Turrian. *Cum mandat Petrus, ad mortuum de morte ſua ſcribat Clemens; clariſſ. teſtimonium reſurrectionis præbet. Vide conſtit. lib. 8. c. 41.* Deus Abraham &c. non tanquam Deus mortuorum ſit, ſed tanquam viuentium, quia omnium animæ apud te viuunt, & ſpiritus iuſtorum in manu tua ſunt &c. & ipſe nunc reſpice hunc ſeruum tuum &c.

℞. Quia ſemper eadem linea oberrat Ieſuita, eadem ſemper ei re-

ponenda reſp. eſt. Non mandauit Petrus quod aſſerit pſeudo-Clemens: ſcriptum viuentis ad mortuum reſurrectionis fidem nullam facit: aliud eſt commenta incondita pro ratione vendirare, quod facit Turrianus, aliud ſententiam propriam rationibus fulcire, quod non poteſt.

Turrian. *Simile exemplum ad mortuum tanquam ad viuentem ſcribendi in alijs eiuſdem Clementis libris cernitur. quid enim intereſt mortuos in lucere loquentes (quod idem auctor facit in conſtitutionib.) an mortuum inducere viuentem ad quem ſcribat, quod in hac epiſt. fecit?*

℞. Vtrobique impoſturam fecit ὑποβολεὺς Clementis nomine abuſus: an quæ male attentauit in conſtitutionibus culpam in epiſt. admiſſam excuſant?

Turrian. *Similis μίμησις in Scriptis prophetarum, teſte Iuſtino* in apol. *item in Platonis libris, teſte Baſil.*[a] epiſt. ad Diodorum 3 *in Alexamenis Teij operibus, Ariſtot.* in poëtica, *& Athenæo* Dipnoſophiſt. lib. 13 *teſt. lib. 4. in ipſo Cicerone*[b] *teſte* Epiſt. 13 *libri epiſt. ad Varronem.*

a Epiſt. 167.

b leg. videtur *epiſt. 8.*

℞ Aſſeuerationem falſiſſimam ſimplici negatione conuellere ſatis eſt: nemo præter Turrianum, qui pſeudo-Clementis κατὰ πλαγίας ſuas delicias facit, in Iuſtini, Baſilij, Ariſtotelis, Athenæi, & Ciceronis ſcriptis audaciſſimi figmenti patrocinium quærat.

Turrian. *Nihil refert an locuti ſint qui introducuntur, modo perſonis congruant quæ inducuntur loquentes.*

℞. At plurimum refert, ſi quæ non congruunt eis qui introducuntur, affingantur: quod auſus videtur hypolimæus Clemens. quid enim abſurdius, quam de nuper mortuo fabulas ad mortuum ante ſeptennium dictare?

Turrian. *Nihil refert facere nomen loquentis, an nomen eius cum quo per epiſtolam loquaris.*

℞. Nihil refert, modo ne quis doloſe falſam de Dramate ſuo opinionem ingenerare conetur. Fingere quidlibet vt imperitos in errorem inducas, docentis non eſt ſed fallentis.

Turrian. *Si. Clemens conſt. lib. 2. c. 57. lib. 5 c. 8. lib. 6. c. 14. lib. 7. c. 4. lib. 8. c. 10. non modo Iacobum Zebedæi cum 7 Diaconis inducit viuentem, ſed omnes Apoſtolos* &c.

℞ Hæc & Concilij Quiniſexti patribus, & purpuratis Rom. Eccl. principibus non nudam ſuſpicionem mouerunt, ſed clariſſima argumenta viſa ſunt fraudis & impoſturæ; vide Concil. Trull. c. 2. Beſſarion. aduerſ. Marc. Epheſiuum, Baron. ad A. D. 102. §. 9. Bellarm. de Script. Eccl. Petron. de Euchariſtia &c.

Turrian. *Clemens congregatos facit Apoſtolos, non corpore ſed ſpiritu* 1. Cor. 3. *ſeu σύμψυχοι γνώμῃ: vna itaque mente ac ſententia S. Apoſtoli Clementi hanc doctrinam ac conſtitutiones in perſona eorum ſcribenti interfuerunt in Spiritu, vt iam doctrina omnium ſit, & cuiuſque eorum.*

℞ Hoc falſum eſſe facile deprehendet quicumque lectioni conſtitutionum incumbet; ibi enim non mentium ſed viuentium hominum

minum congregationem deſcribi planum eſt. Non eſt itaque quod dicat Turrianus, ſpiritu Clementi ſcribenti Apoſtolos adfuiſſe, ſed putandum eſt Clementem quęcumque ſub Clementis nomine vulgata ſunt, ea de Apoſtolorum mandato ſcripſiſſe, ſicut Paulo mandante Corinthij inceſtuoſum anathemate percuſſerunt.

Turrian. *Sic Chryſoſt.* in encomio S. Ignatij martyris, *citans Paulum Tit 1* non *(inquit)* hunc ſolum dico ſed Petrum & Iacobum &c. Vt enim in vna lyra varij nerui ſunt, in fidibus vnus tamen concentus; ſic in choro Apoſtolorum variæ perſonæ ſed vna doctrina, ἐπειδὴ καὶ εἷς ὁ τεχνίτης, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κινοῦν τὰς ἐκείνων ψυχάς. *Item B. Auguſt. in lib. 3.* de conſ. Euang. c.7. *de Matthæi teſtimonio ex Ieremia pro Zacharia,* &c.

℞. Certum eſt, quicquid Apoſtolus quilibet aut propheta ſcripſit, ad Spiritum S. omnium Apoſtolorum & Prophetarum doctorem referendum eſſe; ſed hoc nihil ad rhombum. non enim ſequitur, Pauli doctrina eſt communis Apoſtolorum doctrina, Ergo pſeudo-Clemens de communi Apoſtolorum ſententia ſcripſit quæ ſcripſit, licet nec inter ſe cohæreant, nec ſeculo Apoſtolico congruant.

Turrian. *Tametſi (vt hoc obiter obſeruetur) ex Hieremia potius credendum ſit productum eſſe teſtimonium, non dico ex prophetiis Hieremiæ quam in manibus habemus, ſed ex deſcriptionibus Hieremiæ quæ in 2. lib. Machab. c. 2. citantur, quæ à græcis* ἀπογραφαὶ *dicuntur, id eſt,* tabulæ actorum.

℞. Obſeruandum cenſeo Turrianum iuratum apocryphorum patronum, ſuos quauis occaſione data fumos venales exponere, & audaciam intolerandam cum ἀβλεψίᾳ incredibili coniungere. Quis eum, cedo, docuit deſcriptiones Machabæorum lib. 2. citatas & genuinas eſſe, & gręcis notas, cum non extent, nec ab vllo fide digno teſtimonium habeant?

Turrian. *Etſi Catholici non intelligant quomodo ſcribere potuerit Clemens ad mortuum; ſuſſi ii epiſtolam eius à Clementis ſucceſſoribus, Anacleto epiſt. 2: & 3 Euariſto, Alexandro epiſt. 1. Marcello epiſt. 2. citari, quos ignoraſſe Iacobum tunc mortuum fuiſſe, cum Clemens ſcripſit, improbabile eſt, vt concedamus fortaſſe non omnes intellexiſſe huiuſmodi rationem inſcribendi literas* μιμητικῶς *quam iſti poſt Petrum & Clementem proximi non ignorarunt, eo magis imitandi ſunt, vt diſcamus eorum exemplo ea etiam tenere quorum interdum, tametſi cauſas & rationes ignoremus, tamen antiquorum exemplo & auctoritate contenti eſſe debemus.*

℞. Regulis ducimur non exemplis quibuſcumque; nec dubitamus poſſe ad mortuos ſcribi: fecit enim ante annos 200. Franciſcus Petrarcha, qui ad veteres Ethnicos illuſtriores, Ciceronem, Senecam, Liuium, Varronem Epiſtolas dedit: at nemo mortuos quaſi nondum mortuos Epiſtolari alloquio dignatus eſt: hoc ſolo pſeudo-Clemente facinus dignum fuit, cuius dum patrocinium ſuſcipit, & præiudiciis cæcus ſimpliciorum oculis nebulas obducere conatur, imperitiam prodit Ieſuita. eſt enim veriſſimum, pontificios

quomodo Clemens ad mortuum ſcribere potuerit non intelligere; & certo certius eſt cordatos quoſcumque intelligere, 1. Clementem id iubente Petro aggredi nec debuiſſe nec potuiſſe: 2. Anacleti, Euariſti &c. teſtimonia totidem eſſe pſeudo-Iſidori mendacia, quorum refutationem, Domino opem ferente, ſuo loco daturi ſumus.

Turrian. *Inſcriptio, eſt veluti Dramatica, facta ex imitatione perſonæ quaſi viuentis, quæ non eſt κακοπλασία, vt in Conſtitut. Apoſtolorum à Clemente ſcriptis, quibuſdam etiam ante annos prope 800. videbatur Photio teſte, qui vetus auctor, acris iudicio, & multa eruditione ac lectione infinita.*

Biblioth. Cod. 112.

℞. Non quaſuis μιμήσεις, κακοπλασίας dici debere, fateor lubens, ſunt enim innoxiæ quamplurimæ quibus pſeudo-Clementis figmenta, quæ hiſtoriæ veritatem radicitus euellunt, & multa ἄτοπα induerunt, accenſeri nec poſſunt nec debent. Qui vero Photij iudicium ipſe iudicij inops appellare potuit Ieſuita, cum (Poſſeuino teſte) Photius ἐν λόγοις ὀνομαστότατος, vt eum Zonaras appellat, Conſtitutionum libris non patrocinetur, ſed palam aduerſetur? ipſum audiamus. Αἱ δὲ Διαταγαὶ τρισὶ μόναις δοκοῦσιν ἐνέχεσθαι· κακοπλασίᾳ ἣν οὐ χαλεπὸν ἀποσκευάσασθαι. καὶ ὅτι κατὰ τοῦ [a] δευτερονομίου ὕβρεις τινὰς ἐπαφίησιν ἃς καὶ ῥᾷον διαλύσασθαι. καὶ ὅτι Ἀρειανισμοῦ ὅπως ἄν τις καὶ βιαίως διαχειρίσειε. Id eſt, (ſi Poſſeuini interpretationi fides habenda ſit) *Conſtitutiones autem tribus tantum culpis obnoxiæ videntur. Nam 1. in eas multa ficta maluioſe inſerta ſunt, quæ facile eſt à bonis veriſque ſecernere: præterea in Deuteronomium multa etiam contumelioſe dicta effutit, quæ facile eſt diluere. Denique in Arianiſmum* [b] *quoque, quantum quiſque alius, violenter impingit.*

a forte legendum δευτερονομίῳ. nihil enim in conſtit. libris hodie aduerſus Deuteronomium legitur. Vide lib. 3. c. 2.

b vide lib. 5. c. vlt. lib. 7. c. 36. & 42. lib. 8. c. 5. 6. 12. & 37.

Turrian. *Obijci poteſt occaſione eorum quæ ſcripſit Clemens de Iacobi dolore ob Petri mortem, Ergo ne mortui qui in cælo ſunt dolent caſus & acerbitates noſtras? non dolent quidem more noſtro qui ſunt omni lætitia pleni ac beati, ſed dolere dicuntur (vt Eccleſiaſtici doctores tradunt) cum ſecundum electionem voluntatis ex charitate aliquid nolunt propter gloriam Dei, quod Deus etiam non vult, ita vt id nolle actus charitatis ſit, idemque præmium atque gaudium Sanctis. Vident itaque animæ beatæ quicquid decet & delectat in Deo videre propter gloriam eius. Quare ſicut quod Tyrannus in cæde Petri fecit, odium Dei & dolor dicitur tropice, à noſtris diſpoſitionibus translato nomine, quod eſt Sacræ Scripturæ familiare; ſic S. Iacobus qui in Deo idipſum videbat contra voluntatem eius eſſe, ſimiliter eodem genere locutionis dici potuit dolere, cum alioqui hoc ipſum nolle ac dolere propter gloriam Dei, gaudium vt dixi ac beatitudo illi eſſet.*

℞. Gloſſæ Aurelianenſis ope, totam pſeudo-Clementis ſententiam partim inuertit, partim celauit Ieſuita: falſum enim eſt eum de dolore *tropico* loqui, non de mœſtitia proprie ſic dicta, qualem repræſentant ſeq. epiſtolæ verba. *Qui uſque ſermonem protrahens refugio indicare quod triſte eſt, quod quidem neceſſe eſt licet tarde proferre:* Ibid. poſt pag. aliquot ſic Petrus loquens introducitur, *Ne verearis ne forte multum de meo exitu contriſtandus ſis, ...ob..., cum id me pro pietate ſuſtinere non ambigas: erit autem tibi grande ſolatium ſi adduxerit, quod poſt me non imperitus aliquis*

aliquis &c. ſuſceperit cathedram meam. An refugienda fuit triſtium narratio ne beati *tropice* dolerent? an vereri debuit Clemens, ne Domini frater cum ipſo regnans animo angeretur? An denique certior per Epiſtolam fieri debuit Iacobus de Clementis electione; vt ſolatium de Petri morte caperet? cordati lectoris iudicium eſto, non Turriani ſimilium quibus *pepo c. r. i. loco eſt*.

Turrian. *Illud ſimplicius dici poteſt, quod cum ad Iacobum tanquam ad viuentem ſcribi B. Petrus iuberet, dolor iſte qui repræſentatur in perſonam ſactam apte cadebat.*

℞. Illud vt ſimplicius ita verius eſt; impoſtor Petrum Iacobo ſuperuixiſſe oblitus, Iacobum ſeu mortalem & doloris inter mortales capacem alloquitur imperite ſimul & mendaciter.

Turrian. *Quia fortaſſis exemplo potius quam ratione vlla, ſe de opinione ſua dimoueri patiuntur, qui negant ſcribi poſſe ad mortuum, habent exemplum Magni Theodoſii, qui epiſtolam ad Ioannem Chryſoſtomum iam annis triginta quinque vita functum ſcripſit; quam Nicephorus Calliſtus in libro 14. hiſt. ſuarum cap. 43. ſcripſit.* Orbis totius doctori, & ſpirituali parenti S. Ioanni Chryſoſtomo, Theodoſius Imp. Corpus tuum, vt aliorum defunctorum; exanime eſſe putantes, pater venerande, illud è tumulo transferri, & ad nos deduci, ſicut filij patris amantes deſiderauimus, &c. *Hactenus magni Theodoſij littera ad mortuum.*

℞. Stupidæ *ἀκρισίας* geminum idque nobile ſpecimen edit aduerſarius: 1. dum Nicephori fabellas, è Coſmæ (neſcio cuius) veſtiarij, in bibliothecæ Vaticanæ puluere hactenus ſepulti, (ſi Baronio credamus) lacunis hauſtas, pro genuinis hiſtoriis obtrudit. 2. dū Theodoſium M. ad Chryſoſtomum mortuum ſcribentem facit. Nicephorum certe *errorum non paucorum* arguit Bellarm. de ſcript. Eccl. *audaciæ* Maldonat præf. in Lucam: *mendacij* Baron. ad 258. 18. & 563. 8. *oſcitantia* Andrad. defenſ. Concil. Trid. lib. 2. fol. 108. *ἀμαθίας. κακομυθίας, ἀβλεψίας*, Perron. replicæ. p. 288. Ne vero leuitati Nicephorianæ deſit auctarium, quod de Theodoſio minore ſcripſit, de magno aſſerit Turrianus; quaſi vero Theodoſius M. quem A. D. 394. obiiſſe veterum omnium ſententia conſtans eſt; ad Chryſoſtomum A. D. 407. mortuum Epiſtolam dare potuerit A. D. 438. quo ſcil. eius reliquiæ Conſtantinopolim tranſlatæ ſunt; non anno 35. ab obitu, vt putauit Ieſuita, ſed [a] *ab abdicatione*. eaque prima quam A. D. 403. contigiſſe conſtat. Demus tamen & Nicephorū comperta de minore Theodoſio ſcripſiſſe, & Turrianum de maiore vera ſenſiſſe; an ideo excuſandus in facto plane diſpari pſeudo-Clemens? Scripſerit Auguſtus ad mortuum, an viuum ſolatio indigentem, ſeculi huius proceloſi ærumnis obnoxium, qualem Iacobum finxit pſeudo-Clemens, credi voluit? minime gentium. Alia ergo mens Imperatoris, alia *ἀνοησία* quem patrocinio dignatus eſt Ieſuita: nec debet Theodoſij ſacra in exemplum trahi, vt pſeudo-Clementis fabula fidem apud imperitos inueniat.

Baron. ad A. D. 438. §. 8.

[a] Socrat. lib. 7. c. 44.

Turrian. *Si quis quærendum eſſe putèt, quemadmodum, ſi ad Iacobum D. fratrem iam mortuum Clemens iuſſu Petri ſcribit, eum vocat Hieroſolym. Epiſcopum, imo omnium Eccleſiarum; ex iis quæ ante diximus in promptu eſt reſpondere, vt videbat Iacobus non corpore ſed ſpiritu, ſic erat Hieroſolymis, non ſpiritu qui iam ad cœlum migrauerat ſed corpore.*

℞. Ineptum curioſæ quæſtioni reſponſum dedit Ieſuita: quaſi vero in pſeudo-Clementis (quo tempore epiſtolam dictauit) Iacobi reliquiæ Hieroſolymis ſepultæ mentem venerint, aut reſpectu ſacri cadaueris ibidem decumbentis dictus ſit glorioſus Martyr Epiſcopus Epiſcoporum, adminiſtrator Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, imo omnium curator: quem non pudeat, tantas eſſe aliquid putare nugas?

Turrian. *Sancti Epiſcopi à morte curant ſuas Eccleſias, teſte Petro 2 epiſt. c.*1. Dabo operam &c. vt poſſitis *(hoc enim ſignificat hoc loco verbum græcum ἔχειν, quod frequens eſt)* poſt obitum meam memoriam facere, &c.

℞. Locus Petri non probat ſanctos poſt obitum tegere greges quos antea pauerunt, ſed eos dum ſunt in viuis oues ſibi commiſſas Deo ſtudioſe commendare, ne poſt ipſorum diſceſſum eas ſacrorum præceptorum capiat obliuio.

Turrian. *Promittit Petrus, præcaturum ſe pro iis quos docuerat, poſt mortē.*

℞. Promittit ſe daturum operam vt poſt mortem ipſius memoriam ſanæ quam ipſo docente imbiberunt doctrinæ memoriam pretioſam ſeruent & inuiolatam: ſic cenſent doctiſſimi quique ex aduerſariis, gloſſa ordin. Lyranus, Faber, Caietanus, Folengius, Gagneius, Guillaudus, Titelmannus, Saſboldus, Sa, &c.

Turrian. *Ergo Petrus curam paſtoris gerit per preces.*

℞. *Geſſit* dicendum, non *gerit*, ſiquidem verba epiſtolæ de Petro in carne degente intelligenda ſunt.

Turrian. *Præſidet Petrus per auctoritatem ſucceſſoris, & per doctrinam quam reliquit: vnde Nicol. I pontif. x eruditiſſimus ac ſanctiſſ. reſp. ad conſulta Barbarorum c.*106. Poſciris *(inquit)* vtrum omnibus his (græcis ſcil. & Armenis) ſecundum varios cenſus eorum obedire, an quid facere debeatis. Verum nos in his non ſumus ſufficientes, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt; & B. Petrus qui in ſede ſua viuit & præſidet, dat quærentibus fidei veritatem.

℞. Eccleſiam vniuerſam verbo per Petrum prædicato & literis conſignato regi non negamus: negamus vero à Nicolao primo Bulgaros eruditiſſimum ſanctiſſimúmque reſponſum tuliſſe, nec enim Petrus fidei veritatem inſpirat, nec quærendus eſt, nec viuit in ſede quam tenuiſſe dicitur.

Turrian. *Sic Concil. Chalcedonenſis Act.*3. *legati Rom. Eccl. Dioſcorum ab Eccl. Alexandrina gubernaculis remouentes,* Sanctiſſimus *(inquiunt)* & Beatiſſ. Archiepiſcopus magnæ & Senioris Romæ Leo, per nos & per præſentem S. Synodum vna cum ter beatiſſimo & omni laude digno

digno B. Petro Apoſtolo; qui eſt petra & crepido Catholicæ Eccleſiæ, & rectæ fidei fundamentum, nudauit eum, &c.

℞. Verba hæc non docent Petrum *in ſede Romana viuere vel curam paſtoris gerere*; ſed Dioſcori Eutychianæ hæreſeos patroni, & doctrinæ Apoſtolicæ aduerſarij, adeo iuſtam eſſe damnationem, vt ſententia quam per legatos Leo Petri diſcipulus pronuntiauit, ab ipſo Petro, cuius doctrinam propugnabat, quodammodo lata videatur.

Turrian. *Qui abſunt propter charitatem, aliquando iudicantur adeſſe, vt Concil. II. Carthag. c. 1. & Syn. Antioch. in præfatione ad Epiſcopos abſentes. Sic Iacobum propter charitatem & preces pro Eccleſia, præſentem in ea Eccleſia quam viuus regebat, diuino artificio Clemens facit.*

℞. Hoc *diuino artificio*, vbique præſentes ſanctos iudicare liceat; Qua enim charitate dum in viuis agerent Eccleſiam Catholicam complexi ſunt, eadem, ſed ab omni carnalium affectuum impuritate defæcata, eam Deo opt. max. commendant, eiuſque τελείωσιν, & regni Dominici aduentum indefeſſis precibus flagitant.

Quo ſenſu Iacobus Epiſcopus Epiſcoporum fuerit.

Turrian. *Iacobum Clemens dicit* rectorem Eccleſiarum, *quomodo Eleutherius, Gallos* vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopos *vocat*.

℞. Alia fuit ratio Apoſtolici muneris quo functus eſt Iacobus, alia Epiſcopalis ordinarij; Apoſtolis omnibus & ſingulis tota Eccleſiæ compago commiſſa fuit, non *pars in ſolidum*: ſicut cæteris gregis Dominici paſtoribus: eodem plane ſenſu Iacobum D. fratrem epiſtolæ huius artifex *Eccleſiarum omnium rectorem* nuncupaſſe videtur, quo recognitionum ſcriptor eum libro 1. totius Apoſtolici collegij Choragum fecit, & Heſychius Eccl. Hieroſolym. presbyter, *homil. de ſancto Iacobo*, eundem τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ ἀρχιστράτηγον, τὸν τῶν ἱερέων ἡγεμόνα, τῶν Ἀποστόλων τὸν ἔξαρχον, τὸν ἐν κεφαλῇ κορυφαῖον, τὸν ἐν λύχνοις ὑπερλάμποντα, τὸν ἐν ἄστροις ὑπερέχοντα. Chryſoſt. in Act. 15. τὴν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένον. Proteuangelij ſcriptor Ἀπόστολον πρῶτον. Rufinus hiſt. lib. 2. c. 1. *Apoſtolorum epiſcopum* nominauit. Phot. Bibl. Cod. 275.

Turrian. Epiſcopum Epiſcoporum *Iacobum vocat Clemens, id eſt*, Archiepiſcopum, *vt & Anacleto epiſt. 2.*

℞. Non ſemper qui *Epiſcopus Epiſcoporum* dicitur, *Archiepiſcopus* eſt. poteſt enim hoc titulo inſigniri quiſquis quacumque ratione inter Epiſcopos eminet: ſic Lupus Trecenſis Eccleſiæ præſul, cuius ab initio ſedes Senonenſi metropoli ſubiacet, à Sidonio Apollinare Epiſt. 1. lib. 6. *Epiſcoporum Epiſcopus* vocatur.

Turrian. *Hieroſolymitanus Archiepiſcopus fuit trium Palæſtinarum Concil. Chalced. act. 7. ſub Metropolitano Cæſarienſi tamen. Concil. Nican. can. 5. Hieron. ad Pammachium aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani, Nicolaus I. ad conſult. Bulgar. cap. 92.*

℞. Contradictionem implicat Ieſuita ſiue prudens ſiue imprudens: Ante Concilij Chalced. tempora Epiſcopus Æliæ Metropolis-

tanum Cæſarienſem agnouit, ex præſcripto Concilij Nicæni, cuius meminerunt Hieronymus & Nicolaus locis citatis: tunc vero non fuit trium Palæſtinarum exarchus, id enim honoris ſibi vindicabat Eccl. Metropolitanæ antiſtes. At poſtquam Iuuenalis cum Maximo Antiocheno de iuriſdictione pactum iniit, excuſſo Cæſarienſis Præſulis iugo, factus eſt Palæſtinarum Archiepiſcopus; id autem contigiſſe A. D. 451. teſtatur abunde Concil. Chalcedon. act. 7.

Turrian. *Pontifex omnium Epiſcoporum eſt Epiſcopus, quia omnibus omnium Epiſcoporum diœceſibus præeſt, quam propter vnitatem & ſidei & capitis Synodus Chalc. l. can. 9. diœceſim vocauit, vt idem magnus Nicolaus ad Michaëlem & notauit & probauit.*

℞. Romanum pontificem *omnibus omnium diœceſibus præeſſe*: earum *caput* dici debere, *exarchum diœceſeos* à patribus Chalcedone congregatis vocari (quicquid in contrarium ſentiat Nicolaus primus) negamus.

Turrian. *Ad fidem Ruffini interpretis, qui titulum Epiſtolæ ſic legit & interpretatus eſt, accedit etiam teſtis Sidonius Apoll. natus, qui ante mille annos in lib. 6. Epiſt. ad Lupum Epiſcopum Lirinenſem ſic ſcribit.* Benedicitur Spiritus Sanct. &c. quod tu pater patrum, & Epiſcopus Epiſcoporum, & alter tui ſeculi Iacobus, de quadam ſpecula charitatis, nec de inferiore Hieruſalem tota Eccleſiæ Dei noſtri membra ſuperinſpicis &c.

℞. De Sidonij Apollinaris teſtimonio, Ruffinique (quem mutato conſilio huius farraginis interpretem fuiſſe negaturus eſt Ieſuita) fide hic non contendimus. Notamus tantum, quandoquidem nulla eſt Lirinenſis ſedes, Lupum non Lirinenſem, ſed (ex Abbate Lirinenſi) Trecenſem Epiſcopum fuiſſe.

Turrian. *Hoc ergo erat* Iacobum omnes Eccleſias regere, *omnium vbique Eccleſiarum vtilitati conſulere, & omnia earum commoda proſpicere, quod verbum διέπειν quo Clemens vſus eſt ſignificat.*

℞. Per me licet.

Turrian. *Hactenus exiſtimo de ſcriptione epiſtola, non male neque inepte reſponſum eſſe; ſed potius recte & apte ad morem ipſius auctoris, dialogice ſcribentis: eſt enim Epiſtola velut altera pars Dialogi, vt recte ab Artemone qui Epiſtolas Ariſtotelis deſcripſit dictum eſſe auctor eſt Demetrius Phalereus, cum de epiſtolico charactere in libro περὶ ἑρμηνείας agit.*

℞. Recte ne an ſecus de epiſtolico charactere ſenſerint Artemon & Demetrius, mea non refert. iudicabit autem Lector annon *male & inepte* cauſam egerit Ieſuita.

An ſoli Clementi à Petro cathedra tradita fuerit.

pro epiſt. lib. 1. Turrian. *Soli Clementi traditam à Petro cathedram, vere affirmat epiſtola, & conſtit. lib. 7. c. 45.*

℞. *Tametſi plerique Latinorum* (vt Hieronymi verbis vtar) *ſecundum poſt Petrum Apoſtolum putent fuiſſe Clementem,* in alia fuit ipſe Hieronymus cum

mus cum maxima veterum parte ſententia, apud quos vel minimam, vel nullam conſtitutionum farrago fidem inuenit. Con- Leg.47. fuſam ab initio primorum vrbis Epiſcoporum ſeriem, obſcuriſſimumque ſucceſſionis eorum ordinem fuiſſe, plus ſatis probant diſſentientes antiquorum Catalogi, quos prudens Lector examini ſubjiciet.

Sententia Ignatij in epiſt. ad Mariam Caſſobo. Iren. lib. 3. Euſeb. lib. 3. c. 13. Nicephori Conſtantinop. Nicephori Calliſti lib. 3. c. 2. Iuonis parte 5. c. 237.	Sententia conſtitut. li. 7. c. 49. Optati lib. 2. aduerſ. Parmen. Auguſt. epiſt. 165.	Sententia Epiphan. hær. 27. Hermanni contracti in Chron.	Sententia Tertullia. li. 3 carm. aduerſ. Marcion. Hieron. in catal.	Tertull. de prçſcrip. cap. 32. Eucher. epiſt. ad Valeria. Pſeudo-Clem. epiſtola. Liber pontif. in Petro, videntur Clemẽtem ſecundum à Petro collocare.
Petrus & Paulus Linus Anacletus Clemens Euariſtus Alexander Sixtus Teleſphorus Hyginus Pius Anicetus Soter Eleutherus, &c.	Petrus, Paulus Linus à Paulo ordinatus Clemens à Petro ordinatus Anacletus Euariſtus Alexander: hunc omittit Optatus. Sixtus Teleſphorus Hyginus Anicetus Pius Soter Eleutherus.	Petrus & Paulus Linus Cletus Clemens Euariſtus Alexander Xyſtus Teleſphorus Euariſtus: hunc omittit Herman. Hyginus Pius Anicetus.	Petrus Linus Cletus Clemens Anacletus: hũc omittit Hermã. contract. Euariſtus Alexander Sixtus Teleſphor. &c.	

Turrian. *Conſtitutionum libros Euſebius ignorauit, vt & Dionyſij Areopagitæ, cuius opera elucidauit commentarios Dionyſius Alexandrinus teſte Maximo, in Dionyſ. Areop. & Anaſtaſio Antioch. ἐν ὁδηγ ῷ. Item Narciſſi, Hymenæi & aliorum.*

℞. Forte veriſimilius eſt Euſebium & conſtitutiones, & epiſtolam ad Iacobum Clementi ſuppoſitas credidiſſe; Nihil tamen definimus. Maximus certe præfat. in Dionyſ. poſt A.D. 630. ſcripta, ſe in

Narciſſi & Hymenæi lucubrationes incidiſſe refert: Idem & Anaſtaſius cap. 22. ὁ ἅγιος Dionyſij Areopagitæ ſcripta, & commentarios Dionyſij Alexandrini citant; at vtrumque fefelliſſe videtur nimia credulitas; nō enim debuit Dionyſio Areop. adiudicari opus in quo Clementis Alexand. lib. 8. Strom. poſt A.D. 190. & 80. à Dionyſij paſſione ſcripti locus inuenitur: abſurdum vero eſt Dionyſium Alexandrinum Commentariis illuſtraſſe libros qui nec prodierūt ante Iuſtiniani tempora, nec (vbi prodierunt) fidem ſtatim apud orthodoxos inuenerunt: hoc enim aduerſus Seuerianos Dionyſij ſcripta citantes, pugnarunt A.D. 532. Conſtantinopoli; *illa teſtimonia quæ vos Dionyſij Areopagitæ dicitis, vnde poteſtis oſtendere vera eſſe, ſicut ſuſpicamini? ſi enim eius erant, [a] non potuiſſent latere B. Cyrillum. Quid autem de B. Cyrillo dico? quando & B. Athanaſius ſi pro certo ſciſſet eius fuiſſe, ante omnia in Nicæno Concilio, de conſubſtantiali Trinitate eadem teſtimonia protuliſſet aduerſus Arij diuerſa ſubſtantia blaſphemias. Si autem nullus [b] ex antiquis recordatus eſt ea, vnde nunc poſſitis oſtendere quia illius ſint neſcio.* Vide epiſt. Innocentij Maroniæ Epiſcopi ad Thomatem Tom. 2. Concil. parte 1. & Baron. ad A.D. 532.

a quanto minus latere potuiſſent à Dionyſio Alex. elucidata?
b orthodoxis nemo tunc ob rudebat cōment. Dionyſio Alex. ſuppoſitos.

Turrian. *Ioannes III. aſſerit Linum & Cletum adiutores Petri, Clementem ſolum ſucceſſorem fuiſſe: licet Marianus Scotus Ioanni 3. Epiſtolam Leoni II. tribuat.*

℞. Epiſtola illa nec Ioannis eſt nec Leonis, ſed Iſidori Hypobolimæi.

Turrian. *Linum Petri adiutorem fuiſſe probatur ex Epiph in hær. 27. lib. 1. Tom. 2. Sophron. in homil. de agone Petri & Pauli. pontificum hiſtoria quæ fertur eſſe Damaſi, & Marianus Scotus qui Linum vixiſſe vult ad conſulatum Capitonis & Rufi.*

℞. Addere poterat Ieſuita teſtimonium Rufini *praf. recognit. ad Gaudentium*; Haymonis *de Chriſtian. rerum memoria*; Vincentij Bellouac. *hiſt. lib. 10. c 22.* Antonini *Summa hiſt. parte 1. tit. 6. §. 3.* Chron. Chronicor. &c. At licet Epiphanij & ſcriptoris hiſtoriæ pontificalis ſententiam probabilitate non carere ſtatuamus, ſtare tamen non poteſt pſeudo-Clementis aſſertio, fingentis Petrum *Clementi ſoli* cathedram iam ante Lino traditam tradidiſſe: notabit etiam Lector ex homil. Sophronij ſupereſſe fragmentum, In quo nihil tale legitur, quale ſomniaſſe videtur Turrianus.

Turrian. *Clemens Petro ſucceſſit vt principalis, Lino & Cleto vt coadiutoribus Petri; ſic ſecundus à Petro ſcil. vt principalis tertius vt ſucceſſor Lini, quartus vt ſucceſſor Cleti.*

℞. Hinc patet cathedram non *ſoli* Clementi traditam; eſt vero probabile eum Lino & Cleto coadiutorem datum, quia ſuperuixit, & diutius clauum tenuit; verum, præcipuum, imo vnicum Petri ſucceſſorem creditum fuiſſe.

Turrian. *Euſebius omiſit Cletum, quia Linum Petro ſuperuixiſſe vndecim annis voluit.*

℞. Videtur potius Cletum Ignatio, & Irenæo ignotum, penitus ignoraſſe.

Turrian. *Cletum cum Anacleto confudit, cuius annos ab annis Clementis diſtinxit, quod fieri non oportebat, cum non eſſet niſi Clementis coadiutor; Clementis nouem annis tantum tribuit.*

Reſp. Siue confuderit diſtinguenda, ſiue diſtinxerit componenda, perinde eſt; ſtat immota theſis noſtra *non ſoli Clementi traditam à Petro cathedram.*

Turrian. *Irenæus errauit dum confudit Anacletum cum Cleto.*

℞. Audax aſſertio! errauerit Irenæus *vir Apoſtolicorum temporum,* non errauerit rabula Irenæo ſeculis 14. poſterior.

Turrian. *Legendum apud Ignatium ad Mariam* Λίνῳ *non* Ἀνακλήτῳ *ex Ms. codice Bibl. Medicea.*

℞. Forte legendum non eſt; ſiquidem nec legiſſe, nec manuſcriptum nactum Ieſuitam ſuſpicor, cuius fides admodum fluxa eſt. Fac tamen eum in manuſcriptum aliquod exemplar incidiſſe; annon explodenda mendoſæ lectionis obſeruatio, Λίνον pro Anacleto ſubſtitueris, quaſi idem ſit Λῖνος cum Λίνῳ, aut debeat è *Lino*, Leno efformari.

Turrian. *Linum mortuum viuente Petro, Clemens aſſerit conſtit. lib. 7.*

℞. Aſſerit & Epiphan. hæreſ. 27. negamus vero, ex eiuſmodi aſſertione, (de cuius fide *adhuc ſub iudice lis eſt*) ſequi *Clementi ſoli* cathedram à Petro traditam.

Turrian. *Succeſſor Clementis non Euariſtus fuit, vt Irenæus & Euſebius dixerunt; neque Cletus, vt quidam noſtro tempore ſcripſit, plus auctoritatis tribuens notationi Conſulum, quæ vitio librariorum, imo vitio quoque eorum qui literas in æs aut lapidem incidunt obnoxia eſt, quam voci viuæ Eccleſiaſticæ traditionis, id eſt epiſtolis Anacleti.*

℞. Onuphrium notatum voluit. Onuphrio ingenij acumine, diligentia, & eruditione ſolida longe inferior Ieſuita: cuius impudentiam non tam mirabitur quam deteſtabitur, quiſquis aduertere dignabitur, abſurdum plane eſſe, homuncionem nuperum, tantaque vertigine correptum vt manifeſtarij furis figmenta incorruptioribus genuinæ antiquitatis monumentis præferat, clariſſimis veteris Eccleſiæ luminibus errorem & tenebras objicere audere.

Turrian. *Hieronymus in Eſaiæ cap. 52. & lib. 1. aduerſ. Iouinianum Clementem Petri, Anacletum Clementis ſucceſſorem facit.*

℞. Aliam in catalogo ſententiam cum tueatur, neceſſe eſt dicamus Hieronymum, cum diuerſa diuerſis locis de prima Epiſcoporum vrbis ſucceſſione ſcriptis conſignauerit, non ſibi conſtitiſſe.

Turrian. *Auguſtinus*[a] *epiſt. 55. Cletum prætermiſit quia Clementis adiutor fuit.* a leg. 165.

℞. Cum Auguſtinus, Optatum ſecutus, Cletum eundem cum Anacleto fuiſſe crediderit; Cletum prætermiſiſſe, aut Clementis coadiutorem putauiſſe nemo prudens dixerit.

Quo ſenſu Pſeudo-Clemens cum pleriſque veterum Petrum Eccleſiæ fundamentum, *dixerit.*

Vnicum, ſi cum Paulo totaque Scriptura accurate loqui velimus, ſiue Eccleſiæ, ſiue fidei fundamentum dicendus eſt Chriſtus, *præter quem nemo fundamentum aliud ponere poteſt.* Non negandum tamen, minus proprie, ratione miniſterij, confeſſionis, exempli, Apoſtolos omnes, ipſumque inter collegas Petrum, fidei quam prędicatione ſeminauit, & martyrio confirmauit, Eccleſiæ quam ſummo labore fundauit & coluit fundamentum à Patribus dictum fuiſſe. Inſcripta certe Apoſtolorum omnium nomina cœleſtis Hieruſalem fundamentis vidit Ioannes *Apoc.* 21. Dicitur & fidei doctrina ab Apoſtolis prædicata *fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum* quod ipſi primi iecerunt. *Epheſ.* 2. Videtur autem B. Petrus à Chriſto inſpiratus, in confeſſione τὴν κρηπῖδα καὶ βάθρον ἐφ' ἧ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν ὁ κύριος ᾠκοδόμησε (vt cum Iſidoro Peluſiota epiſt. 235. lib. 1. loquar) poſuiſſe.

Cùm igitur non vni Petro, ſed ſingulis veris paſtoribus, imò Eccleſiæ toti conueniat ex officio, vt ſit στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, 1. *Tim.* 3 eoque nomine Athanaſium Nazianz. *orat.* 21. & 22 Cyrill. *homil.* 8. *paſch.* τῆς ἐκκλησίας στῦλον, τῆς ὀρθοδόξης πίστεως ἀδιάσειστον κρηπῖδα, τῆς πίστεως ἔρεισμα: Baſilium, Nazianz. *orat.* 19. στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, θέλημα κυρίου, πίστεως ἔρεισμα: Euſebium Samoſa. idem *epiſt.* 74. στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, φωστῆρα τοῦ κόσμου, θεοῦ δῶρον, κανόνα πίστεως Nectarium idem *epiſt.* 227. ἐκκλησιῶν τὸ κοινὸν στήριγμα vocet: non mirum ſi Petrus longe Athanaſio, Baſilio &c. præferendus à Patribus nō modo *Eccleſiæ ἔρεισμα, & fundamentum ſuper quod fundatur* (ſic enim Cyprian. *epiſt.* 63. Origen. *homil.* 5. *in Exod* Baſil. *lib.* 1. *aduerſ Eunomium,* Nazian. *orat.* 7. & 26 Hilar *in Matth.* 16. Hieron. *in eund. locum,* Epiph. *in Ancorato,* Chryſoſt. *de verbis Eſaiæ vidi Dominum,* &c. homil. 4 & *in Matth. homil.* 55 loquuntur) ſed etiam ab Hippolyto de *conſumm. mundi.* Chryſoſt. *ſerm. de Petro & Paulo,* Theophan. Ceram. *de SS. Apoſtolis,* Michaële Syngelo *in Dionyſ. encom.* Damaſc. *in hiſt. Balaam,* Conſtantini edicto *pro 6 Synodo,* Theodor. Studit. *epiſt. ad Paſchalem* papam, Euthymio *in Matt.* 16. *fidei Petra,* ab Epiphanio hæt. 59. *is in quo ædificata,* ἡ ἀδιάλυτος πίστις, ab Ambroſio in Luc. lib. 5. *fidei princeps,* à Paſchaſino Lilyberano Concil. Chalcedon. Act. 3. Andrea Cretenſi de transfig. Dom. & Michale Syngelo in Dionyſ. encomio *fidei* θεμέλιος, à Chryſoſtomo in pſal. 50. & de laudib. Petri & Pauli *fidei* κρηπὶς; à Philippo preſb. Concil. Epheſ. part. 2. act. 3. *fidei* κίων dictus fuerit. Quos titulos ne quis cum pontificiis ideo à Patribus in Petrum collatos putet, quod is à Chriſto Hieromonarcha ſit inſtitutus, moneo Paulum ab Origene aduerſ. Celſ. lib. 1. τὸν μετὰ τὸν χριστὸν τὰς ἐκκλησίας πήξαντα, à Chryſoſtomo homil. in illud *ſalutate Priſcillam,* θεμέλιον πίστεως, homil. 2. in epiſt. ad Rom. *Columnam fidei, petram ferro & adamante fortiorem.* Ibid. homil. 18. κορυφαῖον, homil. *de petitione filior.* Z [illegible] bed. .

τῶν Ἀποστόλων μείζονα, de Sacerdotio lib.4. cap.7. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων πλεονεκτήσαντα. homil. de 12. Apoſtolis τὸν ἐξ ἑκάστων πρῶτον. homil. in hæc verba *Paulus vocatus*, τῶν δικαίων πρῶτον vocari, *cui nullus par*; (homil. de Petro & Paulo) quo Petrus hoc ipſo inferior videatur, quod *Petrus Romam, Paulus mundum erudierit* (homil. de SS. Apoſt. 12.) Rurſus à Cæſario dial. lib.4. quæſt.192. Paulus τῆς θείας εἰκονιζομένης ἐξαίρετος, à Chryſoſtomo homil. de 12. Apoſtolis, Apoſtoli omnes ὀρθοδοξίας ἀμετάθετοι στῦλοι, ἐκκλησίας πέτρα &c. ab eodem [a] Ignatius Eccleſiæ Antioch. præſul *Petro* ἀντίρροπος, ab Heſychio [b] Iacobus minor τῶν Ἀποστόλων ἔξαρχος, ab eodem in orat. [c] encomiaſtica de B. Thoma, Andreas ὁ τοῦ χοροῦ τῶν Ἀποστόλων πρωτότοκος, ὁ πρωτοπαγὴς τῆς ἐκκλησίας στῦλος, ὁ πρὸ Πέτρου πέτρος, ὁ τοῦ θεμελίου θεμέλιος, ὁ τῆς ἀρχῆς ἀπαρχή, ὁ πρὶν κληθῆναι καλῶν, ὁ πρὶν προσαχθῆναι προσάγων, nuncupatur: vt neceſſe ſit aduerſarios vel plures Eccleſiæ (Chriſto ſecluſo) ſimul eodémque tempore Monarchas non modo Petro æquiparandos, ſed quodammodo præferendos agnoſcere; vel eorum omnium argumentorum quæ ex Petri laudibus ad Hieromonarchiam probandam duxerunt, iacturam facere.

a homil. de S.Ignatio.
b Photius Cod.275.
c Idem Cod. 269.

An recte Petrus à Pſeudo-Clemente dicatur primitiæ Electionis Domini.

Vnum, qui pſeudo-Clementis de Petro ſententiæ conſentanea (poſt A D.628) ſcripſerit, reperio, Modeſtum Hieroſolymorum Epiſcopum: is enim (teſte Photio Bibl. Cod.275.) Petrum Apoſtolorum ἀπαρχὴν vocauit; quàm recte, ſequentia docebunt.

Turrian. *Chryſoſt. eiſdem. Domini Non ſunt primitiæ ſi quis Deo primum fructum dederit cum ſit tenuis & infirmus, vt eſſe ſolet primus fructus terræ, ſed ſi maturum & perfectum* Leuit.19. *Sic ergo non primus Adam oblatus eſt Deo tanquam primitiæ, vtpote factus obnoxius peccato; ſed potius ſecundus Adam, qui erat liber ab omni peccato, oblatus eſt Deo.*

pro epiſt.lib. 2.c.14.

℟. Chryſoſtomus demonſtraturus nos in Chriſto Deo patri acceptos, naturæ noſtræ primitias ab ipſo ſuſceptas oblataſque aſſerit; cuius ſententiæ ſuffragatur Cyrill. Glaphyr. lib.3. tit.1. his verbis. Ἔστιν αὐτὸς (Chriſtus) ἡ ὑπὲρ ἡμῶν θυσία, τὸ πρωτογέννημα τὸ πνευματικόν, τουτέστιν ἡ τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχή, ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ὁ πρῶτος εἰς ἀφθαρσίαν, τοῦτο ἡ πρωτότοκον τῶν κεκοιμημένων. Ne autem mirum videatur Chriſtum quem ἔσχατον Ἀδὰμ Paulus 1.Cor.15. ἔσχατον ἀπεσταλμένον vocat Marc.c.12. ἀπαρχὴν dici, Reſpondet Chryſoſtomus Dominum hoc nomē ſortiri, nō quia primus ἐκφυόμενος & πρῶτος βλαστάνων, ſed quia primus à peccato liber; nec vocari primitias primum fructum ἐξίτηλον & ἄωρον ſed ὥριμον. Id vero probat ex Scriptura Leui. 19. iubente quaſuis arbores immundas & præputiatas ad annum quartum à plantatione haberi: Eodem plane ſenſu Cyrill. Glaphyr. in Exod. lib.2. tit 2. colligit ex aſſeruatione πρωτοτόκων per ſeptem dies, non ſtatim debere τοὺς κεκλημένους, καὶ εἰς τὰς τοῦ πνεύματος ἀρχὰς ἐκβεβη-

κίτας· καὶ ἀμύντας προσκομίζεσθαι. Nemo autem non videt hoc ad pſeudo-Clementis de Petri prærogatiuis ſiue veram ſiue falſam ſententiam trahi nec poſſe nec debere: Licet enim *Eccleſia Christianæ primitias Apoſtolos* nuncupari, & *Apoſtolorum ἀπαρχὰς* Andream & Petrum quos primos Dominus vocatione ſua dignatus eſt, vocari poſſe non diffiteamur; negamus tamen id nominis Petro cum Andrea collato conuenire, aut ad prærogatiuas eius pertinere, vt primus Apoſtolorum omnium à Chriſto vel electus vel oblatus fuiſſe dicatur: putamus quinetiam non ſine Apoſtolici chori contumelia Petrum primitias eo ſenſu quo Chryſoſtomus Dominum naturæ noſtræ primitias appellauit, indigetari poſſe; cum enim Petrum ſolum à Chriſto Deo Patri oblatum, in eoque cæteros dedicatos fuiſſe falſum ſit; ab iniuria Apoſtolorum omnium non temperabit, quiſquis Petrum ſolum δόκιμον, reliquos decem ἀδοκίμους καὶ ἐξιτήλας καρποὺς fuiſſe, cum Turriano pronuntiabit.

Turrian. *Fuit Petrus* primitiæ electionis, *non quia* primo electus, *ſed quia primus fuit qui, cum* filium hominis *audiſſet, vt S. Marcus Anachoreta notauit, reſpondit interrogatus filium Dei eſſe.*

℞. Hoc ſenſu primitiæ non *electionis* fuerit Petrus, ſed *confeſſionis*, ſeu *confitentium*; quod Ambroſius lib. de incarn. c. 4. agnouiſſe videtur: *Primatum* (inquit) *egit* Petrus *confeſſionis non honoris, fidei non ordinis*, &c. Falſum autem eſt Marcum Anachoretam notaſſe Petrum vel *primitias* fuiſſe, vel *primum* reſpondiſſe: nullibi enim de Petri confeſſione, ſed de cæci à Domino illuminati δοξολογίᾳ verba fecit: *de lege ſpirit. c. 11.* τυφλὸς (inquit) ὁ τότε κράζων, καὶ λέγων υἱὲ Δαβὶδ ἐλέησόν με, ὁ προσαιτῶν ὁμοῦ σωματικῶς, καὶ μήπω ἔχων γνῶσιν πνευματικήν. ὁ ποτὲ τυφλὸς ἀναβλέψας καὶ ἰδὼν τὸν κύριον, οὐκ ἔτι υἱὸν Δαβίδ, ἀλλὰ υἱὸν Θεοῦ ὁμολογήσας προσεκύνησε.

Luc. 10.

Turrian. *Confeſſio Petri (vt Theophanes cognomento Cerameus obſeruauit) Neſtorium coarguit Chriſtum in duas perſonas diuidentem, & Armenios atque Acephalos duas naturas in vnum confundentes.*

℞. Omnes hæreſes coarguat, ſitque *aduerſus eas generalis iſta fides*, vt Ambroſij verbis vtar *de incarn. cap. 5* quid hoc ad rem? an quiſquis hæreſes coarguit ἀπαρχὴ dicendus eſt?

Turrian. *Hieron. de circumciſ. vera*, Tunc & Petrus vocatur à Petra, poſtquam illam angularem petram primus agnouit; *& paulo poſt*, foris ſcribitur (*liber de quo Apocal. 6*) cum Apoſtoli interrogati quis eſſe Dominus diceretur; reſponderunt quod *alij* dicerent *Eliam*, *alij Hieremiam, alij autem vnum ex Prophetis*: intus ſcribitur cum Petrus exclamat, *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*, vnde & ipſe Dominus, *non reuelauit tibi, Petre*, (inquit) *iſtud caro & ſanguis, ſed pater meus qui in cœlis eſt*. Cuius caro & ſanguis? Nunquid nam Petri ipſius caro & ſanguis obſtabant quin filius Dei diceretur? Non inquam, ſed ipſius Domini caro & ſanguis; in quibus dum homo ſeruitur, qui erat Dei filius non credebatur eſſe quod erat.

℞. Auctor

℞. Auctor ſcripti *de vera circunciſione* Hieronymus non eſt, ſed vel Paulinus, vt Pamelio; vel Maximus, vt Mariano, & Poſſeuino placet; nec probat Petrum *electionis Domini primitias* fuiſſe; ſed *primum* ἡγούμενον, quod ad controuerſiam præſentem non pertinet.

Turrian. *Theodotus Ancyranus* [a] *in eandem ſententiam*; Quod dixiſti, *inquit*, de eo qui cernitur, non didiciſti ex natura quæ cernitur: quod; inquam dictum eſt de carne, non didiciſti ex carne & ſanguine quia ſcilicet filium hominis dixit eundem eſſe filium Dei, non diuidens duas naturas, nec duo ſignificata in Chriſto, ſed vnum confeſſus. a non extat.

℞. Siue hoc ſcripſerit Theodotus, ſiue finxerit Turrianus, extra controuerſiam eſt, nec ad *primitias* facit.

Turrianus. *Hanc ergo fidei reuelationem* ſoli *Petro, (vt Clemens ait) fecit Dominus. Primum patet ex Clem. epiſt. 1.*

℞. Vnde colligit Ieſuita? pſeudo-Clemens *ſoli Petro Patrem reuelaſſe Filium* ſcribit, non probat. primus confeſſus eſt, an ideo primus nouit? Imo *ex omnium* collegarum *perſona*, Domino interroganti reſpondiſſe Petrum teſtantur, Ambroſ. de incarn. c. 4. ad finem Hieron. in Matth. 16. Pallad. de Chryſoſt. vita, cap. 19. Cyrill. in Ioan. lib. 4. c. 38. Caſſian. de Incarn. lib. 3. &c. Ergo omnes nouerant.

Turrian. *Patet & ex Hilarij lib. 6. de Trinitate.*

℞. Hilarius loco citato non dicit *ſoli Petro* reuelationem factam, ſed ipſum *in cunctorum Apoſtolorum ſilentio Dei filium reuelatione patris intelligentem vltra humanæ infirmitatis modum, ſupereminentem beatæ fidei ſuæ confeſſione gloriam promeruiſſe*: potuit autem alia Apoſtolici ſilentij cauſa fuiſſe ab ignorantia. Non tamen negauerim Hilarium ſenſiſſe Petro ſoli reuelationem factam; id enim diſerte ſcribit Can. 14. in Matth. *ignorantibus cæteris primus reſpondit*, Tu es &c. ſic ex Hilarij ſententia factus fuerit Petrus confitentium non electionis Dominicæ ἀπαρχή.

Turrian. *Cyrill. homil. 8 Paſch.* τῶν ἁγίων μαθητῶν ὁ ἡγούμενος *Petrus, Ergo eo modo primitiæ electionis quo dux diſcipulorum.*

℞. Fuerit certe ὁ ἡγούμενος ratione zeli, fidei, auctoritatis: quid hoc ad iuriſdictionem pontificiam Imo quid ad commentum pſeudo-Clementis? Nego ſequelam; *fuit primus dignitate & dux aliorum* Ergo *& electione*. Ioannes enim contrarium docet Euang. c. 1. differunt itaque ἡγούμενος & ἀπαρχή: potuit Adam non ἀπαρχή ſed creationis (vt ita dicam) ὑστέρημα vniuerſo Domini manuum operi præfici; potuit inter Iſaï filios minimus natu Dauid cæteris fratribus anteferri, nec ſolius paternæ familiæ ſed totius Iſraelis dux effici; potuit item inter vocatos à Domino ad Apoſtolatum poſtremus cumulatiore donorum menſura ditari & ad primatum euehi; at vltimus *initium* dici non potuit, ſic enim vocem ἀπαρχὴ 1. Cor. 15. 23. reddit Ambroſ. de myſterio paſchal. cap. 4. ex Veteri N. Teſtam. verſione.

Turrian. *Hieronymus*, de vera circuncisione, *vbi confert Petrum cum Abraham, et vt principi tribuit quæ omnibus communiunt.* Auguſtum, *inquit*, caput Petrus extulit, noui ſignifer Teſtamenti, & in creatione eius primitiuus; alius (quod ſine dubitatione loquor) Abraham, neſcio an maior, certe quod ſentio non ſecundus; Illi generatio larga promittitur, huic generatio paſcenda committitur; ab illo iuſtificanda procedunt, in hoc iuſtificata fundantur; ita quod ille ſperat hic accipit. Illi dicitur, *faciam te in gentem magnam*: huic dicitur *faciam te piſcatorem hominum.* Illi dicitur *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes*, huic dicitur, *iudicabis duodecim tribus Iſrael*, &c. Ibid. Omnia, inquit Apoſtolus, reliquimus & ſecuti ſumus te. In fidem veteris exempli nepotum virtus tam ſera quam mira per diſcipulum primogenitum nouæ iuſtificationis adſpirat; obſoleſcentib. iam pene imaginibus veritatis, Abraham reformatur in Petro, omnia ſe reliquiſſe reſtatur, &c.

Reſp. Primitiuum, & *nouæ iuſtificationis primogenitum* vocat ſcriptor ille, quiſquis eſt, Petrum; non quia primus à Chriſto electus vel Deo oblatus eſt; ſed quia primus ex electis diuino miniſterio conſecratis Chriſto gloriam dedit, & *inuſtiſſ. a nudis ſi im* paſſus eſt. Quicquid autem Apoſtolis vel promiſſum eſt vel collatum, ad vnum Petrum trahit ὑπερβολικῶς: non eo fine, vt alios Apoſtolos, quos *eiuſdem muſti ſpumaſſe feruore, vnius botryonis ſuperfluentis maduiſſe vindemia, in nectaris eius odorem ad B. Petri ſimilitudinem concurriſſe* agnoſcit, iure ſuo priuet, ſed vt de Petro quem laudandum ſuſcepit verum comprobet quod de Paulo ſcripſit Chryſoſt. de laudibus Pauli homil.1. εἴ τι περιῆν ἑκάστῳ εἴ ξαιρετόν τι γενναῖον, εἴτε πατριάρχαις, εἴτε δικαίοις, εἴτε ἀπόστολοις, εἴτε μάρτυρες, πάντα ταῦτα ὁμοῦ συλλαβὼν ἔχει μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς, μεθ' ὅσης οὐδεὶς ἐκείνων, ὅπερ ἕκαστος εἶχε καλὸν, ἐκέκτητο. Ibid. Chryſoſt. ſingularem Pauli cum Abrahamo collationem inſtituit. τὸν Ἀβραὰμ, inquit, θαυμάζουσιν ἅπαντες, ὅτι ἀκούσας, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, ἀφῆκε πατρίδα &c. ἀλλὰ τί Παύλου γένοιτ' ἂν ἴσον, ὃς οὐ πατρίδα καὶ οἰκίαν καὶ συγγενεῖς ἀφῆκεν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν κόσμον, διὰ τὸν Ἰησοῦν, μᾶλλον δὲ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν οὐρανὸν τῶν οὐρανῶν ὑπερεῖδε, &c. Fac igitur vnum Petrum habuiſſe quæcunque dona in ſingulis Apoſtolis effulſerunt, an ideo ἀπαρχὴ credendus eſt? at pari ratione Paulum, qui ſe non modo ἔσχατον ſed ἐκτρωμα vocauit, ἀπαρχὴν fuiſſe dicamus neceſſe eſt, cum in eo emicuerint quæcumque in omnibus ſplenduerunt.

Turrian. *Iſidor. Peluſ. epiſt. ad Gainam. dabo claues*, αὐθεντικῶς.

Reſp. Epiſtola ad Gainam hodie nulla extat; eſto vero, dederit Chriſtus Petro claues αὐθεντικῶς; an ſoli Petro vel datas claues, vel αὐθεντικῶς datas, inde quis collegerit? annon cuicumque dat Chriſtus aliquid, αὐθεντικῶς dat?

Turrian. *Sicut quamuis alij ante Abraham fideles, tamen propter excellentiſſimam fidem meruit Abraham, vt eſſet primitiæ & origo veteris populi Dei, ita Petrus.*

Reſp. Abrahamum i, id eſt conſecutus eſt, vt origo eſſet populi Dei ſubſequentis, non præcedentis; non itaque Adæ, Abelis, Enochi, Noachi, & eorum qui in fide præceſſerant, ſed eorum qui eius fidem ſiue in gentibus ſiue in Iudæis erant imitaturi, (ſic enim Apoſtolus Rom. 4. loquitur) pater factus eſt: nec ſolius populi veteris, ſed totius Eccleſiæ quam Domini miſericordia à fœdere cum Abrahamo inito collegit.

Turrian. *Primitiæ dicuntur, non ſecundum tempus ſed ſecundum perfectionem: ſic Chriſtus dicitur* primitiæ dormientium.

Reſp. Propoſitam diſtinctionem citatus à Ieſuita locus euertit: cum enim Chriſtus *mortuorum primogenitus & primitiæ dormientium* dictus fuerit, quia initium fecit reſurgendi ad incorruptionem beatamque immortalitatem, ... male creditur ratione perfectionis non *ſecundum tempus ἀπαρχὴ* dici. Collige conſentientes interpretum calculos, Athanaſij orat. *de humana natura ſuſcepta*; Ambroſij *de myſter. paſch. cap. 4.* Epiphanij in *Ancorat.* Chryſoſtomi, Ambroſiaſtri, pſeudo-Hieronymi, Primaſij, Bedæ in 1. ad Cor. c. 15. Cyrilli *de fide lib. 3. c. 54.* Lombardi, Lyrani, Fabri, Gagneij, Caietani, Catharini, Contareni, Guillaudi, Ariæ Montani, Titelmanni, *in 1. Cor. 15.* Emmanuelis Sa & Adami Saſboue *in Coloſſ.* &c.

Turrian. *Hoc ſenſu vocatur Petrus à Clemente* primitiæ, *qui Apoſtolorum* primus, *cui* & primo Deus pater filium reuelauit. *Ideo enim fuit* primitiæ electionis Apoſtolorum, *quia fuit* princeps Apoſtolorum.

Reſp. Quo ſenſu Petrum *primitias* vocauerit pſeudo-Clemens nihil moror: fuerit inter Apoſtolos, dignitate, ætate, donorum excellentia & dignitate primus; an ideo *ἀπαρχὴ* dicendus fuit non ἀπ' ἀρχῆς ſed poſt Andream electus? fuerit etiam *cui primum reuelatus Filius Dei*; hinc tantum ſequetur fuiſſe *primitias illuminatorum*, non vocatorum. at gratis ſibi ſumit Ieſuita Petro primo Chriſtum reuelatum fuiſſe; potuit enim primus ex ardore fidei confiteri; quod non primus cognouit; nec ſcriptura contrarium ſuadet.

Turrian. *Eodem ſenſu Clemens* primitiæ *vocatur à Petro, non quod eum primum Deo obtuliſſet, ſed quod præſtantior eſſet.*

Reſp. Mendacem memorem eſſe oportuit. Supra Ieſuita docuit Chriſtum non Adamum tanquam primitias oblatum Deo, quia dignitate inferior fuit Adam: hic contra Clementem primitias vocari cenſet, non quia primus oblatus, ſed quia dignior fuit; quaſi dicat ideo Clementem primitias dictum, quia in ſe non habuit quod primitiarũ eſt proprium, nim. primùm offerri: hoc itaque argumento aduerſus Turriani pronunciatum pugnamus ex hypotheſi, Si digniſſima Deo offerenda ſunt tanquam primitiæ, Clemens vtpote digniſſimus primus offerendus fuit; at primus oblatus non eſt ſed poſt Linum. Ergo.

Turrian. *Petrus Apoſtolorum primitiæ ſicut pater, dicitur à Clemente.*

Reſp. Vtrumque male; primitiæ non ſequuntur vllius fructus de-

cerptionem, ſed antecedunt: frater fratrum pater dici non debet; at Petrus poſt Andream decerptus eſt, & Apoſtolorum frater fuit. Act. 1.16.& 15.7.& 2.Pet.3. Ergo nec Andreæ reſpectu, (quem τῆς ἀρχῆς ἀπαρχὴν vocauit Heſychius) nec collegarum pater dicendus fuit.

Refutatio coniecturarum quibus Turrianus Pſeudo-Clementis Epiſtolæ 1. auctoritatem fidemque aſſerere conatus eſt, lib.4. pro epiſt. cap.24.

1. Turrian. *In hæc verba epiſt.* Si qui ex fratribus negotia habent, *&c. gentiles diſtinguit à fratribus: idem autem prohibent Apoſtoli lib.2. conſtitut. c.46.*

Reſp. Negamus Apoſtolos conſtitutionum auctores fuiſſe; demus tamen eos idem cum pſeudo-Clemente ſtatuiſſe, quid hoc ad auctoritatem epiſtolæ ab ipſo efficte? An quiſquis decreta Apoſtolica inculcat, Apoſtolicorum temporum fuiſſe dicendus eſt?

Turrian. *Annon coniectura perſpicitur ſcriptum eſſe hoc à Clemente, qui eandem ſententiam lib.2.ſuo de conſtitut. ſcripſit?*

℞. Coniectura hæc leuior eſt: potuit idem qui conſtitutiones procudit, hanc epiſtolam dare: potuit alius eodem fine, ſcilicet vt ſua ſomnia nominis Apoſtolici pretio venditaret.

Turrian. *Quia tunc publica iudicia & tribunalia, non Chriſtianorum ſed gentilium erant, idem prohibuit & eadem ratione Paulus 1.Cor.6.*

℞. Apoſtolus iudicum ſubſellia non ſubruit, ſed ſuo loco ſtare paſſus eſt; nec (ad pſeudo-Clementis inſtar) aliud tribunal in Eccleſia erigẽdum decreuit, ſed docuit melius eſſe ſi fideles diſſidentium fratrum lites placido arbitrio componant, quam ſi hoſtiles iudicum animos experiantur, ipſiſque deridendam Chriſtianam religionem quodammodo propinent.

Turrian. *Solo* gladio ignis *tunc vtebatur Eccleſia, alioqui Chriſtiani ſi ſupplicio capitali vſi fuiſſent, vt ſicarios à gentilibus habiti fuiſſent.*

℞. Non negauerim: hoc vero nihil ad auctoritatem epiſtolæ.

2. Turrian. *In hæc epiſt. verba* nec fideiuſſor exiſtas, &c. *idem ſtatuit Clem. conſtit. lib 2 c.6. & can. Apoſt.20. eadem & ſententia Pauli 2.Tim.2.4. & c. Apoſtolorum omnium Act.6 & Can.81.*

℞. Hoc rurſus non euincit epiſt. à Clemente ſcriptam, ſiquidem poteſt impoſtor quilibet decretis ſanctiſſimis abuti: notabit autem lector, nullibi ſcripturam fideiubentem inter ſeculi negotiis implicitos à ſacro miniſterio arcendos collocare.

Turrian. *Quæ cauſa eſſe potuit hoc decretum fingendi?*

℞. Ipſa fingendi libido.

Turrian. *Quæ temeritas eſt rem geſtam confiteri & fidem inſtrumenti negare?*

℞. Vtrumque negamus, & rem geſtam ab Apoſtolis, & fidem inſtrumento adhibendam: ne quem imperitum fallat Ieſuita.

Turrian.

Turrian. *In hac epiſt.verba* Epiſcopi ſupportandi ſunt niſi in fide errauerint, *idem ſtatuitur Matth.23 2.3. Act 3.19.* 3.

Reſp. Hinc non adſtruitur epiſt.fides,ſed dogmati, *obediendum doctoribus vera docentibus,* ſtatuenti.

Turrian. *Propter noſtros Epiſcopos dixit Dominus de Scribis & Phariſæis, quæ Euang recenſet.* Matth.23.

Reſp. Per me licet:in Eccleſiam enim Phariſaïſmum reduxerunt, pondera grauiſſima plebium humeris alligauerunt, & doctrinas Diabolicas, à quarum portentis Phariſæi ipſi abhorruiſſent, diſſeminauerunt.

Turrian. *1.Tim.5.* Seniorem ne increpaueris &c *Si tantus honor deferendus eſt ſenili ætati,quantus deferendus ſacra dignitati Epiſcoporum qui ſunt principes ſeniorum,id eſt presbyterorum?*

Rx. Sacro miniſterio deferendum fateor: moneo tamen locum Paulinum non probare,decretum *de ſupportandis Epiſcopis* à Clemente ſancitum fuiſſe: 2. Si per *ſeniores* ſenili ætate grauatos intelligat Turrianus, male ex verbis Pauli *de ſenioribus non increpandis* ab ipſo colligi Epiſcopos eſſe *presbyterorum principes*: quis enim de ſolis Eccleſiæ miniſtris intelligenda putet, quæ ad quoſcumque ſenes pertinent? 3. Nullum de iure diuino Epiſcopis in preſbyteros principatum competere.

Turrian. *Si qua eſt de fide ſuſpicio,inquiritur in Epiſcopum in Eccleſia Catholica, nec vlli parcitur niſi amplectatur* ſermones ſanos. *Tit.1.9. Can.Apoſt.31.*

Reſp. Alia eſt Romanæ Synagogæ praxis, in recte ſentientes ſæuientis.

Turrian. *In hac epiſt.verba*, legum diuinarum libenter violatores. 4.
ſic 1.Cor.14. omnia fiant εὐσχημόνως. *Indignus fieri, Eccleſiaſtica regula,eſt fieri* irregularis:*regula Eccleſiaſtica ordinem Eccleſiaſticum ſignificat.*

Reſp Nihil horum ad rhombum.

Turrian. *Si hoc decretum factum eſſe tempore Apoſtolorum teſtis eſt conſuetudo omnium Eccleſiarum omni memoria ſeculorum vetuſtior, annon conſequens eſt, vt certa coniectura iudicandum ſit hanc etiam Clementis epiſt. illius temporis eſſe?*

Reſp Hoc argumento nihil infirmius; fac enim continuam Eccleſiarum praxim id ſequi quod initio ab Apoſtolis eſt inſtitutum, annon potuit epiſtola perpetuam illam praxim firmans quocunque ſeculo à pſeudo-Clemente ſcribi?

Turrian. *In hæc verba*, Nullus etiam preſbyter in alicuius Epiſcopi,&c. *hic dicendum cum Apoſtolo 1. Cor.11.16.* Si quis videtur contentioſus eſſe,nos talem conſuetudinem non habemus &c. *vid.Can. Apoſtol. 39. Clem.conſtit. lib.2.c.28. Magdeburgenſes gentilibus peiores ſunt.* 5.

Reſp Cur vero peiores? an quiſquis cum Hieronymo, ius diuinum nullibi preſbyteros epiſcopis ſubjicere, monet,gentilium impietatem ſuperare dicendus eſt?

Turrian. *Cui bono hæc res eum fictum eſſet, quod confirmat conſuetudo Eccleſiæ?*

Reſp. Vt ex antiquitatis opinione ſanctior eſſet obſeruandæ conſuetudinis cura.

Turrian. *A principio ſcribenda fuit epiſtola, cum recentes erant traditiones, vt ad omnes deferrentur, ne obliuio irreperet, vt conſuetudo recens cõfirmaretur.*

Reſp. Cum negemus hanc ab initio conſuetudinem fuiſſe, eandem ab initio ſcriptis confirmare neceſſarium non fuiſſe, clariſſimum eſt. Nugas agit Ieſuita.

6. Turrian. *Dogma de confeſſione ſecreta, exequiis mortuorum, & precibus & eleemoſynis pro iis vt teſtiſ ſignum erat tempore Caroli Magni.*

Reſp. Vulgo videbatur ſed non erat.

7. Turrian. *Simile nauis repetitur conſtit. lib. 2. c. 57. vbi aliquid Clemens ex Platone mutuatur, ſicut Paulus ex poëtis. Plato enim ciuitatem naui comparat, libro de legibus 12. Hoc ſimile repetit Anacletus.*

℞. Cum Clementem conſtitutiones ſcripſiſſe falſum ſit, nullius momenti ſit Ieſuitica obſeruatio neceſſe eſt.

8. Turrian. *διαλάκοις τόποις declarat id quod ſcripſit Iacobus cap. 1. epiſt. δίψυχος ἀνὴρ*, &c.

℞. Declaret ſane: an ideo epiſtola pſeudo-Clementis gennina dicenda eſt?

9. Turrian. *De Diaconorum officio idem ſtatuunt epiſt. 1. & lib. 2. conſtitut. cap. 38.*

℞. Quid tum?

10. Turrian. de Flaminibus primis, &c. *quod de iſtis iudicibus nullus vetus auctor meminerit, non ſolum auctoritatem epiſtolæ huius non infirmat, neque antiquitatem eius ſuſpectam reddit; ſed contra potius, non leuis conjectura ex eo ſit non fictam ſed veram eſſe Clementis epiſtolam.*

℞. Horum omnium probationes requirimus.

Turrian. *Si ficta eſt epiſtola, quæro vnde qui finxit ſumpſit iſtos* primos flamines, Archiflamines: &c.

℞. E cerebro.

Turrian. *Si ex nulla antiquitate ſumpſit, ſed ipſe potius finxit, quamnam veriſimilitudinis ſpeciem artificio fingendi imitatus eſt, vt epiſtola quam fingebat Clementis eſſe videretur?*

℞. Nullam.

Turrian. *Annon magis mendacium ſuum ſimul cum imprudentia prodidit, dum & videri & credi voluit veteres fuiſſe, & illius ſeculi Clementis, id genus iudices ac poteſtates, quas apparere non poſſet vnquam fuiſſe?*

℞. Prodidit.

Turrian. *Quis credat tam hebetem, & tam imperitum fingẽdi fuiſſe iſtum?*

℞. Credet quiſquis notas noſtras intento animo percurret.

Turrian. *Hoc non fuit auctori epiſtolæ cauendum, cui tantum propoſitum fuit, vt cum primos* flamines *diceret*, primam iudiciariam poteſtatem, *vt Anacletus tanquam interpres Clementis dixit, ſignificaret.*

℞. Omnia

Reſp. Omnia cauenda fuerunt, ſiquidem in eo certarunt impudentia cum inſcitia, temeritas cum imperitia, fingendi libido cum audacia comminiſcendi Eiuſdem farinæ fuit cum Pſeudo-Clemente Anacletus hypobolymæus.

Turrian. *Non verba ſed vis propoſiti attendenda eſt, teſte Dionyſio lib. de diuinis nominib.* [a] *in eos qui vocabulum ἔρωτος à ſcriptura alienum ducebant.* a cap. 4.

Reſp Vtrumque ſæpe attendendum eſt: nec in contrarium facit Dionyſiani teſtimonij pondus, cum Dionyſium illum, licet doctiſſimus fuerit, falſarium fuiſſe conſtet.

Turrian. *In epiſtola Clementis aliud ſignificant* flamines *quam in hiſtoriis antiquis Romanorum quas Clemens non ignorabat.* Flamines *enim hic non ſignificant quidem propriè eos qui erant ſinguli ſingulis diis, vt in more Maiorum teſtatur Cicero, & vt Varro ſcribit, quorum ſacra aßidue operabantur; ſed tranſlatè eos qui præerant vel ſinguli ſingulis ciuitatibus primariis quæ erant capita prouinciarum, vt Alexandria, vel ſinguli ſingulis Metropolibus.*

Reſp. Hoc argumento probamus alium à Clemente, centones hos farciuiſſe.

Turrian. *Videtur quidem idem Clemens non obſcurè ſignificaſſe non ſic appellatos fuiſſe olim, ſed ſic ſe illos tunc appellare, cum ait*, vbi erant protoflamines eorum, & primi legis Doctores: *vt enim non vocabantur* primi legis doctores, *ita nec* proto-flamines.

Reſp. Mihi contrarium videtur. impudens ſcurra ſuſque deque habuit quid lectori obtruderet; cumque ſibi pigmenta deeſſe cerneret, quibus Helenam ſuam fucaret, quicquid primum in buccam venit nullo habito delectu in chartam expuit.

Turrian. *Cauſa tranſlatè vocandi* Flamines *hæc videtur; quia, vt* Flamines *perpetuo erant rei diuinæ addicti, vt ait Andreas Dominicus Floccus Florentinus, qui hactenus* Feneſtella *vocabatur: id quod Metellus pontifex max. ſatis declarauit, cum Poſthumum Conſulem, teſte Valerio Max. vrbe egredi non eſt paſſus.*

Reſp. Hic, quia nudis coniecturis nixus Turrianus, quicquid videtur effuutit; falſarium vocabulis priſcis abutentem vſui totius antiquitatis, ipſorumque adeo Clementis *συγχρόνων* repugnare, monere ſufficiat.

Turrian. *Eadem, quæ in Flaminibus aßiduitas in munere, requirebatur in præfectis prouinciarum, teſte Philone* in Flaccum: *idem* in Caium *dicit, Auguſtum non minus ſollicitum fuiſſe de confirmandis ſingularum prouinciarum ritibus quam de Romanis ceremoniis.*

℞. Neutrum dicit Philo; de Flacco, hæc tantum apud ipſum leguntur, *πιστός· γὰρ ἦν καὶ συνεχὴς καὶ ὀξὺς νοῆσαι*: quibus non quid à præfectis requiſitum fuerit, ſed quid à Flacco initio præfecturæ præſtitum iudicatur: de Auguſto ſequentia, *ᾔδεισαν αὐτοῦ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ ὅτι τοσαύτην ποιεῖται τῆς βεβαιώσεως τῶν παρ' ἑκάστοις πατρίων, ὅσον καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν*: de *ceremoniis* ne ſyllabam habet: en ſpecimen Ieſuiticæ ſiue fidei ſiue diligentiæ.

Turrian. *Flamines qui aliquid vitij in ſacris admitterent Sacerdotio quod* Flaminium *vocabant mouebantur, vt de M. Cethego & C. Claudio, & de Sulpitio idem Valerius narrat: ſit præfecti male geſta prouincia conuicti.* &c.

Reſp. Sic etiam milites à ſignis diſcedentes *exauthorabantur,* an ideo liceat Flaminum nomen ad milites transferre?

Turrian. *Eadem translatio vtilis eſt ad declarandam conuenientiam qua mutata poteſtas & iudicia Ethnicorum præfectorum ciuitatum in poteſtatem & iudicia præſulum Eccleſiæ; vt enim illi non vnius ordinis erant, ſed diuerſi gradus; omnes quidem tanquam* Flamines, *alij tanquam maiores* protoflamines, *alij tanquam minores,* archiflamines, *alij adhuc minores, quos tunc (vt Anacletus ait) vocabant* comites: *ſi. Eccleſiæ præſides.*

Reſp Negamus inter Flamines maiores minoréſve fuiſſe; negamus item *Comites* dictos Clementis ſeculo minores ſiue magiſtratus ſiue ſacrorum præſides. Inter magiſtratus Romanæ reip. Veteris plures gradus agnoſco; inter Eccleſiæ miniſtros binos tantum diuinitus inſtitutos, presbyterorum ſcil. quos ſcriptura Epiſcopos vocat, & Diaconorum.

epiſt.5. Turrian. *Ignatius vocat presbyteros* conſeſſum Epiſcopi.

Reſp. Per me licet. Quid inde?

Turrian. *Deſcriptio boni præſidis prouinciæ ita in bonos præſides Eccleſiæ quadrat, vt boni præſides, velut quidam Sacerdotes religioſi eſſe viderentur, vel potius* Flamines, *vt Clemens vocat; hoc enim nomen magis illis conueniebat vtpote ethnicis: idcirco noluit eos facere ſimiles Sacerdotibus ſed* Flaminibus, *quia indigni erant hoc nomine.*

℞. In quibuſdam quadrat, in quibuſdam repugnat natura miniſterij Eccleſiaſtici ipſo Domino iudice Luc. 22.25. An ſi quid non vſquequaque à propoſito alienum occurrat, vſurpanda nobis licentia quadrata rotundis mutandi, & pro libidine fabulas comminiſcendi? Coniectura Turriani quandam probabilitatis haberet ſpeciem, ſi Clemens de ſolis laudatis Magiſtratibus verba feciſſet: hi enim ſoli religioſe munus adminiſtrant; at pſeudo-Clemens de magiſtratibus Ethnicis indefinite loquitur, nullo habito bonorum malorúmve diſcrimine: Quadrat cum ſpeculatorum, athletarum, ſtrategorum, agricolarum functionib. præſidum Eccleſiaſticorum munus; id non pſeudo-Clemens aliquis, ſed ſcriptura ipſa docet; an propterea ferendus eſſet qui ad militum Magiſtros, ſpeculatores &c. vel Flaminum, vel Sacerdotum transferret appellationem? Iudicent quibus eſt ſanum ſinciput.

Turrian. *Ethnicos ſacerdotes* ἱερέας *vocat Clemens* conſtitut. lib. 2. c. 28. *hinc illos* protoflamines & *πρωτοσυνεδσαρχάλυς nuncupat in epiſt.*

℞. Alium fuiſſe appendicis ad 1. pſeudo-Clementis epiſt. adiectæ artificem à conſtitutionum ſcriptore, ſupra monui.

Turrian. *Non eſt obſeruatione indignum, quod ex verbo græco quo ethnici præſides prouinciarum à principio à græcis vocati ſunt, quod etiam præſidibus Eccleſiarum quibus illi ceſſerunt conuenit, intelligi poteſt quod genus guber-*

gubernationis eſſet illud, & quanta virorumque ſimilitudo eſſet.

℞. Obſeruatione indignum non eſt Turrianum ſua ſomnia exoſculari: Negamus græcos à principio Magiſtratus ſuos πρωτονομοδιδασκάλους vocaſſe; vnde probabit Turrianus? quem alium à Chriſto inter Chriſtianos πρωτονομοδιδάσκαλον finget? vide Matth. 23. 8. Ioan. 13. 13. Iacobi 4. 12.

Turrian. *In hac re admiratione digna ſanctorum Apoſtolorum prudentia à Spir. S. data, qui in illis ciuitatibus & prouinciis vbi illi fuerant, ſecundum gradus ſuos, ibidem præſules Eccleſia, item ſecundum gradus ſuos eſſe voluerunt, vt facilius noſtris moribus, & noſtrorum præſidum gubernationi gentiles aſſueſcerent, quo eſſent illis ſimiliora quibus prius aſſueti erant*; voluit Deus per Romanos iuſtitiæ legem ſplendeſcere, *Clement. lib. 6.* conſtit. cap. 24. *Eccleſiam* leges humanas rationi conſentaneas amplecti *docet, Calixt. epiſtol. 2.*

Reſp. De Apoſtolis id negamus; de iis qui poſt eorum ſeculum floruerunt, inter quos conſtitut. ſcriptor vixit, aſſentimur. Pſeudo-Calixto ius teſtimonij non deberi infra probabimus Deo fauente.

Turrian. *ἡγεμόνες dicti ſunt præfecti prouinciarum, ἡγούμενοι præſides Eccleſiarum, qui* forma gregis eſſe debent 1. Pet. 5. 3. 1. Tim. 4. 12. Tit. 2. 7. *Dionyſio Melchiſedech* hierarcha *Hierarch* Eccl. c. 9. *Apoſtoli καθηγέμενοι, in quo verbo κατὰ propoſitio vim habet augendi.*

Reſp. Pſeudo-Dionyſij phraſes non moramur, ſunt enim ſeculi ad minimum quarti; *ἡγεμονίαν* & Magiſtratibus & Eccleſiæ rectoribus, ſed diuerſimode tribui poſſe non diffitemur; ſed hoc nihil ad rem.

Turrian. *Nomen* Sacerdotum, *quo erant indigni Ethnici, non tribuit Clemens, ſed valde ingenioſe & accommodatè ad illos nomen* Flaminum *tranſtulit, quorum quanta religio, continentia, exiſtimatio Gell. lib. 10.* noct. attic. *de* flamine Diali *ſcripſit.*

Reſp. Heberem non ingenioſum hactenus pſeudo-Clementem credidi: ſupremum hoc Turriani ſomnium ſententiam mutare non cogit.

Turrian. *Bonam huius epiſtolæ partem Græce vidi.* 11.

Reſp. Imo totam; quæ enim de Flaminibus habet, aliûs ſunt artificis vt ſupra monui.

Turrian. *Græce ſcriptam declarat etymon* Dei *ſecundum Platonem* in Cratylo, *δι' ὃν ζῆν ἀεὶ πᾶσι τοῖς ζῶσιν ὑπάρχει: deriuauit ergo θεὸν à ζῆν, quia in θεῷ ſunt coniuncta hæc duo δι' ὃν ζῆν.*

Reſp Declarabit ergo idem etymon Venantium Fortunatum (cuius verbis abuſus eſt Clemens hypobolimæus) græce ſcripſiſſe; pudeat pontificios Ieſuiticarum nugarum.

Turrian. *Illud*, ſiue timoris diuini *additum fuit ab aliquo, qui à δέος voluit deducere nomen* Dei: *quæ etymologia non cadit in græcum θεός.*

Reſp. Imo ab ipſo Venantio ab initio ſcriptum eſt; Critices Ieſuiticæ male ſuta veſtigia eſſe nemo non videt; impingit enim ſæpius.

12. Turrian. *Quod à Dorotheo Archiepiſcopo Tyri ſcriptum eſſe exiſtimatur, fuiſſe Simonem cognomento* Iudæ, *appellatum quoque.* Iacobum Alphæi, *eundemque poſt* Iacobum fratrem Domini *factum Epiſcopum Hieroſolymitanum: vnde Iacobum eſſe quibuſdam viſum ſit, vt hæc epiſtola, quæ poſtea ad* Simonem *eundemque* Iacobum Alphæi *ſcripta eſſet*, *ad* Iacobum fratrem Domini *prius ſcripta fuiſſe errore nominis putaretur: neutrum verum eſt.*

℞. Aſſentior: eundem enim reſpexiſſe videtur epiſtola Iacobum, quem deſcripſit Itinerarij in epiſtola laudati ſcriptor, Petro ſcil. imperantem, & ab eo rationes quas hic ipſius nomine reddere ſibi viſus eſt ὑποβολιμά, expoſcentem. Ideo nec Baronij & Perronij Cardinalium ad Simonem ſcriptam epiſtolam conjicientium opinioni ſubſcribere poſſumus; Nec Mariani Victorij, & Genebrardi ſententiam probare, Iacobum noſtrum Iacobo Alphæi ſucceſſiſſe ſcribentium, aduerſus veterum omnium de primis Hieroſolymitanæ Eccleſiæ præſidibus conſentiens iudicium. Quæcumque enim chartæ illeuit Perronius, hinc nimirum colligi poſſe epiſt. Clementis nomine ad Iacobum ſcriptam, ad Simonem directam fuiſſe, 1. quod Simon fuerit πολυώνυμος. 2. quod ſcripta fuerit poſt mortem prioris Iacobi. 3. quod extra numerum Apoſtolorum Iacobus is ad quem data eſt collocatus videatur, mera ſunt ludibria. Vnde quæſo conſtare poteſt Iacobum illum binominem fuiſſe? 2. tempus ſcriptionis epiſtolæ qui euincit Iacobum, ad quem data eſt, alium à Iacobo Apoſtolo quærendum? 3. Quid mirum, ſi Iacobum illum cui Hieroſolymitanus thronus primum creditus eſt, epiſtolæ artifex Apoſtolum non indigeret, cum eundem *omnium Eccleſiarum rectorem* recognitionum ſcriptor, & ex eo forte Heſychius Apoſtolorum ἔξαρχον, veteres plerique alium ab Apoſtolis fuiſſe prædicent?

Baron. ad A. D. 69. §. 41. Perron. repli. cap. 31. Marian. Victor. in epiſt. 62. Hieron. Genebrard. Chron. lib. 2. A. M. 4151.

Turrian. *In exemplari vetuſto quod ſic inſcriptum reperi,* Dorothei Archiepiſcopi Tyri, martyris, qui fuit tempore Licinij & Conſtantini Impp. liber de 12. Apoſtolis & 70. diſcipulis. Iacobus frater Domini primus Epiſcopus Hieroſolymorum ab ipſo Domino factus. *Sequitur* Cleopas qui & Simon ἀνεψιὸς κυρίου & ſecundus Epiſcopus Hieroſol. qui Dominum quoque vidit poſtquam à mortuis reſurrexit. *Idem ſcribunt Clemens Rom.* lib. 7. conſtit. prope finem *Euſeb.* lib. 3. c. 11. *eſt ergo apud Dorotheum vulgatum parentheſis, non auctoris ſed interpretis: nec verum eſt Simon Iudam factum Hieroſol. Epiſcopum.*

℞. Quod de vetuſto exemplari aſſerit Ieſuita fidem apud me inueniret, niſi ipſi ſolemne eſſet Manuſcr. codices iactare, nouaſque lectiones comminiſci quandocumque aqua hæret.

Turrian. *Vt Dorothei eſſe concedamus illam parentheſim, fefellit eum opinio: Iacobus enim Alphæi frater Ioſes, filius fuit (teſte Hieron.* aduerſ. Heluidium) Alphæi *&* Mariæ Iacobi, *quæ ſoror erat* Mariæ Virginis *Hieronymo, ſeu filia ſororis* Annæ *matris* Virginis, *Cyrillo*; Simon *vero* Iudæ *&* Iudas, *filij non* Ioſeph, (*qui virgo Hieronymo*) *ſed ex* Cleopha *fratre* Ioſeph,

ſeph, *Euſebio Deinde quæ fides in hac hiſtoria adhibenda Dorotheo eſſet tametſi iſtud ſcriberet, quod numquam ſcripſit qui inter 70. diſcipulos Cepham quendam ponit.* quem (*inquit*) reprehendit Apoſtolus Paulus Antiochiæ; qui fuit Epiſcopus [a] Coneæ; *cum tamen* (*vt Hieronymus in Comment. epiſt. ad Galatas affirmat*) *nullum Cepham præterquam Petrum nouerit Eccleſia.* a Cod. edit Cania.

Reſp. Ne diſputationem de Iacobi parentibus à nobis ſupra ventilatam retractare videamur, nihil hic ſiue in Turrianum ſiue pro Turriano addimus. Dorotheum vero non modo hallucinationi obnoxium, ſed ſæpe ἀναχρονισμοῖς reum, cum Ieſuita vere indignum cui fides habeatur pronunciet, leuitatis & νοθείας labè purgari non poſſe monemus, ne quis eius auctoritate nixus mera erronis ludibria ſectetur imprudens.

Turrian. *Dicere quis poteſt Rufinum tranſcripſiſſe particulam primæ Clementinæ ab Anacleto citatam ex eiuſdem epiſt. 1. quod quidem nec veriſimile eſt, nec ab interpretibus fieri ſolet?* 13.

Reſp. Hoc nemo dixerit qui meminerit Rufinum quæcumque ſcripta attigit ſuo cœno infeciſſe, aliena opera vſum numquam.

Turrian. *Magdeburgenſes hoc in epiſt. Anacleti non obiecerunt, quia hactenus non aduerterunt; quod diuino conſilio factum eſſe credo, ſcilicet ne in ſuſcepta propoſitique ſententia negandi has epiſtolas obſtinatiores efficerentur.*

℞. Non eſt quod ſibi blandiatur Ieſuita. Quod Magdeburgenſes fugit nos non præteriit, nec ante nos virum eruditiſſ. Rob. Cocum cenſuræ p. 28.

Turrian. *Nos ἐκ περιουσίας reſpondemus, epiſtolam Clementis ad Iacobum fratrem Domini iam olim ante Rufinum è græco translatam fuiſſe.*

℞. Probationem reſponſionis expectamus.

Turrian. *Si teſtibus credendum eſt, plures teſtes ſunt & grauiores & antiquiores, eſſe hanc epiſtolam Anacleti, quam ſunt teſtes eſſe illam interpret. Rufini; imo nemo quod ſciam ex antiquis hoc teſtatur.*

℞. Quoſcumque teſtes habet prima pſeudo-Anacleti epiſtola, vel ſuppoſuit, vel fefellit bipedum nequiſſimus Mercator. Rufini vero, *vt i.* Ieſuitæ iudicio, *vt odiſti* de tranſlatione à ſe facta, teſtimonium nec Ieſuita nec alius quiſquam reſpuere debuit.

Turrian. *Quinimo Gennadius, qui de aliis eius interpretationibus meminit, teſtis eſt non eſſe à Ruffino translatam:* Maximam (*inquit*) partem Græcorum Bibliothecæ Latinis exhibuit. Baſilij ſcil. Cæſarienſis Cappadociç Epiſcopi. Gregorij Nazianzeni eloquentiſſimi hominis. Clementis Romani recognitionum libros. Euſebij Cæſarienſis Palæſtinæ hiſtoriam Eccleſiaſticam. Sexti ſententias. Euagrij ſententias. Pamphyli martyris aduerſum mathematicos. [b] Horum omnium quæcumque præmiſſis prologis à Latinis leguntur, à Ruffino interpretata ſunt; quæ autem ſine prologo ab alio tranſlata ſunt, qui prologum facere noluit. *Cum igitur prologum Ruffinus non habeat, conſequens eſt vt, teſtimonio Gennadij, non ſit Ruffini interpretatio ſed alterius*

Hoc eodem argumento pugnat Baron. ad A. D. 102 § 6.

b Sequ. omittit H. not. Auguſtod.

epiſtola prolixa ad Iacobum cui deeſt prologus, quem tamen præfixit Ruffinus ſententiis Sexti Euagrij. &c.

℞. Gennadij verba tum demum euincent epiſtolam ad Iacobum Clementis nomine ſcriptam, à Ruffino interpretatam non fuiſſe, cum probauerint aduerſarij eiuſdem epiſt. verſioni ab initio præfationem defuiſſe; at probationes ad manum non ſunt, eſt vero ad omnium manus Ruffini ipſius, prologum in recognitiones ſcribentis, clariſſimum teſtimonium. aio igitur & Turrianum, & (ſecundum Turrianum) Baronium arundineo baculo inniti, dum ſtādum putant dictis Gennadij, cuius & male ſanam fidem, & iudicium præceps, & regulam parum tutam probare eſt facillimum. Ecquam (vt de Ruffini tranſlationibus iudicium ferant pontificij) Sixti ſententiarum à Ruffino ſcripta interpretatio præfixam hodie præfationem habet? an ideo negandum putant à Ruffino ſcriptam? at forte excidit. Quid ſi dicamus idem contigiſſe prologo Pſeudo-Clementis epiſtolæ adſcripto? vno verbo, ſi, quicquid caret teſtimonio Ruffini præfantis, à Ruffino verſum non eſt, Latina epiſt. ad Iacobum tranſlatio à Ruffino aliena eſſe dicenda non eſt, cum præfatio recognitionum libris à Ruffino (ipſo fatente Turriano) addita eam à Ruffino verſam aſſerat: ſi vero fallax dicenda eſt Gennadij de Ruffini ſcriptis regula, per ſe concidit aduerſariorum ſententia hoc vno tibicine ſuffulta.

Turrian. *Idem Ruffinus videtur plane teſtis eſſe in prologo recognitionum non eſſe ſuam interpretationem.*

℞. Videtur plane contrarium teſtari.

Turrian. *Recitemus locum:* Epiſtolam ſane in qua idem Clemens, ad Iacobum fratrem Domini ſcribens, de obitu nuntians Petri, & quod ſe reliquerit ſucceſſorem cathedræ, & doctrinæ ſuæ; in qua etiam de omni ordine Eccleſiaſtico continetur ideo nunc huic operi non præmiſi, quia & tempore poſterior eſt, & olim interpretata atque edita; *ſic legendum eſt.*

℞. Atqui nemo ſic legit, ne Turrianus ipſe, qui vſitatam lectionem huius operis lib. 2. cap. 13 agnoſcit: legendum ergo *olim à me interpretata atque edita.*

Turrian. *Si olim epiſtolam Clementis interpretatus erat Ruffinus, eamque ediderat; quæ erat alioqui libris recognitionum præpoſita: cur illam non præmiſit operi recognitionum quod ipſe interpretatus erat, & cui præpoſita fuerat ab auctore, vt Photius quoque in Bibliotheca ſua teſtatur?*

℞. Id ſupponit aduerſarius tanquam confeſſum quod probatione maxime indigebat; vnde enim conſtat, præpoſitam ab auctore recognitionum libris epiſtolam ad Iacobum? id certe Photius non teſtatur, ſed quibuſdam recognitionum libris hanc, quibuſdam aliam, quibuſdam nullam epiſtolam præpoſitam; ἐν τισὶ τῶν βιβλίων ἡ ἐπιγραφὴ Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου ἀναγνωρισμοὶ ἐπιγράφεται· ἐν τισὶ δὲ ἐν ἑτέροις ἐπιστολὴ προτέτακται ὡς πρὸς τὸν ἀδελφόθεον, ἀνωτέρω· καὶ αὕτη δὲ οὐχ ἡ αὐτή,

ἀλλ'

οὐδ' ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ προσώπου προσφωνούμενον· ἀλλ' ἐπὶ τινῶν βιβλίων ὡς ἀπὸ Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου πρὸς Ἰάκωβον ἐπεσταλμένη· ἐφ' ἑτέρων δὲ ὡς ἀπὸ Κλήμεντος πρὸς Ἰάκωβον, ἄλλη καὶ ἄλλη καθὼς προείπομεν, &c. vide Bibl. Cod.112.

Turrian. *Quæ cauſa erat non præmittendi illam huic operi quia* à ſe olim interpretata & edita erat? *Imo vero ad hanc ipſam cauſam, id eſt quia ipſe olim interpretatus erat, & ediderat, præmittere illam huic operi cui debebatur, oportebat; vt interpretatio ſui operis, & in opere & in epiſtola ipſi operi à Clemente præpoſita integra agnoſceretur.*

℞. Ruffinus duas cauſſas habuit non præmittendi epiſtolam, 1. temporis quo epiſt. ſcripta eſt rationem. 2. interpretationis à ſe olim adornatæ editionem. Priorem diſſimulauit Turrianus, quia omnes ipſius cuniculos obſtruebat: eãdem reponimus, ne cuiquam imponat Ieſuitica ſophiſtice. Debuit ergo epiſt. quam recognitionum libris debitam vult aduerſarius. ipſis non præponi, ſed poſtponi; quia *tempore poſterior*, vt ipſis Ruffini verbis vtar; iam enim (ſi epiſt. fides habenda ſit) itinerarium viderat Iacobus cùm epiſtola ad ipſum data eſt: fac tamen Ruffinum nullam temporis quo pſeudo-Clemens vtrumque opus elucubrauit rationem habuiſſe: quibus fidiculis extorquebit, vt ſi & Recognitionum & epiſtolæ interpres Ruffinus agnoſcendus fuit, vtramque lucubrationem ſimul ab eo edendam fuiſſe dicamus? quicquid ſomniauit Ieſuita oraculum putat; credas ipſum nugas profundentem *folium recitare ſibyllæ*.

Turrian. *Noluit Ruffinus epiſtolam præmittere, ne ſibi vir modeſtus alienum laborem attribuere videretur.*

℞. Ea ſcilic. modeſtia quærenda in Ruffino fuit, qui ſpurcas in quoſcumque auctores manus impudenter iniecit, eorumque natiuum decus violauit.

Turrian. *Eſſe in Ruffini præfat. appoſitum illud* à me, *vbi erat ſolum*, olim edita atque interpretata. *omnis probabilitatis ratio conuincit.*

℞. Omnis probabilitatis ratio conuincit, eraſum à Ieſuita quod ab aliis appoſitum voluit: nouimus ingenium hominis audacia & impudentia ſuper quam quod dici poteſt freti.

Turrian. *Attributa Ruffino hæc verſio quia interpres nomen tacuerat, ſicut fecit interpres Noui Teſtamenti, Ignatij Irenæi, Heſychij &c. Ruffinus autem poſtea vertit recognitiones quibus præmiſſa erat Epiſtola.*

℞. At interpretem nomen tacuiſſe falſum eſt, ſiquidem Ruffinus à ſe interpretatam atque editam ſcripſit.

Turrian. *In hac epiſt. verba*, In illis ciuitatibus, in quibus, olim apud ethnicos Archiflamines &c. *Ne quis contra hoc decretum Apoſtolicum de nomine, & honore* primatum *factum fuiſſe exiſtimet, quod in Africa omnes episcopi* primarum ſedium *primates erant, & dicebantur, tametſi Archiepiſcopo Carthaginenſi ſubiecti eſſent*, &c. 14.

℞. Decreto pſeudo-Clementis reluctari non potuerunt Africani, apud quos primates in vnaquaque prouincia *Seniores* fuerunt: quam-

doquidem decretum illud poſt A. D. 700. ab impuro ſycophanta cuſum fuiſſe demonſtraui.

Turrian. *Illud factum eſt propter multitudinem epiſcoporum qui in ſingulis Africæ prouinciis erant: quæ multitudo epiſcoporum neceſſitatem impoſuit, primatem in prima ſede cuiuſque prouinciæ conſtitui.*

℟. Quaſi vero Tripolitana prouincia, in qua quinque tantum Epiſcopales ſedes fuerunt, primatem ſuum non habuerit; hoc pro libidine finxit ſophiſta.

Turrianus. *Licuiſſe autem primates in ſingulis prouinciis conſtituere, patet ex epiſtola Aniceti.*

℟. Semper licuiſſe certum eſt: nego vero ex epiſtola pſeudo-Aniceti idoneam probationem peti poſſe.

Turrian. *Non dubitabis in epiſtola Aniceti legendum* propter multitudinem Epiſcoporum, *non* propter multitudinem eorum, *quia legeris fuiſſe aliquando in Africa ſexcentos Epiſcopos.*

℟. Siue bene ſiue male lectionem vulgatā mutauerit Turrianus, cui ſemper codex aliquis [illegible] ſuppetias ferre ſolet, perinde eſt: hoc vnum moneo, nunquam Africam ſexcentos epiſcopatus erexiſſe. A D. 411. quo collatio cum Donatiſtis habita eſt, concilio Carthaginenſi ante collationem coacto ſubſcripſerant Epiſcopi 286. aberant 220. tunc erant cathedræ vacuæ 64. omnes ergo ſedes Epiſcopales Synodi Africanæ erant 570.

> Deeſt in edi. Baſilienſi A. D. 1526. I. Sichardi.

CLEMENTIS PAPÆ *Epiſtola II.*

De ſacratis veſtibus vel vaſis.

Clemens, Romanæ Eccleſiæ Præſul, Iacobo Hieroſolymorum Epiſcopo.

> a Sic Pater filio Germano ſcil. Andrea, qui primus omniū ad Apoſtolatum vocatus eſt, iunior fuerit.
> b An ſolus accipit?
> c nota phraſ. ſacram. gerere.
> d ſcil. tua cōmenta digna fecerunt Iacobo.

QVONIAM, ſicut à B. Petro Apoſtolo accepimus, omnium [a] *Apoſtolorum patre*, qui [b] *claues regni cœleſtis* accepit, qualiter tenere debemus de Sacramentis quę [c] geruntur in Sanctis, te [d] ex ordine nos decet inſtruere.

Tribus [e] enim gradibus commiſſa ſunt [f] *Sacramenta diuinorum ſecretorum*, id eſt presbytero, diacono & miniſtro; [g] qui cum timore & tremore clericorum, reli-

> e hæc verba citat Humbert. Card. adu erſ. Nicetam. f hinc perperam coniicit Turrian. epiſt. hanc græcè ſcriptam. g hypodiacono.

quias

quias *fragmentorum* [h] *corporis Domini cuſtodire* debent, ne qua putredo in ſacrario inueniatur, ne (cùm negligenter agitur) *portioni* corporis Domini grauis inferatur iniuria.

Communio [i] enim corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſi negligenter *erogetur*, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate & digna humiliationis plaga feriatur. [k][Certe tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quod ſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur; ſed cum timore & tremore clericorum diligentia conſumantur. Qui autem reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt conſumunt, [l]non ſtatim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putent ſanctæ portioni commiſceri cibum qui per aqualiculos digeſtus in ſeceſſum funditur. Si ergo mane Dominica portio editur, vſque ad ſextam ieiunent miniſtri qui eam conſumpſerunt. Et ſi tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vſque ad veſperam.] Sic ſecreta ſanctificatione æterna cuſtodienda ſunt Sacramenta.

De vaſis ſane ſacris ita gerendum eſt: Altaris, palla, [m]*cathedræ*, candelabrum & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur; quoniam non licet ea quæ in Sanctuario fuerint male tractari, ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoque eorum in Baptiſterio inferantur, vbi nullus tranſitum habeat, aut in pariete, aut in foſſis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

Nemo per ignorantiam Clericus [n]pallam mortuum credat obuoluendum, aut Diaconus ſcapulas operire velit quæ fuit in altari, aut certe quæ data eſt in men-

h An corpus Domini ſ[illegible] agitur, in portiones diuiditur, putreſci? ſingula hæc conueniunt non corpori Chriſti naturali, ſed ſymbolico, ſeu Sacramento corporis, quod recte Auguſt. epiſt. 23. *quodammodo & in myſterio* corpus eſt Chriſt. nota, quo tempore ſcripta eſt hæc epiſt. nondũ inualuiſſe *minutias oblatarum* ſine *menſura & ratione* ſtereã i morem, (vt verbis vtar expoſitoris ordinis Romani) nec panem Eucharisticũ *formatũ in modum denarij*, vide Durand rational. lib. 4. c. 41. §. 8.

i not. phraſ.

k hunc locũ deſcribit Hũbert. aduerſus Nicetam. Obſeruabit autem Lector, ſolitarias Miſſas ignotas pſeudo-Clementi, vt & reſeruationem fragmentorum Euchariſtiæ, qualem hodie volunt pontificij: vide Sacramentarium Gregorij cap. de ordinatione ſubdiaconi.

l de ieiunorum communione vide Concil. Carthag. 3. c. 29. & 48 Bracar. 1. c. 16. Matiſcon. 2. c. 6. Autiſſidor. c. 19. Tolet. 7. c. 2.

m Canthara. Cathedræ numero multitudinis ſunt, in exemplari Ms. vetuſto. Exiſtimo (*inquit Turrian lib 5 pro epiſt c 24.*) non ſignificare cathedras in quibus ſedent Epiſcopi in Eccleſia, neque ſuggeſta de quibus concionantur, ſed potius pulpita quæ ſuper altaria ponuntur: ſic enim vocant hodie pulpitum in quo Miſſale collocatur.

n Statutum Concilij Agathen. cap. 3 & 9. & Autiſidor. cap. 12. & 13.

ſam Domini. Qui [o] hæc fecerit, vel leuiter, quaſi nihil & negligenter habuerit diuina myſteria, Diaconus triennio ſexque menſibus à Dominico alienus erit altari, graui percuſſus anathemate. Quod ſi clericum presbyter non commonuerit, decem annis & quinque menſibus excommunicatus ſit; propterea quod de Dominicis Sacramentis ſubiecta ſibi non commonuerit miniſteria; & poſteà cum *grandi humilitate* matri reconcilietur Eccleſiæ.

Pallas vero & vela, quæ in ſanctuarij ſordidata fuerint miniſterio, Diaconi cum humilibus miniſtris [p] iuxta ſacrarium lauent; non ejicientes foras à ſacrario velamina Dominicæ menſæ, ne fortè [q] *puluis Dominici corporis* male decidat à ſindone foris abluta; & erit hæc operanti peccatum: idcircò intra ſacrarium miniſtris præcipimus hæc ſancta cum diligentia cuſtodire.

Sane [r] peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipſa peluis velis apponatur lauandis, niſi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent. [ſ] Pallæ altaris ſolæ in ea lauentur; & in alia, vela ianuarum.

De velis autem ianuarum, cura ſit Oſtiariis: [t] *ex admonitione maiorum*, ne quis negligens aut ignarus ad velum ianuę domus Domini manus inconditè tergat: ſed ſtatim coërcitus diſcat omnis homo, quia velum atrij domus Domini ſanctum eſt.

[u] Præcipimus etiam ne excommunicato Eccleſia, ſiue Laïco de fragmentis oblationum Domini ponatur ad menſam. Vndè ſcis, tu qui paſſim *ſacrary* [x] panes indignis impendis; vnde noſti, ſi à mulieribus mundi ſunt hi quibus impendis? Hinc [y] & Dauid ab Abimelech ſacerdote interrogatus, cum panes ſibi ad comedendum poſceret, ſi mundus eſſet à muliere; cum ſe mundum ante triduum profiteretur, panes propoſitionis manducauit.

o commentum impoſtoris.

p An hoc fiat inter pontificios, viderint ipſi.

q fortè enim corpus Domini glorioſum puluerulentum eſſe poteſt, aut in micas adeo tenues reſolui vt *puluis* dici mereantur: quod de ſanctorũ defunctorũ corporibus dici nõ tulit Hieronym. aduerſ. Vigilantiũ diſputãs.

r Hæc in ſacramentario Gregorij Papę titulo prę notato legere eſt, cap. de ordinatione ſubdiaconi.

ſ *Pallæ quæ sũt in ſubſtratorio, in alio vaſe debent lauari, in alio corporales pallæ: vbi pallæ corporales lauata fuerunt nullum linteamẽ ibidem aliud debet lauari, & ipſa aqua in baptiſterio debet vergi.*

t Quos maiores memorat Pſeudo-Clemens? an maiorũ gentium clericos, presbyteros ſcil. & Diaconos? an vero qui ante ſeculum Apoſtolicum vixerunt? edifferat cui nota ὑπερβολῆς mens.

u Vide Concil. 2. Matiſc. c. 6.

x Sanctuarij.

y 1. Reg. 21. Simili argumento vſus Iſid. Hiſpal. offic. lib. 1. c. 18. Gregor. epiſt. 31. lib. 12. ad quæſt. 10. Anaſtaſ. Sincrita. q. 7.

Ad [z]

Ad [z] Dominica autem myſteria tales eligantur, qui ante ordinationem ſuam coniuges ſuas [a] *non nouerint.* Quod ſi poſt ordinationem miniſtro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, ſacrarij non intrent limina, nec ſacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat, nec ad Dominici corporis *portationem* accedat, *nec* aquam Sacerdotib. porrigat ad manus: [b] oſtia forinſecùs claudat, minora gerat officia, vrceum ſiue calicem ad altare non [c] *ſufferat.*

Si forrè [d] quiſpiam presbyter ſiue Diaconus ſacrarij ſindonem vel velum ſubtracta vendiderit, Iudæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradicti Iudæ ſuſcepturum pœnam.

Clericus vero [e] ſolus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet ſine [f] *maioris natu principis* iuſſione. Nec presbyter ſolus cum ſola adiungatur, ſed duobus adductis teſtibus viſitet infirmam. Nec ſolus cum ſola fœmina fabulas miſceat.

Nec [g] Archidiaconus aut Diaconus ſub prætextu officij humilitatis frequentet domicilia Matronarum, aut forte per Clericos aut domeſticos eius Matronæ mandent ſecreti aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & illa à luminibus arceatur Eccleſiæ. Sed ſi forte aliqua interceſſio fuerit, Epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt ad quam debeat ire, pio interuentu ipſe pergat. Sin autem de latere ſuo dirigat, cum duobus aut tribus qui hoc ſanare debeant. Sane ad viſitandam mulierem infirmam nullus Clericus ingrediatur niſi cum duobus aut tribus.

Nemo tamen Clericorum cum [h] *extranea* habitet fœmina, niſi proxima aut ſoror fuerit. Et hoc cùm magna ſollicitudine fiat. [i] *Non ignoramus* malitias Satanæ.

z 2. Concil. Cabilon. c. 46.

a Sic legit Humbertus Card. aduerſ. Nicetam: *reliquerint* legit Marian. Scotus; & ex vetuſto Vaticanæ Bibl. exēplari Turrianus lib. 1. pro epiſt. ca. 1. & lib. 5. cap. 24. particulā negatiuā auſert Dominicus à Soto, legit enim *qui ante ordinationem cõiuges ſuas nouerint.*

b portionem, legẽdū cenſet Turrian. lib. 5. c. 24. Idē particulam negat. tollit, nec aquam, &c.

c ſuggerat Turrian.

d vide Conc. 2. Turon. c. 25. & Bracar. 3. c. 2.

e Cōcil. Hippon. c. 26. vide Concil. 3. Carthag. c. 5. Nicæn. 2. c. 17. Epaun. c. 38 Turon. 2. c. 17 Matiſ. 1. c. 2. &c. Foroiulienſe c. 12.

g Ἀρχιπρεσβυτέρ, hinc conijcit Turrian. epiſt. græcè ſcriptam: quaſi vero impoſtor non potuerit circumlocutione vti ad fucum faciendum imperitis. [g Vide Concil. Turon. 3. c. 29. Arel. 4. c. 7. Cabilon. 2. c. 60. Mogunt. 1. c. 10. h ſυνεισάκτα Conc. Eliber. c. 27 Nic. c. 3. Arel. 2. c. 3 Carth. 1. c. 3. 4. Carth. 3. c. 17. Carth. 4. c. 46. Agath. c. 10. Turon. 1. c. 3. Epaun. c. 38. Aurelian. 1. c. 3. Tolet. 2. c. 5. Aruern. c. 15. 16. Turon. 2. c. 10. 11. 14. 16. Hiſpal. 1. c. 3. Matiſc. 1. c. 1. Tolet. 3. c. 5. Ilerdenſe c. 15. Bracar. 3. c. 5. Cabilon. c. 3. Gerund. c. 7. i 2. Cor. 2.

Vniuerſa hæc cum manſuetudine Eccleſiaſtica complenda ſunt miniſteria. Negotium enim Dei non decet negligenter expleri.

Iterum atque iterùm de fragmentis Dominici corporis *demandamus.* Calicem verò ad perferendum ſanguinem Domini præparatum cum tota munditia miniſterij miniſter præparet, ne non bene lotus calix Diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honeſtate cuncta quæ ſuprà expoſuimus oportet impleri. Tales ad miniſterium eligantur clerici, qui digne poſſint Dominica Sacramenta tractare.

Melius eſt enim Domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quã multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. A principio Epiſtolæ vſque ad hunc locum, de ſacramentis [k] *delegaus* bene *intuendis:* [l] vbi non murium ſtercora inter fragmenta Dominicæ portionis appareant, neque [m] putrida per negligentiam remaneant clericorum: & conuenientes, qui accipere ſibi medicinam deſiderant, putrida cum viderint, magis *cum ridiculo* & faſtidio videantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam Clericorum. Quapropter nemo clericorum vltrà hæc diſſimulet, aut negligere vlatenus audeat; ſed libenter quæ iuſſa ſunt expleat, &c. Sacramẽta diuina nequaquã negligenter contrectet.

*Ideo*que *tam iuuenes quam ſenes*, *de* his & de omni conuerſatione ſua & *conuerſione & pænitentia valde eſſe ſolicitos oportet*, [o] ſatiſque agere, *vt* hæc condigne agant, & *de reliquo ornent*, [p] tam clerici quam ſeculares, animas ſuas *ornamentis digniſſimis, dogmatibus* ſcilicet *veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore iuſtitiæ, candore pietatis, aliiſque omnibus quibus* [q] compoſitam *decet eſſe rationabilem mentem. Tum præterea declinare à conſortiis inhoneſtis & infidelibus, & ſocietates habere fidelium, atque illos frequentare conuentus in quibus de pudicitia, de iuſtitia, de pietate tractatur. Orare ſemper Deum ex* toto *corde, & ab ipſo petere quæ decet,* [r] *ipſi gratias agere, veram pænitudinem gerere præteritorum geſtorum, aliquantulum etiam (ſi poſſibile eſt) per miſericordias pauperum iuuare pænitentiam. Per* [ſ] *hæc enim facilior venia dabitur, & indul-*

k ἐντευκτέα hinc colligit aucto è epiſtol. græce ſcripſiſſe Turrian. lib. 5. pro epiſt. c. 24. memineri. vero Lector. epiſt. artificē, ſtupidum alioqui ac barbarum, fingere potuiſſe.

l *tuendis* legit Turrian. ex Vaticano M. S.

m vide excerptum Gregorij 3. c. 28. de Euch. hoſtia neglecta, in Sacramentario Gregoriano cap. de ordinatione Subdiaconi. hæc verba leguntur *De ipſis oblationib. tantum debet in altari poni, quantum populo poſſit ſufficere, ne aliquid putridũ in ſacrario remaneat,* &c.

n verba Ruffini recognit. lib. 10. p. 114. a. quæ repetit pſeudo-Clement. epiſt. 5.

o & ſatagere.

p ornent animam ſuam.

q compoſitam.

r decet à Deo poſci.

ſ vide Appendicem.

indulgenti citius indulgebitur. Quod ſi prouectioris ætatis ſit is qui ad pænitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quod poſtquam finis [t] eſt *omnis impetus cõcupiſcentiæ carnalis, ſcientia veritatis accepta,* [u] *nulla ei imminet pugna certaminis, per quam inſurgentes aduerſus animam reprimat corporis* [x] voluntates. *Supereſt ergo* ei *in agnitione veritatis, & miſericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pænitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum conuerſionis oſtenditur, & non in deuotionis ac propoſiti firmitate. Deo enim manifeſtæ ſunt mentes,* [y] quia *non temporum rationem colligit, ſed animorum. Ipſe enim probat, ſi quis (agnita veritatis prædicatione) non diſtulit, neque tempus negligendo* contempſit; [z] *ſed ſtatim, & (ſi dici poteſt) eodem momento præterita perhorreſcens, futurorum deſiderium cepit, & in amorem regni cæleſtis exarſit. Propter quod nemo veſtrum vltrà diſſimulet,* [a] *nec retrò reſpiciat, ſed ad Euangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, Quia cum diues factus fuero tunc conuertar. Non requirit à te Deus pecuniam, ſed animum miſericordem & piam mentem. Neque diues conuerſionem ſuam differat pro ſolicitudine ſeculari, dum cogitat quomodo diſpenſet abundantiam frugum Neque dicat intra ſemetipſum, Quid faciam?* [b] *vbi recondam fructus meos? Neque dicat animæ ſuæ,* Habes multa bona repoſita in annos multos, epulare & lætare. *Nam dicetur ei,* Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ paraſti cuius erunt? *Itaque feſtinet ad pænitentiam omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio; vt vitam conſequatur æternam. Iuuenes quidem in eo grati ſint, quod in ipſo impetu deſideriorum, ceruices ſuas iugo ſubijciunt diſciplinæ. Senes & ipſi laudabiles, quia multi temporis conſuetudinem, in qua male præuenti ſunt, pro Dei* [c] amore *commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim cauſa cunctandi eſt ad bene agendum?*

Animus [d] *ſibi male conſcius, dum videtur ſibi nullam pœnam pati, credit quia non iudicet* [e] Dominus: *cum abuti patientia Dei, & non intelligere parcentis benignitatem, iam ſit magna damnatio.*

Vnde ſcriptum eſt, [f] *Maledictus omnis qui opus Domini negligenter agit.* Quapropter Paſtoralis ordinis eſt, infatigabiliter reuocare quicquid ad correctionem po-

t Ita ſus. *Imo* hic ſine aliquo concupiſcentiæ vulnere eſſe non poſſumus, &c. Sanatis non deſunt vulnera, & obieſta mens & vndique Diaboli infeſtatione vallata vix occurrit, ſingulis vix reſiſtit &c. tot perſecutionis animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur, teſte Cypriano de eleemoſyna, & de mortalitate.

u notabit Lector hoc loco origeniſtam loqui Pelagij fontem, Stoicæ *ἀπαθείας* propugnatorem.

x voluptates.

y qui.

z cõſumpſit.

a Luc. 9.

b Luc. 12.

c timore.

d Proſperi Sent. 138. ex Auguſtino in pſa. 9.

e Deus.

f Hierem. 48

pulorum, imo magis filiorum ſpiritualium, (quantum eſt fas intelligere) cognouerit pertinere; & non (quod abſit) cum ſuo periculo alienæ ſpei per ſolam negligentiam facere detrimentum; ſed quod ad generalis ſalutis ſpectat compendium ſalubri neceſſe eſt prouidere tractatu.

Homini [g] religioſo *parum eſſe debet inimicitias aliorum non* [h] exercere, *vel* non *augere male loquendo, niſi eas etiam extinguere bene loquendo* [i] ſtuduerit. Ecce oris noſtri buccina ad aures hominum perſonamus, neque ſe deinceps excuſabit non monitum, qui quod ſequi debeat, tam verbis quam literis edocetur. [k] *Qualis autem condemnatio, & qualis imminet maledictio his qui in Patres peccant, diuina nos docet Scriptura. Si enim* [l] *Cham filius Noë, cum vidiſſet nudum ſuum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis nuditatem, ſed egreſſus nuntiauit eam fratribus, & illi veſtimento eum cooperuerunt; ipſe quidem Cham, & illi qui ex* [m] eo *nati ſunt, ſub* [n] maledicto *facti ſunt; qui autem cooperuerũt, magnam benedictionem meruerunt: multo magis iſti maiore & ampliore condemnatione digni ſunt, qui* [o] patribus obuiare, aut contra eos inſurgere nituntur, aut iniuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur: quoniam [p] qui eis reſiſtit, Deo reſiſtit; & qui eis iniuriam vel contumeliam facit, Deo *cuius legatione funguntur* facit.

Expauit [q] *cælum ſuper hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus: ô intolerabilem malignitatem, ô linguam loquentem iniquitatem contra Deum &* mentem *in altitudinem cornu extollentem. Et iterum. Impone homo tuæ linguæ oſtium & ſeram. Ceſſa* [r] *in altitudinem extollens, & loquẽs aduerſus Deum iniquitatem* & proximum tuum: *Quouſque inſultas patienti Chriſto* & fratribus?

Hæc nos familiarius docebat, & hæc nobis publicitus prædictus Magiſter & *inſtructor* [f] *atque ordinator noſter princeps Apoſtolorum Petrus* in Eccleſia prædicabat, [t] *exemplum dans vt nos ſimiliter faciamus.* [u] *Humiliamini,* inquit, *in conſpectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum,* quoniam *qui detrahit fratri, aut qui iudicat fra-*

g B.nigno. Proſperi Sẽt. 179. cuius titulus *de homine religioſo.* eſt autẽ hauſta ex Auguſt. confeſſ. lib. 9. cap. 9. eiuſd. verba repetit Pſeudo-Calixt. epiſt. 1.
h excitare.
i ſtudeat.
k verba Iuſtiniani in confeſſ. de 3. capitulis Tom. 2. Concil. edit. A. 1618. parte 2. p. 163.
l Gen. 9.
m ipſo.
n maledictione.
o iam ſua cõmenta Iuſtiniani verbis adtexit ὑποβολαῖς.
p hoc per ſingulas fere epiſtol. inculcat impoſtor.
q his verbis vſus Pſeudo-Clem. epiſt. 1. quæ ſuo auctori vindicauimus, nimirum Cyrillo Alexandrino.
r cornu in alti.
ſ vide inf. epiſt 3.
t Ioan. 13.
u hoc non inquit, ſed *humiliamini ſub potenti manu Dei vt vos exaltet.* 1. Pet. 5. Iacobi verba cap. 4. Petro adſcribit, iiſque Iacobum ipſum monitum vult abſurde & ridicule.

trem

trem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. Qui *autem* [x] iudicat *legem, nō* eſt *factor legis ſed Iudex. Vnus eſt enim legiſlator & index, qui poteſt perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum?* Non oportet. Non præcipit nos iudicare inuicem, ſed magis auxilium ferre: [y] *Væ erit* (inquit) *his qui fratres tribulant, & eis qui eos perſequuntur. Vos autem quantò amplius tribulamini, tantò purgatiores atque beatiores efficiemini, ſi tamen ipſa tribulatio patienter fuerit ſupportata. Quod etiam ipſe nos Dominus docuit;* [z] *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. & item,* [a] *Beati eritis, cum vos oderint homines,* [b] *& perſecuti vos fuerint,* [c] *& eiecerint nomen veſtrum tanquam malum. Gaudete in illa die & exultate,* [d] *quoniam merces veſtra multa eſt in cœlo.* Vnde & ipſe ait, *Diliges* [e] *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex* [f] totis *viribus tuis, & proximum tuum ſicut teipſum.* Non enim (inquit) recte diligit Deum, qui fratrem inſequitur; nec diligit proximum, qui ei detrahit, vel qui illum accuſat: quia quod [g] *ſibi quis fieri non vult, hoc alteri* nullatenus facere debet. [h] Diſcite, (inquit) filij mei, ſapientiam, & tenete fidem rectam, & amplectimini charitatem, vt non excidatis. [i] *Data eſt* enim *à Domino poteſtas & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur* veſtras. [k] *Qui* autem *cuſtodierint Iuſtitiam, iuſte iudicabuntur: & qui didicerint iuſta* iuſte; *inuenient quid reſpondeant.* Semper cauete. Præcepit enim, ne aliquando peccato conſentiamus, & prætermittamus præcepta Dei noſtri.

Eccleſias [l] per *congrua* & *vtilia* facite loca, quæ diuinis precibus *ſacrare* oportet, & in ſingulis ſacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni. Quos ab omnibus [m] *venerari* oportet, & non à quoquam grauari. Semper *vitate* [n] mala, & *pro* animabus veſtris *ne* confundamini *dicere verum.* Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam [o] *multos* iam *ſupplantauit ſuſpicio.* Charitatem diligite, & ſemper fratres adiuuate. [p] *Erunt* enim *quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt* vobis. Vnde & Dominus ait, [q] *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit;* & *qui ſpernit me, ſpernit eum qui me miſit.* & item, [r] *Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Quiſquis enim*

x Si autem iudicas &c. nomus.
y H.cv. tba repe'it pſeudo Alexand. epiſt. 1.
z Matth. 5.
a Luc. 6.
b Matth. 5.
c Luc. 6. malum propter filium hominis gaud.
d ecce enim &c.
e Luc. 10.
f omnibus.
g Tob. 4. vide & Lāprid. in Alexādro.
h Sap. 6.
i Quæ liber Sapientiæ ad reges & iudices monita dirigit, eis im poſtor omnibus omnino hominib. cōmunia facit.
k ibid. poſt 6. verſ.
l de Eccleſ. cōſecratione vide appendicem.
m not. phraſ.
n Eccl. 4. de vi a à malo, pro anima tua ne cōfundaris.
o Eccl. 3.
p Eſ. 1 41.
q Matth. 10. Luc. 10.
r Marc. 9.

potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo quia Chriſti eſtis, Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Et [f] qui *ſcandalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis ſi circumdaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illam.*

Bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus ſcandalizat te, amputa illum. Bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, ejice eum. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim [t] homo *igne ſalietur; & omnis victima ſalietur. Bonum eſt ſal. Quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud* [u] ſalietis? *Habete ſal in vobis & pacem habete inter vos:* quia quiſquis veſtrum rectè docuerit, & iuſtè vixerit, habebit gloriam: Qui autem ſecus egerit indubitanter pœnam *ſuſtinebit*. Ideo bona agere vos ſemper oportet, vt brauium æternæ vitæ percipiatis. His ergo *bene parete* ſententiis. Ne quis hæc præcepta minimè credat implenda, [x] & *iudicio Dei æterni ignis tormenta* ſuſtineat, *qui* Eccleſiaſtici operis ſacra *neglexerit. Hæc* igitur, *frater* Iacobe, de *ore ſancti Petri iubentis* audiui. Si quis [y] præcepta hæc non integra cuſtodierit, ſit anathema vſque ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Hæc* præcepta à ſancto Petro Apoſtolo *accepi, & tibi, frater chariſſime, inſinuare* curaui, *vt ſeruari omnia præcipias* ſine macula. Si quis vero audierit te, vtilis erit miniſter Ieſu Chriſti: *Qui autem non audierit te, immo loquentem Dominum per te, ipſe ſibi damnationem accipiet.* [z] *Omnipotens Deus* (chariſſime) *ſua te* [a] *protectione cuſtodiat, atque ad cœleſtis remunerationem patriæ* [b] *multiplici Animarum fructu perducat.* Deus te iterum iterumque incolumem cuſtodiat, reuerentiſſime frater.

Amen.

f quiſquis.

t ſale ſalietur.

u condietio.

x iiſdẽ verbis vſus pſeudo-Clemens epiſt. 1.

y id eſt, ſi quis ad velũ manus incõdite terſerit, pallam vetuſtate cõſumptam nõ incenderit &c. tanq̃ à piaculatis victim: diris eſt deuouendus. parcius iſta viris.

z hoc fine Greg. claudit epiſt. 127. lib. 7. indict. 2.

a vos.

b cum multiplici.

Iudicia

Iudicia Pontificiorum.

Poſſeuin. in Appar. De Epiſtolis cæteris non conſtat ſintne eius nec ne, niſi quod multa inde ſunt ſcripta in Decretis Pontificum, &c.

Marſil Patau D.fenſor Pacis parte 2.cap.27. Suſpecti ſunt hi Canones ſeu Epiſtolæ; quoniam in ea quæ de Sacramentis, veſtibus & vaſis ad Iacobum fratrem Domini, & in ea quæ de communi vita Apoſtolorum intitulatur, ſcribitur ac ſi Clemens Iacobo narret ea quæ Chriſtus cum Apoſtolis egit. Hæc autem fuiſſet magna ignorantia, non modo dicam præſumptio Clementis, quod ea quæ tantum audiuerat ſignificare vellet, quaſi per modum doctrinæ, illi qui præſens interfuerat, & Chriſtum cum Apoſtolis, quorum vnus fuerat, ipſe viderat. Quis enim diſcipulos, qui Hieroſolymis erant, melius inſtituere poterat de vita Chriſti & Apoſtolorum? Quis de ritu Eccleſiaſtico plus noſſe debuit? An Apoſtolus, aut ſucceſſor Apoſtoli? nemo eſt qui dubitet: propter quod ipſæ ſunt cum Apocryphis computandæ.

CENSVRA.

In hac epiſtola, Styli barbaries inculta; *Maiorum* intempeſtiua mentio, obſeruationum leuiſſimarum ſub pœna anathematis, ſuperſtitioſa ſanctio; geritæ germanæ pro dogmatis ſacris Lectori impudenter obtruſæ; Iacobi verba ad Iacobum ipſum Petri nomine ſcripta; vulgatæ Bibliorum verſionis; auctoris recognitionum; Cyrilli Alexandrini; Proſperi, Iuſtiniani, Gregorij magni, Sententiæ à ſycophanta ſtudioſe deſcriptæ, totidem nouitatis & νοθείας indicia ſunt.

Quid contra Turrianus, antiquitatis huius incomptæ farraginis aſſertor?

Græcè [a] (inquit) *ſcriptam eſſe ab auctore ex Græcitate, quam tota epiſtola interpretatio olet, coniecturâ capi poteſt &c.* a lib.5.pro epiſt.c.24.

R. Inaniſſimis probationibus, inanem coniecturam te fulcire conatum mox conſtabit. Primam tibi ſuppeditant hæc verba impoſtoris, *Sacramenta diuinorum ſecretorum* quæ græce reddis ἁγιάσματα τῶν θείων μυστηρίων: exemplum ſecutus Pſeudo-Clementis, qui lib. 2. conſtitutionum, Sacramenta vocat ἁγιάσματα. moneo lectorem ne ſemel quidem ἁγιάσματος vocem toto 2.conſtit. libro legi: vt dem tamen Sacramenta non ſolum vocari potuiſſe, ſed à ſcriptoribus græcis ἁγιάσματα eſſe vocata, aio phraſim quæ tibi in pſeudo-Clementis epiſtolæ græcitatem olet, non Græcam ſed Latinam, Latiniſque ſcriptoribus vſitatam eſſe. Sic enim Hilarius lib.9. de Trinitate p.117. *ante conditionem mundi Sacramenta cæleſtium myſteriorum conſtituta* eſſe ſcribit. Sic Ambroſius in Lucam lib.10. p.481. f. *ordinem in Sacramentis myſticum* agnoſcit. Sic Auguſtinus epiſt.59. *Sacrorum Secreta.* & in præfat. Pſalmi 150. *Magni Sacramenti ſecreta* memorat. Sic Iſidorus

de offic.lib.1.c.36. *Sacramenti myſterium*, quadrageſimali ieiunio exprimi aſſerit. Sic Optat. lib.2. *Sacramentorum myſterium.* Sic Adrian.1.epiſt.ad Hiſpanos, *myſteriorum Sacramenta* (qua phraſi vtitur Concil. Foroiulienſe) ſic Concilij Francoford.libellus aduerſ. Elipandum, *Sacramentum ſecreta diſpenſationis*, *myſtica Sacramenta* vocat, &c.

Aut ergo tibi ſubolere quod non eſt, aut Hilarij, Ambroſij, cæterorumque Latinorum ſcripta è Græco in Latinum verſa, fateatur oportet, quicunque tuas coniecturas ad veritatis trutinam examinauerit.

Secundam probationem ſubminiſtrat circumlocutio qua vſus ἀποβολικῶς, dum ἀρχιπρεσβύτερον, *Maiorem natu principem* interpretatus eſt. Quaſi vero mirum eſſe debeat, impoſtorem græcæ dictionis (licet à Latina Eccleſia adoptatæ) vſum pro libitu rejicere, ſenſumque eius Latinis verbis exprimere conatum. Certè ſicut inſolens non eſt ſcriptoribus Eccleſiaſticis, presbyteros *maiores natu* vocare, nemini nouum videri debet, ſi quis primipili inter *maiores natu* ἀξίωμα deſignare volens, eum *maiorem natu principem* nuncupauerit. Futilis ergo & hîc imaginariæ græcitatis obſeruatio.

Tertia probationis ſedes in his pſeudo-Clementis verbis, *de Sacramentis delegaui benè intuendis* quo loco vocem ἐπέστειλα Latine ab interprete redditam contendit aduerſarius. At fruſtra eum contentioſum funem trahere comperiet, quiſquis ſcriptorum mediæ ætatis libros euoluerit, in quibus vocis *delegandi* frequentior mentio. Exemplum vnum aut alterum afferam, vt in ore duorum aut trium teſtium firmior ſit Turrianicæ coniecturæ refutatio. Gelaſ. de vinculo anathematis; *illis* (Chalcedone nim.) *prolata ſunt quæ ſedes Apoſtolica nullatenus delegauit*, id eſt mandauit, præcepit. Concil.Rom.2. ſub eodem Gelaſio, *Sedes Apoſtolica quæ Domino delegante* id eſt præcipiente, ordinante &c. *Eccleſia retinet principatum.* Optat.aduerſ.Parmen. lib.1. *Breuis auri & argenti ſedenti Cæciliano, ſicut delegatum à Menſurio fuerat, traditur* &c. delegatum, id eſt mandatum. Manſuetus Mediolan.Epiſc.in epiſt.ad Conſtantinum Pogonatum, *His delegatis* (id eſt præmiſſis, præſtructis &c.) *operæpretium duximus quid noſtra fides contineat aduertere* &c. Eodem ſenſu pſeudo-Clemens *de Sacramentis delegaui* id eſt præmiſi, præcepi &c.

Turrian.ibi. De Decreto Tribus gradibus &c. hæc pronuntiat Turrianus. *Huic Decreto contradicentibus dicendum cum Apoſtolo, Nos talem conſuetudinem non habemus*, &c. 1.Cor.14.

℞. Dicent quodcumque collibitum fuerit huius epiſtolæ patroni, ſi modo probauerint, pſeudo-Clemẽtis Decreta *de Sacramentorum diſpenſatione* &c. pertinere ad Eccleſiæ priſcæ mores, de quibus Apoſtolus loco citato. Hoc vero pernegamus.

Idem de abſtinentia conſumentium reliquias Euchariſtiæ. *Non lex* (inquit) *ſed ſuaſio; non præceptum ſed admonitio eſt.*

℞. Sua-

℞. Suaſionem non eſſe, ſed legem, teſtantur ſequentia pſeudo-Clementis verba; *Si quis præcepta hæc non integra cuſtodierit, ſit anathema vſque ad aduentum* D N.I.C.

De Decreto *altaris palla* &c. *Hæc eſt* (inquit Turrianus) *conſuetudo Eccleſiarum.*

℞. Fuerit forte Eccleſiarum ſub Romani ſcorti tyrannide gementium conſuetudo; doceant qui cum Turriano ſentiunt, eundem morem probari omnibus per Orientem & Meridiem Eccleſiis, vel priſcis ſeculis probatum vllatenus fuiſſe.

In verbis Decreti (ait idem aduerſarius) *eſt odor quidam illius ſeculi quo factum Decretum, & vulgata atque edita epiſtola huius interpretatio; pallam enim vocant hodie omnes Eccleſiæ Latinorum: quod verbum non eſt impoſitum tempore Caroli M. ſed tunc cum ipſa res cui eſt impoſitum facta eſt: neque quæ res hodie in cultu altaris palla vocatur, ſic vnquam ante Latinam Interpretationem Epiſtolæ Clementis vocata eſt* &c.

℞. Aduerſarij ſagacitas mera nugacitas eſt, multa enim dicit nihil probans. Eſto verum, altaris *palla* nomine ante Caroli Magni tempora appellatum fuerit: quis inde odorem ſeculi quo ſcriptum quodlibet, *pallam* nominans, elucubratum fuerit, ſe aſſecuturum, aut impoſturæ ſuſpicionem eleuaturum, aut coniectationis Turrianicæ de epiſtolæ Pſeudo-Clementis verſione fidem facturum ſperet?

Idem Turrianus incidens in Decretum de cœlibatu miniſtrorum Eccleſiæ, & pœna congredientium cum vxoribus poſt ordinationem, aſſerit *pœnam illam ſæuam* (*qua ſancitum eſt Decretum*) *veſtigium quoddam eſſe Apoſtolicæ illius diſciplinæ & ætatis, in qua ſic eos, qui ſacra pro nihilo ducere videbantur punire oportebat.*

℞. Imo eſt clariſſima nota *ſpirituum erroris & doctrinæ Dæmoniacæ, prohibentium nubere* &c. 1. Tim. 4.

Addit Turrianus; *Si hæc lex vbicunque diſciplina Eccleſiaſtica viget adhuc, ſeruatur, & ſemper ſeruata eſt; vnde dicemus ortum duxiſſe, quem fuiſſe latorem? Neceſſe profectò eſt vt ab Apoſtolis fuerit huiuſmodi conſuetudo Eccleſiarum inſtituta & tradita. Cur igitur ſi factum eſt, teſtimonium facti non erit verum: Si cum re conuenit dictum, cur negetur dictum eſſe?*

℞. At nec vbique, nec ſemper ſeruata eſt. Nullibi ſeruatam, quandiu Apoſtolica ſiue doctrina ſiue diſciplina viguit, fidenter aſſero. Nunquam ab Orientalibus ſeruatam teſtantur experientia, Decreta Synodica, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ monumenta cuiuſcumque ſeculi. Non ergo ab Apoſtolis profecta Romanæ ſynagogæ conſuetudo; nec veſtigium facti, dictive Apoſtolici ſuperſtitioſum cœlibatum probantis afferre poterunt pontificiæ ἐθελοθρησκείας patroni.

In decretum de Eccleſiarum conſecratione, ſequentia adnotat Turrianus. *Cùm in more omnium vbique Eccleſiarum ſit; ergo eius moris nulla potuit eſſe alia quam Apoſtolorum traditio. Vnde autem inſtitutio ac traditio extitit, inde primùm eam excepit qui per hanc Epiſtolam eandem vulgauit: Is eſt Clemens Apoſtolicus pontifex, qui libro 2. conſtitut. cap. 57. formam,*

lib.8.preces deſcripſit quibus Miniſtri Eccleſiæ Deo ſacrantur, quas Dionyſ. Areopag ἱεροποιὰς ἐπικλήσεις vocat in Hierarch. Eccleſ.

℞. 1. Conſtirutionum & Hierarchiæ Eccleſiaſt. libros, rirulis ementiris, velut emendicaris ornamentis compros; virorum Apoſtolicorum, quorum nomina præferunr, minime genuinos eſſe fœrus, quicquid in contrarium garriant ſophiſtæ. 2 Morem loca ſacris conuenribus deſtinata ſolennibus fidelium precibus dedicandi, nobis & probandum & Apoſtolicæ doctrinæ conſentaneum videri; cum æquiſſimum ſit eorum quorum vira, opera omnia, victus, ſomnus, mors ipſa Deo conſecrata eſſe debent, ædes religioſas diuinæ gloriæ conceptis precibus dedicari. 3. Scriptores Eccleſiaſticos nullius ante Conſtantini tempora Baſilicarum conſecrarionis meminiſſe. 4. In more gentium omnium, nec eſſe, nec fuiſſe, nec fururam, Deo dante, fabricarum ſuperſtitioſam (ne Magicam dicam) conſecrationem qualem pontificia ἐθελοθρησκεία inuexit.

CLEMENTIS PAPÆ

Epiſtola III.

Ruffino Interprete.

Clemens, vrbis Romæ Epiſcopus, omnibus coëpiſcopis, Presbyteris, Diaconis, ac reliquis Clericis, & [a] cunctis principibus maioribus minoribuſve, *omnibúſque generaliter fidelibus, Benedictio, claritas, & gloria, in gratia Dei, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

a Quot principes Clemẽtis ſeculo religioni Chriſtianæ nomẽ dederant, ſiue maiores ſiue minores?

VRGET nos, fratres, multus amor veſter, & religioſa inuitat deuotio, quia debitores ſumus vt quædam vobis ſcribamus. Vos ergo, qui ſacerdotio Domini fruimini, & in ſpecula eſtis poſiti, plus ſcire oportet; vt ſubditos vobis populos plenirer docere poſſitis, eiſque ad regna cœlorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Vnde & ipſa per ſe veritas ait, *Vobis* [b] *datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis*, & reliqua. Propter quod conſilium do vnicuique veſtrum, conſtan-

b Matth. 13. Luc. 8. 10.

conſtanter docere verba diuina; & diſcentibus libenter accommodare aurem verbo Dei. Veſtrum enim, quia legatione Domini fungimini, eſt docere populos; eorum verò eſt [d] vobis obedire vt Deo.

Si [e] autem vobis Epiſcopis non obedierint omnes [f] *presbyteri, Diaconi ac ſubdiaconi, & reliqui Clerici, omneſque principes*, tam maioris ordinis quam inferioris, atque reliqui populi, tribus & linguæ non obtemperauerint, [g] *non ſolum infames*, ſed & extorres à regno Dei & conſortio fidelium, ac à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ alieni erunt.

Nam veſtrum eſt, eos inſtruere; [h] eorum eſt vobis obedire, vt Deo; cuius legatione fungimini, dicente Domino, [i] *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit*: &, [k] *Qui vos recipit, me recipit; & qui me recipit, recipit eum qui me miſit*. Nihil enim iniuſtius vel inhoneſtius eſt, quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laïcos Doctoribus, ſeu diſcipulos Magiſtris inobedientes vel proteruos exiſtere. Nouimus enim primum hominem per inobedientiam cecidiſſe: idcirco omnes hoc vitium ſummopere cauere monemus. Et quia Dominus [l] *ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*; Dominus noſter mittens vos vice ſua, *in loco Apoſtolorum* ad prædicandum, præcepit vobis docere omnes, omnéſque vobis fideliter obedientes vt ipſi exiſtere: quoniam nec aliter terra pariet fructus ſuos, niſi culta receperit ſemen, & irrigata germinauerit & pariat quæ eſt paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non receperit verbum Dei, illudque in corde ſuo germinare non ſiuerit, ac minimè crediderit Doctoribus & Epiſcopis ſuis, non beneuolus ſed rebellis atque inobediens extiterit, fructum non germinabit nec pariet; ſed ſimilis eſt arbori illi de qua Dominus ait; [m] *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur*.

Primus [n] enim *Pontifex Aaron* [o] Chriſmate compoſitionis *perunctus, princeps populi fuit; & tanquam rex, primitias & tributum per capita accepit à populo, & iudicandi* [p] populum *ſorte ſuſcepta, de mundis immundiſq; iudicabat. Sed & ſi alius* [q] *ex ipſo vnguento perunctus eſt*, [r] *virtute inde concepta*,

c hæc verba citat Concil. Tribur. c. 9.
d eorum eſt omnia probare. 1. Theſſ. 5. Act. 17. 11.
e Concil Tribur. c. 8.
f Hæc verba non habet Concil. Tribur. Clementem citans.
g hoc non videtur iuris Eccleſiaſtici.
h hoc iam dixiſti.
i Luc. 10.
k Matth. 10.
l Iac. 4. 1. Pet. 5.
m Matth. 7.
n Recognit. lib. 1. p. 12. b.
o chriſmatis cōpoſitione perunctus; quod ad imaginem illius, de quo ſupra diximus, ſp. vnguenti factū eſt, princeps &c.
p plebem.
q ſi quis alius.
r tanquā virtute.

etiam ipſe rex, aut propheta, aut pontifex fiebat. Quod[f] *ſi temporalis gratia ab hominibus compoſita tantum potuit*; [t] intelligite *iam quantum ſit illud vnguentum, quod à Deo de virgulto vitæ prolatum eſt; cum hoc quod ab hominibus factum eſt, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præſenti ſeculo Propheta glorioſius, Pontifice clarius, Rege ſublimius?*

Omnis enim Pontifex ſacro chriſmate perunctus, & in ciuitate conſtitutus, Scripturis ſacris conditus, charus & pretioſus hominib. oppidò eſſe debet. *Quem* [u] *quaſi Chriſti locum* [x] tenentem *honorare* omnes debent, eique ſeruire, & *obedientes ad ſalutem* ſuam fideliter exiſtere; *ſcientes quod ſiue honor, ſiue iniuria, quæ ei defertur*, [y] in *Chriſtum redundat, & à Chriſto* [z] in *Deum*. Audire *ergo eum attentius* oportet, *& ab ipſo* [a] ſuſcipere *doctrinam fidei; monita autem vitæ à presbyteris* inquirere, *à Diaconis vero ordinem diſciplinæ*. [b] Propter quod deprecor vos conſeruos & adiutores meos, vt diſcatis attentius animarum curam gerere, & pro omnibus ſtare, maximè tamen pro his qui in cultu diuino laborant. Eccleſiarum omnium curam habetote, ſeruiſque earum adiutorium præbete; *Viduarum religioſam curam gerite, pupillos enixius* [c] liberate; *pauperibus miſericordiam facite, iuuenes pudicitiam docetote. Et (vt breuiter totum dicam) alterutrum vos, in quibus res popoſcerit*, [d] ſuſtentate: *Deum colite, qui creauit cœlum & terram*, & *Chriſto credite, inuicem* vos *diligite*, & *miſericordes eſtote*, [e] in *omnes, non verbo ſolo ſed*[f] *opere & rebus implete charitatem.*

Agite pro viribus, [g] *conſerui dilectiſſimi*, quia *bonum eſt vt vnuſquiſque veſtrum, ſecundum quod poteſt, proſit accedentibus ad fidem religionis noſtræ. Et ideo vos non pigeat ſecundum ſapientiam, quæ vobis per Dei prouidentiam collata eſt*, [h] *inſtruere ignaros & docere*. Deſiderium ergo habere omnes erga Doctorem veritatis, eumque vt oculos ſuos amare oportet; quia & ipſum populum ſibi commiſſum, ceu proprios filios amare & docere condecet.

Hoc [i] enim ei *a Patre cœleſti donatum eſt; ſed & ſalus in eo eſt, vt voluntatem eius, cuius amorem & deſiderium deo largiente* [k] conceperint, faciant. *Si quis* [l] ergo fidelis voluerit

exiſtere,

ſ tempor. hæc gratia.
t Intellige iã tu quantum.
u verba Petri de Zachæo lib. 3. recogni. p. 49 b.
x ſeruantem honorare debetis, obediẽtes ei ad ſalutem veſtram ſcientes.
y ad Chriſtũ.
z ad Deum. Audite.
a Suſcipite.
b ordinẽ diſcipl. Viduarum religioſam &c.
c iuuate.
d ſuſtentate.
e ad omnes.
f ſed & opere.
g verba Petri ad diſcipulos recognit. lib. 8. p. 88. b.
Audite me conſerui.
h differentes in ſtruere.
i verba Petri lib. 4. p. 52. b.
k conceperis facias.
l Eiuſd verba lib. 3. p. 49 b.
Si quis veſtrũ deſiderat baptizetur, &c. exuitur.

exiſtere, & *deſiderat* baptizari, *exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cœleſtium ex geſtis proprijs* [m] fiet. *Accedat autem qui vult ad* [n] Sacerdotem ſuum, *& ipſi det nomen ſuum, atque ab eo audiat myſteria regni cœlorum; ieiuniis frequentibus operam impendat, ac ſemetipſum in omnibus probet, vt tribus* [o] *menſibus* iam *conſummatis in die feſto poſſit baptizari.* Baptizetur [p] *autem vnuſquiſque in aquis perennibus, nomine trinæ Beatitudinis inuocato ſuper ſe, perunctus primo oleo per orationem ſanctificato; vt ita demum per hæc conſecratus, poſſit percipere* [q] locum cum *Sanctis.*

Nullus enim propter [r] *opprobrium ſenectutis*, aut iuuentutis, vel nobilitatem generis *à paruulis & minus cruditis, ſiquid forte eſt vtilitatis aut ſalutis*, inquirere [ſ] negligat. *Qui enim* rebelliter *viuit*, & diſcere atque agere bona recuſat, magis Diaboli quam Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & potius infidelis quam fidelis monſtratur. *Quomodo* ergo *non omnibus hoc amabile eſt, cunctiſque exoptatum, vt quæ ignorat diſcat; & qui didicerit doceat:* [t] *Certiſſimum namque eſt, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni ſublimitas, homini debet eſſe pretioſior veritate;* quia nihil eſt pretioſius anima.

Dominus [u] autem *creator omnium, ex initio ad imaginem ſuam hominem fecit, eique dominationem terræ mariſque, & aëris ipſius dedit*, veritatemque inquirere præcepit; *ſicut & verus nobis Propheta enarrauit, & ipſa rerum ratio docet. Solus enim* [x] homo rationalis *eſt, & conſequens eſt, vt ratio* in rationalibus [y] *dominetur. Hic* enim *ab initio, cum adhuc iuſtus eſſet, cunctis vitiis & omni fragilitate ſuperior erat. Vbi autem peccauit,* [z] *& factus eſt ſeruus peccati, ſimul & fragilitati efficitur* debitor & *obnoxius. Quod idcircò ſcriptum eſt, vt ſciant homines, quia ſicut ex impietate paſſibiles facti ſunt, ita per pietatem poſſunt eſſe* [a] *impaſſibiles*; & non ſolum impaſſibiles, *verum & parua in Deum fide aliorum paſſiones curantes. Ita enim verus* ipſe *Propheta* [b] *promiſit dicens*: Amen, dico vobis, [c] ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, Tranſi hinc, & tranſibit. *Huius vocis etiam vos ipſi documenta* [d] cepiſtis, & iam facta quædam per Magiſtros noſtros, ipſos videlicet Apoſtolos, nõ igno-

m fiat.
n ad Zachæũ.
o tribus his menſibus cõſummatis.
p Baptizabitur autem vnuſquiſque veſtrum.
q percipere de ſanctis.
r verba Gamalielis. Recognit. lib. 1. p. 17. a. *Neque, ſenectutem opprobrium duco diſcere aliquid à paruulis.*
ſ acquirere: qui enim rationabiliter viuit, ſcit quia nihil eſt anima pretioſius. Quomodo non &c.
t hunc locum citat Anſelm. Luc. lib. 1. in VVibertum.
u verba Petri lib. 5. Recognit. p. 59. b. Deus creator.
x ſolus enim eſt rationabilis.
y irrationabilibus dominetur. Hic ergo ab.
z ſicut heſterno die docuimus & factus.
a notabit Lector verba patroni Stoicæ ἀπαθείας.
b nobis permiſit Matt. 7.
c quia ſi.
d accepiſtis quomodo adſtantib nobis Dęmonis &c.

ratis, quia *adſtantibus nobis* [e] eorum meritis *dæmones cum paſſionibus, quas hominibus inuexerant, tranſierunt & fuga ij ſunt. Quia ergo alij quidem homines patiuntur, alij patientes ſanant, cauſa ſine dubio vel patiendi vel curandi noſcenda eſt: quæ non alia eſſe, quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus vero fidei, demonſtratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum Dei iudicium, peccandi licentiam præbet; peccatum vero hominem paſſionibus obnoxium facit. Fides* [f] *autem, futurum Dei iudicium eſſe credens, continet homines à peccato. Non peccantes vero, non ſolum liberi ſunt à dæmonibus & paſſionibus, verum & aliorum dæmones & paſſiones fugare poſſunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia deſcendat, & ipſa ſit omnium malorum mater; quæ incuria & ignauia gignitur, negligentia vero alitur,* [g] atque *augetur, atque in ſenſibus hominum radicatur,* dum amatur: *quam ſi quis fortè doceat effugandam,* vel *velut antiquis & hæreditariis ſedibus moleſtè & indignanter auellitur. Et ideo paululum laborandum nobis eſt, vt* [h] indignantes, *ignorantiæ* præſumptionem *ſcientiæ ratione reſecemus; in his præcipuè, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præuenti ſunt, per quas quaſi ſub ſpecie alicuius ſcientiæ ignorantia in his vehementius radicata eſt. Nihil enim grauius, quam ſi id quod ignorat quis, ſcire ſe credat, & defendat verum eſſe quod falſum eſt: quod tale eſt, quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet, & agat quidem cuncta vt ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici à cæteris velit. Ita ſunt ergo & hi, qui ignorantes quod verum eſt, ſpeciem tamen alicuius ſcientiæ tenent, & mala quaſi bona gerunt, atque ad perniciem quaſi ad ſalutem feſtinant. Propter quod ante omnia properandum eſt ad agnitionem veritatis,* [i] *vt poſſimus, quaſi lumine nobis inde* [k] accenſo, *errorum tenebras depellere. Grande enim malum eſt (vt diximus) ignorantia; ſed quia ſubſtantiam non habet, facile ab his qui ſtudioſi ſunt effugatur. Non enim aliud eſt* [l] *ignorantia, niſi non* cognouiſſe [m] *quod expedit. Vbi autem* [n] cognoueris, *perit ignorãtia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agni-*

e Turrian. lib. 4. pro epiſt. c. 15. legendum pronũtiat ex Codice Vaticano, *eorũ Meritis trinæ beatitudinis, dæmones* &c. notabit autem Lector hæc verba à plagiario adiecta eſſe, vt iã monuimus vera lectione loci recognit. adnotata.

f Mandatum Dei ſi timore fit pœnæ non amore iuſtitiæ, ſeruiliter fit, non liberaliter, & ideo nec fit. Nõ enim bonus fructus eſt, qui nõ de charitatis radice procedit. *Auguſt de ſp. & litera c.* 14 *Proſper ſent* 157 Illi ergo, qui ſub lege ſunt & timore pœnæ iuſtitiam ſuã facere conãtur, credunt Deo; nam ſi omninò non crederẽt, nec pœnam legis vtiquè formidarent. Sed non hanc fidem commendat Apoſtolus, qui dicit, Non enim accepiſtis ſp. ſeruitutis &c. *Auguſt. eiuſd libri cap* 32. g & augetur. h indagantes ignorantiæ præſumptiones. i *Sic Pelagiani teſte Auguſt ad Bonif lib. 4 c 5* in omnibus diſput. ſuis volunt intelligi gratiam; vt ſcil à D. Deo adiutorium cognitionis habeamus, quaſi Deus Doctor tantum non redemptor. *vide Concil Mileuit. c. 4.* k ſuccenſo. l eſt quidem ign. m agnouiſſe. n agnoueris.

tio, quam

tio; quam nemo alius aſſignare poteſt, niſi verus Propheta. Hæc enim [o] via eſt, vitam *volentibus* [p] *ingredi, &* ſummum *iter bonorum operum pergentibus ad ciuitatem ſalutis. Si quis ſane audiens ſermonem veri Prophetæ, velit aut nolit recipere, &* [q] amplecti onus *eius, is mandata vitæ* [r] *habet in ſua poteſtate; Liberi enim ſumus arbitrij. Nam ſi hoc eſſet, vt videntes ea iam non haberent in poteſtate aliud facere quam audierant, vis erat quædam naturæ, per quam liberum non eſſet ad aliam migrare ſententiam. Aut ſi rurſus ex audientibus nullus omninò reciperet, & hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum eſt animo in quam velit partem* [s] *declinare iudicium ſuum, & quam probauerit eligere viam; conſtat euidenter, ineſſe hominibus arbitrij libertatem. Igitur priuſquam audiat quis, quod ei expedit; certum eſt quia ignoret; & ignorans vult & deſiderat quod non expedit agere, propter quod pro hoc non iudicatur. Cum verò audierit cauſas erroris ſui, & rationem veritatis acceperit: tunc ſi permanſerit in his erroribus quib. dudum* fuerat *præuentus, rectè iam vocabitur ad iudicium daturus pœnas;* [t] quia *vitæ* huius *ſpatium, quod ad bene viuendum accepit, in ludibriis* [u] conſumpſerit *errorum. Qui vero audiens hæc libenter accipit, &* [x] gratuletur *bonorum ſibi doctrinam fuiſſe delatam* [y] requirat *intentius, & diſcere non* deſinat, *vſque quo cognoſcat, ſie eſt verè aliud ſæculum in quo bonis præmia præparata* [z] ſint. *Et cum certus de hoc fuerit, gratias* [a] agat Deo, *quod ſibi veritatis lumen oſtenderit;* ac de *cætero* [b] dirigat *actus ſuos in omnibus operibus bonis, quorum ſibi in futuro mercedem certus eſt præparatam: demirans per omnia & ſtupēs cæterorum hominum errores, & quod ante oculos poſitam veritatem nemo videat, ipſe tamen gaudens ſuper* [c] diuitias *ſapientiæ quas inuenit,* [d] ſatiabiliter his perfruatur, *& exercitio bonorum operum* [e] delectetur, *feſtinans ad ſeculum futurum mundo corde & pura conſcientia peruenire, vbi etiam videre Deum regem* [f] omni-

o Hæc enim porta eſt vitæ volentib. &c. p per gratiã ſcil. q amplexiones. r non in hominum ſed in Dei poteſtate eſt, vt habeant homines poteſtatem filij Dei fieri. Ab ipſo quippe accipiunt eã, &c. *Auguſt. de dono perſeuer. c 8.* alias, lib. arbit. captiuatum non niſi ad peccatum valet, ad iuſtitiam vero niſi diuinitus liberatũ adiutumq; non valet. *Auguſt. ad Bonifac. li. 3 c 8* nec poteſt niſi Dei grã in reſpirare in ſalubrem libertatem, *lib. 4 c. 3.* Itaque quando homines ita faciunt quod volunt vt diuinę ſeruiant voluntati, quamuis volentes agãt quod agunt, illius tamen voluntas eſt à quo præparatur & obitur quod volunt. *Concil 2. Arauſic. c. 23 ex Auguſt tract. 19. in Ioan. & Proſpero Sent 338.* ſ Iam munus inclinationem iudicij humani ad bonum, eſſe opus gratiæ. Nihil boni ex mortuis, nihil iuſtitiæ procedit ex impiis; tota ipſorum ſalus gratia eſt. *Proſp aduerſ. collat. Idem in epiſt ad Auguſt* docet Semipelagianos ſenſiſſe pari momento animum ſi vel ad vitia vel ad virtutes mouere. t cur vitæ eius. u conſumpſit.

x gratulatur. y requirit, deſinit. z ſunt. a agens. b dirigit. Diuini muneris eſt, cum & rectè cogitamus, & pedes noſtros à falſitate & iniuſtitia continemus, &c. Concil. 2. Arauſ. c. 9. c diuitiis. d inſatiabiliter eis perfrui cupit. e delectatur. f omnium.

no *poſſit. His autem omnibus carere nos & fraudari ſola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat ſcientia, ignorantiæ malum de ſe non patiuntur excludi. Neſciunt enim quanta ſit in horum permutatione diuerſitas. Propter quod conſilium do vnicuique diſcenti, libenter præbere* [g] *aurem verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus; vt mens optimo ſemine ſuſcepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam ſi me docente ea quæ ad ſalutem pertinent, recipere quis abnuit, & animo prauis opinionibus occupato obſiſtere nititur, non ex nobis, ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſam. Debet enim iuſto iudicio examinare quæ dicimus, & intelligere quia verba loquimur veritatis; vt cognitis his quæ ſunt, vt ſunt, in bonis actibus dirigens* [h] viam *ſuam, regni cælorum poſſit particeps inueniri,* [i] *ſubiiciens ſibi carnis deſideria, & Dominus eorum factus; vt ita demum etiam ipſe fiat* [k] nominatoris *omnium iucunda poſſeſſio. Nam qui permanet in malo, & ſeruus eſt mali, non poteſt effici portio boni donec permanet in malo: quia ab initio (vt antè* iam *diximus) duo regna ſtatuit Deus; & poteſtatem dedit vnicuique hominum,* [l] *vt illius regni fiat portio, cui ſe ad obediẽdum* [m] *ſubiecerit. Et quia definitum eſt apud Deum, non poſſe vnum hominem vtriuſque regni eſſe ſeruum,* [n] *omni ſtudio date operam in boni regis* [o] aulam *ac iura concurrere. Propter hoc denique verus Propheta, cum eſſet præſens nobiſcum, & quoſdam ex diuitibus negligentes erga Dei cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem:* [p] Nemo poteſt, *inquit,* duobus Dominis ſeruire; *&* non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ; *Mammona, patriâ eorum voce diuitias vocans. Hic ergo* [q] *verus Propheta, qui in Iudæa nobis apparuit, vt audiſtis; qui ſtans publicè ſola iuſſione faciebat cæcos videre, ſurdos audire, fugabat dæmones, ægris ſanitatem reddebat, & mortuis vitam: cumque nihil eſſet ei impoſſibile, etiam cogitationes hominum peruidebat; quod nulli eſt poſſibile niſi ſoli Deo. Hic* [r] annuntiabat *regnum Dei, cui nos de omnibus quæ dicebat, tanquam vero Prophetæ, credimus, firmitatem fidei noſtræ non ſolum ex verbis eius, ſed &* [s] *operibus aſſumentes: quia* [t] *dicta legis, quæ antè multas generationes de præſentia eius expoſuerant, in ipſo* [u] deſignantur, *& imagines geſtorum Moſis, & ante ipſum Patriarchæ Iacob, ipſius per omnia typum ferebant. Tempus quoque aduentus eius, hoc eſt ipſum*

g Aures audiẽdi, ipſum eſt donũ obediendi. *Aug de dono perſeuer. cap 14.* Deus igitur operatur in cordibus hominum vocatione illa ſecundum propoſitum &c. vt non inaniter audiant. *idem de Prædeſt. ſanctorũ cap 19.*
h vitam.
i meminerit Lector voluntatem humanam non libertate conſequi gratiam, ſed gratia potius libertatem. Vide *Auguſt. de correpṫ. & gratia cap. 8.*
k Dominatoris.
l in Adamo ſcil.
m ipſe ſubiecerit.
n bonæ voluntatis exordia & incremẽta probabilium ſtudiorum, & in eis vſq; in finem perſeuerantia ad gratiam referenda *Celeſtin. epiſt. 1. c. 11.*
o fœdus ac iura.
p Matth. 6.
q eſt verus.
r annũciauit.
ſ ex operibus.

t quia & dicta. u conſignabantur.

in quo venerat, prædictum ab his conſtat: & ſuper omnia, quod eſſet à gentibus expectandus, ſacris literis comprehenſum eſt; quæ in eo pariter vniuerſa completa ſunt. Quod autem Iudæorum propheta prædixit [x] eum à Gentibus expectandum, ſupra modum in eo fidem [y] veram firmat. Si enim dixiſſet à Iudæis expectandum, non aliquid eximium prophetaſſe videretur, quod à contribuli populo, & à propria gente ſperaretur is, cuius aduentus ad ſalutem mundi fuerat repromiſſus. [z] Videtur enim magis conſequens [a] ratio eſſe, vt hoc fieret, quam quod prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc autem cum Prophetæ [b] dicant, omnem illam ſpem quæ de ſalute mundi repromittitur, & nouitatem regni quæ inſtruenda per Chriſtum eſt, atque omnia quæ de eo indicantur ad gentes eſſe transferenda, iam non ſecundum conſequentiam rerum, ſed incredibili quodam vaticinationis euentu magnificentia Prophetica confirmatur. Iudæi namque ex initio, affore aliquando hunc virum per quem cuncta repararentur, veriſſima traditione [c] ſuſceperunt: & quotidie meditantes ac proſpicientes quando eius fieret aduentus, vbi adeſſe eum viderunt, & ſigna ac prodigia (ſicut de eo ſcriptum fuerat) adimplentem, inuidia excæcati agnoſcere nequiuerunt præſentem, in cuius ſpe lætabantur [d] abſentis. Intellexerunt tantum ſancti Apoſtoli, qui à Deo electi ſunt, & nos qui poſt ab eis electi ſumus. Hoc autem prouidentia Dei factum eſt, vt agnitio boni huius etiam gentibus traderetur: & hi qui numquam de eo audierant, nec à Prophetis didicerant, agnoſcerent eum: illi vero, qui quotidianis meditationibus [e] euanuerant, ignorarent. Ecce enim nunc per vos, qui præſentes eſtis: & deſideratis audire doctrinam fidei eius, & agnoſcere quis & quomodo & qualis ſit eius aduentus, [f] Prophetica veritas adimpletur. Hoc [g] enim Prophetæ prædixerant, quia à vobis quærendus eſſet, qui de eo nunquam audiſtis. Et ideo [h] audientes in vobis ipſis Prophetiæ ea dicta compleri, huic vni recte creditis, hunc recte expectatis, de hoc recte inquiritis: vt non ſolum expectetis eum, ſed & hæreditatem regni eius credentes conſequamini, ſecundum quod ipſe dixit: quia vnuſquiſque illius [i] ſit ſeruus, cui ſe ipſe ſubiecerit. Propterea ergo vigilate, [k] & Dominum Deumque noſtrum vobis conſcribite Dominum, qui & cæli ac terræ Dominus eſt. Et ad ipſius vos imaginem ac ſimilitudinem reformate, ſicut ipſe verus Propheta docet, dicens: [l] Eſtote boni & miſericordes,

x Gen 49. Agg. 2.
y veri confirmat.
z videretur.
a conſequentiæ.
b dicunt.
c ſuſceperāt.
d abſentes intelleximus tamen pauci nos qui ab eo electi ſumus.
e agnouerāt.
f Eſai. 65.
g hoc eſt enim quod prædixerunt prophetæ, qui.
h videntes.
i Ioan 8.
k euigilate.
l Luc. 6.

ſicut & Pater veſter cœleſtis miſericors eſt; qui oriri facit Solem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. *Hunc ergo imitamini, & hunc timete: & ſicut mandatum datur hominibus,*[m] Dominum Deum tuum *timebis,*[n] & illi ſoli ſeruies.

Infidelibus[o] quidem *dormit* Dominus, *& abſens habetur his à quibus eſſe non creditur*, & mandatis eius non obediunt: atque ob id illis videtur quaſi dormire Dominus, quia pro peccatis ſuis non exaudiuntur.

Quapropter cunctis fidelibus, & [p] ſummoperè omnibus presbyteris & Diaconis, & reliquis Clericis attendendum eſt, vt nihil abſque Epiſcopi proprij licentia agant. Non vtique Miſſas [q] ſine eius iuſſu quiſquam presbyterorum in ſua Parochia agat, non baptizet, nec quicquam abſque eius permiſſu faciat. Similiter & reliqui populi, [r] *maiores* ſcilicet *ac minores*, per eius licentiam quicquid agendum eſt agant: nec ſine eius permiſſu à Parochia abſcedant, vel in ea aduentantes morari præſumant. Animæ vero eorum ei creditæ ſunt: ideo omnia eius conſilio agere debent, & eo inconſulto nihil.

Quicumque[ſ] *enim obediunt*[t] Epiſcopis ſuis, *videntur aliquid gratiæ*[u] conferre *Deo*. Qui autem eis non obediunt, indubitanter rei & reprobi exiſtunt. *Porro ipſi* à Deo *donum ſummi muneris conſequuntur*, qui per *Iuſtitia* & præceptorum *eius* ſemitas [x] *incedentes*, Doctoribus ſuis (qui recte Epiſcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus & B. Petrus, [y] *inſtructor & ordinator noſter, & princeps Apoſtolorum*, manifeſtè cunctos audientes inſtruebat, dicens, *Videntur*[z] *mihi qui loquuntur* verba *veritatis, & qui illuminant animas hominum, ſimiles eſſe radiis ſolis: qui vt proceſſerint & apparuerint mundo, celari vltra aut occultari nullatenus poſſunt: dum non tam videntur ab*[a] omnibus, *quam videre omnibus præſtant. Vnde & bene*[b] ipſa per ſe veritas *ad veritatis præcones* ait, [c] *Vos eſtis lux mundi: &, non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſupra candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.*

Si quis ergo his obedierit, Deo (vt dictum eſt) magnum

m Matth. 4.
n adorabis.
o verba Petri ad Fauſtinianum Recog. lib. 8. p. 94. b.
p hæc verba citat Concil. Tribur. ca 32. Iuo p. 2. c. 223.
q vide Cōcil. Laod. c. 57. Tolet. 1. c. 10. Hiſpal. 2. c. 7. Arelat. 1. c. 19.
r quid ſibi vult his verbis *maiores ac minores populi?*
ſ verba Petri Recogni. lib. 2. p. 24.
t ei, veritati ſcil.
u referre. Deo porro autem ipſi ab eo donum.
x eius ſemitis Inced. propter quod &c. *vide infra.*
y vide ſup. epiſt. 2.
z verba Petri lib 8. Recog. p. 80. b. hi qui loq. verbum.
a hominibus.
b à quodam dictū eſt ad.
c Matth. 5.

gnum munus offert: [d] Qui autem his reſtiterit aut inobediens exciterit, non his, ſed Domino Saluatori noſtro, cuius legatione funguntur, reſiſtit.

d iam bis hoc dixiſti millies repetiturus.

Propter [e] *quod primum omnium Iuſtitiam Dei, regnumque eius inquirere*, & ſuis iuſſionibus obtemperare: *Iuſtitiam quidem, vt recte agere doceamur: regnum vero, vt quæ ſit merces poſita laboris & patientiæ nouerimus; in quo eſt, bonis quidem æternorum bonorum remuneratio; his autem qui contra* [f] *voluntatem* eius *egerint, pro vniuſcuiuſque geſtis pœnarum digna reſtitutio. Hic ergo, hoc eſt, in præſenti vita poſitos, oportet* [g] nos *agnoſcere voluntatem Dei, vbi & agendi* & ſacrificandi *eſt locus.*

e verba Petri recognit. lib. 2. p. 24. a. Semitis ne:dẽtes, propter quod primũ eſt.

f volunt Dei.

g vos.

Quoniam [h] in aliis locis ſacrificare & Miſſas celebrare non licet, niſi in his, in quibus Epiſcopus proprius iuſſerit, aut ab Epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatem, cõſecratus fuerit. Aliter enim nõ ſunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos [i] *Nouo* & Veteri Teſtamento. Hæc Apoſtoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos docemus, vobiſque & omnibus abſque reprehenſione tenere & docere, quibus agendum eſt, mandamus.

h vide Cõcil. Laodic. c. 58. citat. à Pſeudo-Felice 4. epiſt. 1. cap. 1. vide & Pſeudo-Clem. epiſt. 2.

i ſequentia omnia fingit impoſtor.

Vnaquæque [k] *etenim res tempus ſuum habet & locum. Operum hic locus* eſt, *tempus* vero *meritorum* eſt *ſeculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes: primo quæ ſit Dei Iuſtitia requiramus*, & [m] *tanquam iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo poſſimus ad regnum Dei tanquam ab vrbem maximam peruenire. Deus enim his qui recte ſentiunt, per ipſa opera mundi quæ fecit, manifeſtus eſt; ipſius creaturæ ſuæ vtens teſtimonio; & ideò cùm de Deo dubitatio eſſe non debeat, de ſola nunc eius iuſtitia requiramus & regno.*

k verba Petri loco citato poſt lin. 9.

l hic locus hoc tẽpus eſt.

m vt tanquã.

Idcircò [n] per*ſuadeo*, primum *Iuſtitiam eius eſſe requirendam; vt per hanc iter agentes, & in via veritatis poſiti, verum Prophetam inuenire poſſimus; non velocitate pedum, ſed* bonorum [o] *operum* velocitate *currẽtes; vt ipſo duce vſi, nullum via huius patiamur errorem. Si enim ipſum ſequentes ingredi meruerimus illam quo peruenire cupimus ciuitatem, omnia iam de quibus quæritur oculis videbimus, tanquam hæredes omnium facti. Intelligite itaque viam eſſe hunc vitæ noſtræ curſum, via-*

n ibid. poſt lin. 10. ſuadeo primo.

o ſed operũ bonitate cur.

L

tores,eos qui nos inſtruunt,vel *bona opera gerunt:portam* ve-
p verum prophet. ro, [p] *Prophetam de quo dicimus: vrbem,regnum eſſe,in quo reſidet omnipotens Pater, quem ſoli videre poſſunt hi qui munda ſunt corde. Non ergò nobis difficilis videatur huius itineris labor, quia in fine eius requies erit. Nam & ipſe verus Propheta ab initio mundi per ſeculum currens, feſtinat ad requiem. Adeſt enim*
q neceſſe eſt. *nobis omnibus diebus,& (ſi quando* [q] *neceſſe) apparet,& corrigit nos,vt obtemperantes ſibi ad vitam perducat æternam.*

De his autem qui negligunt viam ſuæ ſalutis, & adhuc non *bene fideles*, & præceptis eius ſuorumque Pontificum iuſſionibus inobedientes vel contumaces eis
r verba Petri lib. 2. recogn. p. 26. b. exiſtunt, [r] *Dominus noſter* Ieſus Chriſtus mittens diſcipulos, *præcepit nobis* dicens, *vt* [s] in quamcunque ciuita-
ſ. Matth. 10. tem aut domum *introïerimus dicamus*, Pax huic domui: & ſi quidem, *inquit*, fuerit ibi filius pacis, veniet ſuper eum pax veſtra: Si vero non fuerit, pax veſtra ad vos
t Exeuntes. reuertetur. [t] *Euntes* autem de domo vel ciuitate illa,
u vt etiam pa lib. noſtris excutimus. [u] etiam puluerem qui adhæſerit pedibus veſtris excutiatis ſuper eos. Tolerabilius [x] erit terræ Sodomorum
x tolerab. autem. & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati vel domui. *Quod vtique ita demum fieri* [y] præcipit, *ſi prius*
y præcepit. *in ciuitate vel domo veritatis ſermo prædicetur, ex quo vel recipientes veritatis fidem, filij pacis & filij Dei fiant: vel non recipientes arguantur, quaſi inimici pacis & Dei. Ita ergo & nos,*
z ſeruantes. *Magiſtri inſtituta* [z] ſectantes, *primo pacem proponimus Auditoribus, vt abſque vlla perturbatione poſſit via ſalutis agnoſci. Quod ſi quis pacis verba non ſuſcipit, neque acquieſcit veritati, ſcimus aduerſus eum pugnam verbi mouere & arguere acrius, confutando ignorantiam & redarguendo peccata. Neceſſario igitur pacem proponimus, vt ſi quis eſt filius pacis, pax noſtra ve-*
a regreditur. *niat ſuper eum; ab eo autem qui ſe alienum pacis effecerit,* [a] regreditur *ad nos pax noſtra.*

b verba Petri eiuſd. libri p. 29. b. Et [b] *ſi* iterum *in mandatis habemus, vt venientes ad ciuitatem, diſcamus prius quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſu-*
c quando. *mamus:* [c] quando *magis conuenit noſcere, quis qualiſue ſit is cui immortalitatis verba credenda ſunt? Solliciti enim & valdè*
d Matth. 7. *ſolliciti eſſe debemus, ne* [d] *margaritas noſtras mittamus ante porcos. Sed & alias ob cauſas vtile eſt viri huius habere me notitiam. Si enim ſciam quia in his de quibus non poteſt dubitari*

quod:

quod bona ſint, emendatus eſt & inculpabilis, hoc eſt ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis & humanus eſt, quæ vtique bona eſſe nullus ambigit: tunc conſequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum, etiam quod deeſt fidei & ſcientiæ conferatur: & in quibus maculari videtur eius vita, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his quæ palam ſunt, peccatis inuolutus, permanet [e] *inquinatus, non me oportet aliquid* [f] *de ſecretioribus & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui, ſed magis proteſtari & conuenire eum, vt peccare deſinat, & actus ſuos à vitiis emendet. Quod ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus recte agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus* [g] illudere. *Nam nihil omninò reſpondere, Auditorum cauſa vtile non videtur, ne fortè exiſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur,* [h] *non* intelligentia propoſiti noſtri.

Magna contumelia & graue nobis erit peccatum, ſi [i] *ita* deſipiamus, *vt* cum *videamus eum qui idola colit eſſe ſobrium, nos qui Deum colimus ſobrij eſſe recuſemus.* [k] *Non* hoc *ſit* inter nos, ſed magnum habeamus *ſtudium, vt ſi illi qui errant homicidium non faciunt, nos ne iraſcamur quidem: Et ſi illi adulterium non* committunt, [l] *nos nec concupiſcamus quidem alienam mulierem: Si illi amant proximos ſuos, nos etiam diligamus inimicos noſtros: Si illi mutuò dant his qui habent vnde reddant, nos etiam his demus à quibus recipere non ſperamus. Et per omnia nos, qui æterni ſeculi hæreditatem ſperamus, debemus* [m] præcedere *eos qui præſens tantum ſeculum nouerunt; Scientes, quia, ſi opera illorum noſtris operibus collata in die iudicij ſimilia inueniantur ac paria, confuſio nobis erit, quod æquales inuenimur in operibus his qui propter ignorantiam condemnantur & nullam ſpem futuri ſeculi habuerunt. Et vere digna confuſio eſt, vbi nihil amplius geſſimus, ab his quibus amplius intelleximus. Quod ſi confuſio nobis erit æquales* [n] his *inueniri in operibus bonis, quid erit nobis, ſi* [o] *inferiores ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipſe verus Propheta docuerit. Ad eos* [p] autem *qui negligunt audire verba ſapientiæ, ita ait:* [q] Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis; & ecce pluſquam Salomon hîc, & non audiunt. *Ad eos vero qui*

e & inquinatus.
f ei aliquid.
g eludere.
h non intelligentiũ propoſitum noſtrum.
i verba Petri lib. 6. recogni. p. 71. nõ-quid ita deſipiemus vt ſi.
k recuſemus, ne eadem facere quæ ille qui colit idola videamur? nõ ita eſt, ſed nobis ſtudiũ.
l admittunt.
m præcellere.
n eis.
o inferiores nos ac.
p enim.
q Matth. 12. Luc. 11.

de malis actibus gerere detrectabant pœnitentiam, ita ait: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce pluſquàm Ionas hîc. [e] Videtis *ergo, quomodo eos qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, & oſtendens eos, nec æquales illis eſſe qui in errore poſiti videbantur, ex ipſa tantum comparatione condemnat. Ex quibus omnibus ſermo quem propoſuimus approbatur, vt caſtimonia, quæ aliquatenus etiam ab his qui in errore ſunt poſiti, cuſtoditur: multo puriùs & attentiùs,* & *per ſingulas quaſque, (ſicut ſupra oſtendimus) ſpecies à nobis qui veritatem ſequimur teneatur, eo magis* [f] quod *apud nos obſeruantiæ eius præmia æterna ſunt poſita.*

e vides.

f quo.

Aliter enim nemo ſaluus eſſe poterit, niſi his obſeruationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in ſua voluntate, vnumquemque in ſuo ordine ſemper cuſtodiat, fratres, & ſibi placere *in omnibus concedat. Amen.*

Iudicia Pontificiorum.

vide ſup. cenſuram Ant. Poſſeuini.

IOan. Sichard. in argum. huius Epiſt. Veriſimile videtur hanc à ſtudioſo aliquo Clementis conſcriptam potius, quam ab ipſo Clemente.

Lamb. Gr[illegible]ter. pref. in opera Clem. Quod vir Doctus I. Sichardus ſenſit eam collectam eſſe ex Recognitionibus, &c. idem & ego factum exiſtimo.

C E N S V R A.

In epiſt. 3. quindecim diuerſis locis è recognitionum libris 1.2.3. 4.6.8. maxime vero 5. corraſis, centones impuros farciuit [illegible]: cum itaque recognitiones *cœnoſum gurgitem* fateantur aduerſarij, deploranda eſt eorum dementia, qui de huius epiſtolæ auctoritate ſibi blandiuntur. Turriani iudicium audiamus.

Turrian. pro epiſt. lib. 5. cap. 24.

Tertia (inquit) *Clementis epiſtola ſcripta quoque eſt græcè, & ex bona parte ex ſermone B. Petri, qui eſt in libro 5: recognit. quæ ſit fortaſſe cauſa cur nonnullis videri poßit non eſſe à Clemente ſcripta, ſed potius à neſcio quo, qui partim è ſuo, partim ex illo ſermone epiſtolam contexere voluerit. Sed hæc coniectura leuißima eſt; multo vero probabilius, Clementem tranſcripſiſſe quæ iam ſcripſerat recognitionum libro 5.*

℞ Probabile nullo modo eſt Clementem è cœnoſo lacu hauſiſſe; certiſſimum vero eſt epiſtolam ab impoſtore bonarum literarum imperito conſarcinatam; cui quiduis idoneum viſum ad fraudem faciendam.

Addit.

Addit Turrianus, *Illud in hac epiſt. & in reliquis obſeruandum: Idcirco decreta ſiue leges Eccleſiaſticas in epiſtola inter præcepta vitæ & morum Clementem inſeruiſſe, vt ſimul leges ſuaderet; quod ad peritiam boni legislatoris pertinet: in quo Platonem quoque ſecutus eſt, qui leges quæ feruntur oportere ait ſuadere.*

℞. Obſeruationem Turriani vaniſſimam cunctaque temere in hac reliquiſque epiſtolis congeſta eſſe facile deprehendet, quicumque in ordinem methodumque imputi illius Sycophantæ, qui Decretales omnes antiquis pontificibus ſuppoſuit, inquiſierit.

Quod epiſt. 3. Clementis (ait Turrian.) *nomen Ruffini interpretis habet: factum eſt, (vt opinor) ſiue quia Rufinus eam primus interpretatus eſt, vtpote cuius magna pars ex libro 5. recognit. ſit; ſiue quia alius interpres fuit, qui (cum interpretationem eius partis, quæ ex quinto libro recognitionum eſt, vt dixi, ex illo ipſo libro 5. mutuatus eſſet) totius epiſtolæ interpretationem Rufino recognitionum interpreti inſcripſit.*

℞. Id fecit ὑποβολεὺς vt tutius ſub antiqui ſcriptoris latua lateret.

Idem eodem loco. *Catechesis adultis baptizandis neceſſaria, vt & probatio, & vnctio, & datio nominis*, &c.

℞. Catecheſis & probatio fidelium ad Chriſtum venientium non neceſſariæ dici non poſſunt, cum partem faciant miniſterij publici à Chriſto in Eccleſia inſtituti. Dationis nominis eadem neceſſitas eſt quæ pœnitentiæ, cuius eſt ſignum externum in Chriſtianiſmum ſuſcipiente. Vnctionis, cum inſtitutio humana ſit, aliam rationem eſſe nemo mirabitur. Mirabitur vero deſultoriam Ieſuitæ procacitatem.

Quæramus (ait) *à Lutheranis vnde didicerunt dare nomen miniſtris & ſuperintendentibus pro ſuis infantibus, cum baptizandi ſunt? an melius ſit, ſi dicant ſe arbitratu ſuo, nullo magiſtro ac lege hoc facere, quam ſi Apoſtolica traditione inſtitutos ſe facere confiteantur? pœnitet fortaſſe talium Magiſtrorum, id eſt Sanctorum Apoſtolorum. Quod ſi non pœnitet, & in hac epiſtola Clementis decretum vident quod ipſi ſeruant; Decretum dico à Sanctis Apoſtolis profectum; cur epiſtolam Apoſtolicæ traditionis teſtem negant?*

℞. Monendus lector, Pſeudo-Clementem de cæpis, aduerſarium (quod vulgo dicitur) de aliis loqui. Auctor Recognit. (cuius verba deſcripſit ὑποβολεὺς) de ea agit nominis datione, qua adulti ad fidē accedentes, nomen ſuum Catalogo competentium inſeri poſtulabant: Huius moris (cum pauciſſimos nunc ex adultis competentes ſuſcipiat Eccleſia Chriſtiana) memoria hodie quodammodo obſoleta eſt. Ineptum vero eſt, Ieſuitam PſeudoClementis verba ad aliam nominis dationem trahere, illam nimirum qua infantibus baptizandis nomina à Patrimis imponuntur, vt poſtea albo Eccleſiæ inſcribantur. Hac obſeruatione præmiſſa, quæſtiunculas, quibus vrgeri nos poſſe ſperauit aduerſarius, breui reſponſo refellemus. Dare liberorum nomina didicimus à Maioribus, Turriane; à quorum conſuetudine longo vſu firmata recedere noluimus; non quia

vide Concil. 4. Carthag. Can. 85.

ab Apoſtolis deriuata eſt, hoc enim probari non poteſt: non quia à Pſeudo-Clemente commẽdata, eius enim fides nutat; ſed quia pietati & ædificationi conſentanea eſt: Ei obſequimur non coacti, ſed pie, libera, nulliſque ſuperſtitionum nexibus obligata conſcientia; vtpote quæ nec Apoſtolorum Magiſterio reluctari, nec Romani Væiouis tyrannidi ſubdere collum poteſt. Licet ergo moti ſolenni non refragemur, Clementis hypobolimæi fictitiis decretis ſubjici nolumus.

Subiungit Ieſuita: *Dionyſ. Eccl. Hierarch c. 2. de datione nominis agere; Apoſtolum ad Coloſſ. 1. verſ. 12. per lumen baptiſmum indicare: huius denique deſcriptionis quæ fit in baptiſmo, deſcriptionem vniuerſi orbis ſub Augusto Symbolum fuiſſe: quoniam eodem vocabulo* ἀπογραφῆς *vtuntur Lucas c. 2. & Dionyſ. loco citato.*

Tria reſpondeo. 1. Cum Dionyſ. ille Pſeudo-Areopagita de deſcriptione competentium adultorum (cuius vſus hodie propemodum deſiit) diſerte loquatur, fruſtra Ieſuitam in eius teſtimonio cauſæ ſuæ ſubſidium quærere. 2. Cum Apoſtoli locum de lumine gratiæ, quæ per gloriam perficitur, vnanimi conſenſu intelligant interpretes; non eſſe ſimpliciter trahendum ad Baptiſmum externum, cui tamen rectè à Veteribus illuminationis nomen impoſitum non negamus, cum ſit Sacramentum ſalutaris illius φωτισμοῦ, quo Spiritus viuificus occulto illapſu corda fidelium perfundit. 3. Licet verbo ἀπογραφῆς vtatur poſt Lucam Pſeudo-Dionyſius, minime ſequi deſcriptionem à Cyro factam fuiſſe Symbolum deſcriptionis qua fidelium nomina albo Eccleſiæ inſcribuntur, quicquid ſibi perſuadeat Turrianus.

Idem loco citato. *Vt ſuaderet Clemens Decretum de non celebrandis Miſſis, multa prius de obedientia præcipit.*

℞. At ex his quæ præcipit nonniſi ineptum conficere licet argumentum; hoc nempe, *Deo ſoli ſeruiendum*; *Ergo presbyteris nihil ſine Epiſcopi licentia eſt agendum*; hic vero cum Turriano epiſtolę ordinem laudare non poſſumus, ſed rapſodi ἀμαθίαν notare.

Ibid de Licentia Epiſcopi cæteris Clericis expectanda, hæc addit, *Conſuetudo eſt omnium Eccleſiarum, quæ cum ad aliam originem quam traditionis Apoſtolicæ referri non poſſit: nec vlla ratio aut vetuſtas fingendi poſtea hoc teſtimonium appareat, quis vel hac ſolum coniectura non decernat, non fictum ſed verum eſſe hoc teſtimonium?*

℞. Epiſcopos presbyteris præferendi morem etſi fateat in Eccleſia Chriſtiana inualuiſſe, ex quo cœpere fideles patrium ſtudio duci; non tamen ab Apoſtolis, ſed ab eorum poſteris moris huius originem deriuandam cenſeo: edoctus ab Hieronymo in Tit. 1. *antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, eoſdem fuiſſe cum* presbyteris Epiſcopos: *paulatim vero vt diſſenſionum plantaria euellerentur, ad vnum ſollicitudinem delatam.* Cum igitur id *paulatim* motam temporis longiuſculam requirere videatur, aduerſariorum non eſt, eam vel

pro

pro arbitrio definire, vel ad quaſuis temporis anguſtias coarctare. Porro cum teſtimonij pſeudo-Clementis fidem ſufficienter aſſertam purat hoc argumento, nullam fingendi vtilitatem eſſe poſſe, fallitur Turrianus. Fac enim nullum operæpretium ad pſeudo-Clementem è ſcriptione fraudulenta redire potuiſſe; quis miretur obæſiſſimæ naris nebulonem, cæco præcipitarum impetu, in hunc vnum ſcopum intendiſſe, vt affectibus ſeruiret? ſperauit tamen id ſe κακοπλαστίᾳ ſua conſecuturum, vt auctorjtate Clementini nominis prætenſa, Epiſcopi τῶν κλήρων χρείν κατακυριεύοντες facilius tyrannidem ſuam aſſererent, & preſbyterorum gradum magis ac magis deprimerent.

CLEMENTIS PAPÆ
Epiſtola I V.

Scripta diſcipulis Iulio & Iuliano, qui malorum hominum perſuaſionib. aliquatenus à recta via deuiarunt, & gentibus, inter quas habitabant, directa.

Clemens, Romanæ vrbis Epiſcopus, chariſſimis fratribus Iulio & Iuliano, ac reliquis conſodalibus *noſtris, gentibúſque quæ circa vos ſunt.*

OPORTET, fratres, omnes Doctores qui ad ſalutem animarum inſtituti ſunt, & ad lucrandas animas Epiſcopi ſunt conſecrati, pro cunctis ſollicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis & ad portum ſalutis reducere. Et licet propter gentes, quæ circa vos ſunt, in modico vos erraſſe contigerit; melius eſt tamen redire ad veritatis viam, quam diutiùs in ipſo errore [a] perſeuerare. Quotieſcumque enim de his qui vos errare fecerunt, vel de his qui adhuc verbum prædicationis non audierunt, poteſtis, vobiſcum aſſumite, & ad viam veritatis adducite, ne infructuoſi ſed fructuoſi Domino inueniamini.

[a] perdurare.

Et [b] *quoniam quidem, ſicut à cultore neglecta terra ſpinas &*

[b] verba Petri recogni. lib. 6. p. 68. a.

tribulos neceſſariò producit, ita ſenſus veſter longi temporis incuria multas & noxias opiniones rerum & intelligentias falſæ ſcientiæ germinauit; opus eſt nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis veſtræ, vt [c] hic ſermo veritatis, (qui eſt verus & diligens cordis colonus) aſſiduis excolat diſciplinis. Veſtrum ergo eſt præbere [d] obedientiam, & occupationes ac ſolicitudines ſuperfluas amputare, ne bonum verbi ſemen enecet noxium germen. Poteſt enim fieri, vt multi temporis negligentiam breuis & aſſidua reparet diligentia. Incertum namque eſt vniuſcuiuſque tempus vitæ. Et ideo feſtinandum eſt ad ſalutem, ne fortè cunctantem mors repentina præueniat. Et ob hoc acrius [e] adnitendum eſt, vt (dum eſt temporis ſpatium) collecta mala conſuetudinis vitia reſecentur. Quod non aliter facere poteritis, niſi vt iraſcamini quodammodo aduerſum voſmetipſos, pro his quæ inutiliter geſſiſtis ac turpiter. Hæc enim eſt vtilis vita, & iuſta & neceſſaria iracundia, [f] vt vnuſquiſque in quibus errauit, & perperam geſſit [g] indignetur & ſemetipſum [h] accuſet. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro ſterili immiſſus, conſumptis & excoctis radicibus peſſimæ voluntatis, bono ſemini verbo Dei fœcundiorem cordis [i] præparet glebam. Puto autem quod ſatis dignas habeatis cauſas iracundiæ, ex quibus iuſtiſſimus ignis iſte coaleſcat, ſi conſideretis in quantos vos errores [k] deduxerit ignorantiæ malum, quantoſque lapſus & quanta præcipitia ad peccandum dederit: à quantis vos bonis [l] abſtraxerit, & in quæ præcipitarit [m] mala, &, quod eſt ſuper omnia grauius, quod vos in futuro ſæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, vbi vobis veritatis [n] lumen affulſit, ignis iuſtiſſimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intra vos conſurgit incendium, quo conſumatur & radicitus intereat omne germen, ſi quod fortè intra vos malæ conſcientiæ pullulauit? Vnde & ipſe, qui miſit nos, cum veniſſet, & omnem Mundum vidiſſet ad malitiam declinaſſe, non continuò ei pacem in erroribus poſito dedit, ne eum confirmaret in Malis; ſed ignorantiæ eius ruinis ſcientiam veritatis oppoſuit; vt ſi qui forte reſipiſcerent, & lumen veritatis adſpicerent, deceptos ſe & in præcipitia erroris abſtractos merito dolerent, & iracundiæ ſalutaris ignem aduerſus deceptricem ſuam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat [o] ignem veni mittere in terram, [p] quem volo vt accendatur. Eſt ergo

c id ſermo.
d præbere ei.
e intendendum.
f qua vnuſquiſq; in his quibus.
g indignatur
h incuſat.
i præparat.
k deduxit.
l dedit, abſtraxit.
m præcipitauit.
n veritatis obfulſit ignis
o Luc. 12.
p & quàm.

ergo pugna quædam quæ gerenda eſt nobis in hac vita. Sermo enim veritatis & ſcientiæ neceſſario ſeparat homines ab errore & ignorantia: ſicut ſæpe [q] videmus *putrefactas & emortuas carnes corporis à connexione viuentium membrorum ferro ſecante ſeparari. Tale ergo aliquid eſt, quod agit veritatis agnitio. Neceſſe* [r] *enim vt ſalutis cauſa filius, (verbi gratia) qui ſermonem receperit veritatis, à parentibus ſeparetur incredulis, aut rurſum pater ſeparetur a filio, aut filia à matre.* [s] *Et hoc modo inter propinquos & conſanguineos credentes atque incredulos, ſcientiæ atque ignorantiæ, veritatiſque & erroris pugna* conſiſtit. [t] *Et ob hoc iterum dicebat Qui nos miſit*, Non veni pacem mittere in terram ſed gladium. *Quod ſi* dicat [u] *aliquis, Et quomodo iuſtum videtur ſeparari* filios *à parentibus? Audi quomodo; Quia cum ipſis ſi in errore permaneant, neque illis proderunt, & ipſi cum illis pariter interibunt. Iuſtum igitur & valde iuſtum eſt, ſeparari eum qui ſaluari vult ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte, quia non ex illis qui rectius intelligunt venit iſta ſeparatio. Illi enim volunt* intereſſe [x] *pariter & prodeſſe* [y] his, *& docere meliora. Sed* & iſtud *proprium eſt ignorantiæ vitium, vt confutantem ſe veritatis lucem non ferat habere de proximo; & ideò ex illis iſta naſcitur ſeparatio. Nam qui ſcientiam veritatis accipiunt, (quia bonitatis plena eſt) tanquam à bono Deo datam cupiunt eam (ſi fieri poteſt) cum omnibus habere communem, etiam cum* eis [z] *qui oderant eos & perſequuntur. Sciunt enim quia* peccatum [a] *ipſorum cauſa* ignorantiæ *eſt. Propterea denique ipſe Magiſter, cum ab his qui ignorabant eum duceretur* [c] *ad crucem, orabat Patrem pro interfectoribus ſuis, & dicebat,* Pater dimitte eis peccatum, *quia* neſciunt quid faciunt. *Imitantes quoque diſcipuli Magiſtrum, etiam ipſi cum paterentur, ſimiliter pro interfectoribus ſuis orabant. Quod ſi diſciplina nobis eſt, orare etiam pro interfectoribus & perſecutoribus noſtris; quomodo non etiam parentum & propinquorum perſecutiones ferre, & pro conuerſione eorum orare* [d] credimur? *Tum deinde* [e] *etiam diligentius conſideremus, quæ ſit nobis cauſa parentes diligendi. Pro eo,* [f] inquiunt, quia *vitæ noſtræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ noſtræ parentes non ſunt, ſed miniſtri; Non enim vitam præbent, ſed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent miniſterium. Auctor autem vitæ vnus & ſolus eſt Deus. Si* [g] autem *auctorem vitæ*

q vidimus.
r neceſſe eſt.
ſ Matth. 10.
t conſurgit.
u dicit.
x eſſe pariter.
y eis.
z his.
a peccati.
b ignorantiæ.
x Turrian. pro epiſt. lib. 5. cap. 24. Illud quoque repurgãdum eſt, quod ſiue culpa interpretis, ſiue vitio exẽplaris Græci in hãc epiſt. irrepſit. Sic quidem eſt Græce αὐτὸς γὰρ ὁ διδάσκαλος προσηλωθεὶς ηὔχετο τοῖς αὐτὸν ἀναιροῦσιν ἀφεθῆναι τὸ ἁμάρτημα.
Luc. 23. Act. 7
d debemus.
e etiã illud.
f inquit quod
g ſi ergo.

diligere volumus, [h] *illum nobis eſſe diligendum ſciamus. Sed illum,* (inquiunt[i]) *cognoſcere non potuimus, iſtos autem & nouimus & in affectu habemus. Eſto, non* [k] potuiſtis *cognoſcere* [l] quis *ſit Deus; quid tamen non ſit Deus, perfacile* [m] *ſcire* potuiſtis. *Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum aut lapis, aut æs, vel alia huiuſmodi materia Deus non ſit? Quod ſi in his quæ facilè deprehendere potuiſtis, animum ad diſcutiendum noluiſtis attendere; certum eſt quia in agnitione Dei impediti eſtis, non impoſſibilitatis ſed ignauiæ vitio. Nam ſi voluiſſetis, ex his ipſis inutilibus ſimulacris profectò accepiſſetis intelligentiæ viam.* [n] *Certum eſt* [o] *quia per ferrum facta ſunt ſimulacra, ferrum vero per ignem confectum eſt; qui ignis aqua extinguitur; aqua autem per ſpiritum mouetur; Spiritus autem à Deo initium* [p] *habet. Sic enim dixit Moſes Propheta,* In principio fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erãt ſuper [q] *faciem abyſſi,* & Spiritus Dei erat ſuper aquas. *Qui Spiritus Dei iuſſu, quaſi ipſa* [r] manus *conditoris, lucem ſeparauit à tenebris: & poſt illud inuiſibile cœlum iſtud viſibile produxit, vt ſuperiora quidem habitaculum faceret Angelis, inferiora vero hominibus.* [ſ] *Propter* *vos *ergo, iuſſu Dei, Aqua, quæ erat ſuper faciem terræ, ſeceſſit vt terra* () vobis *produceret fructus.* [t] *Cui etiam humorum venas latenter inſeruit, vt* () vobis *ex ea profluerent fontes & flumina. Propter* *vos *producere iuſſa eſt animantia & omnia quæ* [x] veſtro *vſui voluntatique ſeruirent.* An non *propter* *vos *venti ſpirant, vt ex ipſis cõcipiens fructus* () vobis *terra parturiat?* Nonne *propter* *vos *imbres profluunt, & tempora viciſſitudines mutant?* Num *propter* *vos *Sol oritur & occidit, & mutationes Luna perpetitur? Propter** vos *mare exhibet famulatum ſuum, vt* [u] vobis ingratis *cuncta ſubiaceant. Nonne pro his omnibus iuſta erit vltionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem*

h volueri-mus. i inquit. k potueris. l quid. m potuiſti. n certum eſt enim. o Turrian. pro epiſt. lib. 5. c. 24. in co lib. 6. edit. qua R. ffin. non eſt vſus. eſt ſermo Petri ex q. o vt dixi tota fere hæc epiſt. 4. Clementis cõpo ita eſt. Incipiamus ergo inde recitare. [illegible Greek]

[illegible Greek] &c. recte hactenus de ſpiritu creato, quale eſt illud, *flabit ſpir. eius & fluent aquæ*; & illud Amos Prophetæ, *Ego Dominus creans ſpiritum.* Sic enim Cæſarius frater Greg. Nazianz. in reſp. ad varias quæſtiones, de locis Scripturarum: & Theodoretus ac Gennad. & alij, ne omnes enumerem, interpretati ſunt. p Turrian. loco citato in verba Græca hæc adnotat, *In Trinitate non eſt* [illegible Greek] *vt ait Greg. Nazianz. ſed eſt vna eademque ſubſtantia cum tribus proprietatibus,* ingeniti, generationis & proceſſionis. q ſuper aby. [illegible] r manu. ſ Hæc verba citat Beda de ratione temporũ [illegible] propter te. () ibi, & hucuſque Bed. u tibi ingratis.

ante omnia & agnoſcere & venerari debuiſtis, ſolum præ cæteris[y] ignoratis? Sed & nunc () per idem vos adhuc in intelligentiam[z] eius duco. Videtis etenim, quod omnia gignuntur ex aquis; aqua vero per vnigenitum ex initio facta eſt,[a] vnigeniti vero omnipotens Deus caput eſt, per quem tali ordine, (*vt ſupra diximus) peruenitur ad patrem. Cum autem [b] perueneritis, [c] agnoſcite hanc eſſe voluntatem eius, vt per aquas, [d] quæ primæ creaturæ ſunt, denuo [e] renaſcamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operib. [f] repletus, hæres efficitur eius, à quo in incorruptione regeneratus eſt. Propter quod paratis animis accedite quaſi filij ad Patrem, vt peccata veſtra diluantur, & cauſa eorum ſola ignorantia fuiſſe probetur apud Deum. Nam ſi poſt agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis veſtræ cauſa, & non ignorantiæ reputabitur. Nec [g] putetis quod etiamſi omnem pietatem [h] colatis, omnemque Iuſtitiam, baptiſmum vero non [i] accipiatis, ſpem [k] poſſitis habere apud Deum; immo [l] maiore pœna digni eritis, qui bona opera non bene [m] operati eſtis. Confertur enim meritum homini ex bonis geſtis; ſed ſi ita gerantur ſicut Deus iubet. Deus *autem iuſſit omnem colentem ſe Baptiſmo conſignari. Quod ſi vos [n] renuetitis, vt veſtræ voluntati magis quam Dei obtemperetis, contrarij ſine dubio & inimici eſtis voluntati eius. Sed dicitis fortaſſe; Quid confert aqua baptiſmus ad Dei cultum? Primò quidem, quia quod Deo placuit impletur. Secundò, [o] quia [p] regeneratio ex aquis & Deo; renato fragilitas prioris natiuitatis, quæ vobis per hominem facta eſt, amputatur; & ita demum peruenire [q] poteritis ad ſalutem. Aliter impoſſibile eſt. Sic enim nobis cum Sacramento verus Propheta teſtatus eſt, dicens, Amen, Amen dico vobis, niſi quis denuò renatus fuerit ex aqua viua, non introibit in regnum [r] cœlorum. Et ideo accelerate, Eſt enim in aquis iſtis [ſ] miſericordia

y ignoraſtis.
() eiſdẽ viis.
z tuo.
* quo.
a Turrian. loco citato. Durius[illegible] eſt, & forma verborum nõ ita ſana eſt, vt eſt illud Apoſt. 1. Cor. 11 Chriſti autem caput Deus. Nec hoc Clementis eſt, Nec enim græcè legitur, ſed pro eo eſt, [illegible]
b perueneris.
c agnoſces.
d Turrian. ibid. Melius eſt Græcè, nõ enim ſũt aut dicuntur, aquæ primæ creaturæ, ſed initium generandi; hoc enim ſignificat ὕδωρ [illegible].
e renaſceris.

f adimpletus. g putes. h colas. i accipias. k poſſis. l potius maiore pœna dignus eris. m operatur. * Matth. 28. Ioan. 3. n tu renueris, & tuæ obtemperas contrarius, inimicus es, ſed dices. o *Turrian. loco citato.* fortaſſ non vſquequaque verum eſſe videatur; Manet enim homo adhuc poſt Baptiſmum fragilis ad moriendum, & ad peccandũ: Quomodo igitur amputatur per Bapt. fragilitas primæ Natiuitatis? culpa igitur eſt interpretis, non enim græce dicit fragilitatem primæ Natiuitatis per Bapt. amputari, ſed primam Natiuitatem ex concupiſcentia &c. -- Sic itaque ait Clemens græcè, ἐξ ὕδατος ἀναγεννηθεὶς Θεῷ [illegible]
p regeneratio--tibi. q poteris r regna.
ſ miſericordiæ quædam vis.

eius *quadam qua*[t] *ex initio ferebatur ſuper eas; & agnoſcit eos qui baptizantur ſub appellatione triplicis Sacramenti, & eripit eos de ſupplicijs futuris, quaſi donum quoddam offerens Deo, animas per Baptiſmum conſecratas. Confugite ergo ad aquas iſtas; ſola ſunt enim, qua poſſint vim futuri ignis extinguere. Ad quas qui moratur accedere, conſtat in eo adhuc infidelitatis Idolum permanere, & ab ipſo prohiberi ad aquas properare, qua ſalutem conferunt. Siue enim iuſtus ſiue* ſit *iniuſtus, baptiſmus ei per omnia neceſſarius eſt. Iuſto quidem, vt adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo; iniuſto vero, vt peccatorum qua geſſit*[x] *remiſſio concedatur. Omnibus ergo feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo,*[y] & demum conſignari ab Epiſcopo, id eſt ſeptiformem[z] gratiam Spiritus Sancti percipere: *Quia incertus eſt vnuſquiſque exitus vita. Cum autem regeneratus* [a] fuerit *per aquam*, & poſtmodũ ſeptiformi Spiritus gratia ab Epiſcopo (vt memoratum eſt) confirmatus, quia [b] *aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquam poterit*, nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſſitate, ſed incuria aut voluntate remanſerit, (vt [c] à B. Petro accepimus, & cæteri ſancti Apoſtoli, præcipiente Domino docuerunt) & demum *ex operibus bonis* oſtendat *in ſe ſimilitudinem eius, qui* eum [d] *genuit, patris.* Poſt hæc vero agnoſcat *Deum* honorare. *Honor autem eius eſt, vt ita* viuat [e] *ſicut ipſe vult; vult* enim vnumquemque *ita viuere, vt homicidium & adulterium* [f] neſciat, *odium & auaritiam* fugiat, *iram, ſuperbiam, iactantiam* reſpuat & execretur, *inuidiam quoque*, & *catera* his *ſimilia penitus à* ſe ducat *aliena. Eſt ſanè propria quadam noſtra religionis obſeruantia, qua non tam imponitur hominibus, quam propriè ab vnoquoque Deum colente cauſa puritatis expetitur; de caſtimonia dico* [g] cautela, *cuius ſpecies multa ſunt. Sed primò vt obſeruet vnuſquiſque, ne menſtruata mulieri miſceatur; hoc enim execrabile ducit Lex Dei. Quod* ſi [h] *Lex de his non admonuiſſet* [i] vos, *vt* [k] catuli *liben-*

t Huc pertinet, quod ait Cyrillus in Geneſim, ab exordio ſignificatam eſſe gratiá baptiſmi in eo quod Moyſes ſcripſit, Spiritus D. ferebatur ſuper aquas. *Turrian. ibidem.*

u iuſtus ſis ſiue tibi.

x geſſit in ignorantia.

y renaſci Deo, quia Incertus

z vide Siluc. epiſt 1. cap. 1.

a fueris per aquam ex operibus bonis oſtende in te, &c.

b hoc cõmentum propugnãt pſeudo-Vrbanus, epiſtol. 1. & pſeudo Melchiad. epiſt. 2.

c ſic legit Turrian. li. 5. pro epiſt. c. vlt. p. 471. idẽ tamen lib. 2. c. 18. legendũ vult ex Codice Vaticano, *vt habeat quod à B. Petro accepimus* &c.

d te genuit, agnouiſti .n. Deum, honora patrem: honor. e viuas-- vult autem ita viuere. f neſcias-- fugias-- reſpuas-- execreris inuidiam cæteraque à te ducas g cauſa. h eſſet lex. i nos. k leg. Canthari. Turr. lib. 5. pro epiſt. c. 1. p. 367. a. nos vt Cathari non libenter volueremur in ſtercore Sic enim eſt in exemplari vetuſtiſſimo Bibl. oth. Vaticanæ, & in libro Florentinæ Biblioth. S. Marci. Idem p. ſeq. nos vt Cathari id eſt mundi. Tandem c. 24. dat Manus: Biſi, inquit, hoc extremum in exemplari vetuſto M. S. reperi, & alio loco probaueram, legendum tamen eſſe Canthari ex Græco exemplari didici. Sic enim eſt. [illegible], &c.

ter

ter volueremur in ſtercore. Debemus aliquid amplius habere animalibus, vtpote [l] rationales *homines & cæleſtium ſenſuum capaces, quibus* [m] ſummum *eſſe debet ab omni inquinamento cordis conſcientiam cuſtodire. Bonum eſt autem & puritati conueniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum verò dico, non quaſi principale illud in quo mens purificatur, ſed* [n] *quòd ſequela ſit illius boni hoc in quo caro diluitur. Sic enim & Magiſter noſter quoſdam Phariſæorum & Scribarum, qui videbantur eſſe cæteris meliores, & à vulgo ſeparati, increpabat, dicens eos hypocritas; quia ea ſolummodo quæ hominibus videbantur, purificabãt; corda vero, quæ ſolus Deus aſpicit, inquinata relinquebant & ſordida. Ad quoſdam ergo ex ipſis non ad omnes dicebat;* Væ [o] vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intus autem plena ſunt ſordibus. Phariſæe cæce, [p] *munda* prius quod intus eſt; & quod de foris eſt erit mundum. *Vere enim, ſi mens mundetur luce ſcientiæ, cum ipſa fuerit munda ac ſplendida; tunc etiam eius qui de foris eſt hominis ipſa* [q] *neceſſariò curam gerit, id eſt carnis ſuæ, vt & ipſa purificetur. Vbi autem iſta quæ de foris eſt purificatio carnis negligitur, certum eſt,* [r] *neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, vt is qui intrinſecus mundus eſt, mundetur ſine dubio & extrinſecùs. Non ſemper autem is qui mundatur extrinſecus,* etiam intrinſecus *mundus eſt; videlicet cum agit hæc vt* [ſ] hominibus *placeat. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruanda eſt, vti ne paſſim & libidinis ſolius cauſa* cum *fæminis* [t] coëat quis, *ſed poſteritatis reparandæ gratia: quæ obſeruantia cum etiam in nonnullis pecudib. inueniatur, pudoris eſt ſi non ab hominibus rationabilibus & Deum colentibus obſeruetur.*

Ergo [u] *omnes peccauerunt & egent* auxilio *Dei*.

Propter [x] quod, chariſſimi, *ſectamini* ſemper *charitatem*, & *æmulamini meliora* & *ſpiritualia*, & adiuuate vos inuicem, vt Deo ſemper in omnibus placere valeatis. Amen.

l rationabiles.
m ſummi ſtudij eſſe.
n notabit Lector Hemerobaptiſtam.
o Matth. 23.
p Ruffin *mũda:* quod impoſtor ex vulg. verſ. emendauit.
q imo ſordidæ veſtes cãdidæ mentis eſſe volt indicia Hieron. epiſt. 4. idẽ, appetitus ſordibus naturalem pulchritudinem turpare feſtinãtem puellã, laudat epiſt. 7. vide epitaph. Paulæ cap 7. & 10.
r ibi neque.
ſ eũ intrinſecus omnib. placere.
t coëatur.
u Rom. 3. gloria.
x 1. Cor 12. 14. hoc fine claudit epiſt. 2. Pſeudo-Euariſtus. vide ſup. cenſuram Poſſeuini.

Iudicia Pontificiorum.

CAroli Bouij præf. in Conſtit Clem. Certum eſt epiſt. Clem. nomine vulgatas, non eſſe eas quarum meminit Epiphanius in primo contra hæreſes libro: in quo ſcribit laudari in iis epiſtolis vir-

ginitatem, atque omnes prophetas; ex eoque ſumi argumentum contra Hebionem illos vituperantem. Quæ quidem in iis peruulgatis epiſtolis non legimus, leguntur autem in eis multa tranſlata ex Itinerario, quæ illarum auctoritatem reddunt leuiorem: in quibus vnum de quotidiana lotione corporum, quaſi ea ad mentis munditiem pertineat, eſt omnino non ferendum. Hebionitæ enim cum quotidianos Baptiſmos haberent, corruptis Clementis libris, Petrum fecerunt illorum Baptiſmorum auctorem, &c.

Guil. Eſtius in 4. Diſt. 7 §. 13. Clemens, ſi tamen ille auctor.

Vide Bellarm. lib. 2. de confirm. c. 3. §. Primus, & c. 7. §. iã vero &c.

CENSVRA.

Lib. 5. pro epiſt. c. 24. Hic cùm reum confitentem habeamus Turrianum, eius verba expendiſſe ſufficiet. *Clemenis (inquit) epiſtola 4. (excepto principio) tota eſt ex Sermone B. Petri, qui eſt in 6. libro recognit. paucis quibuſdam additis*; falſum vero quod addit; *Clementem feciſſe quod à nobis fieri ſolet, vt quæ alio loco & tempore, & aliis ſcripſimus, eiſdem vtamur*, neutrum enim ſcriptum Clementis eſt. Falſum item quod ſequitur, *Quamuis pauca quædam in epiſt* quam præ manibus habemus, *ſint quæ à Clemente aliena videri poterant, partim vitio interpretis, partim artificio hæreticorum; numquam tamen Catholicos negare eam, aut de ea dubitare auſos*; diuerſa enim pontificiorum Iudicia in contrarium protulimus. Æque falſum quod addit Turrian. *Etſi forte tota epiſtola ex libro 6. recognit ſit, tamen quia non eſt ille 6. liber cum reliquis ex editione Recognitionum quas Ruffinus interpretatus eſt, (gemina enim editio ferebatur, quod ipſe idem Ruffinus teſtatur) idcirco huius epiſtolæ quartæ verſionem non eſſe aſſignatam Ruffino; Imo nullius interpretis nomen inſcriptum habere.* Vtrumque enim planum fecimus, impoſtorem Semibarbarum Epiſtolarum 4. poſteriorum non interpretem ſed ſcriptorem fuiſſe: 2. eum ex Ruffini interpretatione quæcumque è Recognitionibus habet hauſiſſe.

In hac epiſt. (ait ibid. Turrian. *ſunt quoque veſtigia ætatis eius qua ſcripta eſt, propria, & illi ætati qua ſcripta eſſe à Magdeburgenſibus fingitur aduerſa: vbi enim erant tempore Caroli gentiles inter quos Iulius & Iulianus habitabant? vbi Idololatria quam hic confutat? an erant illi inter Turcas? at iſti, licet pagani ſunt, non tamen idola colunt, neque ſtatuas pro diis habent. an erant apud Indos? Ne id quidem, ſiquidem paulo ante ætatis noſtræ memoriam ignoti erant.*

℞. In hac obſeruatione tot fere numerare licet errata quot verba. Nam 1. non ſequitur auctorem epiſtolæ eo tempore vixiſſe quo idololatria gentilium viguit; ſi, quos in epiſtola alloqui ſe finxit, ab idolorum cultu dehortatus eſt; Quid enim ſi totius Epiſtolæ argumentum pro libidine commentus eſt, vt antiquitatem veriſimilius affectaret?

2. Gentiles nullos fuiſſe Carolo M. imperante, falſum eſt: demus enim Tartaros, Sinenſes, Iaponenſes, cæteroſque Orientales qui ad

noſtra

noſtra vſque tempora idola coluerunt, tunc temporis ab omni ſuperſtitioſo cultu alienos fuiſſe, Annon certiſſimum eſt Danos, Suecos, Saxones, Boruſſos, Lituanos, Liuonos, Polonos, &c. illo ipſo Caroli M. æuo horrendis idolomaniæ tenebris obſeſſos?

3. Abſurde Turcas hodiernos paganis annumerat aduerſarius; non enim omnes infideles pagani, ſed ſoli gentiles, πολυθείας aſſertores, licet omnes pagani infidelibus accenſendi ſunt.

4. ἀνιστορησίαν pudendam prodit, dum Turcas octauo ſeculo ſtatuas pro Diis habuiſſe negat; fuerunt enim plurium Deorum & ſimulachrorum cultores, antequam Mahumetanam ſuperſtitionem (icto cum Saracenus fœdere) amplexi eſſent; quod non contigit ante A. D. 763. quo faucibus Caſpiis effuſi, circumuicinas regiones late populati ſunt.

5. Nec ſimpliciter affirmabit Mahumetiſmi propugnatores ab omni idolorum adoratione fuiſſe ſemper alienos, quicumque in memoriam reuocauerit Germanum Conſtantinopolitanum ſcripſiſſe, ad ſua tempora Saracenos λιθω ἀψύχω acclamationem in Eremo celebraſſe &c. Legatur in actis 7. Synodi epiſt. Germani ad Thomam Claudiopolitanum &c.

6. Male aſſeuerat Turrianus Indos Caroli ſeculo ignotos: id enim, licet de Occidentalibus veriſſimum ſit, de Orientalibus falſum eſſe nemo neſcit: quos ſi ab omni idololatriæ labe puros vnquam fuiſſe credidit Ieſuita, probare debuit, non ſine teſte ſupponere.

7. Fingamus denique, omnes Idololatriæ fibras, Caroli M. tempore, toto penitus orbe reciſas; an eo nomine Magdeburgenſes erroris arguendi ſunt, quod epiſtolarum Decretalium effictorem Caroli contemporaneum fuiſſe ſcripſerint? Non alio certe patrocinio ſubleuandi ſunt quam ipſius qui eos imperiuit aduerſarij: cum enim fateatur epiſtolam 4. Pſeudo-Clementis maximâ ex parte è lib. 6. recognitionum tranſlatam, conſtet autem recognitiones ante Origenis eos citantis tempora Clementi ſuppoſitas; non mirum ſi quæ conſarcinator epiſtolarum è cœnoſis iſtis lacunis hauſit, priſcæ illius ætatis veſtigia oſtentent, ſint autem ætati ipſius haurientis aduerſa.

Subdit Turrian. *Ad exemplum Theodoreti, qui quamuis Hebr. 2 χάριτι Θεοῦ legi agnoſceret, χωρὶς Θεοῦ (qua Lectione vtebantur Neſtoriani) pie, ſicut OEcumenio, interpretatur, Sic ego non reprehendo quod quædam in hac epiſtola non recte hactenus legebantur, ſed potius ad exemplum Eccleſiaſticæ regulæ, quæ (ſecundum Hieronymi ſententiam) in Nouo Teſtamento ad græci ſermonis normam veritatem examinat; fontem exemplaris græci repeto, vt inde purum & liquidum hauriamus. Non dubito pie interpretatos, qui ſic hactenus vt nunc eſt legebant; ſed ſi fontem indicando aſſequor, vt in interpretando pie non ſit deinceps laborandum, exiſtimo bene potius conſulendum eſſe quam reprehendendum.*

℞. Gratiam Ieſuitæ ob præmonſtratam laborantibus facem, haberi æquiſſimum cenſemus; idcirco quoties eum fide bona egiſſe conſtabit, laudem debitam non ſubtrahemus.

Idem loco citato. *Illud adnotabo, quia in dicta epiſtolæ inueſtigamus, quod in hoc Sacramento* (conſignationis Epiſcopalis) *verbo confirmandi vſus eſt Clemens in hac epiſtola; & eodem vſus eſt lib. 3. Conſtit. Apoſt. & vſq; in hodiernum diem omnes Eccleſiæ Occidentis, Sacramentum confirmationis vulgo ſic vocant: hoc veſtigium nominis odorem præbet ætatis illius Apoſtolicæ, vnde inſtitutio conſuetudinis Eccleſiarum & conſignati in epiſtola deſcendit.*

℞. Notabit vero Lector nullo modo ſequi, eum qui Clementi Decretales ſuppoſuit, (ſi modo voce à conſtitutionum ſcriptore vſurpata vſus eſt) eodem cum illo ſeculo vixiſſe; alioqui ſi quicumque eaſdem voces ſcriptis ſuis inſerunt, eiuſdem ætatis odorē præbeant; quis Turrianum, in cuius lucubrationibus confirmationis mentio, Clementini illius ſeculi odorem referre negare audeat? Tria præterea obſeruanda ſunt; 1. à Clemente nec Decretales nec Conſtitutiones ſcriptas eſſe. 2. Conſtitutionum ſcriptorem cum epiſtolarum artifice conuenire verbis, ab eodemque diſcrepare ſententiis: ille enim lib. 3. c. 17. μύρον ὁμολογίας βεβαίωσιν; hic vero conſignationem Sacerdotalem baptiſmatis ipſius perfectionem & confirmationem vocat: quo dogmate non Apoſtolici, ſed corruptiſſimi ſeculi odorem præbet. 3. Confirmationis ritum à Pontificiis hodie obſeruatum, ab Apoſtolica traditione minime fluxiſſe.

Binius in Notis ex Turriano. Hæc concluſio (ergo omnes pecc.) *calumnioſe reprehenditur ab hæreticis; ita enim S. Clemens argumentatur. Si ratio naturalis, & lex colendi Deum non ſufficit ad obſeruandam hanc ſpeciem caſtitatis, quam pecudes ſine ratione ex lege ſolo naturæ inſtinctu ſeruant, & ita mutabiles ſunt homines; ſequitur omnes eſſe peccatores, & auxilio Dei egere ad bene viuendum. Quo nihil verius, nihil ſubtilius, nec ad rem accommodatius dici potuit.*

℞. Calumnioſè calumniæ Magdeburgicos arguunt aduerſarij, quorum argumento nihil cum pſeudo-Clementis paralogiſmo commune eſt: quandoquidem tantum abeſt, vt legem, rationemque naturalem non ſufficere ad obſeruandam caſtitatem externam cenſeat; vt nihil amplius ad conuerſionem hominis requirat præter reuelationem veritatis: non itaque agnouit legis in carne ἀδυναμίαν, ſed potentiam bona quæque exequendi in homine per legis prædicationem illuminato. Hoc igitur argumento pugnat ὑποβολεύς; *Obſeruare caſtimoniam neceſſarium eſt non continentibus, ſiquidem ignominioſum eſt non obſeruare. Ergo omnes peccauerunt, & egent auxilio Dei.* Quo nihil infirmius, nihil abſurdius, nihil à re propoſita alienius dici potuit.

CLEMEN-

CLEMENTIS PAPÆ
Epiſtola V.

Dilectiſſimis fratribus & condiſcipulis, Hieroſolymis cum chariſſimo fratre Iacobo coëpiſcopo habitantibus, Clemens Epiſcopus.

COMMVNIS vita, fratres, [a] omnibus neceſſaria eſt, & maxime his, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum eorumque diſcipulorum imitari volunt. *Communis* [b] *enim vſus omnium quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit; ſed per iniquitatem alius hoc ſuum* [c] *eſſe* dixit; *& alius illud; & ſic inter mortales diuiſio facta eſt. Denique Græcorum quidam ſapientiſſimus hæc ita ſciens eſſe, ait, communia debere eſſe amicorum omnia: in omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges: & ſicut non poteſt (inquit) diuidi aër, neque ſplendor ſolis: ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data ſunt ad habendum, diuidi debere, ſed habenda eſſe communia.*

a hoc nemo pōtificiorum fatetur, ex profeſſo refutat Bellarm. de bonis operib. in partic. lib.3.c.11.

b verba Fauſtiniani ethnici lib. 10. recognit. p. 105.a.

c dicit eſſe.

Vnde & Dominus per Prophetam loquitur dicens; [d] *Ecce quā bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* Iſtius enim conſuetudinis more retento, etiam Apoſtoli, eorumque diſcipuli (vt prædictum eſt) vnà nobiſcum & vobiſcum communem vitam duxere. Vnde (vt bene noſtis) *erat* [e] *multitudinis eorum cor vnum & anima vna; nec quiſquam eorum* aut noſtrum de his *quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed omnia illis* & nobis *erant communia,* [f] *nec quiſquam egens erat inter* nos. Omnes autem qui domos vel agros poſſidebant, vendebant eos, & *pretia eorum* & reliquas res quas habebant, *afferebant,* ponentes *ante pedes Apoſtolorum*, ſicut nobiſcum quidam veſtrum cognouerunt & viderunt; & *diuidebantur ſingulis prout cuique opus erat.* [g] Ananias autem vir auſterus, & Sapphira vxor eius, qui mentiti ſunt Apoſtolis de pretio [h] *agrorum ſuorum* quos vendiderant, nobis præſen-

d Pſal.132.

e Act. 4. multit. credentium.

f ibid. verſ.34

g Init. cap.5.

h agri non agrorum meminit Lucas.

tibus [i] in conſpectu omnium circumſtantium à conſpectu Apoſtolorum, propter peccatũ eorum, & mendacium quod fecerunt, mortui delati ſunt ambo: cæteraque quę de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione, nec demonſtratione digna ſunt.

Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis & exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus; quia hi qui mandata eorum poſtponunt, non ſolum rei ſed extorres fiunt. Quæ non ſolum vobis cauenda, ſed & omnibus prædicanda ſunt. Relatum eſt etiam nobis, quod quidam in veſtris partibus commorantes, aduerſantur ſanis doctrinis; & (prout eis videtur) non ſecundum *traditionem patris*, ſed iuxta ſenſum ſuum docere videntur.

Multas [l] enim quidam (*vt* audiuimus) veſtrarum partium, ſecundum ingenium hominum, *ex his quæ legunt veriſimilitudines capiunt: & ideo diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cum legitur, non ſecundum* [m] propriam *ingenij intelligentiam legatur* vel doceatur. *Sunt enim multa verba in Scripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad* eum [n] *ſenſum, quem vnuſquiſque ſponte præſumpſit;* [o] ſed *fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſecus* [p] adulteretis, *alienum & extraneum* debetis *quærere*; aut quomodo ipſum *ſcripturarum auctoritate* confirmetis; *ſed ex ipſis Scripturis ſenſum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere Scripturarum, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam* ſeruauit [q], *vt & ipſe poſſit ea quæ rectè ſuſcepit competenter aſſerere. Cum enim ex diuinis Scripturis integram quis & firmam regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit ſi aliquid etiam ex eruditione communi ac* [r] *liberalibus ſtudiis, quæ forte in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat: ita tamen vt vbi vera didicit, falſa & ſimulata declinet.* [ſ]

Incertum eſt enim etiam iuuenibus vitæ tempus, ſenibus au-

i Ananias diuino iudicio ſublatus eſt A.D. 34. Tiberij 18. teſte Baronio §. 269. A.D. 36. Paulus vocatus A. D. 41. Cornelius primus è gentiũ bapt. initiatus: A. demũ 44. Petrus Romam profectus eſt: Quomodo igitur præſente Clemente, qui nondum Chriſtianę fidei nomẽ dederat A. 41. mortuus delatus eſt Ananias? Certè ſi fides recognitionũ libris, quos deflorauit impoſtor, habenda ſit, non Ananiæ ſolum obitũ, ſed Pauli Corneliique cõuerſionem priuſquã Clemens vel Romam migraret vel ſaltẽ Petrum Cæſareæ conueniret cõtigiſſe, fateatur neceſſe eſt. Vide recognit. lib. 1. p. 18. a. & lib. 10. p. 116. b.

k traditiones patrum. l verba Petri Recognit. lib. 10. p. 113. b. Multas vt video ingenioſi homines, ex his &c. Turrian. lib. 3. pro epiſt. cap. 13. & lib 4. præf. ſic legit: ſenſum ſuum docere videntur; & ideo diligenter obſeruandum, &c.

m proprij. n ſuum ſenſum quem ſibi. o quod fieri. p attuleris—debes, quem ex ſcript. auctorit. confirmes. Turrian. ex Cod. Vatican. & Florentino legit, non enim ſenſum extrinſecus attuleris. q ſeruat. r ac de lib.

ſ Sequentia non cohærent: omiſit enim impoſtor lin. 5. quæ conſequentiæ rationem planiſſimam reddunt.

tem iam nec incertum eſt: non enim dubitatur quin quantumcumque eſt quod putatur ſupereſſe, breue ſit. Et ideò, tam iuuenes quam ſenes, oportet de conuerſione & pœnitentia valdè eſſe ſolicitos, & ſatagere vt de reliquo ornent animam ſuam ornamentis digniſſimis, id eſt dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore iuſtitiæ, candore pietatis, aliiſq; omnibus, quibus comptam eſſe decet rationabilem mentem.

Vnde conſilium dantes, veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem vitam ducentes & Scripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Domino vouiſtis implere ſatagetis. [t]Et cum oratione aſſidua Dei gratiam obtinere merueritis, tunc ſine ſuſpicione mali [u] *interitus* vota poſſint celebrari feſtiua. [x] *Deus* autem *pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.*

t forte vt.
u inter vos.
x 2. Cor. 13. verſ. 11. & 13.

Iudicia Pontificiorum.

CHriſtian. Maſſæus Chron. lib. 9. p. 114. Eſt infœlicis Nicolai, aut alicuius ſectatorum eius, quos inter primos hæreticos legimus, &c.

Bellarm. de bonis operib. in partic. lib. 3. c. 11. Initio Epiſtolæ fingitur Clemens Rom. Epiſcopus ſcribere fratribus habitantibus in Hieruſalem cum Iacobo; At Iacobus obiit 7. annis ante Petrum, & Clemens non fuit Rom. Epiſc. niſi poſt Petrum, vt colligitur ex libro 5. Hieronymi de viris illuſtribus, & ex omnibus hiſtoricis qui res Eccleſiæ conſcripſerunt. Deinde laudat fictitius iſte Clemens communionem vxorum; quod Nicolai potius hæreſiarchæ quam S. Clementis dogma fuiſſe, extra controuerſiam eſt. Denique totus hic locus de communione rerum & vxorum tranſlatus eſt in hanc epiſtolam ex 10. libro Recognitionum, vbi iſta ſecundum philoſophiam Platonis dicuntur à Fauſtiniano Ethnico, & ab ipſo S. Clemente refelluntur. Quis igitur credat, ea nunc à S. Clemente tradi Chriſtianis, quæ ipſe idem alibi ab Ethnicis diſputata refutauit?

Hæc ad verbum deſcribit Poſſeuinus in Apparatu, verbo Clemens p. 371. vide ſup. cenſurā Marſilii Patauini.

Idem de Script. Eccl. In Epiſt. 5. laudatur communitas rerum omnium, etiam vxorum; & totus hic locus deſumptus eſt ex libro 10. Recognit. vbi hæc dicuntur à Fauſtiniano Ethnico, & à S Clemente refutantur: ſed forte hæc irrepſerunt, & in Codice Vaticano non inueniuntur.

CENSVRA.

Quandoquidem Bellarmini iudicio per omnia ſubſcribimus: ſupereſt vt Turriani commenta explodamus. *Quinta* (inquit) *epiſtola*

Turrian. lib. 5. c. 24.

Clementis, etſi aliquantulum interpretationis Rufini ex libro 10 Recogni. in eam tranſcriptum; quia id paululum eſt, non habet Rufini nomen inſcriptum: imo ſine nomine interpretis fertur

℟. Hæc omnia & friuola ſunt, & falſitate laborant: pars enim epiſtolæ maxima è recognitionibus hauſta; nec interpres eius quærendus, ſed ſcriptor nigro thera notandus eſt.

Clauſulam de vxorum communitate, *in vetuſto exemplari bibliotheca Vaticanæ non eſſe*, idque *perſpici poſſe ab iis qui voluerint oculis ſuis credere*. aſſerit aduerſarius.

℟. Cum nobis vetuſtum illud exemplar inſpicere non liceat, perſpicere non poſſumus, an falſa fingat, an vero credenda aſſerat Turrianus. Hoc vnum ſcimus, ſiue extet, ſiue non extet in Manuſcriptis Vaticanis Platonica de vxorum communitate ſententia, à nemine hoc ſolo nomine poſſe pſeudo-Clementem excuſari.

Addit Ieſuita: *Communem vitam cum non nitatur in hac epiſtola Clem. ſed potius in Apoſtolica traditione, nihil referre ad conuincendos hæreticos, quod eam negent Clementis eſſe: non enim opus eſſe eis obiicere huius epiſtolæ auctoritatem, tametſi magna ſit, & grauis in Eccleſia.*

℟. Cum nec vita communis ab Apoſtolica traditione auctoritatem habeat, nec epiſtolæ auctoritas à Veteribus vnquam agnita ſit, grauiſſimo Turrianum maximoque mendacio conſcientiam oneraſſe oportet.

Subiungit idem, *Illud de communitate vxorum etſi appoſitum fuiſſe ab alio ſatis pateat ex exemplaribus Vaticano & Florentino S. Marci in quibus non hoc legitur, illam tamen adhuc coniecturam magnam eſſe, quod pars epiſtolæ, de communitate rerum ſecundum naturam, ſumpta eſt à Clemente in epiſtola ex libro ſuo 10. Recognit. vbi hoc ipſum quoque de communitate vxorum ab iis qui libros illos corruperunt appoſitum eſt, & inde in epiſtolam translatum; tantam ſemper epiſtolæ huius in Eccleſia auctoritatem, tantam etiam Catholicorum modeſtiam, pietatem ac reuerentiam, vt numquam eius fidem ne tantillum quidem hac adſperſa macula imminuere potuerit.*

℟. De manuſcriptis Vaticano & Florentino cum non ſint ad manus, pronuntiare nihil poſſumus. Cætera falſiſſima eſſe conſtat: 1. Nulla huius epiſtolæ in Eccleſia Veteri auctoritas eſſe potuit, cum ſcripta ſit circa A.D. 800. vel poſt. 2. Nullus ei inter Pontificios auctoritatem detulit, niſi qui vel *ἀκρισίᾳ* vel nimia facilitate laborauit. 3. Clauſulam de vxorum communitate aliunde in libro 10. Recognit. appoſitam non eſſe docet theſis ipſa quam propugnandam ſuſceperat Fauſtinianus, ſcilicet, *omnia eſſe indifferentia, homicidium, adulterium, furtum*, &c. hanc vero theſim probat hoc axiomate, *vſum omnium quæcumque in mundo ſunt communem omnibus eſſe debere*; quod confirmat Plato aſſerens, omnia amicorum communia, opes, vxores &c.

ANA-

ANACLETI PAPÆ Epiſt. I.

Anacletus, [a] ſeruus Chriſti *Ieſu*, *in ſede Apoſtolica* a 2. Pet. 1.
Domino ſeruiens, *Epiſcopis omnibus & cæteris cunctis*
fidelibus; qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt
fidem, [b] Gratia vobis & pax *atque conſolatio* mul- b 1. Pet. 1.
tiplicentur *à Domino in ſecula*.

BENEDICTVS Deus & pater Domini noſtri Ie-
ſu Chriſti, *qui ſecundum* magnam *miſericordiam*
ſuam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectio-
nem Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatem incor-
ruptibilem & incontaminatam, & immarceſſibilem, conſerua-
tam in cælis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem
in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo, in quo exul-
tabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentatio-
nibus, vt probatio veſtræ fidei multo pretioſior ſit *auro quod per*
ignem probatur; ſi tamen in tribulationibus experti pro-
bati inueniamini. *Patientes eſtote*, [c] dilectiſſimi; quia c Iacob. 5.
[d] *patientia probationem* operatur, *probatio vero ſpem, ſpes au-* d Rom. 5.
tem non confundit. [e] *Ecce Agricola expectat pretioſum fructum* e Iacob. 5.
terræ; patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ſeroti-
num Si Agricolæ hæc patienter ferunt pro temporali-
bus fructibus, quantò magis *vos* pro æternis patientes
eſſe debetis? [f] *Eſtote* ergò *patientes, & confirmate corda ve-* f Ibid.
ſtra, vt adueniente iudice Chriſto, læti & probati eſſe
valeatis. [g] *Nolite ingemiſcere in alterutrum vt non iudicemi-* g Ibid.
ni. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Exemplum accipite, chariſ-
ſimi, *laboris & patientiæ Prophetas qui locuti in nomine Domi-*
ni ſunt. [h] En *beatificamus qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob* h ecce.
audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors & miſe- i veſtros.
rator Dominus eſt.

Tribulationes veſtras audiuimus, fratrés, tam per k vox in Eccleſiæ Occident. recepta circa A. D. 500.
[i] noſtros quam per aliorum *Apocriſarios*; [k] ſuper quibus
valde dolemus, vobiſque compatimur, & auxilium

ferre, prout ipſe largitus fuerit qui pro nobis non ſolum tribulatus, ſed etiam paſſus eſt, parati ſumus. *Nolite*[l] *mirari, chariſſimi,* qui perſecutiones patimini, *quaſi noui vobis aliquid contingat: ſed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis; quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus ſuper vos requieſcit. Nemo autem veſtrum patiatur*[m] quaſi *homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine; quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem à nobis primum, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Et ſi vix iuſtus ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, fideli creatori*[n] commendant *animas ſuas in benefactis.*

l 1. Pet. 4.
m vt.
n commendent.

Nam (vt ait B. Clemens anteceſſor noſter) [o] *ſimilis eſt omnis Eccleſiæ ſtatus naui magnæ, quæ per vndoſum Pelagus diuerſis è locis & regionibus viros portat ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis* auctor *huius, Dominus ipſe Omnipotens Deus: gubernator vero ſit Chriſtus: tum deinde Proretæ officium Epiſcopus impleat: Presbyteri nautarum, Diaconi diſpenſatorum locum teneant: hi qui catechizant nautologis conferantur, Epibatis autem totius fraternitatis multitudo ſit ſimilis: Ipſum quoque mare hic mundus habeatur: Ventorum*[p] *varietates & turbinum, diuerſis tentationibus conferantur: perſecutiones, tribulationes*[q] ſiue *pericula, fluctibus exæquentur: Terreni vero ſpiritus, qui vel de torrentibus vel de conuallibus ſpirant, Pſeudo-prophetarum & ſeductorum ſeu prauæ doctrinæ verba*[r] doceantur: *Promontoria vero & loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſeculi ſunt Iudices, &*[ſ] qui *pericula* nominantur ac *mortes: Bithalaſſa vero loca, quæ duplicibus vndæ fallacis æſtibus verberantur, dubiis mente, & de repromiſſionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt: Hypocritæ verò & doloſi piratis ſimiles habeantur: Iam verò rapidus vortex & Tartarea Charybdis, & ſaxis illiſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones, quid aliud æſtimanda ſunt quam peccata? Reſtat igitur, vt hac nauis curſu proſpero tuta, poſſit portum deſideratæ vrbis intrare, & ita Deo precem fundere,*[t] vt *nauigantes mereantur audiri,*

o verba pſeudo-Clem. epiſt. 1. Ruffino interp.
p ventorum vero.
q & perie.
r ducantur.
ſ minantur &.
t fundere nauig. vt &c.

diri. Audimus, fratres, quod quidam [u] *detrahunt* & accuſant *Sacerdotes* Dei, cupientes eos damnari; non intelligentes forſitan quod iniuria [x] Sacerdotum *ad Chriſtum pertinet, cuius vice funguntur.* Nec hoc aſpiciunt, quod [y] *B. Petrus princeps Apoſtolorum inſtructor noſter* ait, *Deponentes* [z] *igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo, lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis* [a] ad *ſalutem.* Et Dominus per Prophetam inquit, [b] *Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum,* &c. Qui autem iſta tranſgrediuntur, profectò tranſgreſſores legis Dei, & contemptores atque inobedientes eius pręceptis exiſtunt. Vnde & B. Iacobus Apoſtolus ait, Si diligitis proximos ſicut vos ipſos, [c] *bene facitis: Si autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores, &c.* Et B. prædeceſſor noſter Clemens, vir Apoſtolicus, & Spiritu Dei plenus, [d] vna cum reliquis ſanctis collegis ſuis ſtatuit, dicens: Accuſandi vel [e] teſtificandi *licentia denegetur his qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem,* & ſuę legis vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita *neglexerint.* Tranſgreſſores [f] enim ſponte legis ſuæ, *eiuſque* violatores, & *recedentes,* Apoſtatæ nominantur. Omnis enim Apoſtata refutandus eſt ante reuerſionem ſuam, non in accuſatione rectè agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus: Quia [g] *vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.* [h] *Quicumque autem,* vt ait Apoſtolus Iacobus, *totam legem ſeruauerit,* offenderit [i] *autem in vno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit Non mœchaberis, dixit & Non occides. Quod ſi nõ mœchaberis,* occidas [k] *autem, factus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipiẽtes iudicari. Iudicium enim ſine miſericordia* fiet *illi qui non fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium;* & Dominus ait [l], *Nolo mortem* peccatoris, *ſed vt conuertatur & viuat:* & multa talia horumque ſimilia. [m] *Nemo enim* (inquit

u N. phraſ.
x His verbis per ſingulas fere epiſt. vtitur impoſtor. ex pſeudo-Greg. epiſt. 32. li. 12.
y vide ſup. eãdem phraſim in epiſt. 2. & 3. Pſeudo-Clem.
z 1 Pet. 2.
a in ſalut.
b Pſal. 33.
c *Sic leg. Iacob.* 2. Si tamẽ legem perficitis regalem ſecundũ ſcripturas Diliges proximũ tuum ſicut teipſum, &c.
d Turrian. lib. 1. pro epiſt. c. 16. & 22. legit *B. Apoſtoli ac prædec.* ex Codd. Vatic. S. Marci & Florent.
e Verba Aniani in conſtit. 1. tit. 7. lib. 16. Cod. Theodoſ. vt teſtandi licẽtia &c. vide pſeudo-Eutych epiſt. 2. & pſeudo-Felic. 2. epiſt. 1. c. 9.
f non probatur negligentibus relig. teſtificandi licẽtiam denegãdam, ex eo quod legis tranſgreſſor Apoſtata iudicatur.
g Luc. 1.
h Iacob. 2.
i offendat.
k occides.
l Ezech. 33. hic locus vt & præcedẽs ac ſubſequens, non probant Apoſtatas ab accuſatione ſubmouendos: quidlibet ex quolibet probare impoſtori ſolemne eſt.
m Rom. 14. hic omiſſa linea.

Apoſtolus) *noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reuixit, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu, quare ſpernis fratrem tuum? omnes enim ſtabimus ante Tribunal* [n] Dei. *Scriptum eſt enim; Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.* Scimus enim, quia [o] *multum derogatio praeualet, quando derogator creditur fide dignus.* Ideo fratres, *variis* [p] detractionibus & accuſationibus *non* oportet *labefactari* iudices & Primates Eccleſiæ, *ſed magis* Apoſtolorum & Doctorum *regulis* informari & roborari.

Vnde [q] *iuſtum eſt omnes in vniuerſo Romanorum orbe Doctores legis, ea quæ legis ſunt* recte *ſapere* & operari; *& non* regulas naſcentis Eccleſiæ confundere, aut *fidem*, aut doctrinam Apoſtolorum *variis maculare doctrinis*, nec fratres infeſtare. *Si* [r] autem omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent, *locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis* [s] enim *ad beneficia laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adiuuare.* [t] Ideò ſi aliquis putat, ſe Deo in hoc placere, quod ſeruos ſuos accuſat, & vt meliores fiant dicit ſe hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ ſtimulis agitatur quam charitatis.

Quoniam [u] *gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requiris commendationis augmenta.*

Erit ergo Doctoris [x] *conſcientia ſua: & ſi quando incertis temporum flatibus opponuntur, ſuſtinent mala quæ ſeculis magis ſunt adſcribenda quam meritis.*

Datam [y] enim ſcimus *Satanæ poteſtatem vt ſeruos Chriſti cribraret; vt quod de Tritico inueniri poſſet, horreis* [z] ingereretur; & *quod de paleis, ad ignium alimenta tranſiret. Ad vos ſpecialiter dictum eſt*, Nolite timere, puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. *Venit inter vos gladius perfidorum*, [a] vt *marcida Eccleſiæ membra reſecaret, & ad cæleſtem gloriam ſana perduceret.* [b] Quos habeat Chri-

n Chriſti.
o his verbis vſus pſeudo-Felin. 2. epiſtol. 1. c. ſunt autem Sozomen s *vel potius Caſſiodori hiſt. tripert. lib. 3. c. 8.*
p verba Damaſi in epiſt. ad Epiſc. Illyrici quam Theodoret. lib. 2. c. 22. Sozom. lib. 6. c. 22. *variis doctrinis non decet labefactari ſed magis patrũ noſtrorum corroborari ſententiis, vnde &c.*
q Hæc ead. Damaſi verba vſurpat pſeudo-Teleſphorus.
r verba Ennod. epiſt. 19. lib. 2. *Quod ſi veritate ſubſiſteret locum,* &c. ead. habet pſeudo-Alex. epiſt 1.
s eiuſd. epiſt. 22. lib. 2.
t adiuuare. Gratiæ plenit. &c.
u Ibid.
x eiuſd. dict. 9. pag. 279 *erigit doctos cõſciẽtia*, &c. Turrian. lib. 3. pro epiſt. c. 13. diuerſam fingit lectionẽ Cod. Vatican. hanc nim. *erigit Doctores &c. quæ ſanctis magis ſunt adſcribenda quam Male meritis.*
y Eiuſd. verba, epiſt. 14. lib. 2. z iungeretur. a qui. b quot.

ſtus mi-

ſtus mililites, certamen oſtendit. Qui triumphum mereantur, per bella [c] cognoſcuntur.

Scimus autem multos ob id infeſtare doctores, vt eos perdant, & propriæ voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen Doctores (in quantum vires ſuppetunt) à recta æmulatione & bona [d] intentione recedere debent: Scientes quia [e] *Beati perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

Nihil autem illo eſt paſtore miſerius, qui luporum laudibus gloriatur: quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo paſtorum placere lupis, & gregibus ouium poteſt.

Perdit [f] enim *laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus. Sicut* [g] *artium in ſuo* [h] quoque *opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.* Nullus ergo præiudicium alteri faciat; neque quod ſibi fieri non vult exerceat.

[i] *Nemo dictum de aliquo* inueniat, *quod in eius actibus non agnoſcat. Ego* [k] autem *labefactatam, non ſolum quietem meam ſed & ſalutem, inimicorum valetudine, & rumorum procellis agnoſco. Potens eſt Diuinitas* [l] immenſa *tempeſtatis incerta bono ſerenitatis amouere.*

Et quid aliud [m] *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum*; & Apoſtoli paſſi ſunt, ſequentes eius exemplum, & [n] reliqui Patres, niſi vt ſequamur tam doctrinam eorum quam & exemplum, & patiamur aduerſa pro Chriſto, & cum Patribus atque cum fratribus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiamur, vt Chriſti veri diſcipuli inueniamur, qui dixit, Qui [o] *vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*, & reliqua?

Præſumptio [p] *eſt, ſi Dominorum beneficia famuli non ſequantur. Obſequium* ergo *æſtimãdum puto quod pariturus impendo.*

Quid eſt enim quod [q] *plus creditur filij vocabulum valere, quam obſequium; & non quæritur, quid in amoris lance promoueas, ſed quale ad præiudicium æſtimanti nomen* [r] apponas, *cum apud prudentes fruſtrà ſobolem dicimus, niſi* exhibeas [ſ] *quod vocatur?*

c cognoſcitur.
d inſtitutione.
e Matth.5. Chriſtus perſecutionem paſſos beatos pronuntiat, nõ iubet Beatos perſecutionem pati.
f verba Ennod. dict. 8. p.271.
g eiuſd. dict. 11. p.280.
h quæque.
i verba Ennod. epiſt. 9. li. 4. *inueniet*.
k idem epiſt. 24. libri eiuſdem.
l immenſæ.
m 1. Pet. 2.
n quos Patres præter Apoſtolos agnouit. Anacletus Petri diſcipulus?
o Matt. 16.
p verba Ennodij epiſt. 8. lib. 4.
q eiuſd. epiſt. 4. eiuſd. libri quando plus.
r opponas.
ſ exhibet.

Ego [t] vero *nolo errore meo alienas culpas aſſerere, vt factum quod doleo admiſiſſe conuincar.*

Odiſti, [u] inquit Dominus per Prophetam, *omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo*que [x] in templo ſancto tuo *in timore tuo Domine; deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos; dirige ante faciem meam viam tuam. Non eſt enim in ore eorum rectum, interiora eorum inſidiæ. Sepulcrum patens guttur eorum, linguam ſuam leuificant. Condemna eos, Deus; decidant à conſiliis ſuis, iuxta multitudinem ſcelerum eorum expelle eos, quoniam prouocarunt te. Et lætentur omnes qui ſperant in te, in* [y] *æternum laudabunt. Et protege eos, & lætabuntur in te qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iuſto. Domine, vt* [z] haſta *placabilitatis coronabis eum.*

Deo enim [a] *ſacrificantes perfectè* non debent vexari, ſed *portari, conſolari*, atque ab omnibus *venerari.*

Ipſi autem quando Domino ſacrificant, non ſoli hoc agere debent, ſed teſtes ſecum adhibeant, vt Domino *perfectè in ſacratis Deo ſacrificare* locis probentur. Ait namque auctoritas legis diuinæ, Vide [b] *ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in loco quem elegerit Dominus* Deus tuus.

Epiſcopus Deo ſacrificans teſtes (vt præfixum eſt) ſecum habeat, & plures quam alius Sacerdos. Sicut enim [c] maioris honoris gradu fruitur, ſic maioris teſtimonij incremento indiget. In ſolennioribus quippe diebus, [d] aut ſeptem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui [e] eius oculi dicuntur, & Subdiaconos atque reliquos miniſtros ſecum habeat, qui ſacris induti veſtimentis in fronte & à tergo, & presbyteri è regione, dextra læuaque, contrito corde, & humiliato ſpiritu ac [f] prono ſtent vultu, cuſtodientes eum à maleuolis hominibus, & conſenſum eius præbeant ſacrificio. Peracta autem conſecratione, [g] omnes communicent qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus.

t eiuſd. epiſt. 19. eiuſd. libri
u Pſal. 5. ſecundum Hieron. verſion. quam bis terve corrupit impoſtor.
x Hieron. & vulg. ad templū S. tuum.
y Hieron. perpetuum.
z ſcuto placab.
a nota phraſ. pſeudo-Iſidori.
b Deut. 12. Ait etiam auctoritas legis diuinæ Ioan. 4. *veniet hora quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis adorabitis patrem.* Quem ſub Nouo Teſtamēto locum elegit Dominus? diſtingue tempora, impoſtor, & ſomnia tua concident.
c Iure Eccleſiaſtico ſcil.
d Cornelij ſeculo 7. tantum fuerunt Diaconi Roman. Eccl. Euſeb. lib. 6. c. 35.
e à Pſeudo-Clem. ſcil. epiſt. 1 à pſeudo Euariſt. epiſt. 2. Vide & pſeudo-Lucium epiſt vnica: vide conſtit. lib. 2. c. 44.
f vide pſeudo Anaſtaſij epiſt. 1.
g Concilij Antioch can. 2. Can. Apoſt. 9 ſec. diſt. Dionyſ. *certum eſt* (inquit Bell. de Miſſa li. 2. c. 10.) *decreta iſta, quæ ſine dubio non diuini ſed humani iuris erant, ſi ad populum pertinebant, progreſſu temporis abrogata fuiſſe.*

Sic

Sic enim Apoſtoli ſtatuerunt, & S. Romana tenet Eccleſia. [h] *Seruite*, inquit Dominus per Prophetam Dauid, *in timore, & exultate cum tremore. Adorate pure, ne forte iraſcatur & pereatis de via.* Ille enim non perit de via qui recte graditur, & præcepta cuſtodit Maiorum.

Doceri ergo omnes oportet, qui Domini ſacerdotio funguntur, vt & cæteros inſtruant & ſibi proficiant. Scriptum eſt autem, [i] *Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad Iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*: & alibi, [k] *Populus autem ſciens Deum ſuum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos.* Ipſa enim veritas per ſe infert, & dicit [l] *Beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Ille [m] proculdubio ſcandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui eius ſcandalizat Epiſcopum vel Sacerdotem.

Impie [n] namque agentes, ſunt *impij: neque intelligent omnes impij. Porro docti intelligent.*

Omnes [o] enim *inuicem humilitatem inſinuate; quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Nolite* [p] (inquit Ioannes Apoſtolus) *omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo* [q] ſunt; *quoniam pſeudo-prophetæ exierunt in mundum.* & idem ipſe alibi ait, [r] *Vos quod audiſtis ab initio in vobis permaneat. Si in vobis permanſerit, quod ab initio audiſtis, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus* [s] vobis *vitam æternam. Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos. Et* vnctio *quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos; ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium. Et ſicut docuit vos; manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, vt cum apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit iuſtitiam ex ipſo natus eſt.* [t] *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Propter hoc mundus non nouit* [u] vos, *quia non nouit eum. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus* [x] *cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet ſpem hanc in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quia ille apparuit vt pec-*

h Pſal. 2. verſ. Hieron. à Ruffino notata.

i Dan. 12.

k Dan. 11.

l hæc non cohærent præced. Luc. 7.

m hanc ineptiſſimam ſcandalizati deſcriptionẽ repetit pſeudo-Damaſc. epiſt. 4.

n hæc rurſus non cohærẽt, ſunt autem Dan. 12. *impie agent impij nec &c.*

o iterum reſticulam ex arena nectit impoſtor. an ideo humilitas ſectanda quia impiſ impie agant vide Iac 4. 1 Pet 5.

p 1 Ioan 4.

q ſint quoniam multi.

r 1. Ioan 2.

ſ eſt nobis.

t 1. Ioan. 3.

u nos.

x quoniam cum.

cata tolleret, & peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat; & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt; quoniam ab initio Diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; quoniam ſemen ipſius in eo manet; & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei & filij Diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. Quoniam hæc eſt annuntiatio quam audiſtis ab initio, vt diligamus alterutrum. Non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum: Et propter [y] hoc *occidit eum, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iuſta. Nolite mirari, fratres, ſi vos odit mundus. Nos ſcimus* [z] quia *translati ſumus de morte ad vitam,* quia *diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida, non habet vitam æternam in* [a] ſe *manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum* [b] neceſſitatem *habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus, & in conſpectu eius* [c] ſuademus cordi noſtro. *Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo facimus. Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti,* [d] vt *diligamus alterutrum ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo. Et in hoc ſcimus, quoniam manet in nobis, de ſpiritu quem dedit nobis.*

Et [e] *ſicut Deus Creator, qui hominem ad ſimilitudinem ſuam creauit, eſt charitas, eſt bonus,* [f] *iuſtus, patiens atque mitis,* [g] *& miſericors, & cætera Sanctarum virtutum inſignia quæ de eo leguntur; ita homo creatus eſt vt charitatem haberet, vt bonus eſſet & iuſtus, vt patiens atque mitis, mundus & miſericors foret. Quas virtutes quantò plus quiſque in ſe ipſo habet, tantò*

y quid occidit.
z quoniam.
a Ital. & vulg. ſemetipſo.
b neceſſe.
c vulg. ſuadebimus corda noſtra.
d Ital. & vulg. & dilig.
e verba Ambroſij, lib. de dignitate hominis, cap. 3.
f bonus & iuſt: 1.
g mundus & miſer.

[h] ſpram-

[h]propior *eſt Deo,&* [i] maior eſt, ac *ſui conditoris gerit ſimilitudinem. Si vero (quod abſit) aliquis per deuia vitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobiliſſima ſui conditoris ſimilitudine degener* [k] aberret, *tunc fiet de eo quod ſcriptum eſt;* [l] Et homo qui cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. *Qui maior honor potuit homini eſſe, quam vt ad ſimilitudinem ſui factoris conderetur , & eiſdem virtutum veſtimentis ornaretur quibus & conditor ? De quo legitur ,* [m] Dominus regnauit, decorem indutus eſt, *id eſt omnium virtutum ſplendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini poteſt eſſe dedecus, aut infelicior miſeria, quam vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa ad informem & irrationabilem brutorum iumentorum*que *ſimilitudinem delabatur ? Quapropter* [n] *quiſque diligentius attendat primæ conditionis ſuæ excellentiam,* [o] *vt venerandam Sanctæ Trinitatis in ſeipſo imaginem agnoſcat, honorémque ſimilitudinis Diuinæ ad* [p] quam *creatus eſt,* [q] nobilitatem *morum ,* [r] executionem *virtutum ,* dignitatem [ſ] *meritorum habere contendat ; vt quando* apparuerit [t] *qualis ſit , tunc ſimilis ei appareat qui ſe mirabiliter ad ſimilitudinem ſuam in primo Adam condidit , mirabiliúſque in ſecundo reformauit.*

h propius eſt.
i & maiorem ſui.
k oberrat.
l Pſal.48.
m Pſal.92.
n dilectiſſime quiſque.
o & vener.
p quem.
q nobilitate.
r exercitio.
ſ dignitate.
t appareat.

Omnis ergo homo qui ad imaginem Dei factus eſt, illum debet imitari cuius ad imaginem conditus eſt; illius debet ſequi veſtigia qui eum ad imaginem ſui condidit Conſiliarium verò ac protectorem meliorem reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem ſui condidit, qui eum pretioſo ſanguine ſuo redemit, & propter eum homo fieri non eſt dedignatus. Quem procul dubio inueniet, ſi in eum totam ſpem ſuam, iuxta Pſalmiſtæ vocem, proiecerit. Ait namque, [u] *Projice ſuper Dominum charitatem tuam, & ipſe te enutriet,* nec *dabit in æternum fluctuationem iuſto.* [x] *Omnis* enim *homo in ſua cauſa deficiens, & in ſuis* hæſitans *conſilÿs, quærit ſibi amicum fidelem, in cuius conſiliis confidat qui in ſuis* diffidebat, *& talem fiduciam* habet *in illo vt omne ſecretum ſui pectoris* & *pandat & aperiat.*

Quid [y] *dulcius* eſt, *quam* vt [z] *habeas illum cum quo omnia* [a] *poſſis loqui vt tecum?* Si iſta cum hominibus fiunt, quan-

u Pſal.54. interp Hieron.
x verba epiſt. Bonifacij ab- batiſſæ ad Bonifacium.
y Cicero de amicitia , & ex eo Martin. Bracar. de moribus.
z habet.
a audeas ſic loqui &c.

Sit ergo, fratres, conſtantia veſtra aduerſus contentiones eorum qui aduerſa ſapiunt, & *non* [y] *quæ Dei ſunt ſapiunt*; & erit fortior petra conſtantia veſtra, ſicut ſcriptum eſt. [z] *Ne timueritis ab his*, neque *terreamini* [a] à facie eorum *qui* [b] *corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. Quod* [c] autem *in aure auditis, prædicate* [d] in lumine; illum timentes, *qui poteſt animam & corpus* [e] occidere & [f] *mittere in gehennam.*

Fratres mei, *in carne* [g] *ambulantes non ſecundum carnem militamus. Arma enim militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem* [h] exaltationem *extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem* [i] cogitationem, & *in obſequium* [k] Chriſto *perducentes. De cætero,* [l] *fratres, confortamini in Domino, & in potentia* [m] fortitudinis *eius*, vt *pax* vobis multa & gratia *à Deo & Domino* noſtro *Ieſu Chriſto* miniſtretur. Amplectimur & oſculamur, ac ſi præſentes, charitatem veſtram, in [n] *vnitate ſpiritus, in vinculo pacis* & charitatis Chriſti.

Propter [o] *quod, chariſſimi,* [p] *expectantes ſatagite immaculati & inuiolati* [q] *inueniri in pace; & Domini noſtri longanimitatem ſalutem* [r] arbitramini, *ſicut & chariſſimus* [s] *frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis; ſicut & in omnibus Epiſtolis, loquens in eis de his;* [t] *in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam* [u] *perditionem. Vos* ergo, *fratres, præſcientes cuſtodite ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate: creſcite verò in gratia & cognitione Domini* [x] *noſtri Ieſu Chriſti & Saluatoris.*

Vos [y] *autem, chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietate. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem, chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, ipſos vos in dilectione Dei ſeruàte, expectan-*

y ibid.
z confundit impoſtor Euangeliſtarũ verba, Matth. 10. Luc. 12.
a phraſis ſcripturæ deſumpta ex Hieremiæ c. 1. & Ezech. c. 3.
b Matth. 10.
c *ſuper tecta*, omiſit impoſtor.
d hæc verba, *quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine.*
e *perdere in gehẽnã*: dixit Dominus nõ *occidere*, an anima mortalis eſt vt occidatur?
f verba Lucæ 12.
g 2. Cor. 10. verſ. nouam cudit impoſtor ex Italica & Hieron.
h Ital. & vulg. altitudinem.
i Ital. & vulg. intellectum.
k Ital. ad obſeq. Chriſti perducentes.
l Epheſ. 6.
m Ital. & vulg. virtutis.
n Epheſ. 4.
o 2. Pet 3.
p hæc expectantes.
q ei inueniri.
r arbitremini.
ſ an hæc verba Anacleto conueniant iudicabit Lector.
t de his ſcil. de quibus Petrus locutus eſt: non de his quæ pſeudo-Anacletus temerario fudit impetu.
u ſuam propriam.
x & Saluatoris Ieſu Chr.
y Iudas verſ. 17. epiſt. &c.

tes mi-

tes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos; illos vero ſaluate, de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore, odientes eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam. Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculotos in exultatione, [z] *ſoli Deo Saluatori noſtro, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria,* [a] *magnificentia* & *imperium, & poteſtas ante* [b] omnia ſecula, *& nunc & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.*

z in aduentu D.N.I.C. ſoli.
a & magnif.
b omne ſeculum.

Iudicia Pontificiorum.

C*Vſan de Concord. Cathol. lib.2.c.34.* Illas Anacleti epiſtolas Apocryphas credo, vt infra in 3. parte dico, &c.

Idem lib.1.c.2. Sunt meo iudicio illa de Conſtantino Apocrypha, ſicut fortaſſis etiam quædam alia longa & magna ſcripta Sanctis Clementi & Anacleto Papæ attributa, &c.

Ant. Auguſtin. in Collect. Ad iam I. cap. 9. Ante Pium Anacletus à B. Petro preſbyter conſecratus, in extrema epiſt. 1. ex qua eſt 2.q.6.c.3. verba tamen illa, *vram Pa r:cio* mendoſa eſſe ſuſpicor, & pro eis, *ceram Praſi·e* ſubſtituenda eſſe facile credo. Multis enim ſeculis poſt Anacletum *Patriciorum* nomen pro magiſtratibus vſurpatum fuit.

Lorin. in Actorum c.1. verſ.13. Sed nec de Anacleti & ſimilium antiquorum pontificum nullus eſt, qui cum nonnulla ratione ambigat, &c.

Bellarm. de Rom. Pont. lib.2.c.14. Quamuis aliquos errores in eas (epiſtolas) irrepſiſſe non negauerim, nec indubitatas affirmare audeam, certe tamen antiquiſſimas eſſe nihil dubito &c.

Simon Vigor. ad Reſp. Synod. Concil. Baſil. p.28.b. &c. Epiſtolas illas Anacleti, tum multas alias cæterorum pontificum ante tempus Concilij Nicæni, nullius eſſe fidei facile eſt probare, quibus multas epiſtolas fuiſſe falſo tributas, ſcriptores Eccleſiaſticæ hiſtoriæ referunt. 1. Anacletus in his Epiſtolis Clementi ſe ſucceſſiſſe ſæpiſſime profitetur. At Anacletū Lini non Clementis ſucceſſorem teſtantūr Irenæus, Euſebius, Hieronymus. Non ignoro quoſdam probatos auctores Linum & Cletum ſeu Anacletum Romanos non fuiſſe Pontifices dicere, ſed Petri vicarios dumtaxat Romę conſtitutos, in gubernationem Eccleſiæ, dum Petrus Apoſtolatui vacaret; alios Anacletum Clementi non Euariſtum ſucceſſiſſe; ſed iidem Cleti qui Lino ſucceſſerit non meminerunt: Ita vt in tali varietate auctorum, videatur antiquioribus maiorem eſſe adhibendam fidem, quorum antiquiſſimi, Irenæus, Euſebius, Hieronymus. Deinde harum epiſtolarum nulla facta eſt mentio à ſcriptoribus Eccleſiaſticis; cum tamen multarum meminerint, quæ minoris ſunt momenti quam ex

Clementis, etſi aliquantulum interpretationis Rufini ex libro 10 Recogni. in eam tranſcriptum; quia id paululum eſt, non habet Rufini nomen inſcriptum: imo ſine nomine interpretis fertur

℟. Hæc omnia & friuola ſunt, & falſitate laborant: pars enim epiſtolæ maxima è recognitionibus hauſta; nec interpres eius quærendus, ſed ſcriptor nigro theta notandus eſt.

Clauſulam de vxorum communitate, *in vetuſto exemplari bibliotheca Vaticana non eſſe*, idque *perſpici poſſe ab iis qui voluerint oculis ſuis credere*, aſſerit aduerſarius.

℟. Cum nobis vetuſtum illud exemplar inſpicere non liceat, perſpicere non poſſumus, an falſa fingat, an vero credenda aſſerat Turrianus. Hoc vnum ſcimus, ſiue extet, ſiue non extet in Manuſcriptis Vaticanis Platonica de vxorum communitate ſententia, à nemine hoc ſolo nomine poſſe pſeudo-Clementem excuſari.

Addit Ieſuita: *Communem vitam cum non nitatur in hac epiſtola Clem. ſed potius in Apoſtolica traditione, nihil referre ad conuincendos hæreticos, quod eam negent Clementis eſſe: non enim opus eſſe eis objicere huius epiſtolæ auctoritatem, tametſi magna ſit, & grauis in Eccleſia.*

℟. Cum nec vita communis ab Apoſtolica traditione auctoritatem habeat, nec epiſtolæ auctoritas à Veteribus vnquam agnita ſit, grauiſſimo Turrianum maximoque mendacio conſcientiam oneraſſe oportet.

Subiungit idem, *Illud de communitate vxorum etſi appoſitum fuiſſe ab alio ſatis pateat ex exemplaribus Vaticano & Florentino S. Marci in quibus non hoc legitur, illam tamen adhuc coniecturam magnam eſſe, quod pars epiſtolæ, de communitate rerum ſecundum naturam, ſumpta eſt à Clemente in epiſtola ex libro ſuo 10. Recognit. vbi hoc ipſum quoque de communitate vxorum ab iis qui libros illos corruperunt appoſitum eſt, & inde in epiſtolam translatum; tantam ſemper epiſtolæ huius in Eccleſia auctoritatem, tantam etiam Catholicorum modeſtiam, pietatem ac reuerentiam, vt numquam eius fidem ne tantillum quidem hac adſperſa macula imminuere potuerit.*

℟. De manuſcriptis Vaticano & Florentino cum non ſint ad manus, pronuntiare nihil poſſumus. Cætera falſiſſima eſſe conſtat: 1. Nulla huius epiſtolæ in Eccleſia Veteri auctoritas eſſe potuit, cum ſcripta ſit circa A.D. 800. vel poſt. 2. Nullus ei inter Pontificios auctoritatem detulit, niſi qui vel *ἀκρισίᾳ* vel nimia facilitate laborauit. 3. Clauſulam de vxorum communitate aliunde in libro 10. Recognit. appoſitam non eſſe docet theſis ipſa quam propugnandam ſuſceperat Fauſtinianus, ſcilicet, *omnia eſſe indifferentia, homicidium, adulterium, furtum*, &c. hanc vero theſim probat hoc axiomate, *vſum omnium quæcumque in mundo ſunt communem omnibus eſſe debere*; quod confirmat Plato aſſerens, omnia amicorum communia, opes, vxores &c.

ANA-

ANACLETI PAPÆ
Epiſt. I.

Anacletus, [a] ſeruus Chriſti *Ieſu*, *in ſede Apoſtolica Domino ſeruiens, Epiſcopis omnibus & cæteris cunctis fidelibus*, qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem, [b] Gratia vobis & pax *atque conſolatio* multiplicentur *à Domino in ſecula*. a 2. Pet. 1. b 1. Pet. 1.

B*ENEDICTVS Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum* magnam *miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarceſſibilem, conſeruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo, in quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus, vt probatio veſtræ fidei multo pretioſior* ſit *auro quod per ignem probatur*; ſi tamen in tribulationibus experti probati inueniamini. *Patientes eſtote*, [c] dilectiſſimi; quia [d] *patientia probationem* operatur, *probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit.* [e] *Ecce Agricola expectat pretioſum fructum terræ; patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ſerotinum.* Si Agricolæ hæc patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quantò magis *vos* pro æternis patientes eſſe debetis? [f] *Eſtote* ergò *patientes, & confirmate corda veſtra*, vt adueniente iudice Chriſto, læti & probati eſſe valeatis. [g] *Nolite ingemiſcere in alterutrum vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Exemplum accipite*, chariſſimi, *laboris & patientiæ Prophetas qui locuti in nomine Domini ſunt.* [h] En *beatificamus qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors & miſerator Dominus eſt.* c Iacob. 5. d Rom. 5. e Iacob. 5. f Ibid. g Ibid. h ecce. i veſtros.

Tribulationes veſtras audiuimus, fratres, tam per [i] noſtros quam per aliorum *Apocriſarios*; [k] ſuper quibus valde dolemus, vobiſque compatimur, & auxilium k vox in Eccleſi Occident. recepta circa A.D. 500.

ferre, prout ipſe largitus fuerit qui pro nobis non ſolum tribulatus, ſed etiam paſſus eſt, parati ſumus. *Nolite* [l] *mirari, chariſſimi, qui perſecutiones patimini, quaſi noui vobis aliquid contingat: ſed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis; quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus ſuper vos requieſcit. Nemo autem veſtrum patiatur* [m] quaſi *homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine; quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem à nobis primum, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Et ſi vix iuſtus ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, fideli creatori* [n] commendant *animas ſuas in benefactis.*

Nam (vt ait B. Clemens anteceſſor noſter) [o] *ſimilis eſt omnis Eccleſiæ ſtatus naui magnæ, quæ per vndoſum Pelagus diuerſis è locis & regionibus viros portat ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis* auctor *huius, Dominus ipſe Omnipotens Deus: gubernator vero ſit Chriſtus: tum deinde Proretæ officium Epiſcopus impleat: Presbyteri nautarum, Diaconi diſpenſatorum locum teneant: hi qui catechizant nautologis conferantur, Epibatis autem totius fraternitatis multitudo ſit ſimilis: Ipſum quoque mare hic mundus habeatur: Ventorum* [p] *varietates & turbinum, diuerſis tentationibus conferantur: perſecutiones, tribulationes* [q] ſiue *pericula, fluctibus exæquentur: Terreni vero ſpiritus, qui vel de torrentibus vel de conuallibus ſpirant, Pſeudo-prophetarum & ſeductorum ſeu praua doctrinæ verba* [r] doceantur: *Promontoria vero & loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſeculi ſunt Iudices, &* [ſ] qui *pericula* nominantur ac *mortes: Bithalaſſa vero loca, quæ duplicibus vndæ fallacis æſtibus verberantur, dubiis mente, & de repromiſſionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt: Hypocritæ verò & doloſi piratis ſimiles habeantur: Iam verò rapidus vortex & Tartarea Charybdis, & ſaxis illiſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones, quid aliud æſtimanda ſunt quam peccata? Reſtat igitur, vt hæc nauis curſu proſpero tuta, poſſit portum deſideratæ vrbis intrare,* & *ita Deo precem fundere,* [t] vt *nauigantes mereantur audiri,*

[l] 1. Pet. 4.
[m] vt.
[n] commendent.
[o] verba pſeudo-Clem. epiſt. 1. Ruffino interp.
[p] ventorum vero.
[q] & perie.
[r] ducantur.
[ſ] minantur &.
[t] fundere nauig. vt &c.

diri. Audimus, fratres, quod quidam [u] *detrahunt* & accuſant *Sacerdotes* Dei, cupientes eos damnari; non intelligentes forſitan quod iniuria [x] Sacerdotum *ad Chriſtum pertinet, cuius vice funguntur.* Nec hoc aſpiciunt, quod [y] *B. Petrus princeps Apoſtolorum inſtructor noſter* ait, *Deponentes* [z] *igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo, lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis* [a] ad *ſalutem.* Et Dominus per Prophetam inquit, [b] *Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum,* &c. Qui autem iſta tranſgrediuntur, profectò tranſgreſſores legis Dei, & contemptores atque inobedientes eius pręceptis exiſtunt. Vnde & B. Iacobus Apoſtolus ait, Si diligitis proximos ſicut vos ipſos, [c] *benefacitis: Si autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores, &c.* Et B. prædeceſſor noſter Clemens, vir Apoſtolicus, & Spiritu Dei plenus, [d] vna cum reliquis ſanctis collegis ſuis ſtatuit, dicens: Accuſandi vel [e] teſtificandi *licentia denegetur his qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem,* & ſuę legis vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita *neglexerint.* Tranſgreſſores [f] enim ſponte legis ſuæ, *eiuſque* violatores, & *recedentes,* Apoſtatæ nominantur. Omnis enim Apoſtata refutandus eſt ante reuerſionem ſuam, non in accuſatione recte agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus: Quia [g] *vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.* [h] *Quicumque autem,* vt ait Apoſtolus Iacobus, *totam legem ſeruauerit,* offenderit [i] *autem in vno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit Non mœchaberis, dixit & Non occides. Quod ſi nõ mœchaberis,* occidas [k] *autem, factus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipiẽtes iudicari. Iudicium enim ſine miſericordia* fiet *illi qui non fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium;* & Dominus ait [l], *Nolo mortem* peccatoris, *ſed vt conuertatur & viuat:* & multa talia horumque ſimilia. [m] *Nemo enim* (inquit

u N. phraſ.
x his verbis per ſingulas fere epiſt. vtitur impoſtor. ex pſeudo-Greg. epiſt. 32. li. 11.
y vide ſup. eãdem phraſim in epiſt. 2. & 3. Pſeudo-Clem.
z 1 Pet. 2.
a in ſalut.
b Pſal. 33.
c *Sic leg. Iacob. 2.* Si tamẽ legem perficitis regalem ſecundũ ſcripturas Diliges proximũ tuum ſicut teipſum, &c.
d Turrian. lib. 1. pro epiſt. c. 16. & 22. legit *B. Apoſtoli ac prædec.* ex Codd. Vatic. S. Marci & Florent.
e Verba Aniani in conſtit. 1. tit. 7. lib. 16. Cod. Theodoſ. vt teſtandi li[centia] &c. vide pſeudo-Eutych epiſt. 2. & pſeudo-Felic. 2. epiſt. 1. c. 9.
f non probatur neg[l]igentibus relig. te[ſt]ificandi licẽtiam denegãdam, ex eo quod legis tranſgreſſor Apoſta[ta] [in]dicatur.
g Luc. 1. h Iacob. 2. i offendat. k occides.
l Ezech. 33. hic locus vt & præced. ns ac ſubſequens, non probant Apoſtatas ab accuſatione ſubmouendos: quidlibet ex quolibet probare impoſtori ſolemne eſt. m Rom. 14. hic omiſſa linea.

Apoſtolus) *noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reuixit, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu, quare ſpernis fratrem tuum? omnes enim ſtabimus ante Tribunal* [n] Dei. *Scriptum eſt enim; Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.* Scimus enim, quia [o] *multum derogatio praualet, quando derogator creditur fide dignus.* Ideo fratres, *variis* [p] detractionibus & accuſationibus *non* oportet *labefactari* iudices & Primates Eccleſiæ, *ſed magis* Apoſtolorum & Doctorum *regulis* informari & roborari.

Vnde [q] *iuſtum eſt omnes in vniuerſo Romanorum orbe Doctores legis, ea qua legis ſunt* recte *ſapere* & operari; *& non* regulas naſcentis Eccleſiæ confundere, aut *fidem*, aut doctrinam Apoſtolorum *variis maculare doctrinis*, nec fratres infeſtare. *Si* [r] autem omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent, *locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis* [s] enim *ad beneficia laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adiuuare.* [t] Ideò ſi aliquis putat, ſe Deo in hoc placere, quod ſeruos ſuos accuſat, & vt meliores fiant dicit ſe hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ ſtimulis agitatur quam charitatis.

Quoniam [u] *gratia plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta.*

Erit ergo Doctoris [x] *conſcientia ſua: & ſi quando incertis temporum flatibus opponuntur, ſuſtinent mala qua ſeculis magis ſunt adſcribenda quam meritis.*

[c] *Datam* [y] enim ſcimus *Satana poteſtatem vt ſeruos Chriſti cribraret; vt quod de Tritico inueniri poſſet, horreis* [z] ingereretur; & *quod de paleis, ad ignium alimenta tranſiret. Ad vos ſpecialiter dictum eſt*, Nolite timere, puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. *Venit inter vos gladius perfidorum*, [a] vt *marcida Eccleſia membra reſecaret, & ad cæleſtem gloriam ſana perduceret.* [b] Quos *habeat Chri-*

n Chriſti. o his verbis vſus pſeudo-Felix. 2. epiſtol. 1. c. ſunt autem Sozomen s *vel potius Caſſiodori hiſt. tripert. lib.* 3. c. 8. p verba Damaſi in epiſt. ad Epiſc. Illyrici quam Theodoret. lib. 2. c. 22. Sozom. lib. 6. c. 22. *variis doctrinis non decet labefactari ſed magis patrũ noſtrorum corroborari ſententiis, vnde &c.* q Hæc ead. Damaſi verba vſurpat pſeudo-Teleſphorus. r verba Ennod. epiſt. 19. lib. 2. *Quod ſi veritate ſubſiſteret locum,* &c. ead. habet pſeudo-Alex. epiſt 1. ſ eiuſd. epiſt. 22. lib. 2. t adiuuare. Gratiæ plenit. &c. u Ibid. x eiuſd. dict. 9. pag. 279 *erigit doctos cõſcientia*, &c. Turrian. lib. 3. pro epiſt. c. 13. diuerſam fingit lectionẽ Cod. Vatican. hanc nim. *erigit Doctores &c. que* c *anctis magis ſunt adſcribenda quam Male meritis.*
y Eiuſd. verba, epiſt. 14. lib. 2. z inngeretur. a qui. b quot.

ſtus mi-

ſtus mililites, certamen oſtendit. Qui triumphum mereantur, per bella[c] cognoſcuntur.

Scimus autem multos ob id infeſtare doctores, vt eos perdant, & propriç voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen Doctores (in quantum vires ſuppetunt) à recta æmulatione & bona [d] intentione recedere debent: Scientes quia [e] *Beati perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

Nihil autem illo eſt paſtore miſerius, qui luporum laudibus gloriatur: quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo paſtorum placere lupis, & gregibus ouium poteſt.

Perdit[f] enim *laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus. Sicut* [g] *artium in ſuo* [h] quoque *opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.* Nullus ergo præiudicium alteri faciat; neque quod ſibi fieri non vult exerceat.

[i] *Nemo dictum de aliquo* inueniat, *quod in eius actibus non agnoſcat. Ego* [k] autem *labefactatam, non ſolum quietem meam ſed & ſalutem, inimicorum valetudine, & rumorum procellis agnoſco. Potens eſt Diuinitas* [l] immenſa *tempeſtatis incerta bono ſerenitatis amouere.*

Et quid aliud [m] *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum;* & Apoſtoli paſſi ſunt, ſequentes eius exemplum, & [n] reliqui Patres, niſi vt ſequamur tam doctrinam eorum quam & exemplum, & patiamur aduerſa pro Chriſto, & cum Patribus atque cum fratribus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiamur, vt Chriſti veri diſcipuli inueniamur, qui dixit, Qui[o] *vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*, & reliqua?

Præſumptio [p] *eſt, ſi Dominorum beneficia famuli non ſequantur. Obſequium* ergo *æſtimãdum puto quod pariturus impendo.*

Quid eſt enim quod [q] *plus creditur filij vocabulum valere, quam obſequium; & non quæritur, quid in amoris lance promoueas, ſed quale ad præiudicium æſtimanti nomen* [r] apponas, *cum apud prudentes fruſtrà ſobolem dicimus, niſi* exhibeas [ſ] *quod vocatur?*

c cognoſcitur.
d inſtitutione.
e Matth. 5. Chriſtus perſecutionem paſſos beatos pronunciat, nõ iubet Beatos perſecutionem pati.
f verba Ennod. dict. 8. p. 271.
g eiuſd. dict. 11. p. 280.
h quæque.
i verba Ennod. epiſt. 9. li. 4. *inueniet.*
k idem epiſt. 24. libri eiuſdem.
l immenſæ.
m 1. Pet. 2.
n quos Patres præter Apoſtolos agnouit. Anacletus Petri diſcipulus?
o Matt. 16.
p verba Ennodij epiſt. 8. lib. 4.
q eiuſd. epiſt. 4. eiuſd. libri quando plus.
r opponas.
ſ exhibet.

Ego [t] vero *nolo errore meo alienas culpas aſſerere, vt factum quod doleo admiſiſſe conuincar.*

Odiſti, [u] inquit Dominus per Prophetam, *omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo*que [x] in templo ſancto tuo *in timore tuo Domine; deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos; dirige ante faciem meam viam tuam. Non eſt enim in ore eorum rectum, interiora eorum inſidiæ. Sepulcrum patens guttur eorum, linguam ſuam leuificant. Condemna eos, Deus; decidant à conſilijs ſuis, iuxta multitudinem ſcelerum eorum expelle eos, quoniam prouocarunt te. Et lætentur omnes qui ſperant in te, in* [y] *æternum laudabunt. Et protege eos, & lætabuntur in te qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iuſto. Domine, vt* [z] haſta *placabilitatis coronabis eum.*

Deo enim [a] *ſacrificantes perfectè* non debent vexari, ſed *portari, conſolari*, atque ab omnibus *venerari.*

Ipſi autem quando Domino ſacrificant, non ſoli hoc agere debent, ſed teſtes ſecum adhibeant, vt Domino *perfectè in ſacratis Deo ſacrificare* locis probentur. Ait namque auctoritas legis diuinæ, Vide [b] *ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in* loco *quem elegerit Dominus* Deus tuus.

Epiſcopus Deo ſacrificans teſtes (vt præfixum eſt) ſecum habeat, & plures quam alius Sacerdos. Sicut enim [c] maioris honoris gradu fruitur, ſic maioris teſtimonij incremento indiget. In ſolennioribus quippe diebus, [d] aut ſeptem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui [e] eius oculi dicuntur, & Subdiaconos atque reliquos miniſtros ſecum habeat, qui ſacris induti veſtimentis in fronte & à tergo, & presbyteri è regione, dextra læuaque, contrito corde, & humiliato ſpiritu ac [f] prono ſtent vultu, cuſtodientes eum à maleuolis hominibus, & conſenſum eius præbeant ſacrificio. Peracta autem conſecratione, [g] omnes communicent qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus.

t eiuſd. epiſt. 19. eiuſd. libri
u Pſal. 5. ſecundum Hieron. verſion. quam bis terve corrupit impoſtor.
x Hieron. & vulg. ad templũ S. tuum.
y Hieron. perpetuum.
z ſcuto placab.
a nota phraſ. pſeudo-Iſidori.
b Deut. 12. Ait etiam auctoritas legis diuinæ Ioan. 4. *veniet hora quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis adorabitis patrem.* Quem ſub Nouo Teſtamẽto locum elegit Dominus? diſtingue tempora, impoſtor, & ſomnia tua concident.
c iure Eccleſiaſtico ſcil.
d Cornelij ſeculo 7. tantum fuerunt Diaconi Roman. Eccl. Euſeb. li. 6. c. 35.
e à Pſeudo-Clem. ſcil. epiſt. 1. à pſeudo Euariſt. epiſt. 2. Vide & pſeudo-Lucium epiſt vnica: vide conſtit. lib. 2. c. 44.
f vide pſeudo Anaſtaſ. epiſt. 1.
g Concili Antioch can. 2. Can. Apoſt. 9. ſec. diſt. Dionyſ. *certum eſt* (inquit Bell. de Miſſa li. 2. c. 10.) *decreta iſta, quæ ſine dubio non diuini ſed humani iuris erant, ſi ad populum pertinebant, progreſſu temporis abrogata fuiſſe.*

Sic

Sic enim Apoſtoli ſtatuerunt, & S. Romana tenet Eccleſia. [h] *Seruite*, inquit Dominus per Prophetam Dauid, *in timore, & exultate cum tremore. Adorate pure, ne forte iraſcatur & pereatis de via.* Ille enim non perit de via qui recte graditur, & præcepta cuſtodit Maiorum.

Doceri ergo omnes oportet, qui Domini ſacerdotio funguntur, vt & cæteros inſtruant & ſibi proficiant. Scriptum eſt autem, [i] *Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad Iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*: & alibi, [k] *Populus autem ſciens Deum ſuum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos.* Ipſa enim veritas per ſe infert, & dicit [l] *Beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Ille [m] proculdubio ſcandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui eius ſcandalizat Epiſcopum vel Sacerdotem.

Impie [n] namque agentes, ſunt *impij: neque intelligent omnes impij. Porro docti intelligent.*

Omnes [o] enim *inuicem humilitatem inſinuate; quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Nolite* [p] (inquit Ioannes Apoſtolus) *omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo* [q] ſunt; *quoniam pſeudo-prophetæ exierunt in mundum.* & idem ipſe alibi ait, [r] *Vos quod audiſtis ab initio in vobis permaneat. Si in vobis permanſerit, quod ab initio audiſtis, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus* [f] vobis *vitam æternam. Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos.* Et vnctio *quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos; ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium. Et ſicut docuit vos; manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, vt cum apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit iuſtitiam ex ipſo natus eſt.* [t] *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Propter hoc mundus non nouit* [u] vos, *quia non nouit eum. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus* [x] *cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet ſpem hanc in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quia ille apparuit vt pec-*

h Pſal. 2. verſ. Hieron. à Ruffino notata.

i Dan. 12.

k Dan. 11.

l hęc non cohærent præced. Luc. 7.

m hanc ineptiſſimam ſcandalizati deſcriptionẽ repetit pſeudo-Damaſ. epiſt. 4.

n hęc ruſus non cohærẽt, ſunt autem Dan. 12. *impie agent impij nec &c.*

o Iterum reſticulam ex arena nectit impoſtor. an ideo humilitas ſectanda quia impiè impie agant vide Iac. 4. 1 Pet 5.

p 1 Ioan 4.

q ſint quoniam multi.

r 1. Ioan 2.

ſ eſt nobis.

t 1. Ioan. 3.

u nos.

x quoniam cum.

cata tolleret, & peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat; & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt; quoniam ab initio Diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; quoniam ſemen ipſius in eo manet; & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei & filij Diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. Quoniam hæc eſt annuntiatio quam audiſtis ab initio, vt diligamus alterutrum. Non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum: Et propter [y] hoc *occidit eum, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iuſta. Nolite mirari, fratres, ſi vos odit mundus. Nos ſcimus* [z] quia *translati ſumus de morte ad vitam,* quia *diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida, non habet vitam æternam in* [a] ſe *manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum* [b] neceſſitatem *habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus, & in conſpectu eius* [c] ſuademus cordi noſtro. *Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo facimus. Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti,* [d] vt *diligamus alterutrum ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo. Et in hoc ſcimus, quoniam manet in nobis, de ſpiritu quem dedit nobis.*

Et [e] *ſicut Deus Creator, qui hominem ad ſimilitudinem ſuam creauit, eſt charitas, eſt bonus,* [f] *iuſtus, patiens atque mitis,* [g] *& miſericors, & cætera Sanctarum virtutum inſignia quæ de eo leguntur; ita homo creatus eſt vt charitatem haberet, vt bonus eſſet & iuſtus, vt patiens atque mitis, mundus & miſericors foret. Quas virtutes quantò plus quiſque in ſeipſo habet, tantò*

y quid occidit.

z quoniam.

a Ital. & vulg. ſemetipſo.

b neceſſe.

c vulg. ſuadebimus corda noſtra.

d Ital. & vulg. & dilig.

e verba Ambroſij, lib. de dignitate hominis, cap. 3.

f bonus & iuſtus.

g mundus & miſers.

[h]propior *eſt Deo, &* [i] maior eſt, ac *ſui conditoris gerit ſimilitudinem. Si vero (quod abſit) aliquis per deuia vitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobiliſſima ſui conditoris ſimilitudine degener* [k] aberret, *tunc fiet de eo quod ſcriptum eſt;* [l] Et homo qui cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. *Qui maior honor potuit homini eſſe, quam vt ad ſimilitudinem ſui factoris conderetur, & eiſdem virtutum veſtimentis ornaretur quibus & conditor? De quo legitur,* [m] Dominus regnauit, decorem indutus eſt, *id eſt omnium virtutum ſplendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini poteſt eſſe dedecus, aut infelicior miſeria, quam vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa ad informem & irrationabilem brutorum iumentorum*que *ſimilitudinem delabatur? Quapropter* [n] *quiſque diligentius attendat primæ conditionis ſuæ excellentiam,* [o] *vt venerandam Sanctæ Trinitatis in ſeipſo imaginem agnoſcat, honorémque ſimilitudinis Diuinæ ad* [p] quam *creatus eſt,* [q] nobilitatem *morum,* [r] executionem *virtutum*, dignitatem [ſ] *meritorum habere contendat; vt quando* apparuerit [t] *qualis ſit, tunc ſimilis ei appareat qui ſe mirabiliter ad ſimilitudinem ſuam in primo Adam condidit, mirabiliúſque in ſecundo reformauit.*

Omnis ergo homo qui ad imaginem Dei factus eſt, illum debet imitari cuius ad imaginem conditus eſt; illius debet ſequi veſtigia qui eum ad imaginem ſui condidit. Conſiliarium verò ac protectorem meliorem reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem ſui condidit, qui eum pretioſo ſanguine ſuo redemit, & propter eum homo fieri non eſt dedignatus. Quem procul dubio inueniet, ſi in eum totam ſpem ſuam, iuxta Pſalmiſtæ vocem, proiecerit. Ait namque, [u] *Projice ſuper Dominum charitatem tuam, & ipſe te enutriet,* nec *dabit in æternum fluctuationem iuſto.* [x] *Omnis* enim *homo in ſua cauſa deficiens, & in ſuis* hæſitans *conſilijs, quærit ſibi amicum fidelem, in cuius conſiliis confidat qui in ſuis* diffidebat, *& talem fiduciam* habet *in illo vt omne ſecretum ſui pectoris* & *pandat & aperiat.*

Quid [y] *dulcius* eſt, *quam* vt [z] *habeas illum cum quo omnia* [a] *poſſis loqui vt tecum?* Si iſta cum hominibus fiunt, quan-

h propius eſt.
i & maiorem ſui.
k oberrat.
l Pſal. 48.
m Pſal. 92.
n dilectiſſime quiſque.
o & vener.
p quem.
q nobilitate.
r exercitio.
ſ dignitate.
t appareat.
u Pſal. 54. interp. Hieron.
x verba epiſt. Eingeth. abbatiſſæ ad Bonifacium.
y Cicero de amicitia, & ex eo Martin. Bracar. de moribus.
z habet.
a audeas ſic loqui &c.

to magis cum Deo hoc eſt agendum, qui [b] *omnes vult ſaluos fieri* & [c] *neminem perire?* Nam ſi veraciter Deum credimus, eumque diligimus vt debemus, & proximos ſicut noſmetipſos, in eum quoque totam ſpem proiecerimus noſtram, ipſe nos eripiet conſolabitur. *Et ſicut per* [d] *Angelum ſuum Abacuc prophetam cum* [e] prãdio *in Lacum leonum ad Danielem vatem miſit, &* [f] *Philippum vnum de ſeptem diaconibus ad Eunuchum*; ita dabit nobis conſolationem & liberationem. Hæc ſectamini, chariſſimi, & nulli vnquam nocete; fratres eſtis, inuicem vos diligite, vt veri Domini diſcipuli effici mereamini. Nam [g] *qui rancida corda virorum inficit,* [h] malitiam *inter homines ſpargit*; & qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt.

Et [i] *qui* [k] *abſtulerit, aliquid Patri vel matri, dicit* que *hoc peccatum non* eſſe, [l] *homicidæ particeps eſt. Pater* [m] *noſter ſine dubio Deus eſt qui nos creauit; mater* [n] vero *noſtra, Eccleſia, quæ nos in baptiſmo* [o] *ſpiritualiter regenerauit. Ergo qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ* [p] rapit, aufert vel [q] fraudat, homicida eſt, atque [r] *homicida ante ſuſpectum* [ſ] *iuſti iudicis eſſe deputabitur.* [t] *Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem* operatur: *qui autem pecuniam* vel res *Eccleſiæ abſtulerit,* [u] *ſacrilegium facit.*

Priuilegia [x] enim *Eccleſiarum* & Sacerdotum, Sancti Apoſtoli, iuſſu Saluatoris, *intemerata & inuiolata* [y] omnibus decreuerunt manere temporibus. Leges Eccleſiæ Apoſtolica firmamus auctoritate, & [z] *peregrina iudicia* ſubmouemus. Vnde & Dominus [a] mentionem faciens Loth, per Moſem loquitur, dicens, *ingreſſus es quidem (inquiunt) vt aduena, nunquid vt iudices?* Vnaquæque [b] prouincia, tam iuxta Eccleſiæ [c] quam iuxta ſeculi leges, ſuos debet iuſtos & non iniquos habere iudices, & non externos, [d] niſi Apoſtolicæ ſedis huius decreuerit au-

b 1.Tim.2.
c 2.Pet.3.
d vide eiuſdẽ Bangith Abbatiſſæ epiſt. ad Bonifaciũ. Dan.14.
e prandiis.
f Act 8.
g Bangith. ibid.
h malitia, & inter omnes.
i verba Bonifacij Mogũt. epiſt.19. ad Ethibaldum.
k Prou.28. hunc locum citat Concil. Cariſſiac. cõgreg. A.D. 856. Pſeudo-Lucius epiſt. 1.
l hæc verba omittit Concil.
m hæc verba citat Hincmar. Dial. de ſtatu Eccl. Similia habes Can.51. Concil. Cabilon. 2. Concil. Mogunt. c.5. Aquiſgran. ſub Steph.5. cap. 114.
n vide Greg. lib.2. Indict. 10. epiſt.36.
o deeſt in Cõcil. Cariſſ. Hincmar. de ſtatu. Eccl. *qua nos in baptiſterio regen.*
p lege *fraudabit vel rapiet.*
q fraudatur.
r atque Concil.
ſ deeſt Hincmar.
t Amico quippiam rapere furtum eſt Eccl. fraudare ſacrilegium eſt, Hieron. epiſt. 2.
u Concil. Cariſſ. ſacril. facit, & vt ſacrilegus iudicandus eſt.
x Hæc verba citat Hincmar. lib.55. cap.15. ſunt autem Bonifacij loco citato.
y æuis, Hincmar. eius.
z Peregrina iudicia vetuit omnium primus Gratianus conſtit. 10. tit.1. lib.9. Cod. Theodoſ. cuius verba imitatur impoſtor. vide & Cod Inſt. lib.1. tit.3. conſt.32.
a Dominus non locutus eſt verba citata ab impoſtore, ſed Moyſes à Domino inſpiratus verba Sodomitarum ſcripſit, Gen.19.
b vnaque enim.
c Eccleſiaſticas.
d an Rom. ſedis auctoritas decernere poteſt quod fieri non debet?

ctoritas;

ctoritas; quatenus [e] quicumq; cauſam habuerit, apud ſuos iudices iudicetur, & non ad alienos, cauſa vagādi, ſtimulante proteruia ſuam deſpiciens patriam, tranſeat; ſed ad [f] duodecim eiuſdem Prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes cauſæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit Eccleſiaſticum, [g] apud Epiſcopos (interueniente Primate) *ſiquidem* maior cauſa fuerit: ſi vero minor, Metropolitano. Si vero fuerit ſeculare, [h] apud eiuſdem ordinis viros, iudicio tamen Epiſcoporum; *cum Apoſtolus* [i] *priuatorum cauſas* magis Eccleſiis [k] *deferri, & ibidem* [l] ſacerdotali iudicio *terminari* voluit.

Omnis [m] enim oppreſſus, libere Sacerdotum (ſi voluerit) appellet iudicium, & à *nullo prohibeatur*, ſed ab his fulciatur & liberetur.

Si autem [n] *difficiles cauſæ*, aut *maiora negotia* orta fuerint, ad maiorem ſedem referantur. Et ſi illic facile diſcerni non poterunt, aut iuſtè terminari; vbi fuerit ſummorum congregata congregatio, [o] quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet, & debet, iuſte & Deo placite coram [p] *Patriarcha* aut *Primate* Eccleſiaſtico, & coram [q] *patricio* ſeculari iudicentur negotia in commune.

Quod [r] *ſi* difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, aut Epiſcoporum vel Maiorum iudicia, aut [ſ] *maiores cauſæ fuerint, ad ſedem Apoſtolicam* (ſi appellatum fuerit) *referantur.* Quoniam Apoſtoli [t] hoc ſtatuerunt iuſſione Saluatoris, vt maiores & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem referantur Apoſtolicam, ſuper [u] quam Chriſtus vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo ad B. principem Apoſtolorum Petrum, [x] *Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: & reliqua.

[c] vide Cod. Theodoſ. lib. 2. tit. 1. cōſtit. 2.4.6. Innocent. epiſt. 2. c. 3.

[f] 12. accuſati epiſcopi iudices eſſe debere ſtatuit Conc. 2. Carthag. cap. 10. Vide pſeudo-Zephy. epiſt. 1. Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. Pſeudo-Pelag. 2. epiſtol. 8.

[g] vide Concil Conſtantinop. c. 6. Chalced. c. 9.

[h] quam hoc conueniat Anacleti ſeculo iudicet Lector.

[i] priuat. Chriſtianorum.

[k] ad Eccleſias.

[l] nil tale voluit Paulus 1. Cor. 6. ſed permiſerunt Impp. Chriſtiani. Cod. Theod. li. 16. tit. vltimo. impoſtor. abutitur verbis Cōcilii 3. Carthag. c. 9.

[m] hæc verba citat Colonienſe Concil. congreg. A.D. 887. vide Cod. Iuſtin. lib. 1. tit. 4. conſtit. 8 & 9. [n] vide Leon. epiſt. 84. c. 1 & 7. [o] Can. Apoſt. 38 Synod. Nic. c. 5. Antioch. c. 20. Conſtantinop. c. 2. Chalced. c. 19. Leo epiſt. 4 c. 7. & 84. c. 7. &c. [p] Tituli patriarcharum & Primatum non erant in vſu Eccleſiæ Anacleti ſeculo; vide Hieron. epiſt. 54. [q] *multis ſeculis poſt Anacletum Patriciorum nomen pro Magiſtratibus vſurpatum fuit, inquit Ant. Auguſt in collect. Adrian I.* c. 9. [r] vide Vigil. epiſt. 2. ad finem. [ſ] verba Innocent. epiſt. 2. c. 3. [t] hoc falſum: nec ſtatuerunt, nec iuſſione Saluat. ſtatuerunt. [u] inepte *ſuper Apoſt. ſedem conſtructa* dicitur Eccleſia; eſt enim Apoſtolis à Domino ſedes collata in Eccleſia, non Eccleſia in ſede cōſtructa. Sedes ornamentum Eccleſiæ eſt, non fundamentum, teſte Optato lib. 2. [x] Matth. 16.

Sit ergo, fratres, conſtantia veſtra aduerſus contentiones eorum qui aduerſa ſapiunt, & *non*[y] *quæ Dei ſunt ſapiunt*; & erit fortior petra conſtantia veſtra, ſicut ſcriptum eſt. [z] *Ne timueritis ab his*, neque *terreamini* [a] à facie eorum *qui* [b] *corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. Quod*[c] autem *in aure auditis, prædicate*[d] in lumine; illum timentes, *qui poteſt animam & corpus*[e] occidere & [f] *mittere in gehennam.*

Fratres mei, *in carne* [g] *ambulantes non ſecundum carnem militamus. Arma enim militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem* [h] exaltationem *extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem* [i] cogitationem, & *in obſequium*[k] Chriſto *perducentes. De cætero,* [l] *fratres, confortamini in Domino, & in potentia*[m] fortitudinis *eius*, vt *pax* vobis multa & gratia *à Deo & Domino* noſtro *Ieſu Chriſto* miniſtretur. Amplectimur & oſculamur, ac ſi præſentes, charitatem veſtram, in [n] *vnitate ſpiritus, in vinculo pacis* & charitatis Chriſti.

Propter [o] *quod, chariſſimi,*[p] *expectantes ſatagite immaculati & inuiolati* [q] *inueniri in pace; & Domini noſtri longanimitatem ſalutem* [r] arbitramini, *ſicut & chariſſimus*[ſ] *frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis; ſicut & in omnibus Epiſtolis, loquens in eis de his;* [t] *in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam* [u] *perditionem. Vos* ergo, *fratres, præſcientes cuſtodite ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate: creſcite verò in gratia & cognitione Domini*[x] *noſtri Ieſu Chriſti & Saluatoris.*

Vos[y] *autem, chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietate. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem, chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, ipſos vos in dilectione Dei ſeruâte, expectan-*

y ibid.
z confundit impoſtor Euangeliſtarũ verba, Math. 10. Luc. 12.
a phraſis ſcripturæ deſumpta ex Hieremiæ c. 1. & Ezech. c. 3.
b Matth. 10.
c *ſuper tecta*, omiſit impoſtor.
d hæc verba, *quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine.*
e *perdere in gehẽnã*: dixit Dominus nõ *occidere*, an anima mortalis eſt vt occiditur?
f verba Lucæ 12.
g 2. Cor. 10. verſ. nouam cudit impoſtor ex Italica & Hieron.
h Ital. & vulg. altitud nem.
i Ital. & vulg. intellectum.
k Ital. ad obſeq. Chriſti perducentes.
l Epheſ. 6.
m Ital. & vulg. virtutis.
n Epheſ. 4.
o 2. Pet. 3.
p hæc expectantes.
q ei inueniri.
r arbitremini.
ſ an hæc verba Anacleto conueniant iudicabit Lector.
t de his ſci l. de quibus Petrus locutus eſt: non de his quæ pſeudo-Anacletus temerario fudit impetu.
u ſuam propriam.
x & Saluatoris Ieſu Chr.
y Iudas verſ. 17. epiſt. &c.

tes mi-

tes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos; illos vero ſaluate, de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore, odientes eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam. Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculotos in exultatione, [z] *ſoli Deo Saluatori noſtro, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria,* [a] *magnificentia* & *imperium, & poteſtas ante* [b] omnia ſecula, *& nunc & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.*

z In aduentu D.N.I.C.ſoli.
a & magnif.
b omne ſeculum.

Iudicia Pontificiorum.

CVſan de Concord. Cathol. lib. 2. c. 34. Illas Anacleti epiſtolas Apocryphas credo, vt infra in 3. parte dico, &c.

Idem lib. 2. c. 2. Sunt meo iudicio illa de Conſtantino Apocrypha, ſicut fortaſſis etiam quædam alia longa & magna ſcripta Sanctis Clementi & Anacleto Papæ attributa, &c.

Ant. Auguſtin. in Collect. Ad tant I. cap. 9. Ante Pium Anacletus à B. Petro preſbyter conſecratus, in extrema epiſt. 1. ex qua eſt 2. q. 6. c. 3. verba tamen illa, *coram Patricio* mendoſa eſſe ſuſpicor, & pro eis, *coram Præſide* ſubſtituenda eſſe facile credo. Multis enim ſeculis poſt Anacletum *Patriciorum* nomen pro magiſtratibus vſurpatum fuit.

Lorin. in Actorum c. 1. verſ. 13. Sed nec de Anacleti & ſimilium antiquorum pontificum nullus eſt, qui cum nonnulla ratione ambigat, &c.

Bellarm. de Rom. Pont. lib. 2. c. 14. Quamuis aliquos errores in eas (epiſtolas) irrepſiſſe non negauerim, nec indubitatas affirmare audeam, certe tamen antiquiſſimas eſſe nihil dubito &c.

Simon Vigor. ad Reſp. Synod. Concil. Baſil. p. 28. b. &c. Epiſtolas illas Anacleti, tum multas alias cæterorum pontificum ante tempus Concilij Nicæni, nullius eſſe fidei facile eſt probare, quibus multas epiſtolas fuiſſe falſo tributas, ſcriptores Eccleſiaſticæ hiſtoriæ referunt. 1. Anacletus in his Epiſtolis Clementi ſe ſucceſſiſſe ſæpiſſime profitetur. At Anacletũ Lini non Clementis ſucceſſorem teſtantur Irenæus, Euſebius, Hieronymus. Non ignoro quoſdam probatos auctores Linum & Cletum ſeu Anacletum Romanos non fuiſſe Pontifices dicere, ſed Petri vicarios dumtaxat Romę conſtitutos, in gubernationem Eccleſiæ, dum Petrus Apoſtolatui vacaret; alios Anacletum Clementi non Euariſtum ſucceſſiſſe; ſed iidem Cleti qui Lino ſucceſſerit non meminerunt: Ita vt in tali varietate auctorum, videatur antiquioribus maiorem eſſe adhibendam fidem, quorum antiquiſſimi, Irenæus, Euſebius, Hieronymus. Deinde harum epiſtolarum nulla facta eſt mentio à ſcriptoribus Eccleſiaſticis; cum tamen multarum meminerint, quæ minoris ſunt momenti quam ex

quibus Decreta continentur ad totius Eccleſiæ regimen & ornamentum. 3. Anacletus paſſim ſe à Petro presbyterum Eccl. Romanę ordinatum affirmat, & eorum quæ ſcribit ſæpius Petrum laudat auctorem, cuius & ſe æqualem facit; tamen, ceu Petri oblitus, multa ab antiquis & ſanctis Patribus accepiſſe ait Epiſt. 2. A quibus tandem antiquis, & à quibus ſanctis patribus, ſi ipſe ordinatus à Petro & tēpore Petri fuerit, quos patres Petro antiquiores ſibi fingit?

4. Quis credat hominem Græcum, verbum exoticum *Cephas* pro vernaculo ſumpſiſſe; tantæque negligentiæ illum patrem Sanctiſſimum audebit inſimulare, quod Ioannem *Cephas* dicentem legerit; interpretantem autem *id eſt Petra*, non oſcitanter ſed cæcis oculis, & auribus obturatis non adeptus ſit?

5. Ait, ſecularium iudiciorum appellationes ad Epiſcopos referri, ex Chriſti & Apoſtolorum ordinatione. At tantum abeſt vt hoc Apoſtoli voluerint, quin vetent Epiſcopum ſecularium curas ſuſcipere, ad publicas adminiſtrationes admitti & magiſtratum affectare, ſub pœna depoſitionis. c. Apoſt. 6. 81. 83.

6. Epiſt. 2. Epiſcopos vix quidem accuſari, ſed omnino iudicari niſi à Domino prohibet, cum can. Apoſt. 74. contrarium decernat; & paſſim Epiſcopus ob varias cauſas deponendus ſit, vt ipſi canones nos docent.

7. In Epiſt. 2. ſeptuaginta diſcipulos ab Apoſtolis electos eſſe affirmat, quod Chriſtum feciſſe certum eſt.

8. De priuilegiis Eccleſiarum & Sacerdorum Apoſtolos decreuiſſe, & leges Eccleſiæ firmandas eſſe Apoſtolica auctoritate, cum eius tempore nullæ leges Eccleſiæ conſcriptæ ſint, nedum confirmandæ.

9 In Concilio Chalcedonenſi, cum à Legatis Rom. ſedis primatus Epiſcopo Conſtantinopolitano negaretur, illi non Decreta Anacleti nec aliorum pontificum, vt quæ totam Eccleſiam ligarent, ſed 6. tantum Canonem Nicænæ Synodi propoſuerunt, quo pontificem Romanum primatum ex Canonib. habere probarunt. Quem Canonem falſum patres Chalcedonenſes iudicauerunt; & tamen eò vanitatis & impudentiæ Durandus deuenit, vt eundem Canonem pro vero nobis obtrudat, vt per fas & nefas quod vult oſcitanti Lectori perſuadeat. En qualem concionatorem quadrageſimarum. Non ille in legem Corneliam incidit, vel ipſo Sacroſancto Concilio Oecumenico teſte & Iudice?

10. Epiſcoporum iudicia & appellationes ad ſedem Rom. refert; & tamen Legati ſedis Apoſtolicæ in Concilio Africano, cui intererat Auguſtinus, alium Canonem Nicęnæ Synodi duntaxat, non Epiſtolas Decretales Anacleti, aut alterius laudauerunt; quem tamen Canonem ſubreptitium eſſe, ex authenticis exemplaribus eiuſdem Synodi deprehenderunt patres Africani.

11. Poſtremò, quis tam ſtolidus eſt, qui patrum monumenta legerit,

getit, vt non iudicet hæc verba epiſtolæ, *Ceteri vero Apoſtoli cum eodem Petro, pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt*, eſſe deprompta ex Cypriano lib. de vnit. Eccl. *Hoc erant*, inquit, *vtique Apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi honoris & poteſtatis.* Quod ſi ineptias, quibus illæ Epiſt. farciuntur, conſideres, facile deprehendes cuiuis alij competere potius quam Sanctiſſimo patri quem Petrus dignum preſbyteratu Eccleſiæ Rom. iudicauerit, & Eccleſia Rom. Petri ſucceſſorem digniſſimum. Sed vt ex vnguibus Leonem, *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet*: illud Chriſtum dixiſſe de teſtibus aduerſus Epiſcopum vult nobis perſuadere: *Tu qui es qui iudicas ſeruum alienum?* Ergo nulli competit Epiſcopum iudicare; quia ſeruus Domini eſt; quaſi cæteris Chriſtianis ſeruos Domini eſſe non liceat: & infinita alia quæ prætermitto breuitati ſtudens, &c.

CENSVRA.

Impoſtor vulgatæ verſionis Concilij 3. Carthag. Damaſi, Ambroſij, Auguſtini, Ruffini primæ Clementinæ interpretis, Ennodij, Aniani, Bonifacij Mogunt. & Eangith abbatiſſæ verbis abutitur: Paralogiſmos multiplices barbariſmóſque congerit; Imperite *patriarcharum, primatum, patriciorum, apocriſariorum* nomina poſterioribus ſeculis vſitata memorat: impudenter denique quæ de Paulo Petrus epiſt. 2. c. 3. ſcribit ad ſe trahit. Quam de hac & ſeqq. epiſtolis ſen- Turrian. lib. 5. pro epiſt. c.24.
tentiam ferat Turrianus audiamus.

Scriptas eſſe Latine epiſtolas Anacleti (præterquam quod de ſtylo ipſo, nuſquam Græcum olente, coniectura fieri poteſt ab iis qui in ſtudio linguæ græcæ mediocres progreſſus fecerunt) ipſe auctor plane indicat, cum vocabulum apoſtatæ, quod græcum eſt, Latine interpretatur, Tranſgreſſores enim, *inquit*, &c.

Deinde (quod maius adhuc argumentum eſt) Ciceronem citat, cum verba eius citat, vt Paulus Epimenidem, &c.

℞. Aſſentimur.

Turrian. Ibid. *Sermone vulgi ſinculto & impolito vtendum illi fuit, vt facilius ab omnibus intelligerentur quæ omnibus Eccleſiis communiter tradebantur; & noua verba interdum nouis rebus inuenienda, quæ Magdeburg. portenta verborum vocant; quapropter eandem cauſam pater eloquentiæ & princeps ac Magiſter Latinitatis non horruit, vt Hieron. in epiſt. ad Galatas teſtatur.*

℞. Tenebrionem non ad captum rudium ſeſe demiſiſſe, ſed ad debilitati colubri modum in ipſo conatu fractum decidiſſe, ſtatim aduertet, quicumque inſulſas eius farragines intentis oculis percurret. Si quid habet vel Latinum, vel mediocriter eruditum, aliunde habet; idque (non vt ab omnibus intelligatur, ſed vt à nemine deprehendatur,) *inuoluit caligine cæca, Proſpectum eripiens oculis, glomeratque ſub antro Fumiferam noctem, commiſtis igne tenebris.*

Turrian. *Placuit quoque illis temporibus in interpretatione Latina Noui Teſtamenti, quæ vtebantur, (quæ antiquior eſt Anacleto) ſermo incultus.*

℞. Nemini compertum eſt quo tempore ſcripta vetus Noui Teſtamenti verſio; falſum fortaſſe eſt eius auctori incultum Sermonem placuiſſe. Quid enim abſurdi ſequetur, ſi dixerimus eum vel natione græcum, vel (ſi Latinus fuit) è medio vulgo prodiiſſe, vt ſedulas manus Sancto admoueret operi? Siue igitur ſermonis ſimplicitatem affectauerit; ſiue pro captu rudi calamo fideli tamen interpretationem ſacrorum eloquiorum ſcripſerit, pij eius labores obuiis vlnis ab Eccleſia, cuius ædificationi ſeruire conatus eſt, excipiendi fuerunt: explodenda vero à piis omnibus ἀναίδεια Pſeudo-Anacleti pro theſauro carbones, pro decretis Apoſtolicis inſulſa commenta ſupponentis.

Turrian. *Eſt hanc epiſtolam Anacleti etſi inelegans ſit, (quod Magdeburgenſes viri elegantes pati nolunt) præter teſtes, & famam veterem, & memoriam omnium ſeculorum, decreta quæ in ipſa ſunt teſtantur.*

℞. Ante ſeculum nonum nullam famam, nullam memoriam, nullos epiſtolæ teſtes fuiſſe ſupra demonſtrauimus; in decretis nullum teſtimonij pondus eſſe mox planum faciemus.

Turrian. *Quod quædam in his epiſtolis Anacletus ſæpius repetit, ne quis hoc ab auctoritate antiqui ſcriptoris alienum eſſe putet, ipſe idem Anacletus excuſat, Apoſtolum imitatus,* Phil.3.1. *Quædam autem,* inquit, *ex his tam alijs fratribus ſcripſimus.* vide epiſt.2.

℞. Duobus verbis reſpondeo, 1. Apoſtolum neceſſaria Philippenſibus inculcantem, excuſationibus nec opus habuiſſe, nec vſum eſſe. 2. Pſeudo-Anacleti coccyſmis debitam cenſuram nullis tergiuerſationibus declinari poſſe.

Turrian. In hæc verba epiſt. *Accuſandi vel teſtific. licentia* &c. *Nihil illo ſeculo magis neceſſarium erat, quam cauere ne ad pericula & inſidias & accuſationes gentilium licentia accuſandi innocentes fratres, & bonos Epiſcopos, & dicendi contra eos teſtimonium permiſſa eſſet falſis fratribus; quales ſunt, quos hic pontifex notat.*

℞. Iam docui verba à Ieſuita adnotata, Aniano Codicis interpreti reſtituenda eſſe. Fingamus tamen à quouis alio primum ſcripta: quid hoc ad antiquitatem epiſtolæ? Edicant quæſo aduerſarij, qua ratione ſanctio Anacleto ſuppoſita piorum innocentiam ab Apoſtatarum falſorumque fratrum furore tueatur; cum non ſoleant Apoſtatæ accuſationes coram ſynedrio Eccleſiaſtico inſtituere; nec poſſit Eccleſia, vel *de iis qui foris ſunt iudicare*, vel falſos fratres ne cum gentilibus inſaniant, & perſecutionem excitent, vi ſuorum decretorum impedire.

Turrian. *Aliud præterea indicium illius ſeculi, & Apoſtolicæ diſciplinæ ex hoc Decreto redolet; quod Paulus poſtquam Timotheo præcepit, vt presbyteri accuſationem non recipiat &c. quia ſæpe contingit duos aut tres conſpirare ad accuſandum,* [a] *idcirco ſubiunxit Apoſtolus, admonens eum de huiuſmodi Apoſtolica traditione in non admittendis teſtibus non probatis,* Teſtor coram Deo, &c. 1.Tim.5.21.

a vide 3.Reg. c.21. Dan.13. Matt.26. act. 6. conſtit. lib. 2.c.42.& 53.

℞ Eadem

℞. Eadem ratione indicium ſeculi Apoſtolici redolebunt Decreta quæcumque poſt A.D.300.condita, cum vetent indiſcuſſos ſiue accuſatores ſiue teſtes in cauſis Eccleſiaſticis aduerſus Epiſcopos admitti.Hoc enim ſtatuerunt Concil.Conſtantinop.c.6. Carth.2.c. 6.Carth.3.c.7.8.Carth.7.c.1 2.3.4.Chalced.c.21. Aduertet etiam Lector, Cyprianum lib.3.ad Quirinum cap.76 Chryſoſt.Theodoret. & Theophylactum Pauli ad Timoth. locum non de Seniorum Eccleſiam paſcentium, ſed de ſenum quorumcumque fidelium accuſatione intelligere.

Turrian. *Deinde ex verbis Decreti ipſius licet quoque illud ſeculum & Apoſtolicam traditionem odorari:*accuſandi, *inquit*,vel teſtific. licentia,&c. *eodem nomine Apoſtata vſque in hodiernum diem appellamus eos qui à fide defecerunt. Sic Paulus Heb.3.12.* ἀποςῆναι ἀπὸ θεοῦ *& Dionyſ.Eccl.Hierarch. cap.de communione* θεοειδοῦς ἀποςάτας ζωῆς, &c.

℞. Imo, quia eodem in hodiernum vſque diem nomine eos qui à fide defecerunt, ab Eccleſia Paulinam phraſim ſecuta appellatos eſſe nouimus, negamus ex voce trita ſeculum Apoſtolicum odorari licere; vel de antiquitate cuiuſcumque ſcripti, in quo vox huiuſmodi occurrit, iudicium ferre. Hanc audaciam quicquid in buccam venerit pronuntiandi,non ſagacis odoratus ſed motæ mentis, & inſanientis cerebri certius indicium eſſe putamus.

Turrian. In hæc verba. *Ego autem labefactatam* &c. *Annon conueniunt in illud ſeculum; aut non congruunt Anacleto, qui ſub Traiano Chriſtianorum perſecutore,& hæc ſcripſit,& Martyrium ſuſtinuit?*

℞. Licet Anacleti ſeculo & perſonæ aptari poſſe negare nolimus; melius tamen *in ſeculum ſextum conuenire*, & Ennodio *congruere*, cenſemus; cuius verba cum ſint,(vt ſupra monuimus) Anacleti eſſe non poſſunt.

Turrian. In hæc verba. *In ſolenniorib⁹ diebus*, &c. *Ratio quidem numeri ſeptenarij aut quinarij, aut ternarij hæc eſt:aut enim ſunt duo qui vtrumque latus cuſtodiant, & duo item à tergo;& item duo à fronte, & vnus Diaconus qui diſcurrat miniſtrandi cauſa, vt neceſſe eſt; qui ſunt ſeptem: aut duo ad dextram & ſiniſtram, & vnus à tergo; & item vnus à fronte, & quintus qui diſcurrat: aut duo presbyteri vtrinque, & vnus Diaconus ad diſcurrendum.*

℞. An Ieſuita plagiarij mentem feliciter aſſecutus fuerit,aliorum eſto iudicium; ad grauiora pergimus.

Turrian. *Rogemus hic,vtrum cuſtodiri Epiſcopum ſacra facientem, illorum temporum eſſet,cum perſecutio Chriſtianorum feruebat,cum inſidia vbique? Ex hoc ergo decreto plane illud ſeculum redolet* &c.

℞. Cuſtodiendi certe fuerunt Epiſcopi; ſed non quæuis cuſtodiæ ratio accommodata fuit. Abſurda vero quam comminiſcitur ὑποβολεύς. Cur enim non concionans, ſed Euchariſtiam diſpenſans præpoſitus cuſtodiendus fuit? cur imbellibus Clericis, iiſque *ſacris veſtimentis indutis*, demandata hæc cura? cur *in ſolennioribus diebus*,quaſi maioris periculi metus ,in maiori fidelium manu eſſe debuerit?

Quis vel mente capiat, quomodo *à fronte* Epiſcopum ſacræ menſæ aſſiſtentem miniſtri circumſtantes tueri potuerint? Quis denique credat, alieno periculo propriam ſecuritatem redimere, fratrumque corpora, ad inſtar ſcuti, frementium aduerſariorum telis objicere voluiſſe priſcos illos antiſtites, qui (vt Cypriani verbis vtar) [a] *ad confeſſionis arma ſumenda, & facienda martyria, non verbis plebem ſed factis cohortabantur: & imminente Antichriſto parabant ad prælium milites non ſolum ſermonis & vocis incitamento, ſed fidei & virtutis exemplo:* Cum tale nihil, vel ex hiſtoria Eccleſiaſtica, vel ex probatis antiquitatis monumentis expiſcari liceat: ſuſpicione vacare nullo modo poſſunt, quæ hic temere effutiuit impoſtor.

a epiſt. 58.

Turrian. *Huius decreti veſtigia quædam in Eccleſia Catholica adhuc remanent; duo enim aſſiſtunt Diaconi feſtis ſolennioribus Sacerdoti ſacrificanti, præter alios miniſtros minores; non iam vt ſacrificantem defendant, & protegant; ſed maioris honoris & reuerentiæ cauſa: erat itaque tunc illa conſtitutio ſimilior admonitioni ac ſuaſioni quam legi.*

℞. Hæc ex ſuſpicione ſola pronuntiat Turrianus; ego vero epiſtolæ artificem, ex more ſuo tempore recepto, fabricandi decreti occaſionem arripuiſſe ſuſpicor. De re tota decernat Lector.

Turrian. In hæc verba, *Peracta autem conſecratione* &c. *Erat illo ſeculo hac lex neceſſaria, quo periculoſius erat cognoſci & denotari poſſe Epiſcopum, cuſtodibus & teſtibus opus erat; tunc autem teſtimonium dabatur ſacrificanti, cum presbyteri & Diaconi qui aſſiſtebant communicabant. Nunc vero, cum hæc neceſſitas quæ cauſam legi dedit ſublata ſit, abiit lex & decretum in admonitionem.*

℞. Obſeruabit Lector, Turrianum, ex eoque Binium, cæteroſque pontificios Pſeudo-Anacleti verba peruertere. 1. dum fingunt decretum ab ipſo propoſitum, de Cleri ſolius ad communionem obligatione, intelligendum eſſe; cum perſpicuè referatur ad *omnes, qui Eccleſiæ liminibus carere nolunt*, hoc eſt ad *fideles omnes* qui Eccleſiæ membra cenſentur, non ad Clericos qui prius ab officio remouẽdi ſunt, quam excommunicationis mucrone amputandi. 2. dum fingunt miniſtros, vt teſtimonium darent ſacrificanti, communicare debuiſſe; nihil enim tale aſſerit pſeudo-Anacletus. 3. dum ſcribunt hoc decretum in ſuaſionem tranſiiſſe, nec fuiſſe neceſſarium, niſi quamdiu Eccleſia ſubiecta fuit perſequentium periculo: hoc enim falſum eſſe docent Concil. Antioch. c. 2. Collectio Martini Bracar. c. 83. Concil. Aquiſgran. ſub Gregorio IV. cap. 21. quæ omnia (Eccleſia à perſequentium furore liberata) renouare videntur can. 10. Apoſtolorum dictum. Meminerit ergo Lector, Miſſas priuatas quo tempore hæc epiſtola Anacleto ſuppoſita eſt, piis omnibus, ipſique Romanæ Eccleſiæ incognitas fuiſſe. Veteris Romanorum moris teſtis omni exceptione maior [b] Hieronymus, qui ſcribit, *ſcio eſſe Romæ hanc eſſe conſuetudinem, vt fideles ſemper Chriſti corpus accipiant:* Idem epiſt. 28. teſtatur *Romanas & Hiſpanienſes Eccleſias quotidie Euchariſtiam accipere:* & lib.

b Hieron. apol. ad Pammach. c. 6. eandem fuiſſe Africanæ Eccleſię conſuetudinẽ teſtatur Cyprian. de orat. Dominica.

& lib.6.in Ezech.c.16. ita nobis viuendum aſſerit, *vt quotidie eam accipere mereamur:* Eadem fuiſſe videtur Nicolai I. ſententia; cuius hæc verba ſunt, Reſp. ad conſulta Bulgar.c.9. *Corpori & ſanguini Dominico quotidie in quadrageſima maiori ſi deberetis communicare conſulitis; quod vt fiat, Dominum omnipotentem ſuppliciter exoramus:* & pauld poſt; *Verum de hoc & de his qui Eccleſiam quidem intrant, nec tamen facta oblatione communicant, ſacri canones & forte ſufficienter enuntiant; qui antiſtiti veſtro ſunt (qui Deo vobis auctore per mediocritatem noſtram ordinandus eſt) tribuendi; & ab eo ſacerdotibus qui claues tenent ſcientia dumtaxat aperiendi & vobis nihilominus (in quibus opus eſt & minime prohibetur) inſinuandi.* His addatur, Ioannem de Raguſio in oratione de communione ſub vtraque ſpecie, coram patribus Concilij Baſilienſis habita, decretum Pſeudo-Anacleti, de Laïcorum communione interpretari.

Turrian. In hæc verba. *Si vero fuerit ſeculare, apud eiuſdem ordinis viros,* &c. *Quis non videt decretum hoc non potuiſſe in aliud tempus aptius cadere quam in tempus Apoſtolorum, & eorum qui eos proxime ſecuti ſunt? quod enim Apoſtolus in epiſt.1.ad Corinth. tunc ſtatuit, id ipſum & ob eandem cauſam Anacletus hic ſtatuit.*

℞. Decretum Pſeudo-Anacleti nihil habet cum Apoſtolica ſanctione commune, nec congruit veri Anacleti ſeculo: falſum enim eſt, Rom. pontificis auctoritate licuiſſe Iudices extra prouinciam quærere: falſum item *iudicio Epiſcoporum negotia ſecularia apud eiuſdem ordinis viros terminari* ſolita vide Can.Apoſt.7 Suſpectum quod de duodecim in vnaquaque prouincia iudicibus, de primatibus, patriarchis, patriciis &c. garrit. Notandum denique verba hæc, *priuatorum* Chriſtianorum *cauſas* &c. Concilio 3. Carthag. c.9. petita eſſe.

Turrian. *Præſente Epiſcopo,* id fieri debuit: *alioqui, quomodo, aut à quo qui parere nollent, ad parendum ſententia iudicum cogerentur, niſi Epiſcopus qui excommunicare poterat adeſſet? alia enim poteſtate gladij quam vocant Chriſtiani tunc vti non poterant. Alexand.1.conſ.11.q 1.c.Relatum.*

℞. Suppoſititij Alexandri apud nos auctoritas nulla eſt, quicquid de ipſo ſentiat Turrianus; cui non negamus primitiuam Eccleſiam ſolo ſpirituali gladio armatam fuiſſe. Negamus vero penes Epiſcopos ſolos gladij huius ſtringendi poteſtatem fuiſſe. Notamus inſuper, etiamſi neceſſitate exigente ſtringendus fuiſſet in delinquentes, non tamen ſequi, iudicia ciuilia in præſentia Epiſcopi pronuntiari debuiſſe. Id denique obſeruabit Lector, licet φιλοπρωτεύοντες Clementis & Anacleti poſteri, infeſto mucrone iugulum fraternum ſæpius petierint, hoſtilique animo caulas Dominicas vaſtauerint; non tamen has artes Apoſtolicis illis Eccleſiarum præſidibus placuiſſe. Nemo veterum prætento formidandæ excommunicationis telo à plebe ſibi commiſſa obedientiam inuoluntariam extorſit; nemo (oblitus dicti Paulini) poteſtatem paſtoribus εἰς οἰκο- 2.Cor 10.8.
δομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν collatam, plus ſeueritatem quam beneuo- & 13.10.

lentiam, plus commotionem quam cohortationem, plus poteſtatis affectationem quam charitatem poſſe credidit.

ANACLETI PAPÆ

Epiſtola II.

Anacletus Epiſcopus, vniuerſis Epiſcopis in Italia conſtitutis.

a Verba Damaſi ex epiſt. ad Orientales referente Theodoreto lib. 5. c. 10. & ex eo hiſt. Tripart. lib. 9. cap. 15. ὅτι τῇ Ἀποστολικῇ καθέδρᾳ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἀπονέμει, ἑαυτοῖς τὸ πλεῖστον παρέχετε υἱοὶ τιμιώτατοι, καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐν ᾗ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος καθεζόμενος ἐδίδαξε πῶς προσήκει ἡμᾶς τοὺς οἴακας φέρειν ἀναδεξάμεθα, ὅμως ὁμολογοῦμεν ἑαυτοὺς ἐλάττονας εἶναι τῆς τιμῆς· ἀλλὰ διὰ τοῦτο οἷα δήποτε τρόπῳ σπουδάζομεν ὅπως δυνηθείημεν πρὸς τὴν δόξαν τῆς μακαριότητος αὐτοῦ ἀφικέσθαι. &c. lege pro *ſedis*, ſedi: pro *& quia* vobis, pro *præbuiſtis* præſtitiſtis.

QVONIAM [a] *Apoſtolicæ* ſedis *debitam reuerentiam* erga me *charitas veſtra diſtribuit*; & quia *plurimum venerationis, chariſſimi filij*, præbuiſtis, (*nam licet Eccleſiæ, in qua ſanctus Apoſtolus reſidens docuit, quodammodo nos gubernacula teneamus; tamen profitemur nos honore*, & ſanctitate *minores eſſe*; *& propterea omnino feſtinamus, vt ad gloriam eius beatitudinis peruenire poſſimus*) igitur conſultationibus veſtris plenius reſpondiſſemus ſi licuiſſet: ſed infirmitatis ac reliquarum oppreſſionum onere preſſi, breuiter (prout Dominus tribuit, & vt à B. Petro principe Apoſtolorum ſumus *inſtructi*, [b] à quo & presbyter *ſum ordinatus*) ſcribere vobis (ſicut petiſtis) non denegauimus.

Ordinationes Epiſcoporum auctoritate Apoſtolica, [c] *ab omnibus qui in* eadem fuerint *prouincia*, *Epiſcopis ſunt* celebrandæ; Qui ſimul conuenientes ſcrutinium diligenter agant, [d] *ieiuniumque* cum omnibus celebrent precibus, & [e] *manus cum ſanctis Euangeliis*, quæ prædicaturi ſunt, *imponentes*, [f] *Dominica die*, hora tertia orantes, ſacraque vnctione, exemplo Prophetarum & Regum, capita eorum (more [g] Apoſtolorum & Moſis) vngen-

b Nota ſolœciſm. c verba Concil. Nicæni c. 4. vide can. Apoſt. 1. Concil. Arelat. I. c. 20. Arelat. 2. c. 5. Carthag. 3. c. 39. Carth. 4. c. 1. Aurelian 4. c. 5. Collect. Martini Brac. cap. 2. 3. Concil. Pariſ. 3. cap. 8. Cabilon. cap. 10. Tolet. 4. cap. 18.

d Concil. Barcinon. c. 3. e Concil. Carthag. 4. cap. 2. Clement. conſtit. lib. 8. c. 2.

f Concil. Tolet. 4. c. 18. Clement. loco citato.

g Qui vero vnctione delibuti Moſes ſub Vet. Teſt. Apoſtoli ſub Nouo? quos vnxerunt Apoſtoli? hic ſua ſomnia narrat impoſtor.

tes: quia

tes: quia omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu Sancto, cuius virtus inuiſibilis ſancto chriſmati eſt *permixta*; * & hoc ritu ſolennem celebrent ordinationem. Quod ſi ſimul omnes conuenire minime poterunt, aſſenſum tamen ſuis precibus præbeant, vt ab ipſa ordinatione animo non deſint.

Porro & [h] Hieroſolymitarum primus Archiepiſcopus B. Iacobus, qui *iuſtus* dicebatur, & ſecundum carnem *Domini* nuncupatus eſt *frater*, à Petro, Iacobo & Ioanne Apoſtolis eſt ordinatus, ſucceſſoribus videlicet dantibus formam eorum, vt [i] *non minus quam à tribus* Epiſcopis, reliquiſque omnibus aſſenſum prębentibus, vllatenus Epiſcopus ordinetur, & [k] *communi voto* ordinatio celebretur.

Reliqui vero Sacerdotes à proprio ordinentur [l] Epiſcopo; ita vt ciues, & alij Sacerdotes aſſenſum præbeant, & ieiunantes ordinationem celebrent: ſimiliter & Diaconi ordinentur. Cæterorum [m] autem graduum diſtributioni, trium veracium teſtimonium, cum Epiſcopi ſcil. approbatione ſufficere poteſt.

Accuſatio quoque eorum, ſuper qua nos conſulere voluiſtis, nonniſi * *ab idoneis & probatiſſimis viris*, [n] *qui* & *ſuſpicionibus* & ſceleribus *careant*, fieri debet; quia Dominus [o] *ſacri ſui corporis tractatores à vilibus* & reprobis ac non idoneis perſonis infamari noluit, nec *calumniari* permiſit; ſed [q] *ipſe proprio flagello* peccantes ſacerdotes à templo eiecit. Vnde liquet, quod ſummi Sacerdotes, id eſt Epiſcopi, [r] *à Deo ſunt iudicandi*, non ab humanis aut prauæ vitæ hominibus lacerandi, ſed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipſo Domino exemplum dan-

* *promulgata.* Turrian. lib. 5. pro epiſt. c. 24. *verbo promulgādi ſatis declaraſſe pōtifex videtur non ſigna tantū eſſe Sacramēta, ſed cauſam quoque gratiæ; nulla enim res per alium quæ nihil operatur, promulgatur.* Reſp. uoc cōmen.um ſuo loco refu:abimus.

h hæc fuit ſententia Clemen. Alexād. hypotypoſ. lib. 8. teſte Euſeb. hiſt. lib. 2. c. 1. idem repetit Pſeudo-Anicet. epiſt. vnica. Ab Apoſtolis ordinatum narrā. Clem. conſtit. lib. 7. c 46. & lib. 8. c. vlt. Hieron. de Script. Eccl. Ab ipſo verò Domino conſtitutum ſcribunt Epiphan hæreſ. 78. Hieron. ad Gal. c. 1. Euſeb. lib. 7. c. 14. Chryſoſt. in Acta homil. 3. & in 1. Cor homil. 38 Greg Turon. hiſt. lib. 1. c. 27. Auctor. recognit. lib. 1. i Statutum Concil. Nicæni c. 4. Carthag. 3. c. 39. Regienſ. c. 1. Arauſic. 1. c. 21. k Concil. Afric. ſub Bonifacio. c. 45. Cod. Can 78. canone.

l Concil. 3. Carthag. c. 45. Clem. conſtit. l b 8. c. 24. canon. Apoſt. 2. Concil. Hiſp. al 2. cap. 6. Iſidor. offic. lib 2. c. 6. m contra ſtatuit Conc. 4. Carth. c. 22. *vt Epiſcopus ſine conſilio clericorum ſuorum clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam & teſtimonium quærat*

* verba epiſt. Conſtantini M. ad Ablauium. n vide Adrian. collect. Ingelramo ditæ, c. 15. pſeudo-Zephyr. epiſt. 1. &c. o not. phraſ. p Adrian. I. loco citato, pſeudo-Fabian. epiſt 3. &c. q verba Iſidori Hiſpal. ſent. lib. 3. c. 39. mire amplificata, ſeu, quod verius, ab impoſtore infamato deprauata. r *Rectores à Deo iudicandi ſunt, à ſuis autem ſubditis nequaquam iudicandi ſunt: exemplo Domini, qui per ſe vendentes columbas & nummulariorum menſas proprio euertit flagello, & proiecit à templo: vel etiam ſicut dicit Pſalmiſta,* Deus ſtetit &c.

te, quando *per* ſeipſum, & non per alium, *vendentes* & ementes eiecit de templo, *& menſas nummulariorum* & Cathedras vendentium *proprio euertit flagello, & eiecit* de *templo.* Et *ſicut* alibi ait; *Deus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem Deos*[a] *decernit.* Et alibi,[b] *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.*

Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos qui velit[c] ſuum ſeruum ab alio quàm à ſe iudicari. Quod ſi præſumptum fuerit, aut multa ipſe in dignatione iraſcitur, aut potius vltionem quærit ſuper eum.[d] Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet[f] *Deus Deorum* & *Dominus Dominantium*, qui vltionem ſuorum[g] promiſit non differre ſeruorum? Vndè & ipſe per prophetam loquitur dicens,[h] *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere egit,* &c. Et Apoſtolus inquit,[i] *Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? Suo* enim *Domino ſtat & cadit.* & ipſe, Nolite iudicare *inuicem; ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum:* & Dominus per Prophetam inquit,[k] *Qui vos* tangit, *tangit pupillam oculi mei.*

Nam ſi aliquis nunc[l] *in malum oculos alicuius* principis incipit *tractare*, manifeſte reus Maieſtatis iudicatur, & infamis efficitur, aut potius capitali ſententiæ ſubiacet. Hæc, fratres, valde cauenda ſunt; & quod homines nolunt ſibi fieri, Deo Deorum non debent inferre; ne forte iraſcatur Dominus, & faciat vindictam eorum, etiam in eos[m] *qui non peccauerunt; quia perit ſæpiſſimè iuſtus pro impio.*

Imitandus eſt etiam propheta, per quem Dominus ait,[n] *Perambulabam in ſimplicitate cordis mei, in medio domus meæ Non ponam coram oculis meis verbum Belial;*[o] *Loquentem in abſcondito contra proximum ſuum, hunc interficiam.* Et hi cauendi ſunt de quibus Salomon ait,[p] *Sicut noxius eſt qui mittit lanceas & ſagittas in mortem,*[q] *ſic vir qui fraudulenter nocet amico ſuo; & cum fuerit deprehenſus dicit, Ludens feci.*

a diſcernit. b Pſal. 81. c omnes pij ſunt ſerui Domini: an ideo à nemine iudicandi? d Domino te ſeruanda eſt. f Dan. 2. 1. Tim. 6. g Luc. 18. h Pſal. 93. i Rom. 14. De pijs quibuscunq; locis citatis agunt Euangeliſta, Pſaltes, Apoſtolus, Propheta. perinde vero agit impoſtor ac ſi nemo Deo extra Clerum ſeruiat, nemo à Clero iudicio humano ſubijceatur. riſum teneatis amici? k Zach. 2. l Nparaf. m hæc verba repetit Pſeudo Sixt. epiſtol. 2. refutat vero Cyprianus ex verbo Dei. vide epiſt. 52. Nobis (ſecundū fidem noſtram & diuinæ prædicationis datam formā) competit ratio veritatis, vnumquemque in peccato ſuo reum teneri, nec poſſe alterum pro altero reum fieri, cum Deus præmoneat, & dicat: *Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & ſcelus ſcelerati ſuper eum erit:* & iterum, *non morientur patres pro filijs, & filij non morientur pro patribus. vnuſquiſque in peccato ſuo morietur.*

n Pſal. 100. 2. verſ. vulg. verbo perambulandi vtitur. cætera ex Hieronim. interpr.
o. ibid. verſ. 5, p Prou. 26. q ita.

Sicut

[r] *Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. Verba ſuſurronis, quaſi ſimplicia, &* [ſ] *perueniunt ad intima ventris.*

Et ſi detractores quorumcunque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt; [t] multo magis *laceratores*, & detractores atque accuſatores memoratorum Dei famulorum atque perſecutores damnantur, & in barathrum, niſi ſe correxerint, & per *eorum* ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, & [u] vindicibus *flammis exuruntur.*

Quapropter oportet omnes ab his [x] cauere, & non ſolum non facere; ſed nec facientibus conſentire; quia [y] *non ſolum qui faciunt* damnantur, *ſed qui conſentiunt facientibus.* De talibus & his ſimilibus ipſa Veritas ait, *Vulpes* [z] *foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis, non habet vbi caput ſuum reclinet*, id eſt, in talibus non habitat Dominus, nec ipſi manent in eo. Et Salomon loquitur dicens, [a] *Qui fodit foueam, incidet in eam; & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.* [b] *Graue eſt ſaxum, & onero ſa arena; ſed ira ſtulti vtroque grauior.* [c] *Hominem qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi vſque ad lacum fugerit nemo ſuſtinet.* [d] *Qui ſe iactat & dilatat, iurgia concitat. Qui ſperat in Domino,* [e] ſaluabitur *Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt; qui autem graditur ſapienter, ipſe* [f] laudabitur. *Qui* [g] *fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum; qui vehementer emungit, elicit ſanguinem: & qui prouocat iras, producit diſcordias.* Hæc & alia periculoſa conſiderantes Apoſtoli, [h] ſtatuerunt ne facile commouerentur, aut *lacerarentur*, vel *accuſarentur columnæ* Sanctæ Dei Eccleſiæ, quæ Apoſtoli & ſucceſſores eorum non immerito dicuntur.

Sed [i] *ſi* quis aduerſus eos, vel Eccleſias eorum commotus fuerit, aut cauſas habuerit, *prius ad* eos *recurrat charitatis ſtudio, vt familiari* [k] colloquio commoniti, *ea* ſanent *quæ* ſananda ſunt, & charitatiuè emendent quæ

r ibid.
ſ & ipſa.
t idem iudicium manet detrahentes quibuſcumq; piis, odio veritatis quam profitentur.
u vltricib. flāmis exuri phras. edict. Theodorici regis c. 61.
x cauendum etiam ne cui ſiue pio ſiue impio detrahamus: quid hîc præſidij Clero?
y Rom. 1.
z Luc. 9.
Theologia Symbolica non eſt argumētatiua, demus tamē de malis exponenda verba Domini loco citato, quid hoc ad cauſam? An nemo malus niſi Epiſcoporum accuſator?
a Prou. 26.
b Prou. 27.
c Prou. 28. 17.
d Ibid. verſ. 25.
e Qui verò ſanabitur.
f ſaluabitur.
g Prou. 30. 33.
h Maximo conatu maximas nugas effundit impoſtor, quis lacerari aut accuſari columnas audiuit?
i verba Concil. 5. Aurelian. c. 17. impudenter ſatis interpolata: *Placuit etiam, vt ſi quacumque perſona contra Epiſcopum vel actores Eccleſiæ ſe proprium crediderit habere negotium, prius ad eum* &c.
k additione commonitus, an arceat debeat quæ in querimoniam deducuntur &c.

iuſtè emendanda agnouerint. Si autem aliqui eos, priuſquam hoc egerint, lacerare, accuſare, aut infeſtare præſumpſerint, excommunicentur, & minimè abſoluantur antequam per ſatisfactionem (vt iam dictum eſt) condignam egerint pœnitentiam; quoniam iniuria eorum ad [l] *Chriſtum pertinet cuius legatione funguntur.*

Nec hoc mirum, quia ſi quiſque noſtrum cuidam ſeruorum legationem iniungeret, & à quoquam impediretur, aut ab aliquo ſubditorum ſuorum deſpiceretur, mox indignatus iraſceretur, aut talia (prout poſſet) vindicaret, & ad iniuriam ac contumeliam ſuam hoc factum reputaret, & *talionem* [m] (ſi in præſenti non poſſet) futuris temporibus *redderet.* Nam ſi in hominis cauſa hæc fiunt, quid putatis Deus faciet de [n] *ſuis*, qui *nec capillum capitis eorum* perire dixerit? Vnde & Dominus per Naum prophetam loquitur dicens, [p] *Deus æmulator & vlciſcens Dominus, & habens furorem, vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis:* [q] *ante faciem indignationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? indignatio eius effuſa eſt* [r] *ſicut ignis, & petræ diſſolutæ ſunt ab eo. Bonus* eſt *Dominus & confortans in die tribulationis, & ſciens ſperantes in ſe*, &c. Quædam autem ex his iam aliis fratribus ſcripſimus, quæ toties ſunt replicanda [ſ] quoties fuerint neceſſaria. Electionem quoque (vt ſupra memoratum eſt) ſummorum Sacerdotum ſibi [t] Dominus reſeruauit, licet electionem eorum bonis Sacerdotibus & ſpiritualibus populis [u] conceſſiſſet. Electionem enim illorum taliter Apoſtolus fieri iubet. [x] *Si quis ſine crimine eſt, vnius uxoris virum* [y] *filios habentem fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos*, &c. Si enim ſine crimine Sacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus [z] *criminibus irretitis* accuſari aut calumniari permittitur, nec ab aliis quam ab his qui ſine crimine ſunt, [a] & iuxta electionem, ſi neceſſitas fuerit, aut ipſi volendo Domino ſeruire elegerint, ſacerdotéſque ſine crimine fieri & ordinari poſſint, & tales per omnia fuerint quales eligi Sacerdotes iubentur.

l id per ſingulas fere epiſtolas repetit ex Greg. lib. 12. epiſt. 32. ſi tamen legitima ſit.

m cuiuſuis non eſt retaliare, ſed legũ miniſtri, publicę pacis cuſtodis.

n An ſoli Epiſcopi ſunt Domini?

o Matth. 10. Act. 27.

p Nahum. 1.

q ibid. poſt 3. verſus.

r vt ignis.

ſ Nunquã neceſſe fuit te fumos vendere.

t E. nulli Synodo, nedum Papæ, licet Epiſcopum gradu mouere: neſcis quid agas, nebulo.

u gratias agimus ius Chriſtianæ plebis agnoſcenti.

x Tit. 1. Notabit Lector confuſionem loci Tit. 1. cũ 1. Tim. 3. impoſtori ſolœciſmum pepeliſſe.

y vir filios habens.

z. noua phraſim Concil. 2. Carthag. cap. 6. à plagiario vſurpatam.

a. Hoc ſtatuit Adrian. I. cap. 19. collect. Ingelramo datæ.

Porro b

Porro [b] & *Moſi* præcipitur *vt eligat presbyteros. Vnde & in prouerbiis dicitur, Gloria ſenum canities.* [c] Hæc vero Canities ſapientiam deſignat, *de qua ſcriptum eſt*, canities hominum prudentia eſt. *Cumque nongentos & amplius annos ab Adam vſque ad Abraham vixiſſe homines* [d] legerimus, *nullus alius prius appellatus eſt presbyter, id eſt Senior, niſi Abraham, qui* multò *paucioribus vixiſſe annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapientiam presbyteri nominantur.*

[e] *Initium* [f] enim *Sacerdotij Aaron fuit,* [g] licet *Melchiſedech prior obtulerit ſacrificium, & poſt hunc Abraham, Iſaac, & Iacob. Sed* hi [h] *ſpontanea voluntate, non Sacerdotoli auctoritate iſta fecerunt. Cæterum Aaron primus in lege Sacerdotale nomen accepit, primuſque pontificali ſtola indutus victimas obtulit iubente Domino ac loquente ad Moſen*, Accipe, *inquit*, Aaron & filios eius, & applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij: cumque laueris patrem cum filiis aqua, indues Aaron veſtimentis ſuis, *id eſt* [i] *lineam, & tunicam, & ſuper humerale, & rationale*, quod conſtringes baltheo, & pones tiaram *in capite eius, & laminam ſanctam ſuper tiaram*, & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu *conſecrabitur*. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingeſque balteo [k] *Aaron & liberos eius*, & impones mitras eis, eruntque Sacerdotes mihi religione perpetua. *Quo loco contemplari oportet Aaron ſummum ſacerdotem, id eſt Epiſcopum fuiſſe*: porro [l] *filios eius presbyterorum* demonſtraſſe *figuram. Hoc* enim *fuit inter Aaron ſummum Sacerdotem, & filios eius, qui Sacerdotes* erant, *quod Aaron ſuper tunicam accipiebat poderem, ſtolam ſanctam & coronam auream, mitram & zonam* [m] auream *& ſuperhumerale, &* reliqua *quæ* præfixa *ſunt: filij autem Aaron ſuper tunicas lineas cincti tantummodo & tiarati* [n] aſſiſtebant *ſacrificio* Domini.

In Nouo [o] *autem Teſtamento, poſt Chriſtum* Dominum [p] à *Petro Sacerdotalis cœpit ordo*: quia *ipſi* [q] primò *pontificatus in*

b verba Iſid. Hiſpal. de offic. lib. 2. c. 7. *Presbyteri merito & ſapientia dicuntur non ætate: Nã Moyſi præcepit Deus vt eligat, &c.*

c Quę eſt hęc canities? Haud dubiè quia ſapiẽt. a de qua &c.

d legimus.

e eiuſd. cap. 5. eiuſd libri.

f quidem.

g quanquam & Melchiſ.

h iſti ſpont. Clem. conſti. lib. 6. cap. 20. οὐκ αὐτηρχῆς ἀρχιερατεύσαντο.

i linea & tunica & ſuperhumerali & rationali.

k Aaron ſcil. &.

l & filios eius preſb. figurá præmõſtraſſe. ſ erant enim filij Aaron & ipſi Sacerdotes, quibus merito adſtare debuiſſent Leuitæ, ſicut ſummo Sacerdoti: ſed hoc fuit &c. & filios eiuſdem Aaron qui & ipſi Sacerd. fuere tũt. vid. Hieron. epiſt. 83.

m brachiale aureum & ſuperhum. & cætera quæ ſupra memorata ſunt. filij autem.

n ita Aſtabant ſacrif. Dei.

o ibid. poſt. lin. 9.

p. à Petro Apoſtolo.

q. ipſi enim primus datus eſt pontif. in Eccleſ. Chriſti. Sic enim loquitur ad eum Dominus.

Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente Domino *ad eum*, Tu es, *inquit*, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. *Hic ergo ligandi* atque *ſoluendi* [r] *poteſtatem primus accepit à* Domino, *primuſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cæteri* [ſ] vero *Apoſtoli cum* eodem pari conſortio honorem & poteſtatem *acceperunt*, ipſumque principem eorum eſſe voluerunt; *Qui etiam* iubente Domino *in toto orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt:* [g] ipſis quoque *decedentibus*, in locum eorum *ſucceſſerunt Epiſcopi.*

Quorum ordinatio prætacto fieri debet ordine & modo: quos [h] *qui recipit* & verba eorum, Deum *recipit*; qui autem *eos ſpernit*, eum à quo miſſi ſunt, & cuius fungunrur legatione *ſpernit*, & ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem ipſi Apoſtoli *meſſem* eſſe *multam* & *operarios paucos*, [i] rogauerunt *Dominum meſſis*, *vt* mitteret *operarios in meſſem ſuam*. Inde electi ſunt ab eis 72. diſcipuli, [k] quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum ſunt conſtituti in Eccleſia, de quorum ordinatione & reliquorum miniſtrorum dixiſſe ſupra ſufficiat.

Porro [l] *quod Epiſcopus non ab vno, ſed à cunctis*, conſenſu aut præſentia comprouincialium eſt ordinandus, & nullatenus *minus quam à tribus cæteris conſentientibus* cunctis, idcirco inſtituente Domino fieri iubetur: *ne aliquid contra fidem Eccleſiæ vnius tyrannica auctoritas moliretur*, & regula vel fides confunderetur credentium. [m]

Prouinciæ autem multò antè Chriſti aduentum tempore diuiſæ ſunt maxima ex parte, & poſtea [n] ab Apoſtolis, & B. Clemente prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata. Et in capite prouinciarum, vbi dudum [o] *primates legis ſeculi* erant, ac prima iudiciaria poteſtas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis neceſſe erat qui ad aulam Imperatoris [p] *vel regum* confugere non poterant, vel quibus permiſſum

r ſoluendique.
ſ Siquidem & cæteri Apoſtoli cum Petro, par conſortium honoris & poteſtatis accep. qui etiã, &c.
g quibuſque.
h Luc. 10.
i ibid. Apoſtolos à Domino monitos preces fudiſſe pie credimus: ab ipſis electos 72. diſcipulos pernegamus. Conſulat Lector notas ad 1. epiſt. pſeudo-Zephyr.
k Hoc de Chorepiſcopis ſentit Cõcil. Neocæſar. c. 13.
l verba Iſid. Hiſpal. lib. 2. de offic. c. 5. *cunctis cõprouincialibus Epiſc. ordinatur id propter hæreſes; inſtitutum agnoſcitur, ne aliquid contra fidem Eccl. vnius ordinantis tyrann* &c. *propterea ab omnibus conuenientibus conſtituitur, ac non minus quam à trib. cæteris conſent. teſtimonio literarum.* m ſeqq. citat Hincmarus lib. 55. capitum c. 15. n Hoc nullo idoneo teſtimonio probari poteſt. o [illegible]: Turrian. lib. 5. pro epiſt. cap. 24. p quot reges ſub Imperio Romano ſedente Anacleto?

non

non erat, confugiebant pro oppreſſionibus vel iniuſtitiis ſuis, ipſoſque appellabant, quoties opus erat, ſicut in lege eorum præceptum erat; ipſis quoque in ciuitatibus vel locis noſtris [q] *Patriarchas* vel *Primates*, (qui [r] vnam formam tenent, licet diuerſa ſint nomina) leges diuinæ & Eccleſiaſticæ poni & eſſe iuſſerunt, ad quos Epiſcopi (ſi neceſſe fuerit) confugerent, eoſque appellarent, & ipſi Primatum nomine fruerentur & non alij. Reliquæ vero Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant, (licet maiores [ſ] *Comitibus* eſſent) haberent Metropolitanos ſuos qui prædictis iuſtè obedirent Primatibus, ſicut in legibus ſeculi olim ordinatum erat, qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorum aut [t] Archiepiſcoporum nomine fruerentur.

q iam monui nius ſeculo Anacleti Chriſtianam Eccleſiam nulles patriarchas gnouiſſe; idee de primatibus ſentiendū. Prima primatū mentio habetur Concil. 2. Carthag. cap. 12. A.D. 390. Valentin. IV. & Neoterio Coſſ. & Concil. Sardic. cap. 6. num. 347. Erant autem inter Afros Primates non ſoli Carthaginenſes Epiſcopi totius Africanæ Dioceſeos rectores; ſed antiquiſſimi ſingulatum Africanarum prouinciarum Epiſcopi; ſiue in Metropoli ſiue alibi ſedentes. Vide Auguſtin. epiſtol. 217. & 161. Patriarchæ nulli niſi inter hæreticos ad A. D. 380. Hieronymo teſte. Cuius hæc verba epiſt. 54. *Apud nos Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent, apud eos* (Montaniſtas) *Epiſcopus tertius eſt: Habent enim primos de Pepuza Phrygia patriarchas, ſecundos quos appellant Cenones; atque ita in tertium, id eſt pene vltimum locum Epiſcopi deuoluuntur, quaſi exinde ambitioſior religio fiat: ſi quod apud nos primum eſt, apud illos nouiſſimum ſit*, &c. Socrat. primus videtur agnouiſſe *patriarchatus* in Eccl. Chriſtiana. Vide hiſt. lib. 5. c. 8 eodem tempore Concil. Chalced. act. 3. aliquoties Patriarcham vocatum Leonem Rom. ſedis Epiſcopum legimus, vt & Exarchos Diœceſeon, *ibid.* act. 2. Peculiare fuiſſe Gothis vt Archiepiſcopos Patriarcharum titulo inſignirent annotat Baron. ad A. D. 533. § 16. Idem de Vandalis aſſerit ad A. D. 570. §. 10. ex Victore Vticenſi. Denique Iuſtiniani potiſſimum æuo Patriarcharum nomen inter Eccleſiaſticas dignitates frequentari cœpiſſe, ſcribit Sirmondus, aduentoriæ parte 2. c. 3 p. 76.
r Patriarchas à Primatibus diſtinguendos, nec eandem formam tenere, docet Iſidor. Hiſpal. orig lib. 7. c. 12. ſ *de Comitum dignitate hæc Garſias Loaiſa in Concil Tolet.* 8 Comes (vt Spartianus auctor eſt in Adriano) inde fluxit: cum enim Adrianus Senatum in aulam ſuam tranſtuliſſet receptis Senatorum optimâ ſibi in amicorum cohortem, quæ ſuperiorum imperatorum temporibus conſtare ſolebat ex Equeſtri ordine non Senatorio; ita domeſticum quendam Senatum penes ſe habere cœpit: qui quoniam is continua is pene delectaretur peregrinationibus, Comitatus Cæſaris dici cœptus eſt & ipſi amici Comites: eorum conſiliis, atque ope in bello & pace vſus. Inde Comites largitionum, rerum priuatarum, & cæteri dicti ſunt: Et non ſolum ij qui perſonam principis ſequebantur, & officia in aula exercebant Comites dicti ſunt: cæterum & alij ita appellati, qui ad adminiſtrandas vel regendas prouincias & reſpublicas mittebantur. & ad regni limites cuſtodiendos, qui Comites rei militaris dicentur: qualis fuit Riſtinus domeſticorum comes, qui ad Gallos miſſus fuit, vt refert Greg. Turon. lib. 2 hiſt. c. 10. Vnde Verus Imp. vt Iulius Capitolinus eſt auctor in Vero, confecto bello, Regna regibus, prouincias vero ſuis Comitibus dedit regendas. Hęc Garſias, cuius ſi iudicio ſtandum ſit, Anacletum huius epiſt. auctorem non fuiſſe dicere neceſſe eſt: quandoquidem Anacletus obiit anno D. 112. Trajani 13. cui Adrianus Comitum muneris auctor, ſucceſſit demum A. D. 119. Euariſti qui Anacleto ſucceſſit 8. t Archiepiſcopus græce, dicitur ſummus Epiſcoporum: tenet enim vicem Apoſtolicam & præſidet tam Metropolitanis quam Epiſcopis cæteris, *inquit Iſidor orig.* lib. 7, c. 12 *ſic Leo Rom Pontifex* Archiepiſcopus *dicitur in actis Concilij Chalced. Videtur autem Adrian I. Archiepiſcopi titulum Metropolitano cuinis primum communicaſſe. vide Collect. Ingilramo datam* c. 23.

Et licet ſingulę metropoles ciuitates ſuas prouincias habeant, & ſuos Metropolitanos iudices habere debeant Epiſcopos, ſicut prius Metropolitanos iudices habebant ſeculares, primates tamen (vt præfixum eſt) & tunc & nunc habere iuſſæ ſunt; ad quos poſt ſedem Apoſtolicam ſumma negotia conueniant, vt ibidem, quibus neceſſe fuerit, releuentur & iuſtè reſtituantur; & hi qui iniuſtè opprimuntur iuſte reformentur atque fulciantur, [u] *Epiſcoporum*que cauſæ & *ſummorum negotiorum iudicia*, (ſalua Apoſtolicæ ſedis auctoritate) iuſtiſſime terminentur.

Hæc [x] *ab antiquis*, hæc ab Apoſtolis, *hæc à* Sanctis *patribus accepimus*, vobiſque (vt poſtulaſtis) *rimanda* & futuris tenenda temporibus mittimus, & reliquis fratribus prædicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus: ne [y] *paſtorum imperitia* qui ſequuntur deteriores fiant, dicente Domino *per Prophetam, Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Quos rurſus Dominus deteſtatur, dicens,* Et tenentes legem neſcierunt me. [z] *Neſciri ergo Veritas ab eis* conqueritur, *& neſcire ſe principatum neſcientium* [a] *proteſtatur, quia profectò hi qui ea quæ ſunt Domini neſciunt, à Domino neſciuntur, Paulo atteſtante, qui ait,* [d] Si quis ignorat ignorabitur.

Hinc [e] & *Pſalmiſta non optantis animo, ſed prophetantis* [f] myſterio *denuntiat dicens:* Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. *Obſcuratis* [g] *ergo oculis*, *dorſum* flectetur: [h] quoniam *cum lumen ſcientiæ perdunt qui præeunt*, [i] ſine dubio *ad portanda peccatorum onera* inclinantur ſequentes. *Hic* [k] ergo *inter manus latronum & dentes furentium luporum vtcunque verſamur.* Ideo & docere alios, & [l] *nos* ipſos (prout Dominus dederit) *prouidere* debemus. Sane percuſſor ille Doctor dicitur, [m] qui *ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum.*

Ideo tenere vos & omnes fideles oportet [n] *eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit* conſo-

u Vigil. epiſt. 2. *Summa Epiſcoporũ negotia, & iudicia, atque querela, quam & maiores Eccleſiarũ quaſtiones, &c.*

x hoc loco impoſtor pro more tragelaphos pingit: videtur autem imitatus patres Africanos Carth. Conc. 3. cap. 47. vide & Con:.2. Carth. c. 2.

y verba Gregorij Paſtoral. parte 1. c. 1. *paſtorũ imperitia voce veritatis increpatur cum per prophetam dicitur: ipſi &c.*

z & neſciri ſe ergo ab eis veritas queritur.

a neſcientiũ ſe.

d 1. Cor. 14.

e ibid. poſt linec.s 6.

f miniſterio.

g ibid. poſt line s 3.

h flectitur, quia.

i cuncti profecto ad portanda peccatorum onera coruſtur qui ſequuntur.

k hæc non cohærent, ſunt autem Auguſtini lib. de paſtoribus cap. 7. eadem repetit pſeudo-Fabian epiſt. 2.

l N. phraſim.

m verba Hieron. in epiſt. ad Titum cap. 1.

n Quod Paulus de Epiſcopo, id de omnibus dictum vult ὑπερβολῶς. Vide Tit. 1. 9.

lari

leri *in doctrina ſana, & contradicentes redarguere*, & recte viuentes, atque rectam fidem tenentes conſolidare.

Illis ergo qui dicunt, Quod [o] *filius in eo minor eſt, quia* [p] *Propheta* inquit[!], *Verbum faciet Dominus breuiatum vniuerſo* [q] orbi; ita reſpondendum eſt diuinis teſtimoniis. *Verbum breuiatum, quod Dominus faciet ſuper terram, non* [r] minutionem *deitatis in Filio Dei ſignificat, ſed diſpenſationem ſuſceptæ carnis annuntiat*; *in* [ſ] quali *diſpenſatione non ſolum* [t] patre *hominis filium, ſed etiam Angelis minoratum, Paulo* [u] atteſtante *Apoſtolo*. [x] Eum autem, *inquit*, modice minus *ab Angelis minoratum vidimus* Ieſum, propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum: *& infrà*, Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare dicens, [y] *Annunciabo* nomen tuum fratribus meis: in medio Eccleſiæ laudabo te. *&* [z] Propheta inquit: *Minoraſti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum. Et, vt verbum Dei patris breuiatum in filio non eſſe doceamus*, [a] hãc *Eſaiæ prophetæ volumine approbamus ſententiam*, [b] Nunquid abbreuiatus factus eſt ſermo meus; aut *ita* paruus eſt, vt non poſſim redimere: aut non eſt virtus in me ad liberandum, dicit Dominus Omnipotens? *& iterum*, [c] Hæc dicit Dominus Omnipotens, Nunquid abbreuiata eſt manus mea, vt ſaluare non poſſit? Aut non poteſt viuificare cor humilium & ſpiritum contritorum? *Et vt brachium patris, quæ manus eſt, filium eſſe doceret, intulit dicens:* [d] Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ ſalutare eius. *Nam & in nouiſſimo tempore hic ſenſus non inaniter poterit coaptari; in quo tempore* [e] *Dominus* [ex cœleſti aula ac Empyreo domicilio peſſimi dæmonis iam ferre dedignans tyrannidem, in creaturas ſuas crudeliſſime ſæuientem, plaſmati condolens, ac ſuæ immenſæ charitatis theſaurum reſerare volens, in caſtiſſimę virginis puriſſimum vterum, omnis thori virilis neſcium, inenarrabili myſterio,] *pro redemptione noſtra carnem* [f] ſuſcipiens, *aduenit*; *vt & illum qui habebat mortis imperium ſua morte deſtrueret, & eos, quos in tenebris & vmbra mortis captiuos ſubegerat*, [g] virtutis *ſuæ* potentia *in ipſo paruo & anguſti temporis ſpatio liberaret*. *De hoc etiam exiguo tempore diſcipulos*

[o] verba Irhacij Clari lib. aduerſ. Varimadum c.43.
Eſai.10.
[p] quia de eo inquit.
[q] orbe.
[r] imminutionem.
[ſ] qua.
[t] patri.
[u] proteſtante.
[x] Heb.2. Eum autem qui modice & minus quam Angeli minoratus eſt vidimus.
[y] nuntiabo.
[z] & in pſalmo 8.
[a] ex Eſaiæ.
[b] Eſai.50.
[c] Eſai.59.
[d] Eſai. 52.
[e] Dominus pro redẽptione noſtra.
[f] ſuſcipiẽdo.
[g] virtute ſuæ potentiæ & exiguo.

inſtruebat, dum eos in lucem (cum adhuc tempus haberent) incedere præmonebat. [h] Adhuc modicum, inquit, in vobis lumen eſt: dum lucem habetis ambulate in luce, ne vos tenebræ comprehendant. *Et in Canonicis* [i] Apoſtolorum legitur Epiſtolis; *Filioli, nouiſſima hora eſt*, quia multi pſeudo-prophetæ exierunt in hunc mundum *&* [k] *Paulus Apoſtolus*, Tempus enim breue eſt. *& iterum*, Præterit enim figura huius mundi. *& iterum*, [l] Omnia hęc ad correctionem noſtram facta ſunt, in quos fines ſeculorum obuenerunt. [m] *Nam Dominus in ipſa oratione Dominica breuiauit nobis ſermonem, dum nos à multiloquio prohibens*, [n] pauca loqui *docuerit quæ* pertinent [o] *ad ſalutem.* [p] Cum oratis, *inquit*, nolite multum loqui. *& infrà*, Vos autem cum oratis dicite, Pater noſter qui es in cœlis *&c. Non enim propheta Filium Dei in hoc capitulo minoratum deſignauit in verbo, quoniam* ipſe [q] *in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per Apoſtolos & Apoſtolicos viros nouiſſimo tempore loquitur.* [r] Ego, *inquit*, qui loquebar *in ſeruos meos prophetas*, Ecce adſum. *Et alius propheta*, Sicut eſt ab initio vſque [ſ] in ſeculum, neque adiectum eſt ei, neque minuetur illi, quoniam ipſe eſt Dominus creaturæ ſuæ. *Ecce quale verbum breuiatum fecit Dominus in orbe terrarum. Non* quia (*vt* illi putant) *inferiorem* patre *intimaret hominibus filium, ſed quia nouiſſimum eius annuntiaret aduentum.*

h Ioan. 12.
i Ioan. 2.
k 1 Cor. 7.
l 1. Cor. 10.
m obuenit Nam &c.
n omnia docuerit.
o pertineant.
p Math. 6.
q ita in prophet.
r Eſai. 52. ego cum.
ſ ita vſque Eccl. 42.

Si [t] ergo (vt prædictum eſt) *Aaron filij Presbyterorum figuram* geſtabant, *& Aaron ſummi Sacerdotis, id eſt Epiſcopi, Moſes* [u] *indubitanter Chriſti* tenebat formam: *quoniam fuit ſimilitudo mediatoris Dei, qui eſt inter Deum & hominem Ieſus Chriſtus; qui eſt* verus *dux populorum*, & *verus princeps Sacerdotum, & Dominus Pontificum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

t verba Iſidori Hiſpa. de offic. li. 2. c. 5. *ſed forſan quæritur & hoc cuius figuram ſeruabat Moyſes? ſi enim filij Aaron &c. faciebant.*
u Moyſes cuius? nubis. Chriſti & vere per omnia Chriſti, quoniam.

Iudicia Pontificiorum.

CONTIUS *Not. in diſt. 99. c. Prouinciæ* Hæc Epiſtola falſo effecta eſt Anacleti, vt monui in præfatione.

CENSVRA

Impoſtor barbariſmis & paralogiſmis frequentibus infantiam ſuam & inſcitiam prodit: *Regum, patriarcharum, Archiepiſcoporum, primatum Eccleſiaſticorum & legis ſeculi, Comitum*, &c. mentionem intempeſtiuam

peſtiuam facit: 70. diſcipulos à Chriſto electos negat, eandem prouinciarum diuiſionem, quam poſtea Eccleſia recepit, longe ante Chriſti tempora factam ac poſtea ab Apoſtolis renouatam mentitur. Concilij denique Nicæni, Damaſi, Ithacii, Hieronymi, Auguſtini, Gregorij M. Iſidori Hiſpalenſis, Concil. 5. Aurelianenſis & vulgatæ Bibliorum verſionis verbis, næuos ſuos incruſtat.

Refutatio diſputationis Turriani pro hac Epiſtola.

Turrian. *in hac verba*, Ordinationis Epiſc. auctorit. Apoſtol ab omnib. &c. ſunt celebrandæ: *Hic ritus Apoſtolicus Epiſcopos ordinandi, eſt in conſuetudine omni in Eccleſiarum.* Lib. 5. pro epiſt. c. 24.

℞. Ordinationes eorum qui Eccleſiam paſcere debent, à pluribus, imo à toto presbyterio celebrandas eſſe decreuit Spiritus Sanct. 1. Tim. 4. 14. Act. 1. 3. & 14. 23. & 2. Cor. 8. 19. Totam fraternitatem Antiochiæ congregatam ieiunaſſe cum Paulus & Barnabas ad gentes miſſi ſunt, teſtis eſt Actorum liber c. 13. 3. Scrutinium in miniſtrorum electionibus agendum docet Paulus 1. Tim. 3. 7. 10. & 2. Timoth. 2. 2. Χειροθεσίαι in Eccleſia Apoſtolica vſitatam agnoſcimus Act. 6. 6. & 13. 3. 1. Tim 4. 14. & 5. 22. & 2. Tim. 1. 6 Aliā vero reliquorum rituum quos Pſeudo-Anacletus memorat, rationem putamus; poſtquam enim presbyterale munus ab Epiſcopali gradu diſtingui cœpit, tum demum noui ritus introducti ſunt, quos poſtea Eccleſiaſtica ſanctio, non Apoſtolica auctoritas conſecrauit: tunc igitur mos inoleuit vt Epiſcopi eiuſdem prouinciæ congregarentur, electi capiti Euangelicum Codicem imponerent, vnctionem adhiberent, diem dominicam, horam tertiam, &c. ſeligerent.

Turrian. *Conſuetudo omnium Eccleſiarum nonniſi ab Apoſtolis eſt.*

℞. Conſuetudo quæ ab initio vbique inualuit, Apoſtolicam originem prætendere poteſt. Eſt autem conſuetudinum paſſim receptarum diſpar ratio; nam nec ab initio, nec apud omnes auctoritatem inuenere, quamuis earum obſeruatores eas ab Apoſtolis dimanaſſe clamitent. In multis enim vulgo receptis obtinet quod Hieronymus ad Lucinium Bœticum ſcribebat epiſt. 28. *vnaquæque prouincia abundat in ſenſu ſuo, & præcepta maiorum leges Apoſtolicas arbitratur.*

Turrian. *Quid magis abſonum & à veritate auerſum eſſe poteſt, quàm veritatem rei geſtæ confiteri, & conſignationem literarum negare?*

℞ Diſtinximus quæ auctoritatem Apoſtolicam haberent, quæ non haberent. Demus tamen eos omnes ritus, quorum pſeudo-Anacletus meminit, ab Apoſtolorum ſiue præcepto ſiue praxi originem ducere: Quid abſonum aut à ratione auerſum admiſerunt Magdeburgenſes, qui quod experientia quotidiana confirmatur ſcripſerunt; Nempe nebulones perditiſſimos de ritibus Eccleſiæ ſolennibus, & ſacris dogmatibus, ſumpta antiquitatis larua, impudentiſſime garrire ſolere?

Turrian. *Quid rationi congruentius, quam fidem ſcripto adhibere, cum res geſta cum ſcripto conuenit?*

℞. Imo quid rationi congruentius, quam fateri impoſtores quotidie ſcriptis mandare quæ cum rebus geſtis aliquo modo conueniant?

Turrian. *Præter conſuetudinem idem cum Anacleto docet Clemens conſtit. lib.8.c.4.& Dionyſ. Hierarch. Eccl.c.5.*

℞. Non negamus Scriptorem conſtitutionum,& Pſeudo-Dionyſium de ritibus ſuo ſeculo receptis teſtimonium ferre. Negamus verò eoſdem ritus Anacleti Decreto comprobatos; Eum certe qui Epiſtolas eius nomini ſuppoſuit, Canonum Nicænorum verſionem per Dionyſium exiguum ſcriptam non modo vidiſſe, ſed etiam deſcripſiſſe manifeſtiſſimum fecimus.

Turrian. *Quo minus ad idem dicendum conſpiraſſe videntur, eo verior eorum ſermo, ſicut in Euangeliſtis factum eſt.*

℞. Quæſtio noſtra non eſt, an quæ Pſeudo-Anacletus ſcripſit, veritate nitantur, vel cum libris Cônſtitutionum, & Hierarchia Eccle. congruant; ſed an ad Anacletum auctorem referri debeant; hic vero Ieſuitæ aquam hærere nemo non videt.

Turrian. *in hæc verba Epiſt.* Spiritu S. cuius virtus inuiſibilis S. Chriſmati eſt permixta, *legendum eſt ex Codice Vaticano,* cuius virtus inuiſ. *S. Chriſmate eſt promulgata.*

℞. Notabit lector, Turrianum *excogitato commento* quęcumque defendere non poteſt *negare.* Dixerat pſeudo-Anacletus, *virtutem Spir. Sancti Chriſmati permixtam*; hoc cum abſurdum eſſe diffiteri non audeat Ieſuita, lectionem nouam fingit, eamque à propoſito alienã.

Turrian *Verbo* promulgandi *ſatis declaraſſe Pontifex videtur non ſigna tantum eſſe Sacramenta, ſed cauſam quoque gratiæ; nulla enim res per aliam quæ nihil operatur, promulgatur?*

℞. Hoc vnum egiſſe videtur Ieſuita, magnum ſe Ardelionem probauit. Negamus Chriſma eſſe veri nominis Sacramentum: negamus 2. vera Sacramenta eſſe cauſas gratiæ: negamus 3. quicquid promulgatur à promulgante effici: negamus denique, Turrianicum commentum à blaſphemiæ labe purgari poſſe; vel à quoquam ſano aſſeri, Chriſma *virtutem Spiritus S. operari* vel eius *cauſſam eſſe.* Hæc portenta indicaſſe refutaſſe eſt.

Turrian. *in hæc verba,* non minus quam à tribus Epiſcopis, Epiſcopus vllatenus ordinetur. *Cum ita eſſe, canon primus Apoſt. atteſtatur, quomodo licebit dubitare quin hoc Anacletus ſcripſerit?*

℞. Cum ita non eſſe Canon ille atteſtetur, quomodo licebit credere hoc ab Anacleto ſcriptum? Pſeudo-Anacletus non minus quam tres Epiſcopos requirit: Canon primus Apoſt. dictus duobus contentus eſt; ἐπίσκοπος, inquit, χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. Ergo Canon Pſeudo-Anacleti ſententiam non fulcit.

Turrian. *Cum Iacobi ordinationem qui memoriæ prodiderit nullum an-*

te Ana

te Anacletum ſciamus, & qui hoc deinceps meminerunt, vt Euſeb. lib. 2. hiſt. & alij omnes ab illo acceperint: quomodo fiet veriſimile non hoc Anacletum ſcripſiſſe, quod in hac epiſtola, in qua nomen eius inſcriptum eſt, legimus?

℞. Cum ſciamus nihil tale ab Anacleto proditum, ex eoque neceſſarium ducamus negare ab Anacleto Euſebium & alios accepiſſe, quomodò veriſimiles nugas ſuas faciet Ieſuita?

Turrian. *in hac verba*, Reliqui Sacerdotes à proprio ordinentur Epiſcopo &c. *Hoc eſt in conſuetudine omnium Eccleſiarum: non enim ordinarie extra 4. tempora ieiuniorum, aut populo contradicente, aut aliis ſacerdotibus repugnantibus vllus ordinatur.*

℞. Pontificios extra omnes Eccleſias, & ab earum conſuetudine alienos eſſe, fateatur Ieſuita neceſſe eſt; nullus enim apud eos delectus temporis, nulla habetur ordinis vel priſci moris ratio: plebi (quam *maxime poteſtatem habere vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recuſandi aſſeris*, Cyprian. epiſt. 68.) ius ſuum iampridem ereptum eſt.

Turrian. *In hac verba*, Accuſatio quoque eorum--nonniſi ab idonei, &c. *Olfacere poſſumus illo ſeculo ſcriptas fuiſſe tres Anacleti epiſtolas, cum perſecutio in Chriſtianos incenſa eſſet, maiúſque periculum Epiſcoporum.*

℞. Olfacere poſſumus ſcriptas à Plagiario qui in Conſtantini M. epiſtolas, & aliorum ſcripta incidit.

Turrian. *Ob eam cauſam iuſſit Paulus Timotheo 1. epiſtolæ c. 5. ne accuſationem reciperet &c. (erat autem Metropolitanus Timotheus) deinde ſubiungit, nihil temere fieri debere.*

℞. Negamus, 1. Timotheum proprie loquendo Metropolitam fuiſſe. 2. Ob ſolum perſecutionis periculum Apoſtolum vetuiſſe, ne accuſatio reciperetur niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. 3. De Epiſcoporum (quatenus à preſbyteris diſtinguuntur) accuſatione aliquid ſtatuiſſe.

Turrian. *Quod ex interpretatione quoque nominis* preſbyteri, *quod ſenem ſignificat, argumentum ducit debere eſſe Senili prudentia, non ſolum non eſt leue nec indignum Apoſtolico pontifice; ſed potius graue eſt, & imitationem habet Apoſtoli, qui ex interpretatione nominis Melchiſedec, qualis eſſet Chriſtus, cuius ille typum expreſſit docuit, Heb. 7.*

℞. Interpretationem non improbamus, improbamus vero plagium Pſeudo-Anacleti, ea quæ poſt A.D. 600. Iſidorus Hiſpalenſis ſcriptis conſignauit ſibi vindicantis.

Turrian. *In hac verba.* Initium Sacerdotij Aaron fuit &c. *Cum eandem ſententiam, (licet non eiſdem verbis) apud Clementem Rom. lib. 6. conſtit. c. 2. legamus; argumentum eſt inde didiciſſe vnde didicit Clemens: quare iudicij fuerit parum acuti, imo obeſæ naris hoc quoque veſtigio illud priſcum epiſtolæ huius ſeculi non olfacere.*

R ſp. Iudicij fuerit parum acuti, imo obæſæ naris, qui non olfecerit veſtigia ſcelerata furis poſt A. D. 700. Iſidori ſcripta mutilantis.

Turrian. *in hac verba*, Prouinciæ autem multo ante Chriſti ad-

uentum &c. *Eſt aliud adhuc veſtigium illius priſtini ſeculi. cum enim illud à Sylla in omnibus ciuitatibus Aſiæ, annis circiter 80. ante aduentum Chriſti factum in Gentilium libris legamus; diuiſionem autem factam ab Apoſtolis, diſtinctio quæ hodie durat teſtetur; annon eſt magnum argumentum, & clarum indicium illius ſeculi?*

℟. Cum Turrianus ea olfacere quæ non ſunt, quæ nemo ſcripſit, legere; codices qui nullibi reperiuntur euoluere ſoleat; mirum non eſt ipſum, non modo noua, ſed abſurda quæcumque in mentem venerint propugnare: inſaniam certe quandam ſpirare videtur, quod ſcribit Syllam *in omnibus Aſiæ ciuitatibus* prouincias diuiſiſſe, quaſi non in prouinciis ciuitates, ſed prouinciæ in ciuitate quaq; plures quærendæ ſint. Colligit autem Aſiam à Sylla diuiſam ex Ciceronis orat. pro Flacco, quem orator ait *deſcripſiſſe pecuniam ad Pompeij rationem quæ fuit accommodata L. Syllæ deſcriptioni, qui cum omnes Aſiæ ciuitates proportione in prouincias deſcripſiſſet, illam rationem Flaccus ſecutus eſt* &c. at Lambinus mendoſam lectionem eſſe monet, nec *qui cum omnes Aſiæ ciuitates proportione in prouincias deſcripſiſſet*: ſed *qui cum in omnes Aſiæ ciuitates pro portione pecuniam deſcripſiſſet*, ſcribendum. Nolim tamen negare Aſiam à Sylla diſtinctam, cum Caſſiodorus aſſerat ipſum eam in 44. regiones diſtribuiſſe L. Cinna 4. & Cn. Papyrio 2. Coſſ. id eſt anno ab vrbe condita 671. ante Domini natalem 83. Nego vero ab Apoſtolis vllam οἰκουμένης diſt. factam, eamque quæ Apoſtolorum tempore obtinebat ad noſtra tempora durare, aut de diuiſione ab ipſis facta teſtari. Hæc omnia cùm pro more comminiſcatur Ieſuita, magnum eſt argumentum, & clarum indicium ipſum incomperta pro certis, falſa pro veris ſæpiſſime iactare.

Turrian. *Quod huiuſmodi diſtinctio prouinciarum, de qua Clemens & Anacletus ſcribunt, ab Apoſtolis fuerit renouata & ſancita, teſtatur Can. 6. Concil. Nicæni.*

℟. Hoc negamus.

Turrian. *Priſca conſuetudo ante Concil. Nicænum non poteſt, ſecundum rationem & vim verbi Græci ἀρχαῖα, intelligi, niſi quæ ad ſeculum Apoſtol. pertineat.*

℟. Imo nec Græcarum nec Latinarum vocum vis id exigit: ſiquidem ἀρχαῖα, παλαιά, *Priſca, antiqua, vetuſta, longo tempore* duraſſe dicuntur, quæ intra centum annorum, imo pauciſſimorum ſpatium contigerunt. Sic Act. 15. 7. Petrus ſe ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων delectum, qui gentilibus Euangelizaret: id autem impleuerat ante 10. annos: tot enim non plures (ſi Baronio credamus) interceſſerunt inter Concilij Apoſtolici tempora, & vocationem Cornelij. Sic Mnazon Act. 21. 16. ἀρχαῖος μαθητὴς vocatur, quem tamen conſtat poſt annos 28. nomen Chriſto dediſſe, vix enim plures effluxerant à Baptiſmo Domini ad Pauli profectionem vltimam Hieroſolymitanam, quam incidiſſe vult Baronius in A. D 58. Sic Conciliũ Chalced. c. 22. Antiochenos poſt 110. annos, nim. A. D. 341. conditos παλαιοὺς κανόνας appell. Sic

Amala-

Amalarius Fortunatus in prologo Antiphonarij A.D.831.ſcripti, *priſco tempore* ordinatum aſſerit, quod ſtatuit Adrianus I. in locum Stephani cooptatus A.D.772. Sic Cornelius in tractatu *Quod lapſis veniæ ſpes non ſit deneganda*, lapſos *per longam temporum ſeriem* pœnitentiam agere ſcribit. Sic Firmilianus in epiſt. ad Cyprianum, *Marcionem* (quē A.D.146. prodiiſſe vult Baronius) *ſero poſt Apoſtolos, & poſt longa ab eis tempora ſacrilegam aduerſus Deum traditionem induxiſſe* aſſerit. Sic Cypriano Priuatus Donati tempore circa A.D.242. damnatus, *vetus hæreticus* eſt Epiſt.55. Sic idem *multos iam annos & longam ætatem*, vocat tempus ex quo Agrippinus hæreticorum Baptiſma irritum pronuntiauit, Epiſt.73. Sic Hieronymus A.D 382. aduerſus Luciferianos diſputans *propter temporis antiquitatem* raros eſſe qui Concilio Nicæno A.D. 325. congregato interfuiſſent. Idem A.D.378. epiſt.57. Orientem *vetuſto populorum furore colliſum* ob Arianiſmum, cuius ortum ab A. D. 315. repetit Baronius, ſcribit; & in vita Hilarionis, ipſum annum 63. agentem, *incredibili deſiderio conuerſationis antiquæ*, id eſt quam anno ætatis 15. inchoauerat, inflammarum memorat. Quidni igitur potuerit ἔθος ἀρχαῖον dici, quod Nicænam Synodum anteceſſit, licet ab Apoſtolorum ætate initium non duxerit?

Turrian. *Diſtinctionem prouinciarum primum à Gentilibus factam ex libris veterum ſcriptorum licet cognoſcere, cum de prouinciis & earum poteſtatibus fit mentio: vt cum Philon in Flaccum ſcribit, eum factum à Tiberio Cæſare præfectum Alexandriæ, AEgypti, & Libyæ; cum qua Pentapolim, quæ à Plinio Africa Cyrenaïca vocatur, coniunxit.*

℞. Aſſentior.

Turrian. *Ex Can. Nicæno 6. colligit Hieronymus epiſt. 61. Antiochenum Epiſcopum Orienti, Cæſarienſem Palæſtinæ præfectum.*

℞. Concedo.

Turrian. *Quod autem diſtinctio prouinciæ Antiochiæ ipſa illa ſit, quæ à gentilibus facta fuerat, teſtatur Luc. 2. Euangelium.*

℞. Per me licet.

Turrian. *Apoſtoli imitati ſunt prudentiſſimam filiorum ſeculi Politiam.*

℞. De Apoſtolis, nego: de poſteris non diffiteor.

Turrian. Ab antiquis, *dixit Anacletus propter diuiſionem prouinciarum,* Lib. 2. pro epiſt. c. 11.
quam dixit multo ante Chriſti aduentum tempore factam maxima ex parte, & poſtea ab Apoſtolis renouatam.

℞. Diuiſionem ab Ethnicis factam ab Apoſtolis renouatam fuiſſe negauimus.

Turrian. A Sanctis *dixit Anacletus propter Apoſtolos.*

℞. Imo Apoſtolos à Sanctis patribus diſtinxit rabula; eius enim hæc verba ſunt, *hæc ab antiquis, hæc ab Apoſtolis, hæc à ſanctis patribus accepimus.* videtur ergo ſanctorum patrum nomine non Apoſtolos, ſed Clementem, quem ſecundum Apoſtolos diuiſionem ab Ethnicis factam renouaſſe finxit, intellexiſſe.

Turrian. *Patres vocari poſſunt etiam præſentes: ſic Cyrillus Alexandr. in E-*

ſaiam c. 62. locum Pſalmi 44. pro patribus nati ſunt tibi filij, *exponit de Apoſtolis, qui Synagogæ ex filiis patres facti ſunt.*

℞. Expoſitio Cyrilli non liberat à mendacio Pſeudo-Anacletum Apoſtolis ſua ſomnia affingentem.

Turrian. *Annon Corinthij (quorum ſe patrem profeſſus eſt Paulus 1. Cor. 4. 15.) dicere poterant de iis quæ Apoſtolus docuit;* Hæc ab Apoſtolis, hæc à Sanctis patribus accepimus?

℞. Non poterant; ſiquidem Paulus *Apoſtolus* non *Apoſtoli; pater* non *patres;* negat loco citato plures Corinthiorum patres fuiſſe.

Anicletum legit optat. lib. 2.

ANACLETI PAPÆ

Epiſtola III.

Anacletus ſeruus Chriſti Ieſu, in Apoſtolica ſede à Domino conſtitutus, & à Sancto Petro Apoſtolorum principe presbyter ordinatus, omnibus Epiſcopis ac reliquis Chriſti Sacerdotibus, Salutem.

a Epheſ. 1. verſio mixta.
b vulg.
c verſ. Ital.
d vulg.
e vulg.
f Ital.
g vulg.
h Egregie cõſuluiſſes tuis rebus, ſi de primatib. ſeculo Anacleti incognitis ſilentium tenuiſſes, nunc fraus latere non poteſt.

BENEDICTVS [a] *Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in* [b] *conſpectu eius in charitate,* [c] prædeſtinans *nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum* [d] *propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ: in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ* [e] *eius, quæ* [f] abundauit *in nobis in omni ſapientia & prudentia; ut notum nobis* [g] *faceret Sacramentum* [g] *voluntatis ſuæ, ſecundum* [g] *beneplacitum eius quod propoſuit in eo in* [g] *diſpenſatione plenitudinis temporum,* [g] *inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo. In quo etiam* [f] *ſorte vocati ſumus prædeſtinati ſecundum propoſitum* [g] *eius qui omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, ut ſimus nos in laudem gloriæ eius, qui ante ſperauimus in Chriſto.*

De [h] *Primatibus*, chariſſimi, ſuper quibus me quidam veſtrum

veſtrum conſuluerunt, & Apoſtolicę auctoritatis (qua, licet indigni, Domino diſpenſante, fungimur) decretum poſtulauerunt; aut ſi eſſe deberent, aut non, quantum hactenus de his à B. Petro Apoſtolo, & à reliquis Apoſtolis, ac à B. Clemente noſtro Sancto prędeceſſore & Martyre: nouimus ſtatutum, denegare vobis minime poſſumus. [k] *Et quis eſt, qui* quærentibus *fratribus denegare* poſſit dubitationes vel neceſſitates eorum? Sacerdotum, fratres, [l] *ordo bipartitus eſt*; &, ſicut Dominus illum conſtituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem à Domino Apoſtolos eſſe electos & conſtitutos, & poſtea per diuerſas prouincias ad prædicādum diſperſos. Cum vero [m] *meſſis* cœpiſſet creſcere, videns *paucos* eſſe *operarios*, ad eorum adiumentum ſeptuaginta duos *elegi præcepit* [n] diſcipulos. Epiſcopi vero, Domini Apoſtolorum: [o] presbyteri quoque ſeptuaginta duorum diſcipulorum locum tenent. Epiſcopi autem non [p] *in caſtellis* aut [q] *modicis ciuitatibus* debent conſtitui, ſed presbyteri per caſtella & modicas ciuitates atque villas debent ab Epiſcopis ordinari & poni, ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos. Et Epiſcopus [r] non ab vno, ſed à pluribus debet Epiſcopis ordinari, & (vt dictum eſt) non ad modicam ciuitatem, [ſ] *ne vileſcat nomen Epiſcopi*, aut alicubi, ſed ad honorabilem vrbem titulandus & denominandus eſt. Presbyter vero ad quemcumque locum vel Eccleſiam in eo conſtitutam eſt præficiendus, atque in ea diebus vitæ ſuæ duraturus. Amplius quam iſti duo ordines Sacerdotum, [t] nec nobis à Deo collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt.

Epiſcoporum vero ordo vnus eſt, licet ſint [u] *Primates*

i ſtatutū ie fingere nouimus.

k iu. poſtori mi.atur verba Attici Cōſtantinop. ad patres Africanos: vide ad finē Concil. 6. Car. h.

l Iuſpe.itum ad minim ſ fuit ſacerdotium. Optato, cuius hæc verba ſunt lib. 1. aduerſ. Parme. *Quid (commemorē) Diaconos in tertio? quid presbyteros, in ſecundo Sacerdotio conſtitutos?* &c. Hieron. aduerſ. Luciferian. c. 2. 4. *Sacerdotiū* agnoſcit *Laicorum*. Baptiſmi nim.

m nondum miſerat Apoſtolos Dominus cum monuit operarios ad meſſem mul am paucos eſſe. Vide Matth. 9. & Luc. 10.

n hoc commentum iam ſupra notauimus, infra refellemus. Vide epiſt. 1. Pſeudo-Zephyrini. o Id de Chorepiſcopis aſſerit Concil. Neocæſ. c. 13. p ſtatutum Concil. Laodic. c. 57.

q ſtatutum Zachariæ Papæ epiſt. 1. Leonis epiſt. 87. c. 2. & Concil. Sardic. c. 6.

r can. Apoſt. 1. Concil. Nic. c. 4. Areiat. 1. c. 21. &c. Innocent. epiſt. 2. c. 1.

ſ verba Concil. Sardic. c. 6. edit. Dionyſ. exigui. t vnicum Sacerdotium ſpirituale fidelibus omnibus commune docuit Petrus epiſt. 1. c. 2. binos gradus miniſtrorum Eccleſiæ ſtatuit Scriptura; presbyterium ſiue Epiſcopatum, & Diaconatum: reliqui iure Eccleſiaſtico ſuperadditi ſunt à morte Apoſtolorum. u Iſidorus contra Orig. lib. 7. c. 12. *ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt, ideſt in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis atque Epiſcopis*, &c. Supra monuimus Patriarchas veteri Eccleſiæ ignotos fuiſſe; nec omnes Primates patriarcharum titulo gauiſos fuiſſe.

illi, qui primas ciuitates tenent, qui & in quibuſdam locis *Patriarcha* à nonnullis vocantur. Illi autem qui in Metropoli à B. Petro Apoſtolo,[a] ordinante Domino, & à prædeceſſore noſtro prædicto S. Clemente, ſeu à nobis conſtituti ſunt, non omnes Primates vel Patriarchæ eſſe poſſunt; ſed illæ vrbes, quæ præfatis & *priſcis temporibus* Primatum tenuere, Patriarcharum aut Primatum nomine fruantur; reliquæ vero Metropoles *Archiepiſcoporum aut Metropolitanorum*, [b] & non Patriarcharum aut Primatum vtantur nominibus; quia hæc eadem & leges ſeculi in ſuis continent principibus.

Aliæ autem primæ ciuitates, quas vobis conſcriptas in quodam Tomo [c] mittimus à Sanctis Apoſtolis, & à B. Clemente, ſiue à nobis, Primates prædicatores acceperunt. Hæc vero [d] ſacro *ſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia*, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſaluatore noſtro *Primatum obtinuit*, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe B. Petro Apoſtolo dixit, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non praualebunt aduerſus eam: Et tibi dabo claues regni cœlorum: & quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in* cœlo; *& quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in* [e] cœlo. Adhibita *eſt etiam ſocietas*, in eadem Romana vrbe *beatiſſimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis*, qui [f] *vno die, vno* quoque *tempore glorioſa morte cum Petro* [g] ſub principe *Nerone agonizans coronatus eſt; &* ambo *Sanctam Rom. Eccleſiam conſecrarunt*, [h] aliiſque *omnibus vrbibus in vniuerſo mundo* eam *ſua præſentia atque venerando triumpho prætulerunt*. Et licet pro omnibus aſſidua apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatiſſimus Apoſtolus Romanis proprio chirographo pollicetur, [i] dicens: *Teſtis enim eſt mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio filij eius, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.*

a Petrum diſtinxiſſe preſbyteros ab Epiſcopis; & Epiſcopos à Metropolitanis &c. plagiarij ſomnium eſt.

b non omnis Metropolitanus antiquitus Archiepiſcopus dici debuit: ſiquidem Archiepiſcopus præſedit tam Metropolitanis quam cæteris Epiſcopis, Iſidoro teſte loco ſupr. citato.

c Tomum, quẽ ſcripſiſſe te fingis, ſi exhiberes, impudentiam tuam toto orbe manifeſtã faceres.

d verba Concili Rom. 1. ſub Gelaſio *Sancta tamen Rom. Catholica & Apoſtolica Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini & ſaluat. noſtri primatũ obtinuit*: Tu es *inquientis*.

e cœlis, cui data eſt. f hi non diuerſo (ſicut hæretici garriunt) ſed vno tempore, vno eodemq; die. g cum Petro in vrbe Roma ſub Cæſare Nerone.

h & pariter ſupradictam Rom. Eccl. Chriſto Domino conſecrarunt, talemque omnibus &c.

i Quid pollicetur? Annon idem legere eſt Epheſ. 1.16. Phil. 1.3. Coloſſ. 1.3. 1. Theſſ 1.1.2. 2. Tim. 1.3. Philem. verſ. 4. ac Rom. 1.9.

Prima

Prima ergo ſedes[k] *eſt*, cœleſti beneficio, Romanæ Eccleſiæ; quam (vt memoratum eſt) beatiſſimi Petrus & Paulus ſuo martyrio conſecrarunt. Sic Roma, quę prius erat (Cacodæmonis artificio) omnium [l] *errorum mater* & altrix, excuſſis tenebris, & vanis ſuperſtitionum ritibus abiectis, filiorum Dei (exorto ſole luſtitiæ) facta eſt copioſa propagatrix.

Secunda[m] *autem ſedes apud Alexandriam, B. Petri nomine, à Marco eius diſcipulo* atque [n] *Euangeliſta conſecrata eſt*; quia *ipſe*[o] & *in* Ægypto primum *verbum veritatis, directus à Petro, prædicauit & glorioſum*[p] ſuſcepit *Martyrium*. Cui venerabilis ſucceſſit [q] Abilius.

Tertia[r] autem *ſedes apud Antiochiam, eiuſdem* (id eſt *B. Petri) Apoſtoli nomine habetur honorabilis*; [ſ] quia *illic, priuſquam Romam*[t] *veniret, habitauit, &*[u] Ignatium Epiſcopum conſtituit; & *illic primum nomen Chriſtianorum nouellæ gentis exortum eſt.*

Reliquas vero (vt prædiximus in quodam Tomo) [x] prolixitatem vitantes Epiſtolæ, vobis conſcriptas direximus. Inde namque & B. Apoſtoli inter ſe ſtatuerunt, vt [y] *Epiſcopi ſingularum ſcirent gentium quis inter eos primus* eſſet, quatenus ad eum potior eorum ſolicitudo pertineret. Nam [z] *& inter B. Apoſtolos quadam fuit diſcretio*; & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe id ipſum voluerunt, [a] vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & *Cephas, id eſt caput*, [b] & *principium* teneret *Apoſtolatus*. [c]

Qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus, & [d] *reliqui Apoſtoli* Epiſcopis tenendam tradiderunt. Et non ſolum hoc in [e] Nouo Teſtamento eſt conſtitutum; ſed etiam in Veteri fuit: vnde ſcriptum eſt, [f] *Moſes & Aaron in Sacerdotibus eius*, id eſt primi inter eos fuerunt.

k Concil. 1. ſub Gelaſio. *Eſt ergo prima Petri Apoſtoli ſedes, Rom. Eccleſia, non habens maculam neq rugam, neque aliquid huiuſmodi. Secunda autem* &c.
l vide Leon. ſerm. 1. in natal. Petri & Pauli.
m verba Cōcil. 1. Rom. ſub Gelaſio.
n & Euang.
o ipſeque in Ægyptum directus.
p cōſummauit.
q Anianus & poſt hunc Abilius.
r tertia vero.
ſ eo quod.
t veniſſet.
u Zachæum, poſtea Euodium, poſt quem Ignatium &c. Hęc autem ab inſulſo nugatore addita hinc patet: Zachæus Cęſarienſis Eccleſiæ præfectus dicitur conſtit. lib. 7. c. 46. Recognit. li. 3. &c. Ignatium vero Euodio à Paulo collegam datum coniicit Baron. ad A. D. 45 §. 14. ex conſtit. lib. 7. c. 46.
x hæc fingit impoſtor pro more.
y verba Can. Apoſt. 35. Dion. interp.
z verba Leonis epiſt. 84. c. 11.
a quando ſcil. de primatu contenderunt, Luc. 22. Matt. 20.
b hæc mutuatus impoſtor à Vigilio epiſt. 2. & Iſid. orig l. 7. c. 9.
c Petrum Apoſtolatus exordium vocant Siric. epiſt. 4. & ex eo Innocent. epiſt. 2.
d *reliquis Epiſcopis*: ſic in vetuſtiſſ. exemplo Vatic. Bibl. ſcriptum eſt, melius quam in vulgatis, vt Gratianus etiam legit Diſt. 22. c. Sacroſancta. Turrian. pro epiſt. lib. 3. cap. 8.
e Primatum in Nouo Teſtamento conſtitutum negamus.
f pſal. 98.

Et quamuis ita ordinatum fuerit, [g] *nemo* tamen *quod ſuū eſt quærit, ſed quod alterius.* Vnde ait B. Apoſtolus Paulus; [h] *Vnuſquiſque placeat proximo ſuo in bonum ad ædificationem.* & ſicut ipſe Saluator ſuis ait diſcipulis; [i] *Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter,* &c. Et licet ſuper his aliqua dicta fuerint; repetentes tamen ſæpius, admonemus, vt ſemper in omnibus & ab omnibus vitentur elationes mentis & [k] *corporis.* Et quanto maior vnuſquiſq; videtur eſſe, tanto ſit humilior, *ſicut* Dominus Saluator noſter *non venit miniſtrari ſed miniſtrare.* Et [m] *ſi frater aliquis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite* eum *in ſpiritu lenitatis.*

Si quæ vero [n] *cauſæ difficiliores* inter vos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ *ſedis apicem* [o] eas *quaſi ad caput referte,* [p] vt Apoſtolico terminentur iudicio; quia ſic Dominum velle, ab eoque ita conſtitutum eſſe, [q] antedictis teſtimoniis declaratur. Hæc [r] vero Apoſtolica ſedes *cardo & caput* (vt prætactum eſt) omnium Eccleſiarum à Domino & non alio eſt conſtituta. Et ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctæ ſedis auctoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſponente, reguntur. Accuſatores [ſ] autem & teſtes eſſe non poſſunt, *qui ante heſternum diem,* aut *nudius tertius inimici fuerunt; ne irati nocere cupiant,* [t] vel *læſi ſe vlciſci velint. Inoffenſus igitur* accuſatorum & *teſtium affectus* [u] quærendus eſt, & non ſuſpectus. *Cauſam* [x] enim veſtram *alieno* nolite committere *iudicio.* valde [y] enim iniquum eſt, vt omiſſis ſuis, alij quilibet aliorum ſe cauſis immiſceant.

Quoniam nullis in locis [z] *ſpiritualis cura deficit, ſed ſe per omnia* quocumque *nomen Dei prædicatur extendit.*

Studendum eſt omnibus, ne (vt ſunt) æmulationes malæ, ſed piæ ſint inter vos dilectiones; quia [a] *in hoc* vos *omnes* Domini diſcipulos eſſe veros noueritis, *ſi dilectionem habueritis ad inuicem.*

g 1.Cor.10.
h Rom 15.
i Ma.t.23.
k Quid corporis elationem vocat, vitandumque monet impoſtor?
l Matth.20.
m Gal.6.
n *Cauſarum difficiliores exitus* Rom. Epiſcopo *reſeruandos* monet Leo epiſt. 84
o Innocen. epiſt.4. ſeipsū vocat *caput & apicem Epiſcopatus,* &c.
p Vigilius epiſt 2. *maiores Eccleſiarū quæſtiones ad Rom. Eccl. quaſi ad caput, ſemper referendas* aſſerit.
q antedictis teſtimoniis perperam allegatis, te impoſtorem declaraſti.
r hæc vero totidem figmenta ſunt: nec enim Dominus Rom. aliis præulit Eccleſiis: nec ſedes cardo vel caput Eccleſiæ dici poteſt; cum ſit eius dos, & præcipuum ornamentum, Optato teſte lib. 2. aduerſ. Parmen. Sedem Rom. caput vocat Pſeudo-Euariſt. epiſt.1. Pſeudo Alexand. epiſt.1. Pſeudo-Sixt. 1. epiſtol.2. Pſeudo-Pius epiſt 1. Pſeudo-Calixt. epiſt. 1. Pſeudo-Marcellus epiſt. 1 &c. ſ verba Ambroſii epiſt.64. t ibi lædi. u quæritur. x eiuſd. epiſt. 19. ad Theodoſiū M *ne cauſam tuā alieno cōmittas iudicio* vide pſeudo Corn. epiſt.2. y iiſd verbis vtitur pſeudo-Fabian. ep.2. z verba Cæleſtini epiſt. circa-quæ nulla lōgin. qua Sp. cura nō deficit ſed ſe per omnia qua nomē &c. a Ioā.13.

Ex[b] *omni* ergo *genere plurimos Deus dignatur attrahere*, *quos erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis ſuæ*, *&* de[c] *vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ.*

Vnde nobis ſummopere ſtudendum eſt, vt cooperatores[d] ſimus gratiæ Dei: quia ad hoc vocati ſumus, eiuſque[e] familiari colloquio ſociati, & Sacerdotes ſacrati, vt fructuoſos illi manipulos reportemus cooperante gratia eius.

Neceſſe eſt[f] enim, *vt Rectores à ſubditis timeantur*, *ab* ipſiſque corrigantur, *vt humana formidine peccare metuant*, *qui diuina iudicia non formidant.*

Deteriores[g] quippe *ſunt*, *qui* Doctorum *vitam moreſque corrumpunt*, *his qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt.* Ipſi *enim ea quæ extra nos*, licet *noſtra* ſint, *auferunt*; noſtri autem detractores & *morum corruptores* noſtrorum, ſiue qui aduerſus nos armantur, *proprie nos ipſos decerpunt.* Et ideo iuſtè infames ſunt, & merito ab Eccleſia extorres fiunt.

Pro meritis[h] ergo *plebis* ſæpe paſtores *deprauantur* Eccleſiæ, vt *procliuius corruant qui ſequuntur. Capite* videlicet[i] langueſcente, facilius reliqua *membra corporis inficiuntur*, [k] vt *ſcriptum eſt: Omne caput languidum, & omne cor mœrens: A planta pedis vſque ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas.*

Quapropter manifeſtum eſt, [l] Diabolum, qui ſicut *leo rugiens circuit quærens quem* poſſit *deuorare*, cordibus plebium ſuadere, vt Doctores atque paſtores ſuos detractionibus accuſent: vt plebibus langueſcentibus, vel mala agentibus, non tenentibus Paſtoribus frena eorum, laſciuiant, atque in ima ruant. *Multum*[m] vero *diſtant damna morum à damnis rerum temporalium*, [n] cum *iſta extra nos* ſint, illa *vero in nobis.*

Sententia[o] quoque *Cham filij Noë damnantur*, *qui ſuorum* Doctorum vel *præpoſitorum*[p] culpam *produnt*, ceu *Cham qui patris pudenda non operuit*, *ſed* magis *deridenda monſtrauit.* Doctor autem vel paſtor Eccleſiæ, [q] *ſi à fide exorbitauerit*,

b verba Celeſtini epiſt. 1. c. 11. errorum genere.
c ex vaſis.
d gratia non ſolum iuuat operātes, ſed dat operari bonum.
e vide Pſeudo-Soter. epiſt. 1. Pſeudo-Felic. 1. epiſt. 1. Pſeudo L.ter. epiſt. 12.
f verba Gregorij paſtor. parte 2. cap. 6 *timeantur quando ab eis Deum minime timere deprehendūt, vt humana ſaltem &c.*
g verba Iſid. Hiſpal. ſent. lib. 3. c. 38 *deteriores ſunt qui ſiue doctrina ſiue exemplis vitā moreſque bonorū corrumpunt, his qui &c.* Hi enim quæ extra nos ſūt ſed tamē noſtra auferunt: corruptores vero morum proprie nos ipſos diripiunt &c.
h Ibid. paulo ante; *ex Merito plebu nō numquam Epiſcopi deprauantur: quatenus procl. &c.*
i languente, cætera corporis.
k vnde ſcriptum eſt.
l 1. Pet. 5.
m Iſidor. ſent. lib. 3. c. 38.
n dum iſta extra nos ſunt, mores vero &c.
o Eiuſd. libri, cap. 39.
p culpas in publico produnt ſicut.
q Ibid. poſt lineas 12.

erit [r] à fidelibus corrigendus; ſed *pro reprobis moribus magis eſt tolerandus quam diſtringendus*: quia [ſ] *Rectores* Eccleſię *à Deo iudicandi ſunt*, ſicut ait Propheta, [t] *Deus ſtetis in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* Vnde oportet vnumquemque fidelem, ſi viderit aut cognouerit plebes aduerſus paſtorem ſuum tumeſcere, aut cõtra Clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterque corrigere ſatagat. Nec eis in quibuſcumque negotiis miſceri, [u] ſi incorrigibiles apparuerint, antequã ſuo reconcilientur Doctori præſumat: Quoniam tam [x] *Sacerdotes*, quam [y] reliqui fideles omnes, ſummam *curam habere debent*, *de his qui pereunt*: quatenus [z] *eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut (ſi incorrigibiles* [a] apparuerint) *ab Eccleſia ſeparentur.*

Ita ergo B. princeps Apoſtolorum Petrus de S. prædeceſſore noſtro Clemente plebibus prędicando, quãdo docebat eas qualiter ei obedire deberent, cumque obſeruare, inter cætera ait, [b] *Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare vt ipſe vobis dicat, cum illo nolite amici eſſe; ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his quibus ipſe non loquitur: vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias* [a] ferre, *feſtinet citius reconciliari ei qui omnibus præeſt*: vt [b] *per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipſe* [c] *non eſt, & locutus fuerit his quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis qui exterminare Dei Eccleſiam volunt:* & reliqua. His aliiſque quamplurimis documentis facile vnuſquiſque aduertere poteſt, qualiter obedire & obtemperare debet præpoſitis ſuis: & qualiter circa eas agendum ſit quibus ipſi aut amici ſunt, aut inimici. [d] *Si quis* enim *hæc præcepta non obſeruauerit, hoſtis eſt animæ ſuæ*; & non tantum [e] *infamis*, ſed & excommunicatus, atque alienus ab eccleſia efficiatur: quoniam [f] *neceſſe eſt* ea vitia *ferro abſcindere*, quæ aliis medicamentis non ſanantur.

Parcat [g] vnuſquiſque à laceratione vel *detractione*

r rector tunc ecit arguend' à ſubditis, pro moribus vero rep. &c.
ſ ibid. paulo ante.
t Pſal. 81.
u vide Concil. Antioch. c. 6.
x verba Iſid. Hiſpal. ſent. lib. 3. c. 46.
y nota additamentũ. An ad omnes fideles pertinet, ab Eccleſia incorrigibiles ſeparare?
z vt eorum.
a exiſtunt.
b verba Pſeudo-Clem. epiſt. 1. interp. Ruffino.
a reparare.
b & per hoc.
c amicus nõ eſt.
d verba auctoris epiſt. ad octauum de vita Cleric. Tom. 9. oper. Hieron. p. 218.
e magiſtratus eſt infamia notare.
f vide infr. pſeudo-Fab. epiſt. 2 ex Siricio epiſt. 1. c. 7.
g *verba Hieron. ad Nepotian epiſt.* 2. caue ne aut linguam aut aures habeas prurientes; id eſt ne aut ipſe aliis detrahas, aut alios audias detrahentes &c. parce à detractione linguæ: cuſtodi ſermones tuos: & ſcito quia per cuncta quæ de aliis loqueris, tua conſcientia iudicaris.

lingua

linguæ ſuæ, caueatque *ne aut linguam aut aures habent pru-rientes, id eſt, ne aut aliis* deroget, detrahatque quibuſcunque; *aut alios* audiat derogantes vel *detrahentes*, cuſtodiatque quiſque *ſermones* ſuos, *&* ſciat, *quia* quicumque *de aliis* loquitur, ſua ſententia iudicabitur. Caueat etiam omnis fidelis, ne derogando quod in domo cuiuſquam agitur [h] *alia domus per* eum cognoſcat, ſed *omnium Chriſtianorum domos quaſi proprias* amet. *Nemo* enim *inuito auditori libenter refert.* Sitque vniuſcuiuſque ſtudium, [l] *non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam.*

Vos autem, [m] *chariſſimi, qui eſtis ſub* Domini *diſciplina conſtituti, ſic* [n] vos *exhibete*, *vt* [o] veri miniſtri *& diſpenſatores myſteriorum; vt non vituperetur miniſterium* [p] veſtrum, *ne fiat in vobis ſicuti ſcriptum eſt*, Et erit ſicut populus ſic Sacerdos. *Sic* [q] enim *vos*, veſtroſque & cunctos corripite, vt nemini noceatis, *quatenus* & *ab hominibus* bonam *acquiratis* famam, *& à Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini.* Et [r] *ſi quid aduerſi de vnitate Eccleſiæ acciderit, radicitus amputetur*, vt *Dei Eccleſia* fructuſque ſeruorum eius maneant [ſ] *inconcuſſa.*

Propter [t] *quod, chariſſimi*, [u] *expectantes ſatagite immaculati* [x] *ei inueniri in pace, & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem* [y] arbitramini. [z] *Eſtote* ergo *prudentes, & vigilate in orationibus; ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei: ſi quis loquitur,* [a] ſicut *ſermones Dei; ſi quis miniſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus; vt in omnibus honorificetur Deus, per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.*

h *Ibid.* nec quid agatur in alia domo, alia per te nouerit. &c.
i omnium Chriſti domos amare debemus &c.
k ibid. paulo ante.
l officij tui eſt nõ ſolum, &c.
m verba Zachariæ epiſt. 3. fratres chariſſ. qui eſtis veri Sacerdotes vel ſub regulari diſc.
n voſmetipſos.
o vt certe Miniſtros Dei & diſp. myſt. Dei.
p noſtrum.
q ſed ſic vos corrigite, vt veri Sacerdotes, & tales ad ſacerdotium perducite vt & vobis & illis teſtimonium maneat bonum ab his qui foris sũt, quatenus ab hominib. vobis acquiratis laudem & à Deo.
r ibid poſt 3. lineas.
ſ & Dei Eccl. maneat inconcuſſa.
t 2. Pet. 3.
a quaſi.

CENSVRA.

HVIVS epiſtolæ artifex figmentum de 70. diſcipulorum electione iuſſu Domini per Apoſtolos facta, rurſus prodiga pudoris fronte perſuadere nititur. Cepham *caput* interpretatur; *Primatum & Patriarcharum* (quos æquiparari à quibuſdam dicit) & nomina

u hæc expect. x immac. & inuiolati. y arbitremini. z 1. Pet. 4.

& munera agnoſcit. Concilij Sardicenſis, & Romani 1. ſub Gelaſio, Canonis 35. Apoſt. Dionyſio interprete, Pſeudo-Clementis epiſtolæ primæ Rufino item interprete; Ambroſij, Hieronymi, Attici Conſtantinopolitani, Celeſtini, Leonis, Gregorij, Zachariæ Pontificum, Iſidori Hiſpalenſis, & auctoris epiſt. ad Oceanum *de moribus Clericorum*, phraſes ſententiaſque citat ac deprauat: Verſionem Scripturæ vulgatam & ſequitur & pro arbitratu interpolat.

Refutatio næniarum Turriani.

Turrian. lib. 5. pro epiſt. c. 24. p. 482. b.

Turrian. *Epiſtola 3. Anacleti referta eſt veſtigiis & odore illius ætatis qua ſcripta eſt.*

Reſp. Hinc colligimus, non ab Anacleto ſed ab impuriſſimo ſcurra ſcriptam poſt A.D. 780.

Turrian. Epiſcopi, *inquit Anacletus*, non in caſtellis aut modicis ciuitatibus debent conſtitui. *Si nemo eſt qui audierit aut legerit aliter unquam factum eſſe, annon ſatis reipſa fidem epiſtolæ adſciſcit & vindicat?*

Reſp. Si numquam aliter factum eſt, quid neceſſe fuit lege ſancire? negamus tamen ad fidem epiſtolæ vindicandam ſufficere, ſi quæ vſu communi recepta ſunt adſtruat; hoc enim impoſtor quilibet præſtare poteſt, imo ſolet.

Turrian. Debent (*ait Anacl. idem*) ab Epiſcopis ordinari & poni presbyteri, ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos. *Iam non ſolum res ſed nomen ab initio impoſitum retinetur. Singulis enim parœciis ſinguli preſbyteri præſunt, & titulos ſemper à principio per vniuerſas Eccleſias Occidentis vocare conſueuerunt. Quod nomen cum à nullo auctore Eccleſiaſtico vetuſtiore in hac re poſitum reperiatur, ſed ab Anacleto primum in hac epiſtola legamus, nonne argumentum, & iudicium perſpicuum, eſſe illius ſeculi nomen, cuius eſt res ſubiecta cui impoſitum eſt?*

℞. Principium petit Ieſuita; plura enim negamus quæ pro confeſſis ſumit; hæc nimirum, Anacletum huius eſſe farraginis auctorem; 2. ab eo parœcias diſtinctas conſtare poſſe: 3. parœcias ab eodem *titulos* dictas perſpicuum eſſe.

Turrian. Hæc eadem (*inquit Anaclet.*) leges ſeculi in ſuis continent principibus: *non enim appellabantur conſules imperatores, nec prætores conſules.*

℞. Moneo primum, verba ἀνωθεν nullum cõmodum ſenſum recipere poſſe: addo etiam Turriani commentum eorum abſurditatem non modo non velare, ſed magis ac magis prodere. Si enim diſtinguendæ fuerunt Eccleſiaſticorum officiorum appellationes, quia Magiſtratus apud Romanos pro munerum diuerſitate diuerſa ſortiti ſunt nomina, vt alij dicerentur *prætores*, alij *Coſſ.* alij *Imperatores*: quis non videt impoſtorem ſuo ſe gladio confodere? An *prætores Conſules*, &c. Roma à Chriſto nato, *principum* nomine dignata eſt? annon ſolis Imperatoribus principatus & titulos & infulas reſeruauit?

Turrian.

Turrian. *De poteſtatibus ſeculi dicit Apoſtolus, eas* à Deo eſſe; Eis vectigal ſoluendum, *Rom.*13.

℞. Recte: an etiam tributa pendenda ſunt Eccleſiaſticum principatum ſibi arrogantibus, gregis Dominici alaſtoribus?

Turrian. *Hac conſuetudo à ſanctis Apoſtolis inſtituta,* vt alij ſint primates, &c. *cum in omnibus Eccleſiis Dei ſemper fuerit, & adhuc ſit,-locupletiſſ. teſtis eſt eſſe hoc illius ſeculi decretum, & ab eo ſcriptam eſſe Epiſtolam qui ipſum decretum Apoſtolicum literis conſignauit, & nomen ſuum inſcripſit.*

℞. Primates vllos extra Africam ante A D.350. appellatos, nemo facile oſtenderit. Demus tamen oſtendi poſſe, quid hoc ad antiquitatem epiſtolæ? annon poteſt impoſtor quilibet de iis quæ perpetua Eccleſiæ praxis quodanimodo conſecrauit verba facere? at nonniſi impoſtor elinguis portentoſis hiſce phraſibus vti poteſt: *vrbes primatum nomine fruantur, vtantur, iſti duo ordines Sacerdotum Apoſtoli docuerunt; eadem leges ſeculi in ſuis continent principibus,* &c.

Turrian. Aliæ primæ ciuitates *(inquit Anacl.)* quas vobis conſcriptas in quodam Tomo mittimus à Sanctis Apoſtolis, & à B. Clemente ſiue à nobis, primates, prædicatores acceperunt, &c. *Hic etiam quia res geſta, vt aiebat Calliſtratus, veritate factum ſuum prabet, non minus valet quam ſi hic Tomus extaret.*

℞. De facto non diſputamus, ſed de auctore facti. Ieſuita Apoſtolos, nos alios, miniſtrorum Eccleſiaſticorum gradus & Eccleſiarum προεδρεῖα diſtinxiſſe aſſerimus. Quis ferat colligentem ex eo quod iampridem diſtinctio inualuit, eius originem ad Apoſtolos, aut Apoſtolicum virum Clementem (cui Tomum neſcio quem tribuit impoſtor) eſſe referendam? pudet me tantarum ineptiarum.

Turrian. *Metropoles à primis Apoſtolorum diſcipulis primatum acceperunt; à Xyſto Rhemenſis, à Nicaſio Rothomagenſis. ab Eucbario Treuirenſis* &c.

℞. Ego contra, nec ad omnes Metropoles miſſos primos Apoſtolorum diſcipulos, nec ad quaſcumque ciuitates miſſi dicuntur, primatum adeptas probari poſſe contendo. Certe Bituricenſis Eccleſiæ, quæ patriarchales titulos poſtea ſumpſit, & in Aquitaniæ capite quodammodo collocata fuit, fundamenta ieciſſe dicitur Vrſinus ab Apoſtolorum ſucceſſoribus ordinatus: Senonenſi Metropoli Sabinianus à pontifice Romano (neſcio quo) præfectus fertur. Turonenſibus primus Euangelium prædicaſſe dicitur Gratianus à Fabiano Rom. antiſtite miſſus. E diuerſo Maſſilienſem Eccleſiam Lazarus ille à Domino excitatus, Aquenſem Maximinus, Pariſienſem Dionyſius Areopagita, Lemouicenſem Martialis, Ebroicenſem Taurinus, Petragoricam Fronto, Tullenſem Manſuetus, Xantonenſem Eutropius, Caralaunenſem Memmius, Donarianus, & Domitianus, Apoſtolorum diſcipuli, Bellouacenſem Lucianus Clementis auditor, fundaſſe dicuntur: Quorum omnium ſedes nec Primatus honore, nec Metropolitico iure antiquitus gauiſæ ſunt.

Turrian. *Deſcriptas Eccleſias ab Apoſtolis indicat* [illegible] *ſiue* ἀρχ[illegible]

de quo Concilium Carthag. vt conſtaret qui eſſent priores, qui poſteriores.

℞. Imo non deſcriptas indicat: nam inter Afros primates erant, non Metropoleon Epiſcopi, ſed *promotione antiquiſſimi* quique, ſiue in Metropolibus ſiue in aliis ciuitatibus conſtituti Epiſcoparum adminiſtrarent: hinc factum vt ab Epigonio Victor *ætate pater promotione antiquiſſimus* diceretur, Concil.3.Carth.c.44. hinc orta conſuetudo primæ ſedis Epiſcopos *Senes* vocandi; hinc nata de primatu Numidiæ inter Xantippum & Victorem controuerſia, Auguſtino referente epiſt 217 Cum ſingulis Epiſcopis pro ordinationis ætate *ad primatum pateret locus*, diligenter cauebat Eccleſia Africana, ne quis ementito antiquitatis titulo fratres gradu debito fraudaret. Ea de cauſſa decreuit plenaria Synodus, *vt qui ab Epiſcopis ordinabantur per prouincias, literas acciperent ab ordinatoribus, eorum manu conſcriptas, continentes conſulem & diem, vt nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriretur* Concil. Afric.c.36. Sanxerant antea patres *matriculam & Archiuum Numidiæ, & apud primam ſedem, & in Metropoli, id eſt Conſtantina*, ſiue *Cirta eſſe debere*, Can.53. Iuſſerunt denique *poſteriores anterioribus deferre, eis inconſultis nihil agere, eos qui putauerint aliquid ſpretis maioribus præſumendum, competenter ab omni concilio coercendos*: Can.52. Solennis Afrorum moris aduerſus Ieſuitam teſtes omni exceptione maiores appellare poſſumus Auguſtinum epiſt.261. Greg.epiſt.72.&75.lib.1.33.lib.2.indict.10.&--Leonem 9.epiſt.4.

Turrian. *Eſſe de* 3. principalibus ſedibus decretum *ab Anacleto ſcriptum, coniectura perſpicitur; ſiquidem teſtem habemus Synodum Nicænam, fuiſſe iam tunc cum habita eſt, priſcam conſuetudinem.*

℞. Eſſe hoc à Gelaſio Papa 169. à Nicæna Synodo 382. ab Anacleti obitu annis ſcriptum, teſtantur quoſcumque habent eius epiſtolarum & decretorum aduerſarij codices: Negamus vero ex Canonibus Nicænis colligi poſſe Romanam ſedem primatum ſupra cæteras obtinere..

Turrian. *Eſt præterea indicium vetuſtatis epiſtolæ huius Can.34. Apoſt. hic ab Anacleto citatus; cum nullus ante Clementem memoriæ prodidiſſet, profecto aut ab Apoſtolis qui eum ſine ſcripto tradiderunt, aut à Clemente qui eum reliquis nobis deſcripſit, neceſſe eſt didicerit.*

℞. Eſt indicium furis impudentiſſimi, qui verſione Dionyſij exigui circa annum D.527. publicata abuſus eſt, eamque Anacleto ante annos 410. mortuo tribuere non erubuit.

Turrian. *Hoc plane confirmat Iulij pontificis epiſt. increpatoria ad Orientales, in qua eundem Can. Apoſt.34. & Anacleti ſententiam partim iiſdem, partim ſimilibus verbis ſecutus eſt.*

℞. Iulio illi laruam detraximus, eumque in ius obtorto collo raptum plagij reum peregimus.

[a] EVARISTI PAPÆ Epiſt. I.

Dilectiſſimis fratribus uniuerſis Africæ regionis Epiſcopis, Euariſtus.

CONSVLENTIBVS [b] vobis, fratres chariſſimi, *quid* ſuper his, quæ in veſtris continebantur ſcriptis, viſum nobis eſſet, *vel* quid *docilis ratio perſuaderet*, aut quid à beatis Apoſtolis nobis traditum aut cuſtoditum remaneret, optantes (vt retuliſtis) noſtris inſtitui documentis, hæc vero reſcribimus. *Siquidem dilectio* veſtra normam *ſecuta prudentium, ad ſedem Apoſtolicam referre maluit,* [c] quaſi ad caput, *quid deberet de rebus dubiis cuſtodire potius quam vſurpatione* præſumere.

Diaconi (qui *quaſi oculi* [d] videntur eſſe *Epiſcopi*) in vnaquaque ciuitate, iuxta Apoſtolorum conſtituta, [e] *ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant* [f] *Epiſcopum* prædicantem, ne aut ipſe ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis, aut verba diuina detrahendo aut inſidiando polluantur vel deſpiciantur: ſed [g] *Veritas ſpirituali* redoleat [h] *feruore, & pax prædicata labiis animi cum voluntate* concordet. [i]

Similiter [k] cuſtoditum & traditum habemus, vt vxor legitimè viro iungatur. Aliter enim legitimum (vt à patribus accepimus, & à Sanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus traditum inuenimus) [l] non fit cõiugium, [m] niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem videntur habere, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & *à parentibus* aut propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore [n] ſacerdotaliter (vt mos eſt)

a Euareſtum ſcribit Euſeb. hiſt. lib.3. c. 34.

b verba Innocent. epiſt. 3. ad Exuperium *Conſul. tibi, frater chariſſ. quid de propoſita ſpecie vnaquaque ſententiam, pro captu intelligentia mea quæ ſunt viſa reſpondi, quid ſequendũ vel docilis &c vel auctoritas lectionum oſtenderet, vel cuſtodita ſeries temporum demõſtraret. Et quidem dilectio tua inſtitutum ſecuta,* &c.

c his verbis vſus Innocẽtius epiſt. 4. & 22. de Eccleſia ſua & ſede loquens.

d hoc auderit pſeudo Clement. epiſt. 1. pſeudo-Anaclet. epiſt. 1.

e verba Concil. Neocæſ. c.14. interpr. Dionyſ. vide Concil. Quiniſext. c.16. Iſidor. de offic. lib.2. c.8. & pontificale Damaſi dictum.

f hæc non fuit mens Apoſtolorum Act.6. nec vllius patrum: fingit impoſtor pro more.

g verba Innocen. Ij epiſt.2.c.13.

h flagrabit.

i concordabit.

k hunc locum citat Hincmarus de Diuortio Lotharij.

l inuenio te ἀνεψιὸν λόγων.

m Concil. Aurelian.4.c.22. Conc. Pariſ.1.c.6. Conc. Turon.2. c.21. Conc. Toler.3.c.10.

n Vide Concil. Carthag.4.c.13. Ambroſ. epiſt.70. Tertull. ad vxor. lib.2.c.9. de vel. vir. c.11. de pudicitia cap.4.

cum precibus & oblationibus *à Sacerdote benedicatur*, & *à paranymphus* (vt conſuetudo docet) cuſtodita & conſociata à proximis, tempore congruô petita legibus detur, & ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant, vt bonæ ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non ſpurios ſed legitimos atque *hæreditabiles* generabunt. Quapropter, *filij* chariſſimi & [o] *merito illuſtres*, fide Catholica ſuffragante, ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia. Aliter verò præſumpta non coniugia, [p] ſed aut adulteria, aut contubernia, aut ſtupra, vel fornicationes potius quam legitima coniugia eſſe non dubitate; niſi voluntas propria ſuffragata fuerit, & vota ſuccurrerint legitima. [q] *Nam fructus diuinus eſt*, præcepta diuina cuſtodire. Ea quoque deſerere, præſumptionem fieri nulli dubium eſt. Cur ergo indignum eſt vnitatem Eccleſiæ cuſtodire? Idemque [r] omnes pariter & ſentiamus & pronuntiemus. Si enim aliter præſumpta fuerunt, perdunt profectò ipſi tranſgreſſores ſeipſos, qui ſemetipſos decipiunt.

Hæc [s] cunctis *recitanda per omnes Eccleſias Africanas ſcripta* [t] dirigite, *& iſtis* [u] connectite *quas adiunximus literas* [x] *præfectorum, vt de his quæ inique laudantur (ſi quid tale probari poterit) indiciũ* [y] *fiat*, *&* inhibita coërceantur, & [z] *præterita mala*, & illicita cõiugia, *ſi doceantur admiſſa, digna ſeueritate* [a] corripiantur. *De cætero* vero caueantur talia per omnes Eccleſias, *ne Eccleſiæ Sanctitas per noſtram fatigata negligentiam perdat priuilegia quæ eſt per viros venerabiles conſecuta.*

De his vero quibus ab inſidiatoribus fatigamini, vn-

o hoc epithetum nũquam in vſu Eccleſiæ fuit, nec tam conueniat Epiſcopis quam principibus, ſeculi. vide Innoc epiſt. ad Iulianam.

p contrarium ſta uerunt Chriſtiani principes A. D. 428. his verbis, *ſi Donationum ante nuptias, vel dotis inſtrumenta defuerint, pompa etiam aliaque nuptiarum celebritas omittatur, nullus æſtimet ob id deeſſe, rectè alias inito, matrimonio, firmitatem, vel ex eo natis liberis iura poſſe legitimorũ auferri, ſi inter pares honeſtate perſonas nulla lege impediente fiat conſortium, quod ipſorum conſenſu, atq; fide amicorũ firmetur*, &c. Cod. Theodoſ. lib.3.tit.7.conſtit.3.Dat.10. Mart. felice & Tauro Coſſ. Concil. vero Trident. Seſſ 24. Decreti de reform. Matrim.cap.1 anathemate damnat, qui *vera ac rata* eſſe negant clandeſtina matrimonia &c. q imitatur impoſtor verba Innoc. epiſt.7.
r 1.Cor 1 Phil.3. ſ verba Innocentij epiſt 1. hæc velim cuncta recit. &c.
t dirigas. u connectas. x In exemplari vetuſtiſſ. Vaticanæ Biblioth. & in altero æquè vetuſto Bibl. Florentinæ S Marci, quæ cuiuis paulo curioſiori videre cum volet Romæ & Florentiæ licebit, non *præfectorum* ſed *Prophetarum* ſcriptum eſt. Turrian. pro epiſt. lib.3.c.9. & pro ſ in 80. can. Nicæn. ſ. Tuum vero commentum Turriane nihil moramur; Innocentius, cuius verba vſurpauit Pſeudo-Euariſtus, præfectorum non prophetarum legendum, quemcumque non dicam curioſum ſed veritatis ſtudioſum, ſi modo oculos habeat, docebit.
y conſilium iudiciumque. z vt præterita mala ſi doceantur &c.
a coerceantur & de cætero caueatur ne Eccl. &c.

de &

de & nos conſulere & à nobis edoceri inter cætera voluiſtis; eo quod ſint quidam, qui arbitrantur de Patre ſolo dictum eſſe, quia ipſe [b] *ſolus habet immortalitatem & lucem habitat inacceſſibilem*; ita eos Apoſtolicis percutite ferulis, & diuinis redarguite præceptis. *Non* [c] enim ſolus *Pater ſine filio lucem inacceſſibilem habitat; quia vbi pater eſt, ibi etiam filium eſſe indubitabili fide credendum eſt. Nam ſi ſolus pater ſine filio (quod* dicere [d] *nefas eſt)* lucem habitat inacceſſibilem, *neceſſe eſt vt ſequeſtratam pater à filio habeat manſionem. Quod ſi ita eſt, quonammodo* [e] idem *filius ad dextram patris adſtans à B. Martyre Stephano* dicitur [f] *conſpici, ſi Pater ſecundum* [g] eos ſolus *dicitur ſedibus* lucis *contineri? Abſit hoc à ſenſu fidelium Chriſto in vnitate fidei adhærentium: quoniam, ſicut non* [h] obeſt *filio, cum ſolus dicitur Pater lucem inacceſſibilem habitare; ita non* [i] obeſt *Patri, cum ſapientia, quæ eſt filius, dicitur* [k] *gyrum cæli ſola circuire.* Pater [l] *itaque cum ſit inuiſibilis & ingenitus* in ſe, *in filio viſus Apoſtoli teſtimonio comprobatur; & in filio à ſe* inenarrabiliter [m] *genito manſiſſe ac requieuiſſe* [n] monſtratur, *ipſo filio in Propheta* [o] loquente, *Qui me genuit, requieuit in tabernaculo meo; Et in Euangelio,* [p] Pater in me manens facit opera hæc; *Et* [q] Deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris. Si enim *in ſinu patris erat filius ab initio, & ex corde patris verbum bonum eructatum eſt; quomodo* non *in corde paterno* [r] *conſiſtens, lucem* cum eodem *inacceſſibilem habitaſſe credendus eſt? Nunquid pater abſque vlla luce in filio potuit commanere, aut in tabernaculo filij ſine eadem potuit requieſcere, cum idem filius* candor [ſ] ſit æternæ lucis, & ſpeculum ſine macula Deitatis, *quam Salomon ſuper ſalutem ſuam dilexiſſe* [t] ſe dicit, *in cuius ſpecie ſemper delectari geſtiuit?* Super ſalutem & ſpeciem, *inquit*, dilexi illam; & pro luce propoſui habere eam, quoniã inextinguibile eſt lumen eius *Hanc* [u] ergo *Dauid propheta lucem deſiderans, anxius proclamat* [x] *dicens,* [y] Emitte lucem tuam & Veritatem tuam: [z] *Iterum*, in lumine tuo videbimus lumen. *In huius igitur luminis claritate filius ſeipſum* [a] *in monte tribus diſcipulis præoſtendit,* qui [b] *metu mortis perterriti proſtrati*que in *faciem, ſibi vitæ finem adeſſe ſenſerunt. Hanc, inquam*, lucem *in ſe* fuiſſe *demonſtrans filius, proclamabat,* & vt [c] *in eadem incederent diſcipulos præmonebat,*

b 1. Tim. 6.
c verba Ithacij Clari aduerſ. Varimadum cap. 66. non ſolum.
d dici.
e Ipſe filius.
f potuit.
g ſecundum vos aliis dicitur.
h non eſt in.
i ſuffi:it.
k Eccl. 24.
l Quod itaque.
m ineffabiliter.
n monſtraretur.
o dicente.
p Ioan. 14.
q Ioan. 1.
r cum eodem conſiſtens.
ſ Sap. 7.
t dilexiſſe dixit.
u Hinc igitur lucẽ Dauid &c.
x hæc dicens.
y pſal. 42.
z & iterum. pſal. 35.
a Matth. 17.
b & metu.
c dum in eadem incederent ſuos. Ioan. 12.

d dum. *Cum*[d] lucem habetis, *inquit*, ambulate in luce: *& ite-*
e Ioan.8. *rum*,[e] Ego ſum lux huius mundi, Qui ſequitur me non
ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ æternæ.
f Ioan.1. g inquit. [f] *Et Euangeliſta*, Erat lux vera, [g] *ait*, quæ illuminat om-
nem hominem venientem in hunc mundum. *Si hæc lux,*
quæ credentibus promittitur, in filio eſſe probatur, & cum æterno
æterna eſſe dicitur, quomodo à vobis ab inacceſſibili luce Patris, &
h Ioan.5. *Filius ſeparatur? Si enim Filius*[h] Deus verus & vita æterna
i æterna ſine. [i] *eſt, ſine dubio in hac luce ſimul cum patre habitare credendus eſt,*
quam nullus modo noſtrum *in hoc mortali corpore conſtitutus*
k 1.Ioan.3. *poteſt aliquatenus contueri; ſed dum apparuerit,* [k]*tunc vere illum*
videbit ſicuti eſt, qui eius conſpectibus fuerit dignus coaptari. Et
non ſicut Moſes cæterique prophetæ per ænigmata & figuram, ſed
ipſam veraciter in filio, ſecundum Apoſtolum, contuebitur Dei-
l ſubſtantiã. *tatis*[l] imaginem. *Nam ſi hunc eundemque prophetæ*[m] ſub te-
m teſtimonium ſequẽtem. ſtimonio, ſubſequente *ſereno mentis intuitu inueſtigare*
volueris, inuenies filium non[n] poſſe *ab hac luce patris penitus ſe-*
n non nuncupaſſe. *parari: quoniam cum ſolum filium dixerit* [o] *in terra cum ho-*
o Baruc.3. *minibus conuerſatum, Patrem ab illo non*[p] eſt credendum
p non fecerit. fieri *alienum.*

q ſequentia non cohærẽt. [q] *Si*[r] *teſtimonium* enim *hominum accipimus, teſtimonium*
r Ioan.5. *Dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium*[s] *quod maius eſt,*[t]
ſ teſtim. Dei. t quoniam. quia *teſtificatus eſt de filio ſuo: Qui credit in Filium Dei, habet*
u filio. *teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit*[u] in Filium, *mendacem*
facit eum: quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt
Deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam ater-
nam dedit nobis Deus; & hæc vita eſt in Filio eius. Qui habet
Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, non habet vi-
tam. Hæc ſcribo vobis vt ſciatis, quoniam vitam habetis æter-
nam qui creditis in nomine Filij Dei. Et hæc eſt fiducia, quam ha-
bemus ad eum, quia quodcumque petierimus ſecundum volunta-
tem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quicquid petierimus,
ſcimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo. Qui
ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & da-
bitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem:
non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt, &
eſt peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex
Deo non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non
x tangit. tanget[x] *eum. Scimus quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus*
in ma-

in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio eius. Hic eſt verus Deus & vita æterna.

Hæc fratres prædicate, hæc omnibus nunciate. Vos ergo inuicem [y] *exhortamini, perfecti eſtote,* [z] *ſemperque gaudete; pacem* autem *ſectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum:* [a] *Deo autem & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.* Data 9. Kal. Aprilis Valente & Vetere W. CC. Coſſ. [b]

y 1. Cor. 13. z interſerit impoſtor verba Apoſtoli 1. Theſſ. 5. 15. a Phil 4. 20. b A. D 98. Clementis VI. ante pontificatum Euariſti 14. ſedit enim Euariſtus ab A. D. 112. ad. 121. à côſulatu Criſpi & Orphiti ad Conſul. Adriani Aug. 3. & Ruſtici, vide Baron. Annal. & Bellarm. Chronol.

Iudicia Pontificiorum.

Con *ius Not. in c. 30. q. 5. c. Aliter.* Omnia iſtius Euariſti decreta videri poſſunt ſuppoſititia, vt dixi in præfatione.

CENSVRA.

Præter pauciſſima, quæ de matrimoniorum clandeſtinorum nullitate confinxit ἀποβολεῖς, cætera vel è verſione vulgara perita, vel ex Irhacij aduerſus Varimadum diſputatione, vel ex Innocentij epiſtolis tranſlata ſunt: ad finem addita mendoſa Conſulatus nota plagiarij imperitiam prodit. Primus certe Maiorianus A. D. 458. Leone & Maioriano ipſo AA. Coſſ. ſtatuit *ambos infamiæ maculis inurendos qui fuerint ſine dote coniuncti, ita vt nec matrimonium iudicetur nec legitimi ex his filij procreentur.* &c. vide Nouell. lib. 4. tit. 8. *de Sanctimonialibus*, &c. & Cod. Iuſtin. lib. 5. tit. 4. conſt. 23.

---

*EVARISTI PAPÆ Epiſtola II.

* Euchariſtum legit Optat. lib. 2.

Euariſtus, vrbis Romæ Epiſcopus, omnibus per AEgyptum Domino conglutinatis fratribus in Domino.

VNVM *nos,* fratres, *ſentire oportet & agere, vt (ſicut legimus) in nobis* [b] *vnum cor &* vna *anima eſſe* [c] probetur. Scimus namque, ſicut & à Patribus accepimus, *Chriſtum* [d] eſſe *caput* cuius & membra ſumus; ipſe enim eſt ſponſus, & Eccleſia ſponſa cuius filij nos ſumus; & ideo [e] *vnum Patrem* habemus

a verba Leonis epiſt. 81. b nobis quoque. c cóprobetur. d Hormiſda epiſt. 21. *caput Eccleſiæ Chriſtus, Chriſti vicarij Sacerdotes.* e Matth. 23.

Et quamuis ita ordinatum fuerit, [g] *nemo* tamen *quod ſuũ eſt quærit, ſed quod alterius.* Vnde ait B. Apoſtolus Paulus; [h] *Vnuſquiſque placeat proximo ſuo in bonum ad ædificationem.* & ſicut ipſe Saluator ſuis ait diſcipulis; [i] *Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter,* &c. Et licet ſuper his aliqua dicta fuerint; repetentes tamen ſæpius, admonemus, vt ſemper in omnibus & ab omnibus vitentur elationes mentis & [k] *corporis.* Et quanto maior vnuſquiſq; videtur eſſe, tanto ſit humilior, *ſicut* Dominus Saluator noſter *non venit miniſtrari ſed miniſtrare.* Et [m] *ſi* frater aliquis *præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite* eum *in ſpiritu lenitatis.*

Si quæ vero [n] *cauſæ difficiliores* inter vos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ *ſedis apicem* [o] eas *quaſi ad caput referte,* [p] vt Apoſtolico terminentur iudicio; quia ſic Dominum velle, ab eoque ita conſtitutum eſſe, [q] antedictis teſtimoniis declaratur. Hæc [r] vero Apoſtolica ſedes *cardo* & *caput* (vt prætactum eſt) omnium Eccleſiarum a Domino & non alio eſt conſtituta. Et ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctæ ſedis auctoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſponente, reguntur. Accuſatores [f] autem & teſtes eſſe non poſſunt, *qui ante heſternum diem,* aut *nudius tertius inimici fuerunt; ne irati nocere cupiant,* [t] vel *læſi ſe vlciſci velint. Inoffenſus igitur* accuſatorum & *teſtium affectus* [u] quærendus eſt, & non ſuſpectus. *Cauſam* [x] enim veſtram *alieno* nolite committere *iudicio.* valde [y] enim iniquum eſt, vt omiſſis ſuis, alij quilibet aliorum ſe cauſis immiſceant.

Quoniam nullis in locis [z] *ſpiritualis cura deficit, ſed ſe per omnia* quocumque *nomen Dei prædicatur extendit.*

Studendum eſt omnibus, ne (vt ſunt) æmulationes malæ, ſed piæ ſint inter vos dilectiones; quia [a] *in hoc* vos *omnes* Domini diſcipulos eſſe veros noueritis, *ſi dilectionem habueritis ad inuicem.*

g 1. Cor. 10.
h Rom 15.
i Mar. 23.
k Quid corporis elationem vocat, vitandumque monet impoſtor?
l Math. 20.
m Gal. 6.
n *Cauſarum difficiliores exitus* Rom. Epiſcopo reſeruãdos monet Leo epiſt. 84
o Innocen. epiſt. 4. ſeipſũ vocat *caput & apicem Epiſcopatus,* &c.
p Vigilius epiſt. 2. *maiores Eccleſiarũ quæſtiones ad Rom. Eccl. quaſi ad caput, ſemper referendas* aſſerit.
q antedictis teſtimoniis perperam allegatis, te impoſtorem declaraſti.
r hæc vero totidem figmenta ſunt: nec enim Dominus Rom. aliis prætulit Eccleſiis: nec ſedes cardo vel caput Eccleſiæ dici poteſt: cum ſit eius dos, & præcipuum ornamentum, Optato teſte lib. 2. aduerſ. Parmen. Sedem Rom. caput vocat Pſeudo-Euariſt. epiſt. 1 Pſeudo Alexand. epiſt. 1. Pſeudo-Sixt. 1. epiſtol. 2. Pſeudo Pius epiſt 1. Pſeudo-Calixt. epiſt. 1. Pſeudo-Marcellus epiſt. 1 &c f verba Ambroſii epiſt. 64. t n. læſi. u quærit. r. x eiuſd. epiſt. 29. ad Theodoſiũ M. *ne cauſam tuã alieno cõmutas iudicio* vide; ſeudo Corn. epiſt. 2. y eiſd verbis vtitur pſeudo-Fabian. ep 2 z verba Celeſtini epiſt. *circa* [illegible] Sp. *cura nõ deficit ſed ſe per omnia qua nomẽ* &c. a I. 5. 13:

Ex [b] *omni* ergo *genere plurimos Deus dignatur attrahere*, *quos erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis ſuæ*, *&* de [c] *vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ*.

Vnde nobis ſummopere ſtudendum eſt, vt cooperatores [d] ſimus gratiæ Dei: quia ad hoc vocati ſumus, eiuſque [e] familiari colloquio ſociati, & Sacerdotes ſacrati, vt fructuoſos illi manipulos reportemus cooperante gratia eius.

Neceſſe eſt [f] enim, *vt Rectores à ſubditis timeantur*, *ab* ipſiſque corrigantur, *vt humana formidine peccare metuant*, *qui diuina iudicia non formidant*.

Deteriores [g] quippe *ſunt*, *qui* Doctorum *vitam moreſque corrumpunt*, *his qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt*. Ipſi *enim ea quæ extra nos*, licet *noſtra* ſint, *auferunt*; noſtri autem detractores & *morum corruptores* noſtrorum, ſiue qui aduerſus nos armantur, *proprie nos ipſos* decerpunt. Et ideo iuſtè infames ſunt, & merito ab Eccleſia extorres fiunt.

Pro meritis [h] ergo *plebis* ſæpe paſtores *deprauantur* Eccleſiæ, vt *procliuius corruant qui ſequuntur*. *Capite* videlicet [i] langueſcente, facilius reliqua *membra corporis inficiuntur*, [k] vt *ſcriptum eſt*: *Omne caput languidum*, *& omne cor mœrens*: *A planta pedis vſque ad verticem capitis*, *non eſt in eo ſanitas*.

Quapropter manifeſtum eſt, [l] Diabolum, qui ſicut *leo rugiens circuit quærens quem* poſſit *deuorare*, cordibus plebium ſuadere, vt Doctores atque paſtores ſuos detractionibus accuſent: vt plebibus langueſcentibus, vel mala agentibus, non tenentibus Paſtoribus frena eorum, laſciuiant, atque in ima ruant. *Multum* [m] vero *diſtant damna morum à damnis rerum temporalium*, [n] *cum iſta extra nos* ſint, illa *vero in nobis*.

Sententia [o] quoque *Cham filij Noë damnantur*, *qui ſuorum* Doctorum vel *præpoſitorum* [p] culpam *produnt*, ceu *Cham qui patris pudenda non operuit*, *ſed* magis *deridenda monſtrauit*. Doctor autem vel paſtor Eccleſiæ, [q] *ſi à fide exorbitauerit*,

b verba Celeſtini epiſt. 1. c. 11. errorum genere.
c ex vaſis.
d gratia non ſolum iuuat operãtes, ſed dat operari bonum.
e vide Pſeudo-Soter. epiſt. 1. Pſeudo-Felic. 1. epiſt. 1. Pſeudo L.ter. epiſt. 12.
f verba Gregorij paſtor. parte 2. cap. 6 *timeantur quando ab eis Deum minime timeri deprehendũt, vt humana ſaltem &c.*
g verba Iſid. Hiſpal. ſent. lib. 3. c. 38 *deteriores ſunt qui ſiue doctrina ſiue exemplis vitã moreſque bonorũ corrumpunt, his qui &c.* Hi enim quæ extra nos ſũt ſed tamẽ noſtra auferunt: corruptores vero morum proprie nos ipſos diripiunt &c.
h Ibid. paulo ante; *ex Merito plebum ſæpe* [sic: *plebunõ*] *numquam Epiſcopi deprauantur: quatenus procl. &c.*
i languente, cætera corporis.
k vnde ſcriptum eſt.
l 1. Pet. 5.
m Iſidor. ſent. lib. 3. c. 38.
n dum iſta extra nos ſunt, mores vero &c.
o Eiuſd. libri. cap. 39.
p culpas in publico produnt ſicut.
q Ibid. poſt lineas 12.

erit[r] à fidelibus corrigendus; ſed *pro reprobis moribus magis eſt tolerandus quam diſtringendus*: quia [s] *Rectores* Eccleſię *à Deo iudicandi ſunt*, ſicut ait Propheta, [t] *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* Vnde oportet vnumquemque fidelem, ſi viderit aut cognouerit plebes aduerſus paſtorem ſuum tumeſcere, aut cõtra Clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterque corrigere ſatagat. Nec eis in quibuſcumque negotiis miſceri, [u] ſi incorrigibiles apparuerint, antequã ſuo reconcilientur Doctori præſumat: Quoniam tam [x] *Sacerdotes,* quam [y] reliqui fideles omnes, ſummam *curam habere debent*, *de his qui pereunt*: quatenus [z] *eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut* (*ſi incorrigibiles* [a] apparuerint) *ab Eccleſia ſeparentur.*

Ita ergo B. princeps Apoſtolorum Petrus de S. prædeceſſore noſtro Clemente plebibus prędicando, quãdo docebat eas qualiter ei obedire deberent, eumque obſeruare, inter cætera ait, [b] *Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare vt ipſe vobis dicat, cum illo nolite amici eſſe; ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his quibus ipſe non loquitur: vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias* [a] ferre, *feſtinet citius reconciliari ei qui omnibus praeeſt*: vt [b] *per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipſe* [c] *non eſt, & locutus fuerit his quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis qui exterminare Dei Eccleſiam volunt:* & reliqua. His aliiſque quamplurimis documentis facile vnuſquiſque aduertere poteſt, qualiter obedire & obtemperare debet præpoſitis ſuis: & qualiter circa eas agendum ſit quibus ipſi aut amici ſunt, aut inimici. [d] *Si quis* enim *hæc præcepta non obſeruauerit, hoſtis eſt animæ ſuæ;* & non tantum [e] *infamis*, ſed & excommunicatus, atque alienus ab eccleſia efficiatur: quoniam [f] *neceſſe eſt* ea vitia *ferro abſcindere*, quæ aliis medicamentis non ſanantur.

Parcat [g] vnuſquiſque à laceratione vel *detractione*

r rector tunc erit arguendus à ſubditis, pro moribus vero rep. &c.
ſ ibid. paulo ante.
t Pſal. 81.
u vide Concil. Antioch. c. 6.
x verba Iſid. Hiſpal. ſent. lib. 3. c. 46.
y nota additamentũ. An ad omnes fideles pertinet, ab Eccleſia incorrigibiles ſeparare?
z vt eorum.
a exiſtunt.
b verba Pſeudo-Clem. epiſt. 1. interp. Ruffino.
a reparare.
b & per hoc.
c amicus nõ eſt.
d verba auctoris epiſt. ad octauum de vita Cleric. Tom. 9. oper. Hieron. p. 218.
e magiſtratus eſt infamia notare.
f vide infr. pſeudo-Fab. epiſt. 2 ex Siricio epiſt. 1. c. 7.
g *verba Hieron. ad Nepotian epiſt.* 2. caue ne aut linguam aut aures habeas prurientes; id eſt ne aut ipſe aliis detrahas, aut alios audias detrahentes &c. parce à detractione linguæ: cuſtodi ſermones tuos; & ſcito quia per cuncta quæ de aliis loqueris, tua conſcientia iudicaris.

lingua

linguæ ſuæ, caueatque *ne aut linguam aut aures habent pru-rientes, id eſt, ne aut aliis* deroget, detrahatque quibuſcunque; *aut alios* audiat derogantes vel *detrahentes*, cuſtodiatque quiſque *ſermones* ſuos, *&* ſciat, *quia* quicumque *de aliis* loquitur, ſua ſententia iudicabitur. Caueat etiam omnis fidelis, ne derogando quod in domo cuiuſquam agitur [h] *alia domus per* eum cognoſcat, ſed *omnium Chriſtianorum domos quaſi proprias* amet. *Nemo* enim *inuito auditori libenter refert.* Sitque vniuſcuiuſque ſtudium, [l] *non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam.*

Vos autem, [m] *chariſſimi, qui eſtis ſub* Domini *diſciplina conſtituti, ſic* [n] vos *exhibete*, *vt* [o] veri miniſtri *& diſpenſatores myſteriorum*; *vt non vituperetur miniſterium* [p] veſtrum, *ne fiat in vobis ſicuti ſcriptum eſt*, Et erit ſicut populus ſic Sacerdos. *Sic* [q] enim *vos*, veſtroſque & cunctos corripite, vt nemini noceatis, *quatenus* & *ab hominibus* bonam *acquiratis* famam, *& à Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini.* Et [r] *ſi quid aduerſi de vnitate Eccleſiæ acciderit, radicitus amputetur*, vt *Dei Eccleſia* fructuſque ſeruorum eius maneant [ſ] *inconcuſſa.*

Propter [t] *quod, chariſſimi*, [u] *expectantes ſatagite immaculati* [x] *ei inueniri in pace, & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem* [y] arbitramini. [z] *Eſtote* ergo *prudentes, & vigilate in orationibus*; *ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei: ſi quis loquitur*, [a] ſicut *ſermones Dei*; *ſi quis miniſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus*; *vt in omnibus honorificetur Deus, per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.*

CENSVRA.

HVIVS epiſtolæ artifex figmentum de 70. diſcipulorum electione iuſſu Domini per Apoſtolos facta, rurſus prodiga pudoris fronte perſuadere nititur. Cepham *caput* interpretatur; *Primatum & Patriarharum* (quos æquiparari à quibuſdam dicit) & nomina

[h] *Ibid.* nec quid .garur in alia, domus alia per te nouerit. &c.
[l] omnium Chriſti domos amare debemus &c.
[k] ibid. paulo ante.
[l] officij tui eſt nõ ſolum, &c.
[m] verba Zachariæ epiſt. 3. fratres chariſſ. qui eſtis veri Sacerdotes vel ſub regulari diſc.
[n] voſmetipſos.
[o] vt certe Miniſtros Dei & diſp. myſt. Dei.
[p] noſtrum.
[q] ſed ſic vos corrigite, vt veri Sacerdotes, & tales ad ſacerdotium perducite vt & vobis & illis teſtimonium maneat bonum ab his qui foris ſũt, quatenus ab hominib. vobis acquiratis laudem & à Deo.
[r] ibid poſt 3. lineas.
[ſ] & Dei Eccl. maneat inconcuſſa.
[t] 2. Pet. 3.
[a] quaſi.

[u] hæc expect. [x] immac. & inuiolati. [y] arbitremini. [z] 1. Pet. 4.

& munera agnoſcit. Concilij Sardicenſis, & Romani 1. ſub Gelaſio, Canonis 35. Apoſt. Dionyſio interprete, Pſeudo-Clementis epiſtolæ primæ Rufino item interprete; Ambroſij, Hieronymi, Attici Conſtantinopolitani, Celeſtini, Leonis, Gregorij, Zachariæ Pontificum, Iſidori Hiſpalenſis, & auctoris epiſt. ad Oceanum *de moribus Clericorum*, phraſes ſententiaſque citat ac deprauat: Verſionem Scripturæ vulgatam & ſequitur & pro arbitratu interpolat.

Refutatio næniarum Turriani.

Turrian. lib. 5. pro epiſt. c. 24. p. 482. b.

Turrian. *Epiſtola 3. Anacleti referta eſt veſtigiis & odore illius ætatis qua ſcripta eſt.*

Reſp. Hinc colligimus, non ab Anacleto ſed ab impuriſſimo ſcurra ſcriptam poſt A.D. 780.

Turrian. Epiſcopi, *inquit Anacletus*, non in caſtellis aut modicis ciuitatibus debent conſtitui. *Si nemo eſt qui audierit aut legerit aliter vnquam factum eſſe, annon ſatis reipſa fidem epiſtolæ adſciſcit & vindicat?*

Reſp. Si numquam aliter factum eſt, quid neceſſe fuit lege ſancire? negamus tamen ad fidem epiſtolæ vindicandam ſufficere, ſi quæ vſu communi recepta ſunt adſtruat; hoc enim impoſtor quilibet præſtare poteſt, imo ſolet.

Turrian. Debent (*ait Anacl. idem*) ab Epiſcopis ordinari & poni presbyteri, ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos. *Iam non ſolum res ſed nomen ab initio impoſitum res retinetur. Singulis enim parœciis ſinguli preſbyteri præſunt, & titulos ſemper à principio per vniuerſas Eccleſias Occidentis vocare conſueuerunt. Quod nomen cum à nullo auctore Eccleſiaſtico vetuſtiore in hac re poſitum reperiatur, ſed ab Anacleto primum in hac epiſtola legamus, nonne argumentum, & iudicium perſpicuum, eſſe illius ſeculi nomen, cuius eſt res ſubiecta cui impoſitum eſt?*

℞. Principium petit Ieſuita; plura enim negamus quæ pro conſeſſis ſumit; hæc nimirum, Anacletum huius eſſe farraginis auctorem; 2. ab eo parœcias diſtinctas conſtare poſſe: 3. parœcias ab eodem *titulos* dictas perſpicuum eſſe.

Turrian. Hæc eadem (*inquit Anaclet.*) leges ſeculi in ſuis continent principibus: *non enim appellabantur conſules imperatores, nec prætores conſules.*

℞. Moneo primum, verba ὑποθετικῶς nullum cómodum ſenſum recipere poſſe: addo etiam Turriani commentum eorum abſurditatem non modo non velare, ſed magis ac magis prodere. Si enim diſtinguendæ fuerunt Eccleſiaſticorum officiorum appellationes, quia Magiſtratus apud Romanos pro munerum diuerſitate diuerſa ſortiti ſunt nomina, vt alij dicerentur *prætores*, alij *Coſſ.* alij *Imperatores*: quis non videt impoſtorem ſuo ſe gladio confodere? An *prætores Conſules*, &c. Roma à Chriſto nato, *principum* nomine dignata eſt? annon ſolis Imperatoribus principatus & titulos & infulas reſeruauit?

Turrian.

Turrian. *De poteſtatibus ſeculi dicit Apoſtolus, eas* à Deo eſſe; Eis vectigal ſoluendum, *Rom.13.*

℞ Recte: an etiam tributa pendenda ſunt Eccleſiaſticum principatum ſibi arrogantibus, gregis Dominici alaſtoribus?

Turrian. *Hæc conſuetudo à ſanctis Apoſtolis inſtituta*, vt alij ſint primates, &c. *cum in omnibus Eccleſiis Dei ſemper fuerit, & adhuc ſit,—locupletiſſ. teſtis eſt eſſe hoc illius ſeculi decretum, & ab eo ſcriptam eſſe Epiſtolam qui ipſum decretum Apoſtolicum literis conſignauit, & nomen ſuum inſcripſit.*

℞ Primates vllos extra Africam ante A D.350. appellatos, nemo facile oſtenderit. Demus tamen oſtendi poſſe, quid hoc ad antiquitatem epiſtolæ? annon poteſt impoſtor quilibet de iis quæ perpetua Eccleſiæ praxis quodammodo conſecrauit verba facere? at nonniſi impoſtor elinguis portentoſis hiſce phraſibus vti poteſt: *vrbes primatum nomine fruantur, vtantur, iſti duo ordines Sacerdotum Apoſtoli docuerunt; eadem leges ſeculi in ſuis continent principibus*, &c.

Turrian. Aliæ primæ ciuitates *(inquit Anacl.)* quas vobis conſcriptas in quodam Tomo mittimus à Sanctis Apoſtolis, & à B. Clemente ſiue à nobis, primates, prædicatores acceperunt, &c. *Hic etiam quia res geſta, vt aiebat Calliſtratus, veritate factum ſuum probet, non minus valet quam ſi hic Tomus extaret.*

℞. De facto non diſputamus, ſed de auctore facti. Ieſuita Apoſtolos, nos alios, miniſtrorum Eccleſiaſticorum gradus & Eccleſiarum προεδρεία diſtinxiſſe aſſerimus. Quis ferat colligentem ex eo quod iampridem diſtinctio inualuit, eius originem ad Apoſtolos, aut Apoſtolicum virum Clementem (cui Tomum neſcio quem tribuit impoſtor) eſſe referendam? pudet me tantarum ineptiarum.

Turrian. *Metropoles à primis Apoſtolorum diſcipulis primatum acceperunt; à Xyſto Rhemenſis, à Nicaſio Rothomagenſis, ab Euchario Treuirenſis* &c.

℞. Ego contra, nec ad omnes Metropoles miſſos primos Apoſtolorum diſcipulos, nec ad quaſcumque ciuitates miſſi dicuntur, primatum adeptas probari poſſe contendo. Certe Bituricenſis Eccleſiæ, quæ patriarchales titulos poſtea ſumpſit, & in Aquitaniæ capite quodammodo collocata fuit, fundamenta ieciſſe dicitur Vrſinus ab Apoſtolorum ſucceſſoribus ordinatus: Senonenſi Metropoli Sabinianus à pontifice Romano (neſcio quo) præfectus fertur. Turonenſibus primus Euangelium prædicaſſe dicitur Gratianus à Fabiano Rom. antiſtite miſſus. E diuerſo Maſſilienſem Eccleſiam Lazarus ille à Domino excitatus, Aquenſem Maximinus, Pariſienſem Dionyſius Areopagita, Lemouicenſem Martialis, Ebroicenſem Taurinus, Petragoricam Fronto, Tullenſem Manſuetus, Xantonenſem Eutropius, Catalaunenſem Memmius, Donatianus, & Domitianus, Apoſtolorum diſcipuli, Bellouacenſem Lucianus Clementis auditor, fundaſſe dicuntur: Quorum omnium ſedes nec Primatus honore, nec Metropolitico iure antiquitus gauiſæ ſunt.

Turrian. *Deſcriptas Eccleſias ab Apoſtolis indicat* μητρόπολιν *ſiue* ἀρχαιότατον;

de quo Concilium Carthag. vt conſtaret qui eſſent priores, qui poſteriores.

℞. Imo non deſcriptas indicat: nam inter Afros primates erant, non Metropoleon Epiſcopi, ſed *promotione antiquiſſimi* quique, ſiue in Metropolibus ſiue in aliis ciuitatibus conſtituti Epiſcopatum adminiſtrarent: hinc factum vt ab Epigonio Victor *ætate pater promotione antiquiſſimus* diceretur, Concil. 3. Carth. c. 44. hinc orta conſuetudo primæ ſedis Epiſcopos *Senes* vocandi; hinc nata de primatu Numidiæ inter Xantippum & Victorem controuerſia, Auguſtino referente epiſt 217 Cum ſingulis Epiſcopis pro ordinationis ætate *ad primatum pateret locus*, diligenter cauebat Eccleſia Africana, ne quis ementito antiquitatis titulo fratres gradu debito fraudaret. Ea de cauſſa decreuit plenaria Synodus, *vt qui ab Epiſcopis ordinabantur per prouincias, literas acciperent ab ordinatoribus, eorum manu conſcriptas, continentes conſulem & diem, vt nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriretur* Concil. Afric. c. 36. Sanxerant antea patres *matriculam & Archiuum Numidiæ, & apud primam ſedem, & in Metropoli, id eſt Conſtantina* ſiue *Cirta eſſe debere*, Can. 53. Iuſſerunt denique *poſteriores anterioribus deferre, eis inconſultis nihil agere, eos qui putauerint aliquid ſpretis maioribus præſumendum, competenter ab omni concilio coercendos:* Can. 52. Solennis Afrorum moris aduerſus Ieſuitam teſtes omni exceptione maiores appellare poſſumus Auguſtinum epiſt. 261. Greg. epiſt. 72. & 75. lib. 1. 33. lib. 2. indict. 10. &--Leonem 9. epiſt. 4.

Turrian. *Eſſe* de 3. principalibus ſedibus decretum *ab Anacleto ſcriptum, coniectura perſpicitur; ſiquidem teſtem habemus Synodum Nicænam, fuiſſe iam tunc cum habita eſt, priſcam conſuetudinem.*

℞. Eſſe hoc à Gelaſio Papa 169. à Nicæna Synodo 382. ab Anacleti obitu annis ſcriptum, teſtantur quoſcumque habent eius epiſtolarum & decretorum aduerſarij codices: Negamus vero ex Canonibus Nicænis colligi poſſe Romanam ſedem primatum ſupra cæteras obtinere.

Turrian. *Eſt præterea indicium vetuſtatis epiſtolæ huius Can. 34. Apoſt hic ab Anacleto citatus; cum nullus ante Clementem memoriæ prodidiſſet, profectò aut ab Apoſtolis qui eum ſine ſcripto tradiderunt, aut à Clemente qui eum reliquis nobis deſcripſit, neceſſe eſt didicerit.*

℞. Eſt indicium furis impudentiſſimi, qui verſione Dionyſij exigui circa annum D. 527. publicata abuſus eſt, eamque Anacleto ante annos 410. mortuo tribuere non erubuit.

Turrian. *Hoc plane confirmat Iulij pontificis epiſt. increpatoria ad Orientales, in qua eundem Can. Apoſt. 34. & Anacleti ſententiam partim iiſdem, partim ſimilibus verbis ſecutus eſt.*

℞. Iulio illi laruam detraximus, eumque in ius obtorto collo raptum plagij reum peregimus.

EVARISTI PAPÆ[a] Epiſt. I.

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Africæ regionis Epiſcopis, Euariſtus.

CONSVLENTIBVS [b] vobis, fratres chariſſimi, *quid* ſuper his, quæ in veſtris continebantur ſcriptis, viſum nobis eſſet, *vel* quid *docilis ratio perſuaderet*, aut quid à beatis Apoſtolis nobis traditum aut cuſtoditum remaneret, optantes (vt retuliſtis) noſtris inſtitui documentis, hæc vero reſcribimus. *Siquidem dilectio* veſtra normam *ſecuta prudentium, ad ſedem Apoſtolicam referre maluit*, [c] quaſi ad caput, *quid deberet de rebus dubiis cuſtodire potius quam vſurpatione* præſumere.

Diaconi (qui *quaſi oculi* [d] videntur eſſe *Epiſcopi*) in vnaquaque ciuitate, iuxta Apoſtolorum conſtituta, [e] *ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant* [f] *Epiſcopum* prædicantem, ne aut ipſe ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis, aut verba diuina detrahendo aut inſidiando polluantur vel deſpiciantur: ſed [g] *Veritas ſpirituali* redoleat [h] *feruore*, & *pax prædicata labiis animi cum voluntate* concordet. [i]

Similiter [k] cuſtoditum & traditum habemus, vt vxor legitimè viro iungatur. Aliter enim legitimum (vt à patribus accepimus, & à Sanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus traditum inuenimus) [l] non fit cõiugium, [m] niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem videntur habere, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & *à parentibus* aut propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore [n] ſacerdotaliter (vt mos eſt)

a Euareſtum ſcribit Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 34.

b verba Innocent. epiſt. 3. ad Exuperium *Conſul. tibi, frater chariſſ. quid de propoſita ſpecie vnaquaque ſententiam, pro captu intelligẽtia mea quæ ſunt viſa reſpondi, quid ſequendũ vel docilis &c vel auctoritas lectionis oſtenderet, vel cuſtodita ſeries temporum demõſtraret. Et quidem dilectio tua inſtitutum ſecuta,* &c.

c his verbis vſus Innocẽtius epiſt. 4. & 22. de Eccleſia ſua & ſede loquens.

d hoc aſſerit pſeudo Clement. epiſt. 1. pſeudo-Anaclet. epiſt 1.

e verba Concil. Neocæſ. c. 14. interpr. Dionyſ. vide Concil. Quiniſext. c. 16. Iſidor. de offic. lib. 2. c. 8. & pontificale Damaſi dictum.

f hæc non fuit mens Apoſtolorum Act. 6. nec vllius patrum: fingit impoſtor pro more.

g verba Innocentij epiſt. 2. c. 13.

h flagrabit.

i concordabit.

k hunc locum citat Hincmarus de Diuortio Lotharij.

l inuenio te [illegible].

m Concil. Aurelian. 4. c. 22. Conc. Pariſ. 1. c. 6. Conc. Turon. 2. c. 21. Conc. Tolet. 3. c. 10.

n Vide Concil. Carthag. 4. c. 13. Ambroſ. epiſt. 70. Tertull ad vxor. lib. 2. c. 9. de vel. vir. c. 11. de pudicitia cap. 4.

cum precibus & oblationibus à *Sacerdote benedicatur*, & *à paranymphu* (vt conſuetudo docet) cuſtodita & conſociata à proximis, tempore congruo petita legibus detur, & ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant, vt bonæ ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non ſpurios ſed legitimos atque *hæreditabiles* generabunt. Quapropter, *filÿ* chariſſimi & [o] *merito illuſtres*, fide Catholica ſuffragante, ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia. Aliter verò præſumpta non coniugia, [p] ſed aut adulteria, aut contubernia, aut ſtupra, vel fornicationes potius quam legitima coniugia eſſe non dubitate; niſi voluntas propria ſuffragata fuerit, & vota ſuccurrerint legitima. [q] *Nam fructus diuinus eſt*, præcepta diuina cuſtodire. Ea quoque deſerere, præſumptionem fieri nulli dubium eſt. Cur ergo indignum eſt vnitatem Eccleſiæ cuſtodire? Idemque [r] omnes pariter & ſentiamus & pronuntiemus. Si enim aliter præſumpta fuerunt, perdunt profectò ipſi tranſgreſſores ſeipſos, qui ſemetipſos decipiunt.

Hæc [s] cunctis *recitanda per omnes Eccleſias Africanas ſcripta* [t] dirigite, *& iſtis* [u] connectite *quas adiunximus literas* [x] *præfectorum, vt de his quæ iniquè laudantur (ſi quid tale probari poterit) iudicij* [y] *fiat, &* inhibita coërceantur, & [z] *præterita mala*, & illicita cõiugia, *ſi doceantur admiſſa, digna ſeueritate* [a] corripiantur. *De cætero* vero *caueantur* talia per omnes Eccleſias, *ne Eccleſiæ Sanctitas per noſtram fatigata negligentiam perdat priuilegia quæ eſt per viros venerabiles conſecuta.*

De his vero quibus ab inſidiatoribus fatigamini, vn-

o hoc epithetum nũquam in vſu Eccleſiæ fuit, nec tam conuenit Epiſcopis quam principibus, ſe ́uli. vide Innoc epiſt. ad Iulianam.

p cõtrarium ſta uerunt Chriſtiani principes A.D. 428. his verbis, *ſi Donationum ante nuptias, vel dotis inſtrumenta defuerint, pompa etiam aliaque nuptiarum celebritas emittatur, nullus æſtimet ob id deeſſe, rectè alias inite, matrimonio, firmitatem, vel ex eo natis liberis iura poſſe legitimorũ auferri, ſi inter pares honeſtate perſonas nulla lege impediente fiat conſortium, quod ipſorum conſenſu, atq; fide amicorũ firmetur*, &c. Cod. Theodoſ. lib. 3. tit. 7. conſtit. 3. Dat. 10. Mart. felice & Tauro Coſſ. Concil. vero Trident. Seſſ. 24. Decreti de reform. Matrim. cap. 1 anathemate damnat, qui *vera ac rata* eſſe negant clandeſtina matrimonia &c. q imitatur impoſtor verba Innoc. epiſt. 7.

r 1. Cor 1 Phil. 3. ſ verba Innocentij epiſt. 11. hæc velim cuncta recit. &c.

t dirigas. u connectas. x In exemplari vetuſtiſſ. Vaticanæ Biblioth. & in altero æquè vetuſto Bibl. Florentinæ S Marci, quæ cuiuis paulo curioſiori videre cum volet Romæ & Florentiæ licebit, non *præfectorum* ſed *Prophetarum* ſcriptum eſt. Turrian. pro epiſt. lib. 3. c. 9. & pr ſ in 80. can. Nicæn. ✱. Tuum vero commentum Turriane nihil moramur; Innocentius, cuius verba vſurpauit Pſeudo-Euariſtus, præfectorum non prophetarum legendum, quemcumque non dicam curioſum ſed veritatis ſtudioſum, ſi modo oculos habeat, docebit.

y conſilium iudiciumque. z vt præterita mala ſi doceantur &c.

a coërceantur & de cætero caueatur ne Eccl. &c.

de &

de & nos conſulere & à nobis edoceri inter cætera voluiſtis; eo quod ſint quidam, qui arbitrantur de Patre ſolo dictum eſſe, quia ipſe [b] *ſolus habet immortalitatem & lucem habitat inacceſſibilem*; ita eos Apoſtolicis percutite ferulis, & diuinis redarguite præceptis. *Non* [c] enim ſolus *Pater ſine filio lucem inacceſſibilem habitat; quia vbi pater eſt, ibi etiam filium eſſe indubitabili fide credendum eſt. Nam ſi ſolus pater ſine filio (quod* dicere [d] *nefas eſt)* lucem habitat inacceſſibilem, *neceſſe eſt vt ſequeſtratam pater à filio habeat manſionem. Quod ſi ita eſt, quonammodo* [e] idem *filius ad dextram patris adſtans à B. Martyre Stephano* dicitur [f] *conſpici, ſi Pater ſecundum* [g] eos ſolus *dicitur ſedibus* lucis *contineri? Abſit hoc à ſenſu fidelium Chriſto in vnitate fidei adhærentium: quoniam, ſicut non* [h] obeſt *filio, cum ſolus dicitur Pater lucem inacceſſibilem habitare; ita non* [i] obeſt *Patri, cum ſapientia, quæ eſt filius, dicitur* [k] *gyrum cœli ſola circuire.* Pater [l] *itaque cum ſit inuiſibilis & ingenitus* in ſe, *in filio viſus Apoſtoli teſtimonio comprobatur; & in filio à ſe* inenarrabiliter [m] *genito manſiſſe ac requieuiſſe* [n] monſtratur, *ipſo filio in Propheta* [o] loquente, *Qui me genuit, requieuit in tabernaculo meo; Et in Euangelio,* [p] Pater in me manens facit opera hæc; *Et* [q] Deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris. Si enim *in ſinu patris erat filius ab initio, & ex corde patris verbum bonum eructatum eſt; quomodo* non *in corde paterno* [r] *conſiſtens, lucem* cum eodem *inacceſſibilem habitaſſe credendus eſt? Nunquid pater abſque vlla luce in filio potuit commanere, aut in tabernaculo filij ſine eadem potuit requieſcere, cum idem filius* candor [ſ] ſit æternæ lucis, & ſpeculum ſine macula Deitatis, *quam Salomon ſuper ſalutem ſuam dilexiſſe* [t] ſe dicit, *in cuius ſpecie ſemper delectari geſtiuit?* Super ſalutem & ſpeciem, *inquit*, dilexi illam; & pro luce propoſui habere eam, quoniã inextinguibile eſt lumen eius. *Hanc* [u] ergo *Dauid propheta lucem deſiderans, anxius proclamat* [x] *dicens,* [y] Emitte lucem tuam & Veritatem tuam: [z] *Iterum*, in lumine tuo videbimus lumen. *In huius igitur luminis claritate filius ſeipſum* [a] *in monte tribus diſcipulis præoſtendit*, qui [b] *metu mortis perterriti proſtrati*que in *faciem, ſibi vitæ finem adeſſe ſenſerunt. Hanc, inquam, lucem in ſe* fuiſſe *demonſtrans filius, proclamabat,* & vt [c] *in eadem incederent diſcipulos præmonebat,*

b 1. Tim. 6.
c verba Ithacij Clari aduerſ. Varimadum cap. 66. non ſolum.
d dici.
e ipſe filius.
f potuit.
g ſecundum vos aliis dicitur.
h non eſt in.
i ſufficit.
k Eccl. 24.
l Quod itaque.
m ineffabiliter.
n monſtraretur.
o dicente.
p Ioan. 14.
q Ioan. 1.
r cum eodem conſiſtens.
ſ Sap. 7.
t dilexiſſe
d xit,
u Hinc igitur lucẽ Dauid &c.
x hæc dicens.
y pſal. 42.
z & iterum. pſal. 35.
a Matth. 17.
b & metu.
c dum in eadem incederent ſuos. Ioan. 12.

Cum [d] lucem habetis, inquit, ambulate in luce: & iterum, [e] Ego ſum lux huius mundi, Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ æternæ. [f] Et Euangeliſta, Erat lux vera, [g] ait, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si hæc lux, quæ credentibus promittitur, in filio eſſe probatur, & cum æterno æterna eſſe dicitur, quomodo à vobis ab inaccc ſſibili luce Patris, & Filius ſeparatur? Si enim Filius [h] Deus verus & vita æterna [i] eſt, ſine dubio in hac luce ſimul cum patre habitare credendus eſt, quam nullus modo noſtrum in hoc mortali corpore conſtitutus poteſt aliquatenus contueri; ſed dum apparuerit, [k] tunc vere illum videbit ſicuti eſt, qui eius conſpectibus fuerit dignus coaptari. Et non ſicut Moſes cæterique prophetæ per ænigmata & figuram, ſed ipſam veraciter in filio, ſecundum Apoſtolum, contuebitur Deitatis [l] imaginem. Nam ſi hunc eundemque prophetæ [m] ſub teſtimonio, ſubſequente ſereno mentis intuitu inueſtigare volueris, inuenies filium non [n] poſſe ab hac luce patris penitus ſeparari: quoniam cum ſolum filium dixerit [o] in terra cum hominibus conuerſatum, Patrem ab illo non [p] eſt credendum fieri alienum.

[q] Si [r] teſtimonium enim hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium [s] quod maius eſt, [t] quia teſtificatus eſt de filio ſuo: Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit [u] in Filium, mendacem facit eum: quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus; & hæc vita eſt in Filio eius. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc ſcribo vobis vt ſciatis, quoniam vitam habetis æternam qui creditis in nomine Filij Dei. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quicquid petierimus, ſcimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tanget [x] eum. Scimus quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in ma-

d dum.
e Ioan. 8.
f Ioan. 1.
g inquit.
h Ioan. 5.
i æterna ſine.
k 1. Ioan. 3.
l ſubſtantiã.
m teſtimonium ſequẽtem.
n non nuncupaſſe.
o Baruc. 3.
p non fecerit.
q ſequentia non cohærẽt.
r Ioan. 5.
ſ teſtim. Dei.
t quoniam.
u filio.
x tangit.

in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio eius. Hic eſt verus Deus & vita æterna.

Hæc fratres prædicate, hæc omnibus nunciate. Vos ergo inuicem [y] *exhortamini, perfecti eſtote,* [z] *ſemperque gaudete*; *pacem* autem *ſectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum:* [a] *Deo autem & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.* Data 9. Kal. Aprilis Valente & Vetere W. CC. Coſſ. [b]

y 2. Cor. 13.
z interſerit impoſtor verba Apoſtoli 1. Theſſ. 5. 15.
a Phil 4. 20.
b A. D 98. Clemẽtis VI. ante pontificatum Euariſti 14. ſedit enim Euariſtus ab A. D. 112. ad. 121. à cõſulatu Criſpi & Orphiti ad Conſul. Adriani Aug. 3. & Ruſtici, vide Baron. Annal. & Bellarm. Chronol.

Iudicia Pontificiorum.

Con *ius Not. in c. 30. q. 5. c. Aliter.* Omnia iſtius Euariſti decreta videri poſſunt ſuppoſititia, vt dixi in præfatione.

CENSVRA.

Præter pauciſſima, quæ de matrimoniorum clandeſtinorum nullitate confinxit ὑποβολιεὺς, cætera vel è verſione vulgata petita, vel ex Ithacij aduerſus Varimadum diſputatione, vel ex Innocentij epiſtolis tranſlata ſunt: ad finem addita mendoſa Conſulatus nota plagiarij imperitiam prodit. Primus certe Maiorianus A. D. 458. Leone & Maioriano ipſo AA. Coſſ. ſtatuit *ambos infamiæ maculis inurendos qui fuerint ſine dote coniuncti, ita vt nec matrimonium iudicetur nec legitimi ex his filij procreentur.* &c. vide Nouell. lib. 4. tit. 8. *de Sanctimonialibus*, &c. & Cod. Iuſtin. lib. 5. tit. 4. conſt. 23.

**EVARISTI PAPÆ* Epiſtola II.

* Euchariſtum legit Optat. lib. 2.

Euariſtus, vrbis Romæ Epiſcopus, omnibus per Ægyptum Domino conglutinatis fratribus in Domino.

VNVM nos, fratres, *ſentire oportet & agere, vt (ſicut legimus) in nobis* [b] *vnum cor &* vna *anima eſſe* [c] probetur. Scimus namque, ſicut & à Patribus accepimus, *Chriſtum* [d] eſſe *caput* cuius & membra ſumus; ipſe enim eſt ſponſus, & Eccleſia ſponſa, cuius filij nos ſumus; & ideo [e] *vnum Patrem* habemus

a verba Leonis epiſt. 81.
b nobis quoque.
c cõprobetur.
d Hormiſda epiſt. 25 *caput Eccleſiæ Chriſtus, Chriſti vicarij Sacerdotes.*
e Matth. 23.

Deum *in cælis*. Sacerdotes vero [f] *vice Chriſti legatione funguntur in Eccleſia*. Et ſicut ei ſua coniuncta eſt ſponſa, id eſt Eccleſia, [g] ſic Epiſcopis iunguntur Eccleſiæ, vnicuique [h] *pro portione ſua*. Et ſicut vir non debet negligere vxorem ſuam, ſed diligere & caſte cuſtodire, & amare atque prudenter regere; ſic Epiſcopus, & multo magis, cuſtodire, & amare, [i] atque prudenter regere debet Eccleſiam.

Et velut vxor, quæ ſub manu eſt viri, obedire debet viro ſuo, eumque diligere, & amare; *ita potius*[k] *etiam* Eccleſia Epiſcopo ſuo *in omnibus* obedire, [l] eumque diligere & amare vt animam ſuam debet; quia illud fiet carnaliter, iſtud ſpiritualiter.

Et ſicut vir non debet adulterare vxorem ſuam: ita nec Epiſcopus Eccleſiam ſuam, [n] id eſt vt illam dimittat ad quam Sacratus eſt, abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica vel regulari mutatione, [o] & alteri ſe ambitus cauſa coniungat.

Et ſicut vxori non licet [p] dimittere virum ſuum, vt alteri ſe (viuente eo) matrimonio ſociet, aut eum adulteret, licet fornicatus ſit vir eius; ſed, iuxta Apoſtolum, *aut viro ſuo reconciliari* debet, *aut manere innupta*: ita Eccleſiæ non licet dimittere Epiſcopum ſuum, aut ab eo ſe ſegregare, vt alterum (viuente eo) accipiat: ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat; id eſt alterum Epiſcopum (*ſuo viuente* [r]) non accipiat, ne fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Nam ſi adulterata fuerit, id eſt, ſi ſe alteri Epiſcopo iunxerit, aut ſuper ſe alterum Epiſcopum adduxerit, aut eſſe fecerit, vel deſiderauerit, per acerrimam pœninentiam aut ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut innupta permaneat.

f pſeudo-Gregorius epiſt. 32. lib. 12.
g Ambroſ. de dignit. Sacerdo. c. 4. ſcribit Paulum 1. Tim. 3. his verbis *vnius vxoris virū*, inhibere Epiſcopum duas vſurpare Eccleſias: verius tamē dicitur, Epiſcopum Eccleſiæ, cuius adminiſtrationē ſuſcepit, iungi, non vt ſponſum ſed vt paranymphum, ſponſi amicū; Imo ſponſæ ob ſponſum miniſtrum Ioā. 3. 29. 2. Cor. 11. 2. 2. Cor. 4. 5. vide Hieron. epiſt 83.
h phraſis Cypriani epiſt. 55.
i vt Dominā ſcil. non vt vxorem: teſte Bernardo, cuius hęc verba ſūt epiſt. 237. *Si amicus ſpōſi es, ne dixeris dilectam eius principē meā ſed principem: nihil tuum in ea vindicans; niſi quod pro ea (ſi oportuerit) etiam animam dare debes.* k not. phraſ. l ſecundum Deum ſcilicet. m amandi rectores à populis non vt mariti ſed vt cuſtodes à marito præfecti. Vide Hebr. 13. 17.
n aliud eſt *adulterare, aliud diuertere ab vxore* quod non aduertit ὑποβολεύς.
o Si *regularis mutatio* ius Epiſcopo conferre poteſt Eccleſiam dimittendi, vt alteri ſe ſociet: vir autem dimiſſa vxore, aliam ducere non poteſt; Epiſcopus non iungitur Eccleſiæ vt vxor viro. p licet vero per Dominum, in cauſa adulterij: nec Apoſtolus magiſtro à quo inſpiratus ſcripſit opponendus eſt. Vide Matth. 19. q 1. Cor 7. r Concil. Aurelian. [illegible] c. 12. *Nulli viuenti Epiſcopo alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur Epiſcopus, niſi forſitan in e[illegible]co, quem culpa capitalis deiecerit.*

Vnde

Vnde [f] & Dominus loquitur in Euangelio dicens, Si quis *viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*

Epiſcopum verò oportet [t]*opportunè & importunè* atque ſine intermiſſione Eccleſiam ſuam docere, eamque prudenter regere & amare; vt à vitiis ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit æternam. Et illa [u] *cum tanta reuerentia* eius doctrinam debet ſuſcipere, eumque amare & diligere, *vt legatum Dei & præconem veritatis*; quia, teſtante Veritate, [x] *Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in* cœlo. Nimis timenda, eſt, fratres, hæc ſententia, & præuidendum vobis ne offendatis eos, qui tantam à Domino habent poteſtatem: & ideo potius [y]*obediendi*, diligendi, & ſummopere venerandi ſunt; non *detrahendi* vel *lacerandi*, aut ejiciendi, ſed *portandi* & amandi: ipſo dicente Domino, [z] *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit.* Ideo hæc vobis & omnibus fidelibus ſcribimus, fratres, vt ab his *vos caueatis*: & poſteris veſtris, non malum ſed bonum exemplum relinquatis. Quoniam [a] *iniuria Epiſcoporum ad Chriſtum* pertinet, [b]cuius vice funguntur.

Audiuimus enim quoſdam à vobis infamatos & dilaceratos Epiſcopos, ac è ciuitatibus propriis pulſos, quia alibi Epiſcopi conſtitui non poſſunt, [c] niſi in ciuitatibus non minimis: & alios in eis [d] *ipſis viuentibus* conſtitutos. Ideo hæc vobis ſcribimus, vt ſciatis hoc fieri non licere, ſed proprios reuocari & [e]*integerrime reſtitui* debere. Illos vero qui adulterina fœditate *Sponſas ſuas*, [f] quas & vxores eorum (præfixo tenore) eſſe intelligimus, tenent, ejici vt adulteros, atque *infames* [g] fieri, eoſque ab Eccleſiaſticis honoribus arceri iubemus. Si autem ad-

f nec locus Matth. 5. probat Eccleſiæ vetitum eſſe Epiſcopū vitiorum abdicare. Nec Epiſcopus Eccleſiæ cui præpoſitus eſt ſponſus vel dici vel haberi debet. Scelus tamen gregem ſibi creditum ſpe maioris lucri deſerētis fornicationi à veterib. comparatum non diffiteor. Sic enim Concil. Alexand. apud Athanaſ. Apolog. 2. τῇ ἐκκλησίας ἐπισκοπῇ συνδεθεὶς ἄλλην οὐκ ὀφείλει ζητεῖν, ἵνα μὴ ὡς μοιχὸς τῇ θείας διείσκηται γραφῆς. &c.

t 2. Tim. 4.

u verba Pſeudo-Clem. epiſt. 1 illi vero cum tanta reuerētia tua, verba ſuſcipiant; tanquā qui ſciant legatum te & præconem Veritatis; & quodcunque ſuper, &c.

x Matth. 16.

y not. idiotiſmos impoſtoris.

z Luc. 10.

a hoc placitum quauis occaſione data inculcat ὑποβολεύς.

b not. phraſ.

c hoc ſtatuit Concil. Laodic. c. 57. & Sardic. c. 6.

d ſtatutum Concil. 5. Aurelian. cap. 12.

e phraſ. Adriani I. Collect. cap. 5.

f iam docuimus, Eccleſiarum præpoſitos, non ſponſos ſed miniſtros ſponſi dicendos, ſeu *ſeruos præpoſitos*, vt loquitur Cyprian. epiſtol. 3. Lib. 1. Vide & Hieronym. epiſt. 2. & 3.

g infamiæ nota à Magiſtratu ciuili inurenda eſt.

uerſus aliquam querelam habueritis, his peractis inquirendum erit, & *auctoritate* [h] *huius ſanctæ ſedis* terminandum.

Et, ne [i] *omnia nunc ſingulatim* dicamus, *omne bonum, ſi ipſa per ſe in vobis fuerit charitas, facere docebit; ſicut & è contrario eos qui à ſalute alieni ſunt, omne malum facere odium docet.*

Vnde [k] *& vos qui veri* Dei *eſtis diſcipuli, abjicite à cordibus veſtris ante omnia diſcordias & animorum diſſenſiones, ex quibus omne malum opus procedit & benignitatem ac ſimplicitatem tota mente ſeruate.*

Verumtamen [l] *ſcitote cuncti, quod ſuprà omnes vos laboret Epiſcopus: quia vnuſquiſque veſtrum ſuum proprium fert laborem, ille vero & ſuum & ſingulorum.* Et ideò ſicut ille pro vobis omnibus: ita & vos omnes [m] ſummopere laborare pro eo debetis, in tantum vt (ſi etiam neceſſe fuerit) animas veſtras pro eo ponatis: ſicut & ipſe [n] *animam* ſuam *pro* vobis (ſi neceſſe fuerit) *ponere* debet: ipſo dicente ſaluatore, [o] *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.* Vos verò *obedite* [p] eis, & vigilate pro eis, quia *ipſi peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant & non gementes.*

Non eſt [q] *itaque à plebe* aut vulgaribus hominibus arguendus vel accuſandus Epiſcopus, licet ſit *inordinatus:* quia *pro meritis* ſubditorum *diſponitur à Deo vita rectorum,* exemplo *Dauidis peccantis,* [r] ac comparatione *principum qui ex merito plebis præuaricantur.*

Sacerdotes [ſ] enim *exquirere debent peccata populorum, & ſagaci ſolicitudine vnumquemque probare, iuxta teſtimonium Domini* per [t] *Hieremiam loquentis, Probatorem, inquit, dedi te populo meo robuſtum, & ſcies, & probabis* [u] viam *eorum.*

Ideo iſta dico, quia inſidiator [x] *bona* ſæpiſſime ſolet *conuertere in malum, & in electis* [y] ponit *maculam.* Vnde ſi qui ſunt vituperatores aut accuſatores Epiſcoporum, vel reliquorum ſacerdotum, non oportet eos [z] *à iudicibus Eccleſiæ* audiri, antequam [a] *eorum diſcutiatur æſtimatio-*

h Quaſi verò nil olim in Eccleſia Chriſtiana niſi Papa vrbico annuente terminare licuerit. Supra Pſeudo-Clemens epiſt. 1. maiora negotia ad primates transferenda pronuntiauit.

i verba pſeudo-Clem. epiſt. 1. Ruffin. interp.

k eiuſd. ibid. veri prophetæ.

l eiuſd. loco citato. vide & pſeudo-Alexand. epiſt. 1.

m vide Pſeudo-Liber. epiſt. 12.

n 1. Ioan. 3.

o Ioan. 10.

p Heb. 13. impoſtor verbis Paulinis ſua commēta admiſcet.

q verba Iſid. Hiſpal. ſ n. lib. 3. c 39 *Nō eſt itaque iudicandus à plebe rector in ordinatus, dum magis nouerint potius ut ſi fit iſſi mer ti pertinere tamen ſuſtinere pontificium: nam pro meritis plebium diſp.* &c.

r ad comparationem. ſ eiuſd c. 46. eiuſd. libri. t a Hieremiam. u vias. x Eccleſ. 11 [illegible] y imponet. z phraſ. Concil 4. Carthag. c. 30.

a Vide Concil 3. Carthag. [illegible] 8. Conſtantinop. cap. 6. Chalced. cap. 2. Adrian. I. C[illegible] & Ingeltamo datæ cap. 4. 5 15. Vide & Pſeudo-Iulium epiſt. 2. & Pſeudo-Felicem I. epiſtol. 1.

niſ ſitu-

nis ſuſpicio vel opinio, *qua intentione*, qua *fide*, qua temeritate, qua *vita*, qua conſcientia, quove merito; ſi pro Deo, aut pro vana gloria, aut [b] inimicitia, vel odio, aut cupiditate, iſta præſumpſerint nec ne.

Hæc omnia fideliter ſunt perſcrutanda, & diligenter pertractanda. Nam ſunt nonnulli qui præpoſitos ſuos peruerſe reprehendunt, ſi vel parum ipſis moleſti extiterint. Idcirco recto oculo [c] *Primates Eccleſiarum* vtiliter præuideant, ne quiſquam eorum innocens vexetur aut ſcandalizetur, intendentes ſententiæ Domini, qua ait; Si quis [d] *ſcandalizauerit vnum de puſillis* illis, melius *eſt illi vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris*, &c. Deus autem omnipotens, *(vt* [e] *nos à præcipitata ſententiæ prolatione compeſceret) cum omnia nuda & aperta ſint* in *oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare*, [f] priuſquam manifeſtè agnoſceret quæ dicebantur. Vnde ipſe ait, *Deſcendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, annon eſt ita vt ſciam.* [Deus [g] *omnipotens* [h] cui nihil abſconditum eſt, ſed omnia ei manifeſta ſunt etiam antequam fiant, non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inſeruimus) per ſe inquirere dignatus eſt, *niſi vt nobis exemplum* daret ne præcipites in diſcutiendis & iudicandis negotiis eſſemus; & *ne mala* quorundam prius *præſumamus credere quam probare.*] Cuius exemplo monemur, [i] *ne ad proferandam ſententiam vnquam præcipites* ſimus, aut *temere* indiligenterque *indiſcuſſa* quæque quoquo modo *iudicemus*, [dicente Veritatis voce, [k] *Nolite iudicare, vt nõ iudicemini; in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini*; & reliqua.] Nam *mala audita* nullum *moueant*, [nec *paſſim dicta*, abſque certa *probatione* quiſquam vnquam credat;] ſed ante audita diligenter inquirat, [l] ne præcipitando quicquam aliquis agat. Si enim Dominus [m] *omnium Sodomorum* mala, *quorum clamor* ad cœlum vſque peruenerat, *omnia ſciens* prius nec credere nec iu-

b Gregor. lib. 11. epiſt 52.

c Primates nondũ fuiſſe Euariſti ſeculo ſupra monuimus.

d Matth 10. Notabit lector Dominũ de piis omnibus loqui, non de Epiſcopis falſis criminibus appetitis.

e verba Gregorij Moral. lib. 19. c. 14. *Ipſe quippe venon*, &c. ea citat Concil. Aquiſgr. ſub Stephano V. c. 37. Eadem citat Concil. Triburienſe, ſed tanquam Euariſti Papæ vide c. 22.

f *qui ait*: Clamor Sodom. & Gomorrh. multiplic. &c. deſcendam &c.

g [ ] his notis diſtincta omittit Concil Tribur.

h omnip Eſt itaque Dominus & omnia ſciens, ſed ante probationem quaſi dubitat, niſi vt grauitatis nobis exemplũ proponat; ne mala hominum ante præſumimus &c.

i Gregor. ibid. paulò ante. *Qua in re notandum vides, ne ad profer. -- præcipites eſſe debeamus, ne temere indiſcuſſa iudicemus, ne paſſim dicta ſine probatione credamus*

k Matth. 7.

l huc vſque Concil. Tribur.

m N phraſ. Gen. 18.

dicare voluit quàm ipſe ea cum [n] fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans quæ audierat, opere veraciter cognoſceret: multo magis nos [o] *humani* & peccatores *homines*, quibus incognita ſunt occulta iudicia Dei, hæc præcauere, & nullum ante veram iuſtamque probationem iudicare, aut damnare debemus manifeſtè, Apoſtolo dicente Paulo, qui ait: [p] *Tu quis es qui iudicas ſeruum alienum? ſuo* enim *Domino ſtat, aut cadit.* Vnde & per prophetam Dauid Dominus loquitur dicens, [q] *Nolite extollere in excelſum cornu veſtrum, loquentes in ceruice veteri: quia neque ab Oriente, neque Occidente, neque à ſolitudine montium: ſed Deus Iudex hunc humiliabit & hunc exaltabit: quia calix in manu Domini eſt, vino meraco* [r] *ad plenum mixtus, & propinabit ex eo. Verumtamen feces eius* [ſ] potabunt *bibentes omnes impij terræ. Ego autem annuntiabo in ſempiternum,* [t] pſallam *Deo Iacob.*

Et alibi idem ait Propheta, [u] *Ab increpatione tua, Deus Iacob, conſopitus eſt currus & equus. Tu terribilis es, & quis aduerſum te? Ex tunc ira tua. De cœlo annuntiabis iudicium, terra timens tacebit, cum ſurrexerit ad iudicandum Deus, vt ſaluos faciat omnes mites terræ.*

Et Apoſtolus ait, [x] *Mihi vindictam, ego retribuam.* & alibi inquit idem Apoſtolus, [y] *Sufficit* vnicuique [z] *obiurgatio quæ fit à pluribus, ita vt* [a] *magis donetis & conſolemini; ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur* [b] is qui in anguſtia eſt. *Propter quod obſecro vos, vt confirmetis in* illo [c] *charitatem.*

Et Dominus in Euangelio ait; [d] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis,* [e] *& proximum tuum ſicut teipſum.*

Dilectio [f] enim *proximi malum non operatur. Propter quod,* [g] iuxta Apoſtolum, *inexcuſabilis es, ô homo omnis qui iudicas; in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas, eadem* [h] agens *quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc, ô homo* omnis *qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* Ignoras, [i] *quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, &*

n Deus ſcil. teſtibus opus habuit: nihil tale Moſes; ſed imoſtor ne *cum fidelibus teſtibus* impetitiq; argumenta diligentius inueſtigemus, eam hoc cômen o teſtatam voluit.
o N.phraſim.
p no abit Lector loca à falſario citata non probare quod eſt in quæſt. ſcilicet, neminẽ ante probationem damnandum. Rom.14.
q Pſal.74. interp. Hier.
r vſque ad plenum.
ſ Hieron. epotabunt, vulg. bibent.
t vulg & Hieron. cantabo.
u Pſ.75. Hieron. interp.
x hoc Apoſtolus non ait, ſed ex Moſe refert. vide Deut.32.
y 2.Cor.2.
z illi qui eiuſmodi eſt.
a vt è contrario magis.
b abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.
c in illum.
d Luc.10.
e & ex omni mente tua, & prox.

f Rom.13. g Rom.2. h enimagis. i Ignorans.

impœ-

impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis
iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius; his
quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & hono-
rem & incorruptionem quærentibus vitam æternam: his autem,
qui [k] ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt au- k qui ſunt ex.
tem iniquitati, ira & indignatio: tribulatio & anguſtia, in om-
nem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græ-
ci; gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum.

Et alibi idem ait Apoſtolus, [l] Cauſati enim ſumus, [m] o- l Rom. 3.
mnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt, Quia non eſt iuſtus quiſ- m Iudæos & Græcos omnes.
quam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes decli-
nauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non
eſt vſque ad vnum. Sepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis
ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum
os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum
ad effundendum ſanguinem: contritio & infelicitas in viis eo-
rum, & viam pacis non cognouerunt, & non eſt timor Dei ante
oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcumque lex loquitur,
his qui in lege ſunt loquitur, vt omne os obſtruatur, & ſubditus
fiat mundus omnis Deo, [n] quoniam ex operibus legis non iuſti- n quia.
ficabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.
Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à le-
ge & Prophetis. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in om-
nes & ſuper omnes qui credunt. [o] Non enim eſt diſtinctio. Omnes o qui credũt in eum.
enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gra-
tiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem pro-
poſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſten-
ſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delicto-
rum, in [p] ſuſtentationem Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in p ſuſtentatione.
hoc tempore; vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum, qui ex fide eſt
Ieſu Chriſti. Item idem, [q] Quis accuſabit aduerſus electos Dei? q Rom. 8.
Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui
mortuus eſt, imo qui & reſurrexit, qui eſt ad dextram Dei, qui
etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos ſeparabit à charitate
Chriſti? tribulatio? [r] anguſtia? an perſecutio? an fames? an r an anguſtia
nuditas? an periculum? an gladius, ſicut ſcriptũ eſt, Quia propter
te mortificamur tota die; æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed ſ an perſecutio, an glad.
in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum
enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque princi-

patus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

t Rom. 15. u non nobis. *Debemus*[t] *autem nos*, vt ait idem Apoſtolus, *firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, &* [u] *nobis placere. Vnuſquiſque veſtrûm proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit, ſed, ſicut ſcriptum eſt, Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me.*

x 2.Cor.1. *Benedictus* [x] *Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur & ipſi à Deo; quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita* y ita & per. [y] *per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione,* z &: ſalute quæ. [z] *quæ operatur tolerantiam earundem paſſionum quas & nos patimur, & ſpes noſtra firma eſt pro vobis;* a quod ſicut. *ſcientes*[a] quoniam *ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.*

b 1.Cor.10. c ſupra id. *Fidelis*[b] *autem Deus, qui non patietur vos tentari* [c] ſuper *id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum vt poſ-*d hic finis epiſt.4. pſeudo-Clem. cōfundit impoſtor verba Pauli 1. Cor. 12. 31. & 1. Cor. 14. 1. *ſitis ſuſtinere.* Propter[d] quod, chariſſimi, *ſectamini charitatem, & æmulamini meliora, & ſpiritualia;* & adiuuate vos inuicem, vt Deo ſemper in omnibus placere valeatis. e 2.Cor.13. *Deus* [e] autem *pacis* ſit *cum* omnibus *vobis.* Amen.

f A.D. 110. Biennio antequam ſedere Euariſtus. vide Baronij Annales. Dato Kal. Nouembr. [f] Gallo & Bradua viris Clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

IMPOSTOR decantato Eccleſiarum Chriſti & Epiſcoporum Hymenæo, verſionem Bibliorum vulgatam frequenter non tam citat quam deprauat; phraſes Cypriani, Conciliorumque 3. & 4. Carthag. vbi commodum eſt imitatur. Primarum (quorum mentio in monumentis Concilior. Carthag. antiquioribus nulla) munus agnoſcit; Ruffini primæ pſeudo-Clementis epiſtolæ interpretis, Leonis, Gregorij M. Iſidori Hiſpalenſis &c. ſententias mutuatur; fallaci nota epiſtolam ſuam claudit.

ALEXAN-

ALEXANDRI PAPÆ Epiſt. I.

Alexandrum omittit Optatus lib. 2.

Alexander Epiſcopus, omnibus [a] orthodoxis per diuerſas prouincias, *Chriſto Domino famulantibus.*

a Verba Siricij epiſt. 3.

C*OGITANTIBVS nobis metum diuini iudicij, fratres chariſſimi, & poſt vitam hanc vnumquemque, prout geſſerit, recepturum; quid veniat in querelam tacere non licuit, ſed nobis,* vobis *loqui neceſſitas imperauit, dicente Propheta,* [b] Exalta vt tuba vocem tuam. *Et cui omnium Eccleſiarum commiſſa eſt cura, ſi diſſimulem audiam, Domino dicente,* [c] Reiiciſtis mandatum Dei, vt ſtatuatis traditiones veſtras. *Quid enim aliud eſt rejicere mandatum Dei, quam priuato* [d] conſilio, *iudicio humano, nouis rebus conſtituendis liberius delectari?*

Vnde & alibi ſcriptum eſt, [e] *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.* Terminos indubitanter tranſgreditur, qui ſtatuta Patrum *poſtponit* atque confundit. Peruenit namque [f] *ad conſcientiam Apoſtolicæ ſedis,* quod nonnulli ſunt tam ſtolidi, qui Dominica præcepta, & Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum ſtatuta minime obſeruant; & eos de quibus Dominus ait, [g] *Qui vos* tangit, *tangit pupillam oculi* mei, non ſolum tangere minime dubitant, ſed etiam perſequi non formidant. Et licet [h] nos perſequantur, quia nec nos ſine illis, nec illos ſine nobis perſequi poſſunt, quoniam illius ſumus diſcipuli qui [i] *animas* ſuas *pro fratribus* præcepit *ponere*; tamen eis pericula & perditiones eorum nõ ſumus auſi celare, ne prophetica [k] (quod abſit) damnemur ſententia, quæ ait, [l] *Si annuntiaueris* iniquo iniquitatem ſuam, *animam tuam liberaſti;* Si autem *non annuntiaueris ei, ſanguinem eius de manu tua requiram.* Eſt enim & hoc ad hanc ſanctam ſedem [m] perlatum, quod pudet dicere; & non ſolum Sacerdotali, ſed etiam omni Chriſtiano nomini

b Eſai. 58.
c Matth. 15.
d priuato iudicio, & humano conſilio.
e Prouer. 22.
f Siric. epiſt. 3 *Perlatũ eſt ad conſc.* &c.
g Zach. 2. Propheta alloquitur Sion, id eſt Eccleſiam, nõ ſolos Sacerdotes. vide ſup. pſeudo-Clem. epiſt. 1.
h His verbis vtitur Pſeudo-Felix II. epiſt. 2.
i 1. Ioan. 3.
k verba ſunt non prophetę, ſed Domini ad prophetam.
l Ezech. 3. Ordinem verborum Scripturæ inuertit, plurima omittit.
m à quo perlatum? His ſe næniis obleꝺare ſolet impoſtor.

eſt inimicum, id eſt, quod *nonnullos* [n] Epiſcopos vel Sacerdotes aut metu compellunt, aut [o] *vi extorquent*, aut fraude decipiunt aliquas confeſſionis ſuæ in alteram partem quam debeant, aut pro ſuarum non requiſitione rerum, aut (quod deterius eſt) pro alieni erroris ſecta ſcripturas facere, & propriis manibus roborare, & coram populis recitare atque *confiteri*. Aliquos dicunt carceribus & ergaſtulis recludi, vt ſaltem his territi inſidiis deuient Domini Sacerdotes, & ſuis faueant voluntatibus.

Relatum inſuper eſt [p] *ad huius Sanctæ* & Apoſtolicæ *ſedis apicem*, cui ſummarum diſpoſitiones *cauſarum*, *& omnium negotia* Eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt, *quaſi ad caput*, ipſo dicente principi Apoſtolorum Petro, *Tu* [q] *es Petrus, & ſuper hanc petram Eccleſiam meam ædificabo*: quod quidam *æmuli Chriſti*, eiuſque Sanctæ Eccleſiæ inſidiatores, Sacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant; [r] *cum* magis *Apoſtolus* [ſ] Chriſtianorum *cauſas ad Eccleſias deferri, & ibi*dem *terminari præcipiat*.

Taliter [t] *præuaricantes præuaricati ſunt* in Deum ſuum, & non obediunt præceptis eius, de quibus [u] Dominus per Prophetam Oſeæ loquitur, dicens, Quaſi [x] *vacca laſciuientes declinauerunt*, & [y] *dilexerunt afferre ignominiam protectoribus ſuis*. & idem, [z] *Væ eis, quoniam receſſerunt à me; vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me: & ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia*: *Et non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis: ſuper triticum & vinum ruminabant* & *receſſerunt à me: & ego erudiui* [a] *& confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo, facti ſunt quaſi arcus doloſus.* [b] *Abjiciet eos* Dominus, ait idem Propheta, *quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus*.

De his enim Clericis & Laïcis, qui Epiſcopos vel reliquos Sacerdotes prius tam ad [c] *Primates* eorum quàm

n forte nonnulli.
o de chirographis extortis vide appendicem.
p ſic ſupra pſeudo-Anacl. epiſt. 3. ex Innocent. epiſt. 4. Vigilius epiſt. 2. ad Rom. Eccl. *tā ſumma Epiſcoporum negotia & iudicia atque querelæ, quam & maiores Eccleſiarū quæſtiones quaſi ad caput ſemper referenda eſſe vult*: Itidem, *Omniū Apoſtolicā ſedem appellantium Epiſcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia cauſarum, eidem S. ſedi reſeruata eſſe aſſerit*, hic vero impoſtor ad ſedem trahit titulū capitis, quaſi idem [?] ſedes & Eccleſia in qua ſedes collocata: meminerit interim Lector, Rom. Eccleſiam nullam in alias poteſtatem à Deo accepiſſe, quicquid Vigilius ſpiritu ſuperbiæ afflatus ſibi ſuiſque arroget.

q Matth 16.
r verba Concil. 3. Carthag. c. 9.
ſ priuatorum.
t Eſai. 24.
u loquitur Oſeas de 10. tribubus teſte Hieronymo.
x Oſee 4. 16.
y Ibid. verſ. 18.
z Oſee 7. id eſt decem tribubus, vide Hieronym.
a erudiui eos.
b Oſee 9. Deus meus.
c de titulo primatus ſupra diximus.

adre-

ad reliquos accuſant iudices, quam auribus eorum à quibus ſe læſoş æſtimant inculcent; vt ab eis, aut ius ſuum, aut iuſtam recipiant Apologiam, item per eundem [d] ait Dominus prophetam, [e] Audi *domus Iſrael, & domus regis* auſculta, & attendite *Sacerdotes, quia vobis iudicium eſt; quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expanſum ſuper Thabor, victimaſque declinaſtis in profundum,* qui eos deuorant vel iniuſte lacerant, [f] qui oculi Domini dicuntur.

Nam ſi modo quiſquam principis ſecularis [g] *oculos laceraret*, aut *amoueret*, eſſet reus criminis Maieſtatis, an non? Profectò aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro ſeculi poteſtatibus talia ab hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis de quibus Dominus ait, [h] *Qui vos* tangit *tangit pupillam oculi* mei? Proculdubio hi qui eos perſequuntur, & amouere nituntur iniuſtè contra Apoſtolicam auctoritatem, etſi [i] à morte prohibentur, dicente Domino, [k] *Nolo mortem* [l] peccatoris *ſed vt conuertatur* [m] *& viuat*: perpetua tamen [n] notantur infamia, & exilio digni iudicantur *finitimo*. De quibus à temporibus Apoſtolorum & infrà iſta tenemus, atque decreta habemus, quibus [o] *eorum (accuſandi* Epiſcopos vel *teſtificandi in eos) vocem* obſtruimus, *quos non humanis ſed diuinis* [p] actibus *mortuos eſſe ſcimus.*

De quibus Dominus [q] loquitur per eundem Prophetam: *Calumniam patiens Ephraïm, fractus eſt iudicio, quoniam cœpit abire poſt* [r] ſordem. *Et ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Iudas vinculum ſuum; & abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem, & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculum.* [ſ] Qui enim ſacrilega perſequuntur perſuaſione, & lacerare nituntur Epiſcopos, vel eos qui Do-

d de his Dominum loqui negamus.
e Oſee 5. Audite hoc Sacerdotes, & attendite domus &c. auſculta c. Populus vocatur ad iudicium & nullus excipitur, vt & Sacerdotes & populus & reges qui induxerāt populum & conſtituerant Sacerdotes; ſimul audiant quid fecerint, & cur tradātur inimicis. Hęc Hieron.
f omnes pij pari iure cēſentur Zach. 2.
g not. phraſ.
h Zach. 2. iā diximus hæc de Sion non de Sacerdotibus ſolis intelligenda.
i quaſi vero hæc mēs Domini fuerit vltim corporis Epiſcoporum aduerſariis prorogare.
k Ezech 33.

l impij. m conuertatur à via ſua. n à quo notantur? o Decretum habes Adriani I. collect. Ingelramo datæ c. 29. placuit eorum accuſ. Sacerdotes, & teſtif. obſtruere.
p vocibus. q Oſee 5. r ſordes. Quod dicit (Dominus) hoc eſt: opprimitur Ephraim ab Aſſyriis, primum à Phul, deinde à Teglatphalaſar, poſtea à Salmanaſar: non quod illi iuſti fuerint, qui eum oppreſſerunt, & idcirco eis traditus ſit: ſed quod qui quondam fuerūt populus meus, me eos deſerente traduntur ad pœnas: & in hoc videtur eſſe calumnia, non Deo, qui iuſtam infert ſententiam, ſed his qui tormenta ſuſtinent, dum peioribus ſe aduerſariis cōceduntur. Hieron. ſ Hæc non cohærent ſuperioribus, nec probat locus Ioelis, Dominum laniari in Sacerdotibus: ſed Deū vindicē futurū iniuriarū populo ſuo ab alienigenis irrogatarū.

mino[t] rectè ſacrificant, indubitanter eum perſequuntur & *dilaniant* cuius vice funguntur.

Vnde ait Dominus per Ioel Prophetam; *Nunquid vltionem* reddidiſtis *mihi? Et ſi vlciſcimini vos contra me, cito velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum.* [x] Et per Oſeæ Prophetam [y] Dominus inquit: *Quis ſapiens, & intelligit*[z] *iſta? intelligens, & ſciet*[a] ea? *Quia rectæ viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis, præuaricatores vero corruent in eis.* Et ipſa per ſe Veritas ait,[b] *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.*

His & aliis fulti q̄ſiamplurimis Dominicis præceptis, vitantes hominum perditiones, cum omnibus huius S. *ſedis,*[c] quam Dominus caput totius Eccleſiæ conſtituit, *membris,* talia fieri prohibemus, ne confundatur populus Domini in æternum. Nam [d] & à prædeceſſoribus noſtris inhibitum legimus, vt nemo contriſtet Doctores, neque *accuſationem aduerſus eos ſuſcipiat.* Ipſe namque Apoſtolorum princeps, in ordinatione B. Clementis populum inſtruens, ait: [e] *Quicumque contriſtauerit Doctorem Veritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit.*

Et doctor gentium inquit, [f] *Si praeccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis,* [g] ſuſtentate illum *in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum ne & tu tenteris; alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Has conſiderantes *pietates*, & pericula vitantes animarum vnà cùm omnibus Domini Sacerdotibus, qui nobiſcum in hanc [h] *ſacram* conuenerunt vrbem, & [i] cum omnibus huius capitis membris, ſicut à Beatis Apoſtolis, & à reliquis ſanctis patribus, & à ſucceſſoribus eorum accepimus, ſtatuentes decernimus, omnes qui ſanctos patres perſequuntur, aut *amouere* vel *dilacerare* manifeſte nituntur, [k] infames eſſe & alienos à liminibus Eccleſiæ vſque ad ſatiſfactionem fieri; Quiă [l] *ſic odit Deus eos qui*

t non alia ratione ſacrificandi munus Epiſcopis incumbit, q à qua (cum piis omnibus) iūt βασίλειον ἱεράτευμα.
u Ioe. 3. vos redderis mihi. Alloquitur Dominus Tyrum, Sydonem, Palæſtinos. vide Hieron. in hunc locum.
x hic locus nullo modo cohæret præced.
y Oſeæ 14.
z intelligit.
a hæc.
b Luc. 10.
c Nec ſedem Romanā, nec ſedem occupantem, caput Eccleſiæ à Domino conſtitutum fuiſſe ſæpius monuimus.
d Hoc vero inhibitum à Sixto Pythag. cuius pro verbis inter apocrypha recēſuit Gelaſius Papa. Sic enim ſent. 210. *criminationes aduerſus ſapientis ſtudioſum noli admittere* vide & Adrian. I. Collect. c 67.
e verba Pſeudo-Clem. epiſt. 1. interp. Ruffino.
f Galat 6.
g Ital. & vulg. inſtruite huiuſmodi.
h Imo ſacerrimam, cuius in fronte ſcriptus titulus blaſphemiæ Apoc. 17.
i ſi omnium caput eſt Rom. ſedes, tu vero cum omnibus huius capitis membris legem ſanxiſti, Concilium Œcumenicum [illegible] oportuit.
k [illegible] non [illegible] infamia notare ſed principis.
l verba Procli Conſtantinop. ad Domnum Antioch. & Adriani I. Collect. Ingelramo datæ c 71.

aduerſus patres armantur, vt patrum inuaſores vel deſtructores; qui ideo infames efficiuntur, quia patres perſequuntur.

Quod ſi nec loqui eis licet, quibus [m] Doctores ſummi (quos Epiſcopos vocamus) propter eorum ſcelera aduerſantur; quantò magis eis, qui eos infeſtant nec conſentiendum eſt nec loquendum, ne [n] *participes* eorum inueniantur *ſceleribus*; quia [o] *non ſolum qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus* rei ſunt? Vnde & B. princeps Apoſtolorum Petrus, qui in ordinatione ſancti prædeceſſoris noſtri Clemētis inſtruens Clerum & populum [p] ait, *Si inimicus* [q] fuerit Clemens *alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare vt ipſe vobis dicat, Cum illo nolite amici eſſe; ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo cui ipſum ſentitis aduerſum; ſed nec loqui his quibus ipſe non loquitur, vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum omnium veſtrum cupit amicitias* [r] ferre, *feſtinet citius reconciliari ei qui omnibus præeſt; vt per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si verò quis amicus fuerit his quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis qui exterminare Eccleſiam Dei volunt: Et cum corpore vobiſcum eſſe videatur, mente & animo contra vos eſt: & eſt multo nequior hoſtis hic, quam illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ* [ſ] inimica *ſunt gerit, & Eccleſiam* [t] *diſpergit ac vaſtat.*

Similiter [u] ſi huiuſmodi perſonis quædam ſcripturę, quoquō modo per metum aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt ſe liberare poſſint, quocumque ab eis conſcriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium aut nocumētum peruenire cenſemus: neque vllam eis infamiam vel calumniam, aut à ſuis ſequeſtrationem bonis vnquam, auctore Deo & ſanctis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus, ſuſtinere permittimus. Confeſſio verò in talibus non compulſa ſed ſpontanea fieri debet, [x] ipſo atteſtante qui ait: Ex [y] *corde enim* procedunt *homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ,* [z] & cætera quæ ſunt ad hæc pertinentia.

Nec tantum attendenda ſunt quæ fiunt, quantum,

m vnus ſummus Doct r Chriſt' Matt. 23 Iac. 3.
n Not. ſolœciſm.
o Rom. 1.
p verba pſeudo-Clem. epiſt. 1. Ruffino interp.
q eſt.
r reparare.
ſ inimici.
t Eccl. Dei.
u Hunc locū citat Hincmarus lib. de diuortio Lotharij.
p Dominus non teſtatur neminem ad confeſſionem compellendum: ſed cor eſſe fontem malarum cogitationum, quæ ſæpius in actus erūpunt.
y Matth. 15. de corde enim exeunt malæ cogit.
z furta, falſa teſtimonia.

quo animo fiant: quorum exempla ſi omnia ſcribere cœperimus, ante dies quam exempla deficient. Vnde & illud eſt quod [a] *Dominus ad munera Abel reſpexit*, & non ad Cain: quia magis intendit ad offerentis animum quam ad ea quæ offeruntur. Inde & Dominus per Prophetam inquit: [b] *Dominus ſcit cogitationes hominum*. Et per Oſeæ ait, [c] *In gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domum Domini*, & reliqua. Et Dominus ait in Euangelio, *Tu* [d] *autem cum oraueris, intra cubiculum tuum; & clauſo oſtio ora patrem tuum.* Omnis enim confeſſio quæ fit ex neceſſitate, fides non eſt: & Apoſtolus ait, *Corde* [e] *enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Amplius autem reſpicit Deus ad cogitationes & [f] *ſpontaneas* voluntates, quam ad actus qui per ſimplicitatẽ aut per neceſſitatem fiunt. Confeſſio ergo in talibus non extorqueri debet, ſed potius ſponte [g] *profiteri.* Peſſimum eſt enim, de ſuſpicione aut extorta cõfeſſione quenquam iudicare, cum magis inſpector cordis ſit Dominus quam operis: & potius requirit Dominus cogitationes puras & voluntates bonas, quam labia mendacia. Vnde & Dominus per Prophetam loquens ait, [h] *Populus iſte* [i] *labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.*

Peius [k] malum fore non æſtimo, quam Chriſtianos ſuis inuidere Sacerdotibus, *nouit* enim *Dominus qui ſunt eius.*

Non poteſt [l] autem *humano condemnari examine, quem Deus ſuo reſeruauit iudicio. Si* [m] omnia namque in hoc ſeculo vindicata eſſent, *locum diuina non haberent iudicia.*

Quod autem ad alios iudices prius non debeant quã ad Sacerdotes vel [n] *auditores* Eccleſiæ accuſari, ita à tempore Apoſtolorum & infrà obſeruatum & definitum inuenimus. Si quis erga Epiſcopum aut [o] *auctores*, quamlibet querelam vel actionem iuſte ſe habere cre-

a Gen. 4.
b Pſal. 93.
c Oſeæ 8. huius loci allegationem im pertinentem eſſe nemo nõ videt. ſẽſum hunc reddit Hieron. *in gutture tuo ſit tuba, ô Propheta, vt vociferẽris & dicas quaſi aquilã ſuper domum Domini vẽgẽ venire Chaldæorum.*
d Matth. 6. nec fides eſt cõfeſſio ſpontanea, nec Pauli locus impoſtoris propoſito ſeruit.
e Rom. 10.
f an poteſt cogi volũtas? quicquid vult homo ſponte vult, nõ quicquid facit ſponte facit: admittit tamen hoc epitheton voluntatis Greg. epiſt. 64 lib. 5.
g N. phraſ.
h Eſa. 29.
i or ſuo & labiis
k locus Pauli 2. Tim. 2. non probat malum eſſe inuidere Sacerdotibus, ſed fundamentum Domini firmum ſtare.
l Verba Conſtantini ad patres Concilij Nicæni referente Adriano cap. 51. collect. Ingelramno datæ.
m verba Ennodij epiſt. 19. lib. 2. à Pſeudo-Anacleto iam deprauata. *Quod ſi veritate ſubſiſteret, locum* &c.
n auctores, id eſt Epiſcopi: ſic Turrian. pro epiſt. lib. 1. c. 22. at perperam vt infra demonſtrabimus. Idem habet ſtatutum Pſeudo-Anacl. epiſt. 2. Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 2. &c.
o Actores.

diderit;

diderit, ipſe redemptoris ſit (cuius [p] actio noſtra eſt inſtitutio) viarum non immemor ſed ſectator egregius: [q] *qui cum malediceretur non maledicebat*, ſed tanquam ouis, [r] *coram tondente ſe*, obmutuit: ac pro ſuis perſecutoribus in cruce pendens [ſ] apud patrem interceſſit: non prius Primates aut alios iudices adeat, quam ipſos, â quibus ſe læſum [t] *aſtimat*, conueniat familiariter, & non ſemel ſed ſæpiſſime, vt ab eis aut ſuam iuſtitiam accipiat, aut iuſtam excuſationem. Boni nempe & vere Chriſtiani hominis eſt, rem ipſam omnibus amicitiæ ac pacis legibus prius tentare, quam in iudicio (vbi frequẽter amariſſimus animæ rancor innaſcitur) ſuum ius pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo, qui pacis eſt auctor, habitare cupiat, ei neceſſe eſt vt [u] *pacem inquirat*. Si autem ſecus egerit, & ab ipſis & ab aliis communione priuetur, tanquam Apoſtolorum, patrumq; aliorum contemptor. De quibus ait Propheta: [x] *Erunt quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt* [y] vobis.

In Sacramentorum quoque oblationibus quæ inter Miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, [z] *paſſio* Domini *miſcenda eſt*; vt eius, cuius [a] *corpus & ſanguis conficitur*, paſſio celebretur; ita vt, repulſis opinionibus ſuperſtitionum, *panis* [b] *tantum & vinum aqua permixtum* in Sacrificio offerantur. Non debet enim (vt à patribus accepimus, & ipſa ratio docet) in calice *Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola* offerri, ſed vtrumque permixtum; [c] *quia vtrumque ex latere eius* in paſſione ſua *profluxiſſe* legitur. Ipſa vero Veritas nos inſtruit, calicem & panem in Sacramento offerre; quando ait, [d] *Accepit Ieſus panem, & benedixit*, [e] *deditque diſcipulis ſuis*, [f] dicens; [g] *Accipite & manducate, hoc eſt* enim *corpus meum, quod pro vobis tradetur*. [h] *Similiter poſtquam cœnauit*, accepit *calicem, deditque diſcipulis ſuis, dicens; Accipite & bibite ex eo omnes*: quia *hic* [i] *eſt calix ſanguinis mei*, [l] *qui pro vobis fundetur in remiſſionẽ peccatorum*.

p ſic Greg. epiſt. 55. lib. 4. *Inſtructio commiſſi populi fraternitatis veſtra ſit actio &c.*

q 1 Pe. 2.

r Eſai. 53. ſicut agnus.

ſ Luc. 23.

t *exiſtimat* leg. ex Cod. Vatic. Turriani loco citato.

u Pſal 33. 15

x Eſai. 41. de omnibus qui pugnant aduerſus Iſrael loquitur Dominus per Prophetam.

y tibi.

z i. hiſtoria Dominica paſſionis ab Euangeliſta ſcripta recitanda eſt ſuo more, id eſt barbare loquitur ἀσολοικῶς. vide pontificale.

a phraſis Hieronymi epiſtol. 1.

b ſtatutum Conc. 3. Carthag. cap. 24. Bracar. 3. c. 1. vide & Collect. Martin. Bracar. c. 55. & Concil. 4. Aurelian. c. 4.

c Concil. 3. Bracar. c. 1. ex Cypriano epiſt 63 & Iſid. epiſt. ad Redemptum & Martino Bracar. can. 55. & Ambroſ. de Sacram. lib. 5 c 1.

d confundit impoſtor verba Matth. 26. 1. Cor. 11. Luc. 22. e ac fregit.

f Luc. 22. g 1. Cor. 11.

h hæc verba adiecta ex canone Miſſæ. i hic eſt enim.

l noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis &c.

Crimina [m] enim, *atque peccata oblatis his Domino ſacrificiis debentur.* Idcircò & paſſio eius in his commemoranda eſt, qua redempti ſumus, & ſæpius recitanda, atque hęc Domino [n] offerenda. *Talibus hoſtiis delectabitur* [o] & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia; nihil enim in ſacrificiis maius eſſe poteſt, quam corpus & ſanguis Chriſti. Nec vlla oblatio hac potior, ſed hæc omnes præcellit. Quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda, atque ab omnibus veneranda: & ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli & venerari debet.

Aquam [p] *enim* ſale conſperſam populis benedicimus: [q] vt ea cuncti adſperſi ſanctificentur & purificentur; quod & omnibus Sacerdotibus faciendum eſſe mandamus.

Nam [r] *ſi cinis vitulæ adſperſus* ſanguine populum *ſanctificabat* atque mundabat: *multo magis* aqua ſale adſperſa, diuiniſque precibus ſacrata, populum ſanctificat atque mundat.

Et [ſ] ſi ſale adſperſo per Heliſæum Prophetam ſterili-

m Initiũ cap. 11. Concil. 3. Brac. r.

n Hiſtoriam paſſionis, ſeu ſemel ſeu ſæpius recitare, non eſt aliquid Domino offerre.

o nec Paulus Hebr. 13. de Euchariſtia verba facit, nec Sacramẽta propriè loquẽdo Deũ placant: ſed Chriſtũ, cuius Sacrificio placatus Dominus, animo fideli cũ beneficiis omnib. repræſentant: & ſuo modo exhibent: hinc panis & calix Euchariſtizatus corporis & ſanguinis Dominiel appellationem ſortiuntur. Hinc & illa Cypriani verba epiſt. 63. *paſſio eſt Domini ſacrificium quod offerimus* &c.

p Imperite à particula *enim* bardus impoſtor orditur Decretum; quod cum præcedenti nullo modo cohæret; Monendus eſt & lector, Aquæ ſalſæ vſum inter Donatiſtas primùm fuiſſe ex Opt to conſtare poſſe, qui libro 6. aduerſus Parmenianum, Schiſmaticorum ſuperſtitionem exagitat his verbis, *O aqua,* &c. *reſtabat tibi poſt promotionem non leuiter degradari: præſentia Moyſi in te amaritudo moritur. & à ſchiſmaticis hodie cum Catholicorum turba dulcedo tua vexatur: pares patimur bellum, pares expectamus vindicem Deum, &c.* vide pontificalem librum.

q non quærimus quo fine, ſed quo iure aquæ ſalſæ benedicas, qua quoslibet adſpergas.

r Impudens vero tua blaſphemia, & intoleranda audacia eſt. Intolerandum eſt quod commenta tua diuinis litteris ſacrilego auſu non æquiparare, ſed longe præferre niteris: blaſphemia temeritate non vacat, quod collationem à Paulo inter Chriſti ſanguinem vitulęque cineres inſtitutum ad nugas piaculares torquere non erubeſcis: falſum vero eſt, 1. Cineres vitulæ ſanguine adſpergendos fuiſſe. 2. Cineres illos abſolute loquendo ſanctificaſſe populum Iudaicum: ſanctificarunt enim, non ἁπλῶς ſed κατά τι, *ad emundationem carnis*; idque *non natura ſua ſed ex inſtitutione diuina*, vt verbis vtar B. Ariæ Montani in locum Pauli Hebr. 9. 13.

ſ In facto Eliſæi nullum tuæ ἐθελοθρησκείας patrocinium. Nam 1. non ſine impulſu diuino & vocatione peculiari à Propheta ſal fontibus immiſſum teſtatur ſcriptura 4. Reg. c 2. verſ. 21. An ſimile mandatum proferre poſſunt conſecratores, ne execratores dicam, aquæ ſalſæ? 2. Sali virtutem ſanandi aquas Propheta non tribuit ſed Dominus: nec ſal aut vas nouum *aliquid contuliſſe naturali virtute ad ſanandas aquas*, agnoſcit Caietanus in enarrat. 4. Reg. 3. Si ſali qualitatem nouam à Deo collatam demus, perſpicuum eſt eam non ſuperaſſe modum naturę corporalis: ſiquidem terris germinandi, aquæ fœcundandi terram vis ab initio inſeminata eſt: Quam vero aquæ ſale conſperſæ inditam vult Alexander hypobolimæus, propria eſt Spiritus ſanctificantis, nec creaturæ vlli proprie communicari poteſt.

tas a-

tas aquæ ſanata eſt: quanto [t] magis diuinis precibus ſacratus [u] *ſterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos ſanctificat, atque mundat, & expurgat; & cætera bona multiplicat, & inſidias Diaboli auertit, & à phantaſmatis verſutiis homines defendit?*

Nam [x] ſi tactu fimbriæ veſtimenti Saluatoris, ſaluatos infirmos eſſe, non dubitamus: quanto magis *virtute ſacrorum eius verborum* diuinitus ſacrantur elementa, quibus *ſanitatem corporis & animæ* humana percipit fragilitas?

His ergo & aliis inſtructi documentis, vota ſingulorum Domini Sacerdotes reſpicite, & in virtute Spiritus Sancti diuinis precibus per miniſterium vobis diuinitus collatum perficere certate. Elementa [y] quoque, tam ea quæ prædiximus, quam cætera diuinis apta vſibus, & humanis neceſſaria infirmitatibus ſacrate; [z] infirmos curate, & cætera quæ ad vos pertinent diligenter perficite; ipſe enim Saluator [a] tribuendo nobis exemplum diſcipulis ſuis ait, *In nomine meo dæmonia ejicite, infirmos curate,* ægros ſanate, *leproſos mundate* &c. *Super* infirmos etiam *manus* imponite, *& bene habebunt.*

Fidem quoque Sanctæ Trinitatis ſic docendam à patribus accepimus, vobiſque *tradendam ſubditis* deſtinamus. Eſaias namque *Propheta* [c] ait: *Vidi Dominum Sabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum, & Seraphim ſtabant in circuitu eius; ſex alæ vni, & ſex alæ alteri; duabus velabant faciem* eius, & [d] *duabus velabant pedes* eius, [e] *duabus* volabant, *& clamabant* ad *alterutrum, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus*

t preces concipiendæ ex fi.e, fides autem verbis diuinis nititur, quorum authoritate caret aqua luſtralis benedictio.

u quid ſanguinis Chriſti ἀνάδοσις reliquum facis, qui ſoli ſuo quicquid à Deo expectare neceſſe eſt, tribuis? Notabit lector his portentis affinia in lib. Sacramentorum Gregorij dicto, & Miſſali Romano contineri.

x Quatuor verba fuit, ſatis peccata cumulas. nam primo Dominus ipſe Luc. 8 46. teſtatur virtutem de ſe, nō de fimbria exiiſſe: deinde quæ non fimbriæ ai per attrecta [illegible] é cōmunicata, ſanatum profluuium hæmorrhoüſſæ. 2. Verba quibus aqua luſtralis hodie conſecratur, ſeu verius incantatur, Dominica verba non eſſe ſed humana fabula e amenta planum eſt. 3. Si fimbriis collata à Domino vis quædam, ei mulieris attrectantis, non animo proprie, ſed corpori ſalutaris fuit, contra quam de tuo commento pronuntias. Noli igitur tibi blandiri de virtute verborum Dominicorum, quibus deſtituta penitus eſt ſuperſtitio tua.

y hoc ad diuinos vſus elementa conſecrandi munus, Romanis ſacrificulis collatum fuiſſe doceat qui potoſt: nos negamus. z Si mandatum de infirmis curandis ad Rom. Eccleſiæ Sacerdotes pertinet, cur manus auxiliares ægrotis non porrigunt?

a Proſperi verbis os occludendum impoſtoris, *Tentatio Chriſti,* inquit, *eruditio Chriſtiani eſt. Imitatores enim magiſtri debent eſſe diſcipuli: non in faciendis miraculis quæ nemo exigit; ſed in cuſtodienda humilitate, atque patientia, ad quæ nos Dominus ſuo inuitauit exemplo* Sen. 1 1. ex Auguſt. in pſal 90. b impoſtor confudit verba Euangeliſtarum Math 10 & Mar 16 & genus Dominicæ locutionis mutauit. c Verba Ithacij Clari lib. aduerſ. Varimad. Arianum cap. 11 *Eſaias Propheta dicentes* d duabus autem velabant. e & duabus volabant.

Dominus Deus Sabaoth. Si Trinitas non eſt, quare tertio Sanctus dixerunt? Aut ſi vnitas non eſt, quare ſub trina repetitione vnum Deum ac Dominum intimauerunt? Si Trinitas non eſt, cur in Geneſeos [f] libro *dicitur:* Dixit Deus, fecit Deus, *&* Benedixit Deus? *Si vnitas non eſt, quare tertio dixit* Deus, *&* Deos *plurali numero non commendauit? Si Trinitas non eſt, quare in Exodo* [g] *dictum eſt* Domine, Domine, *Domine* miſerator & miſericors? *Si vnitas nō eſt, quare dum tertio* Domine *diceret, poſtea ſingulariter* miſerator *dixit, & non* miſeratores, *vt plures oſtenderet? intimauit? Si Trinitas non eſt, cur Abraham* [h] *ad ilicem Mambre* ſedens, *tribuſ*que *occurrens, vni* Domine *dixit, & non (vt viderat) tribus ſalutationis obſequium reddidit? Si vnitas non eſt,* cur *cum* [i] *Moſi* Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob *tertio diceret, vnitatem oſtendens;* Hoc mihi nomen eſt *dixit, & non* Hæc ſunt nomina noſtra *deſignauit? Si Trinitas non eſt, quare Dauid tertio dixit,* [l] Benedicat nos Deus; Deus noſter, Benedicat nos Deus? *Si vnitas non eſt, quare cum tertio* Deum *nominaſſet,* Benedicat *dixit: & non* benedicant *adiunxit? Si Trinitas non eſt, cur Eſaias denuò* [m] *dixit:* Dominus, Deus Sabaoth, Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim? *Si vnitas non eſt,* cur [n] *Qui ſedes dixit, & non* Qui ſedetis *adſtruxit? Si Trinitas non eſt,* [o] cur *in* libro regnorum *dicitur,* Domine Deus omnipotens, Deus Iſrael, ſermones tui fideles ſunt? *Si vnitas non eſt* [p] cur Tui *dicitur, & non* Veſtri *potius intimatur? Si Trinitas non eſt, cur in Pſalmo* 58. [q] *cantatur,* Domine Deus virtutum, Deus Iſrael, intende ad viſitandas omnes gentes? *Si vnitas non eſt* [r] cur intende *poſuit, & non* intendite *vt* [ſ] prædicatus *eſt intimauit? Si Trinitas non eſt,* [t] cur *in Apocalypſi tertio* [u] dixit *Sanctus, Sanctus,* Sanctus *Dominus* Deus omnipotens, qui eſt, & qui erat. &c. *Si vnitas non eſt, quare* [x] qui eſt, & nō qui ſunt *pluraliter deſignatur? Si Trinitas non eſt, quare in Deuteronomio* [y] *dictum eſt,* Dominus Deus tuus miſericors eſt, *&* audiet vocem tuam. *Si vnitas non eſt, quare poſuit* audiet, *& non* audient *intimauit? Si Trinitas non eſt, quare in Ieſu Naue dicitur libro:* [z] Dominus Deus Deorum eſt? *Si vnitas non eſt, quare* eſt *dixit, & non* ſunt *more locutionis* [a] induxit? *Si Trinitas non eſt, quare Helias* [b] loquendo in oratione, *Domine, Domine, Deus Iſrael, oſtende*

f Gen. 1.
g Exod. 34. dictum eſt Dom. Dom. Deus miſer.
h Gen. 18. aperte ſedēti.
i Exod. 3. quare cum.
l Pſal. 66.
m Eſal. 37. Dom ne De⁹.
n quare.
o quare in Regū dicitur 2. Reg. 7. 3. Reg. 8.
p quare tui.
q canitur.
r quare.
ſ precatus.
t Apoc. 4. quare.
u dicitur.
x quare non qui ſunt & qui erāt plural.
y Deut. 4.
z Ioſue 2.
a indixit.
b Helias orādo. 3. Reg. 18.

*oſtende quia tu es Deus meus dixit? Si vnitas non eſt, Quare o*ſtende *poſuit,& non* oſtendite? *ſi Trinitas non eſt cur Mardochæus orando* [c] Domine, Domine Deus omnipotens, omnia in poteſtate tua ſunt *dixit? Si vnitas non eſt, Quare* in tua *poſuit,& non* in veſtra ſignauit? *Si Trinitas non eſt, cur etiam Iudith* [e] *orando* dixit, *Domine, Domine, Deus omnium virtutum, reſpice in orationem meam? Si vnitas non eſt, quare* reſpice, *& non reſpicite* [f] deſignauit? *Si Trinitas non eſt quare in Hieremia* [g] *dicitur*, Dominus Deus *veſter* verax eſt? *Si vnitas non eſt, Quare* verax eſt [h] dixit, *& non* veraces *potius intimauit? Si Trinitas non eſt, quare in Apocalypſi* [i] *ſcriptum eſt*, Dominus Deus & Spiritus Prophetarum, miſit Angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis quæ oportet fieri cito? *Si vnitas non eſt*, [k] cur quem *Patrem, & Filium & Spiritum ſanctum nominaſſet*, Miſit dixit, [l] *& non* miſerunt, *ſub* [m] prætaxato *trium perſonarum &* nominum *numero* [n] introduxit? *ſi Trinitas non eſt, quare in Deuteronomio* [o] dixit Dominus Deus veſter hic eſt Deus? *ſi vnitas non eſt, quare* Hic eſt *dixit*, & *non* Hi ſunt, *plurali numero deſignauit? ſi Trinitas non eſt, quare in eodem dicitur libro*, [p] Dominus Deus tuus, Deus magnus & potens eſt? *ſi vnitas non eſt, quare* [q] magnus & potens *pluraliter* non *nominatur? ſi Trinitas non eſt, cur Tobias cum filium ſuum in Rages ciuitatem cum Raphaële Archangelo mitteret benedicens* eos [r] *ita dixiſſe docetur:* Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob ipſe impleat benedictionem ſuam in vobis? *ſi vnitas non eſt, quare* Ipſe impleat *dixit, & non* Ipſi impleant *intimauit? Poſtremo ſi Trinitas non eſt, quare Dominus diſcipulos ſuos* [s] in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti *vniuerſas gentes* [t] miſit *baptizare? ſi vnitas non eſt, quare* In nomine *dixit, & non* In nominibus [u] *præcipiendo perdocuit? ſi Trinitas non eſt, quare Paulus Apoſtolus ait* [x] ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia? *ſi vnitas non eſt, quare* ex ipſo *poſuit, & non* ex ipſis *adſtruxit? ſi enim certo certius* [y] volueritis *vnitatem Trinitatis agnoſcere à ſæpe dicto Doctore gentium Apoſtolo* [z] poteſtis *vniuerſa condiſcere, & ſequi Catholicam fidem &* [a] horum *reſpicere prauitatem.* Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, *inquit*, & charitas Dei, & communicatio S. Spiritus; [b] *ipſa eſt Patris, & Filij* & Spiritus Sancti gratia; & ſic fidem

c Eſther. 13.
d deſignauit.
e Iudith. 9. orando ai.
f ſignificauit.
g Hierem. 10
h dicit.
i Apoc. 4.
k quare cum.
l dicit.
m ſub textu.
n indixit.
o Deut. 6. & 19. dicitur.
p ibid. c 19.
q potens eſt dicitur, & nõ magni & potentes plural. &c.
r cum. Tob. 3.
ſ Matth. 28.
t docuit.
u percipiendum.
x Rom. 11.
y volueritis.
z poteritis.
a & Arianorum.
b cum omnibus vobis. Si enim gratia, charitas & communicatio Sp. S. ipſa eſt & Patris & Filij, quomodo in Trinitate vnum nõ ſunt qui natura atq; ſubſtantia ab inuicem ſeparati non poſſunt?

S. Trinitatis & intelligere & docere, Domino adiuuante, pleniter poteſtis.

Idcircò igitur, chariſſimi, fidei regulas iuxta huius epiſtolæ finem poſuimus, vt in eius confeſſione fideliter perſeueremus, & Domino auxiliante *bonam* fidem habere mereamur. [c] *Quicumque voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur. An putatis quia inaniter ſcriptura* [d] dicit, *ad inuidiam concupiſcit Spiritus qui habitat in nobis, maiorem autem dat gratiam? Propter quod* [e] dicitur, *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Subditi* [f] igitur *eſtote Deo, reſiſtite autem Diabolo, & fugiet à vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emūdate manus, peccatores, & purificate corda duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate. Riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum fratres;* [g] quia *qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis ſed Iudex. Vnus enim eſt legislator & iudex, qui poteſt perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum?* [h] *Agite nunc, diuites, plorate vlulantes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat;* [i] vindictam poſcens retenti laboris, *& clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis enutriſtis corda veſtra in die occiſionis. Adduxiſtis & occidiſtis iuſtum & non reſtitit vobis.*

Væ [k] fratres, his qui *tribulant* vos. Vos verò quanto amplius *tribulamini*, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, ſi tamen ipſa tribulatio patienter fuerit *ſupportata*. Vnde ipſa Veritas per ſe dixit; *Beati* [l] *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* Et alibi, [m] *Beati eritis cum vos oderint homines, & perſecuti vos fuerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum.* [n] *Gaudete in illa die, & exultate,* [o] quoniam *merces veſtra multa eſt in cælo.* Data 9. Kal. Auguſti [p] Traiano & Heliano Viris Clariſſ. Coſſ.

c Iac. 4.
d dicat.
e dicit.
f ergo.
g fratres mei.
h Iac. 5.
i addit. impoſtoris.
k his verbis vſus Pſeudo-Clem. epiſt. 2. paucis immutatis. vide infra pſeudo-Felic. I. ep. 3.
l Matth. 5.
m Luc. 6. Mat. 5. Luc. 6.
n malū propter filium hominis.
o ecce enim merces.
p Ælianus nullum cum Traiano conſulatū geſſit, ſed cum Vetere A. D. 118. Vltimus Traiani conſulatus incidit in A. 114. tunc collegam habuit [illegible]. A fronte [illegible]: Alexander vero Euariſto non ſucceſſit ante annum 121. Adriano III. & Ruſtico Coſſ. vide Baron. Annal.

CENSVRA.

HVIVS epiſtolæ artifex falſa nota conſulari farraginem ſuam conſignauit, barbaro eloquio portentoſa de aquæ ſalſæ & aliorum elementorum conſecratione dogmata ediſſeruit; in quæſtione de Calicis Euchariſtici mixtione Hieronymi, Concilij 3. Carthag. Concil. 3. Bracar. Canonis Miſſæ phraſes eſt imitatus: ſententias denique Ithacij Clari, Siricij, Concil. 3. Carthag. Ruffini primæ Clementinæ interpretis, Procli, Ennodij, Adriani I. pro arbitrio deſcripſit.

Quinam dicti fuerint Eccleſiæ actores.

Quàm temerè, quámque contra loci ipſius quem illuſtrare voluit ſententiam *Eccleſ. actores Epiſcopos dictos* putauerit Turrianus, deprehendet quiſquis aduerterit Pſeudo-Alexandrum actores ab Epiſcopis diſtinguere, & vnius Eccleſiæ actores plures Epiſcopum vnum agnoſcere. Cum itaque alios ab Epiſcopis actores quærere nos oporteat, Notabimus, 1. Actorem dici *qui cauſam agit*; ſic enim Valentiniani Nouella *de aduocatis p·piſtuandis* monet nouum profeſſorem ei officio quod veteranus inſederit non inferendum, ne *non ſit tam actor quam obſeruator alterius*: ſic etiam Frodoard. Rhemenſ. hiſt. lib. 2. cap. 5. refert Sonnatium *tam per ſe quam per ſuos actores cauſam egiſſe.*

2. Actor dicitur *qui litem intendit* cuique reus opponitur. Hinc inter alias regula iuris *Actor rei forum ſequatur*. De hoc actorum genere verba facit Paulus ſentent. lib. 2. tit. 1. Valentin. nouell. lib. 2. tit. 12. &c.

3. Actor dicitur *Villicus, colonus fundi.* Domino ſiue poſſeſſori oppoſitus. Huiuſmodi *actorũ* meminerunt Paul. ſent. lib. 3. tit. 7. Columella lib. 1. cap. 7. & 8. Caſſiodorus lib. 8. epiſt. 23. & ad eoſdem actores pertinere videtur munus *agentium domus*, de quibus loquitur Gregor. Turon. lib. 7. cap. 42. Eorundem mentio frequens in legibus Rom. vt Cod. Theod. lib. 9. tit. 29. c. 2. tit. 30. c. 2. lib. 11. tit. 7. c. 16. tit. 15. c 1. lib. 12. tit. 1. c. 6. & 179. Videndus & Anian. interp. c. 7. tit. 6. lib. 1. & c. 4 titul. 22. lib. 4. & c. 2. tit. 29. lib. 9. Hinc *actores fundi* lib. 9 Cod. Theod. tit. 21. c. 2. *actores rerum priuatarum* lib. 10. tit. 4. conſt. 1. & 2. & lib. 11. tit. 7. conſtit. 6. *actores patrimonij* lib. 11. tit. 16. c. 12. *actores rei Dominicæ* lib. 12. tit. 19. conſt. 3. Concil. 1. Carthag cap. 6. & 8.

Hinc quodnam fuerit *actorum Eccleſiæ* munus colligere liceat *ἀναλόγως*. Plures certe vnius eiuſdemque Eccleſiæ actores fuiſſe docet Concil. 5. Aurelian. cap. 17. Teſtatur idem Gregorius, cuius in epiſtolis diſtincta mentio *actorum Eccleſiæ Romanæ* lib. 1. epiſt. 9. & 53. & lib. 5. epiſt. 44. *Firmanæ* lib. 7. Indict. 2. epiſt. 13. *Syracuſanæ* eiuſd. lib. & Indict. epiſt. 44. 101. 102. & lib. 9. epiſt. 35. *Meſſanenſis* lib. 9. epiſt. 46. *Mediolanenſis* lib. 10. epiſt. 41. *Theſſalonicenſis* lib. 12. epiſt. 3.

Actionarios, eoſdem cum *actoribus* fuiſſe docet idem Gregor. lib. 1.

epiſt.42. & 78. lib 10.epiſt.3. & lib.12. epiſt 20. ipſiſque Eccleſiarum actoribus ſeu actionariis, patrimonij ſacri curam demandatam diſerte ſcribit lib.1.epiſt 42. Fuerunt ergo actores, non Epiſcopi ſed *curatores redituum, & rectores prædiorum Eccleſiaſticorum*; quod vel ignorauit vel diſſimulauit Turrianus.

ALEXANDRI PAPÆ Epiſtola II.

Dilectiſſimis fratribus omnibus Epiſcopis, per diuerſas conſtitutis regiones, Alexander Epiſcopus.

NVLLI, fratres, dubium eſt, quia boni à malis ſemper perſecutionem patiuntur & tribulantur. Propter quod [a] *humiliemur ſub potenti manu Dei vt* liberet nos *in tẽpore* tribulationis. Nam ſicut *leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*; ſic Diabolus non ceſſat circuire, & quærere quos ex fidelibus perdat, & maxime illos quos ardentiores in ſeruitio Saluatoris, eique [b] *familiariores* inuenerit; familiariores dico eos quos ſibi ſacrari, & in ordine [c] Apoſtolatus conſtitui voluit. Ipſi enim pro populo interpellant, & [d] *populi peccata comedunt*, quia precibus ſuis & oblationibus ea delent atque conſumunt. Qui quantò digniores fuerint, tantò facilius pro neceſſitatibus pro quibus clamant exaudiuntur; [e] *Multum enim*, vt ait B. Iacobus Apoſtolus, *valet deprecatio iuſti aſſidua.* [f] Qui enim vos perſequitur, ipſum cuius legatione fungimini perſequitur; quia ſicut ipſe Filius Dei [g] *mediator* fuit *Dei & hominum*, ita [h] & vos eius vice in Eccleſia eſtis conſtituti, vt inter Deum & homines legatione fungamini. Si quis autem legationem veſtram impedit, non vnius ſed multorum

a 1. Pet. 5.
b omnes pij Deo cõ ſecrati ſunt eiuſq; familiares & domeſtici.
c nullos Apoſtolos propriè dictos Dominus Alexandri ſeculo conſtitui voluit.
d Oſeæ 4. Ineptam dicti prophetici contra omnium interpretũ mẽtem ab impoſtore allatam expoſitionẽ refutat ipſa textus ſacri ſeries.
e Iac. 5.
f hũc locum cit. e Concil. Tribur. cap.123:
g 1. Tim. 2.
h Imo qui Epiſcopum mediatorem facit tolerandus non eſt Auguſtino iudice, cuius hæc verba ſunt aduerſ. Parmenian. lib 2. cap. 8 *Si ita diceret (Ioannes) hoc ſcripſi vobis, vt non peccetis; & ſi quis peccauerit, Mediatorem me habetis apud Patrem; ego exoro pro peccatis veſtris: ſicut Parmenianus quodam loco mediatorem poſuit Epiſcopum inter populum & Deum, quis eum ferret bonorum atque fidelium Chriſtianorum? Quis ſicut Apoſtolum Chriſti, & non ſicut Antichriſtum intueretur?* &c.

profe-

profectum auertit. Et ſicut multis nocet, ita à multis arguendus eſt, & bonorum ſocietate arcendus. Et quia Dei cauſam impedit & ſtatum conturbat Eccleſiæ, ideoque *ab eius liminibus arceatur*.

Ab omnibus quoque talis eſt cauendus, & non in communionem fidelium vſque ad ſatiſfactionem recipiendus. [i] Eſt enim ſtatutum olim, vt qui ſtatum conturbat Eccleſiæ, [k] *ab eius liminibus arceatur*; nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona auertit.

Vos ergo [l] *ſi dilectionem habueritis ad inuicem*, & vnanimes fueritis, facile tales ſuperare poteritis. Si vero (quod abſit) diſcordes fueritis, & canino dente vos *derodere* cœperitis, non ſolum eos non ſuperabitis, ſed & vobis ipſis nocebitis, atque ab eis ſuperabimini, & [m] *innocenter* forte *peribitis*. Qui autem ex veſtro collegio fuerit, & ab auxilio veſtro ſe ſubtraxerit, magis ſchiſmaticus quàm Sacerdos eſſe probabitur. *Ecce*, [n] inquit Propheta, *quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Illi vero in vnum non habitant, qui à fratrum ſolatio ſe ſubtrahunt, aut (quod deterius eſt) fratribus inſidias præparant aut laqueos ponunt.

[i] vide can. Apoſt. 10.
[k] phraſ. Concil. 4. Aurel. c. 21.
[l] Ioan 13. hoc argumento vtuntur Pſeudo-Victor epiſt. 2. Pſeudo-Marcellin. epiſt. 2. Pſeudo-Felix II. epiſt. 1.
[m] n. phraſ.
[n] Pſal. 132. his verbis vtitur Pſeudo-Iul. epiſt. 1.

De his enim & eorum ſimilibus Dominus per Oſeam Prophetam loquitur dicens, [o] *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucre cæli; ſed & piſces maris congregabuntur. Verumtamen vnuſquiſque non iudicet, & non arguatur vir; populus enim tuus, ſicut hi qui contradicunt Sacerdoti; & corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum. Nocte feci tacere matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuit ſcientiam. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi Et oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi. Gloriam eorum* [p] *ad ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum: & erit, ſicut populus ſic Sacerdos; & viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei: & comedent, & non ſaturabuntur. Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo.*

[o] Oſeæ 4.
[p] in ignom.

Hæc cauete fratres, & bona ſemper agere feſtinate,

q Ioan.13. Quia [q] *in hoc cognoſcent omnes*, dicit Dominus, quoniam *mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.*

r verba Synodi Lateran. ſub Martino I. conſult. 4. p.410. *Bonum* [r] *namque eſt proculdubio, & omnibus timentibus Deum deſiderabile, cohibere diſſenſiones & altercationes,* fratribuſque ſubuenire, & inuicem non inuidere ſed adiuuare.

ſ his verbis vtus Pſeudo-Iul. epiſt.1. Nos ergo, [ſ] qui diſcipuli Domini & dici & eſſe cupimus, portare crucem Chriſti, & compati fratribus debemus, & non quaſcumque eis inſidias aut foueas præparare; quia talionem meretur qui fratribus foueam præparat. *Nolite* [t] *errare*, fratres, quia *Deus non irridetur.* [u] Huius rei gratia Dominus vobis commiſit Eccleſiam ſuam, vt pro omnibus laboretis, & cunctis oppreſſis opem ferre non negligatis.

t Gal.6.

u hæc verba repetit pſeudo Eleuth. epiſt. vnica, & pſeudo-Ioannes epiſt.1.

x Hierem.21.

y vt ignis.

z hæc eadem legere eſt in epiſt.1. pſeudo-Zephyrini, vnica pſeudo-Antheri, & pſeudo-Athanaſij ad Felicem II.

Vnde [x] & Dominus per Prophetam loquitur dicens; *Hæc dicit Dominus, Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis, ne forte egrediatur* [y] quaſi *ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat.* [z] Vos ergo qui in ſumma ſpecula à Domino conſtituti eſtis, attēdere eos & opprimere oportet, qui in fratres ſeditiones & ſcandala excitant, ne ſimul cum eis pereatis.

a Phil.4.

b Turrian. pro epiſt. lib. 3. c. 10. *in epiſt. 2. Alexādri non Traiano & Heliano, ſed Traiano & Vetere Coſſ. in exemplari vetuſto Vaticanæ Bibliothecæ ſcriptum eſt; licet non cum Traiano, ſed cum Æmilio,* &c.

Salutate omnes [a] *qui recte laborant in Euangelio* Chriſti, & iuſte gubernant nauem eius, ne *cohabitantes* in ea demergantur aut ſuffocentur. Salutat vos *omnis* Apoſtolica Eccleſia in Domino. Amen. Data 7. Kal. Nouemb. [b] Traiano & Heliano viris Clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

IMPOSTOR nouam ineptamque loci prophetici de *comedentibus peccata* interpretationem cudit; in Scripturæ citationibus vulgatam verſionem ſequitur: verbis Synodi Lateranenſis ſub Martino I. abutitur; quæ diuerſis locis cæteris Romanæ ſedis Antiſtibus ſuppoſuit, hic quodammodo coaceruat; tandem mendaci nota Epiſtolam conſignat.

Reſp. Æmilianum Ælianum voluiſti dicere, qui cum L. Antiſtio Vetere conſulatu functus eſt, A.D. 118. quo tempore nondum ad Epiſcopatum euectus fuerat Alexander, cuius promotio incidit in A.D. 121. Annio Vero II. & Augure Coſſ. Sic cenſet Baron. ad eund. annum.

ALEXAN-

ALEXANDRI PAPÆ

Epiſtola III.

Alexander Epiſcopus omnibus diuino ſacerdotio fungentibus pax [a] *& miſericordia* multiplicetur, *& ſapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur &* fructificetur *in Domino.*

GRATIA [b] *Dei ſumus*, fratres chariſſimi, *id quod ſumus*. Idcirco nobis prouidendum eſt & oppidò decertandum, ne *in ea vacui* inueniamur, ſed (eadem [c] nobis cooperante gratia) fructum Domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non poteſt niſi ſapientiam ſectando, eiuſque præcepta [d] *lectionibus & hymnis meditando*, atque, eo adminiculante, implendo, orando, vigilando voluntatem eius (in quantum ipſe largitus fuerit) perficere ſtudeamus. [e] *Nec* enim *negligendam gratiam nobis* Dominus dedit, ſed fideliter exercendam tribuit. [f] *Dilectio* enim *ſine ſimulatione* in nobis eſſe, & apparere debet; quia omnis [g] *qui odit fratrem ſuum, homicida eſt*; Qui vero diligit eum [h] *in Deo manet, & Deus in eo.* Vnde & Apoſtolus ait, Nolite iudicare fratres [i] *inuicem, ſed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum* [k] fratris *vel ſcandalum.* Et Dominus inquit, [l] *Quod tibi* [m] non vis *fieri alteri, ne facias:* & alibi, *In* [n] *hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem:* & Salomon ait, *Sacrificium* [o] *ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate.* Summa enim iniquitas eſt, [p] *fratres, detrahere* & accuſare. Vnde ſcriptum eſt, [q] Omnis qui detrahit fratri ſuo *homicida eſt, &* [r] *omnis homicida non habet* partem aut *hæreditatem in regno Dei.* & alibi, Cauete vos (fratres chariſſimi) [ſ] *ne participes efficiamini* (quod abſit) *malis* eorum; & non ſolum cauere à

a 1. Pet. 1.
b 1. Cor. 15.
c gratia datur non ſolum cooperationē ſed & operationem boni.
d meditatio fructus eſt lectionis hymni meditationis; quod videtur non percepiſſe ὑποβολεύς.
e 1. Tim. 4.
f Rom. 12.
g 1. Ioan. 3.
h 1. Ioan. 4. 16.
i Rom. 14.
k fratri.
l his verbis vſus non Dominus ſed Tobias c. 4. verſ. 16.
m ab alio oderis.
n Ioan. 13.
o Eccl. 35.
p N phraſ.
q hæc ſen tentia ſcripta non eſt in libris ſacris.
r confundit impoſtor verba Pauli Epheſ. 5. cum verbis Ioannis 1. epiſt. cap. 3. verſ. 15.
ſ Nota phraſ.

talibus, ſed & cauere alios ab eis & auertere docete. De his[t] enim Dominus ait per Prophetam Michæam, [u] *Væ qui cogitatis inutile & operamini malum in cubilibus veſtris; in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum eſt manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt; &* [x] *calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. Idcirco dicit Dominus hæc, Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malum vnde non auferetis colla veſtra; &* [y] *ambulabitis ſuperbi, quoniam tẽpus peſſimum eſt. In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & cantabitur canticum cum ſuauitate dicentium, Depopulatione vaſtati ſumus, pars populi mei commutata eſt. Quomodo* recedis [z] *à me, cum reuertatur qui regiones noſtras diuidat? Propter* [a] quod *non erit tibi mittens funiculum* fortis[b] *in cœtu Domini. Ne loquamini loquentes, Non ſtillabit ſuper iſtos, non comprehendet confuſio, dicit* [c] Dominus *Iacob. Nunquid abbreuiatus eſt Spiritus Domini, aut tales ſunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona ſunt cum eo qui recte graditur? Et è contrario populus meus in aduerſarium conſurrexit. Deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis, & eos qui tranſibant ſimpliciter conuertiſtis in bellum.*

Et è contra [d] *de his qui accuſantur* vel tribulantur, per Naum Prophetam confortans eos ſic loquitur Dominus, [e] *Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & ſciens ſperantes in ſe: & in diluuio prætereunte conſummationem faciet loci eius, & inimicos eius perſequentur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominum? conſummationem ipſe faciet. Non conſurget duplex tribulatio, quia ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potantium; conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit Dominus, Si* perfecti [f] *fuerint, & ita plures; ſic quoque attondentur & pertranſibit. Afflixi te, & non affligam te vltra.*

Facile [g] *eſt,* fratres, *verbo facere* hominem, *ſed non Deum.*

Sapiens [h] *non eſt qui nocet,* nec [i] *vir linguoſus* in malum ſe *diriget in terra.*

Nihil [k] vero *mali vult qui fidelis eſt.*

Malo enim & [l] *prauo ingenio fides aliena eſt.*

Ait enim *Apoſtolus de infidelium ignorantia,* [m] *Si eum cognouiſſent,*

t imo de raptoribus & prædonibus loquitur Propheta, an cõcupiſcere agros & violẽter tollere, eſt detrahere fratri?
u Mich. 2.
x hoc vocabulum arripuit impoſtor quo verba prophetæ torqueret in detractores.
y non ambulabitis.
z recedet.
a propter hoc
b fortis.
c Domus Iacob.
d Gerræ germanę. Vindictam Domini in Aſſyrios prædicat Naum, & bonitatem ad Iudæos; quid hoc ad Epiſcoporum accuſatores?
e Naum 1. 7.
f perfecti.
g Sixti Pythag ſent 176 Ruffin. interp. poſſibile eſt, &c homines.
h eiuſd. ſent. 292.
i Pſal. 139. nõ dirigetur.
k Sixti ſent. 203.
l Eiuſd. ſent. 160. prauo & peſſimo ingenio, &c. notabit autem Lector ſententias Sixti à Gelaſio Apocryphis annumeratas.
m Locus Pauli non probat fidem

uiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Crucifigunt enim Dominum qui cum in Sacerdotibus ſuis perſequuntur; quia [o] *crux à cruciatu dicitur.* [p] Magnum vero cruciatum ſuſtinet qui vim patitur.

Sed tamen [q] *beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Ecce*, ait Iudas [r] Apoſtolus, Veniet [ſ] *Dominus in millibus ſuis facere iudicium*, & perdere [t] *omnes impios, & arguere* omnem carnem *de omnibus* [u] operibus impietatis eorum. Hæc, fratres, valde timenda ſunt & perpendenda, ne veniens vnuſquiſque ad iudicium, pœnas *cum impiis* recipiat, ſed *cum iuſtis* gloriam; *Quod* [x] *pius* Dominus *præſtare dignetur, qui viuit & regnat* per ſecula cuncta.

Data Kal. Maij, [y] Heliano, & Vetere viris Clariſſ. Coſſ.

à prauo ingenio alienam; ſed cum quę latet veritas improdẽtem in ſcelera incurrere. hæc verba petita ſunt è Conc. 2. Hiſpal. c. 13.

o Licet crux à cruciatu dicatur, non ſequitur eos qui cruciant vel perſequũtur Sacerdotes, Dominũ in ipſis crucifigere; abutitur impoſt. verb. Greg. homil. 37. in Euang.

p hoc ſæpiſſime falſum eſt.

q Matth. 5.

r hæc nõ dicit Iudas, ſed Enoch referente Iuda Apoſtolo.

ſ venit in ſanctis.

t contra omnes & arguere.

u dictis quæ locuti ſunt, &c.

x hoc fine clauduntur ſermones de verbis Domini 20. de tempore 9. 36. 52. 55. 56. 60. 92. 175. 183. 197. 206. 215. 217. 247. de Sanctis 6. 15. 43. lib. 50. homil. 5. 6. 8. 9.

y A.D. 118. triennio antequam Euaristo ſuccederet Alexander.

CENSVRA.

HIc rurſus ἀπροσδιονύσως vulgatam Scripturæ verſionem ſequitur, commenta ſua pro diuinis oraculis lectoribus obtrudit, Sixti Pythagoræi ſententias citat, Auguſtinum, Gregorium & patres Concil. 2. Hiſpalenſis imitatur, falſam conſulatus notam coronidis loco adiicit.

---

*SIXTI I. PAPÆ
Epiſt. I.

Omnibus [a] in Deo Patre *& Domino noſtro Ieſu Chriſto* dilectis *fratribus, in charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sixtus Romanæ Eccleſiæ* [b] Archiepiſcopus.

CHARISSIMI, [c] *fideliter* agite in omnibus, vt fideles & non infideles inueniamini. Nolite [d] *imitari malum, ſed quod bonum eſt* agite; quia *qui ex Deo eſt benefacit; qui* [e] autem *male, non* ex Deo,

* Xyſtus dicitur Euſebio hiſt. lib 4 c. 4.

a Iud. verſ. 1. b de Archiepiſcopi titulo vide infra epiſt. Pſeudo-Teleſphori.

c 3. Ioan. verſ. 5. d Ibid. verſ. 12. e qui male facit non vidit Deum.

ſed ex Diabolo eſt. Fidem enim rectam vos tenere oportet, vt diſſentientes ab Apoſtolica non ſitis doctrina. [f] *Vnum* enim *verum Deum*, Patrem & Filium, *à Prophetis & Apoſtolis oſtendimus prædicatum, à quibus etiam Spiritum Sanctum credimus non* eſſe *diſcretum, Eſaia Propheta dicente*, [g] Ego ſum Deus, & non eſt alius præter me. *Et per* [h] *meipſum* iuro, quia exiuit ex ore meo veritas, & ſermo meus non [i] *reuertetur*; quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per Dominum, dicens: Iuſtitia & gloria ad eum veniet. *Et vt in hoc teſtimonio Patrem & Filium ſimul fuiſſe* [k] cognoſcatis, *Paulum Apoſtolum* [l] audite *dicentem*, [m] Vt in nomine, *inquit*, Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, [n] *quia* Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris omnipotentis. *Quod ſi (ſecundum* [o] aliquos) *Filius eſt minor patre ſuo, ergo minorata eſt & gloria Patris in Filio. Et vbi eſt, quod in Salomone Scriptura loquitur, dicens*, [p] Sicut enim in conſpectu eorum, *inquit*, [q] *magnificatus es* in nobis, ita in conſpectu noſtro [r] *magnificaberis* in illis, vt cognoſcant te ſicut *& nos* cognouimus; quoniam non eſt [ſ] Deus præter te Domine. *Diligenter attende*, & [t] agnoſce *filium eſſe qui* [u] magnificabitur *in iudicio, dum venerit viuos & mortuos iudicare. Item Eſaias*, [x] Audite domus Iacob, & [y] *reſidui* domus Iſrael, qui egredimini ex vtero, & erudimini à puero vſque ad ſenectutem. Ab initio ego ſum, & quouſque ſeneſcatis, ego ſum: Ego *vos* feci, *&* ego ſuſtineo: ego remittam, ego ſuſcipiam, dicit Dominus. *Et iterum*, [z] Ego ſum Dominus Deus; [a] præter me non eſt alius Deus, annuntians nouiſſima priuſquam fiant, & ſtatim conſummata ſunt. *Item* [b] alibi, Audite me, Iacob & Iſrael, [c] *quoniam* ego feci. Ego ſum Dominus Deus tuus, & non eſt alius præter me. *Item* [d] alibi, Ego ſum Dominus Deus *tuus* primus, & ego nouiſſimus; & in ea quæ *ſuper* uentura ſunt in [e] *nouiſſimis*, ego ſum. *Item ibi*, Ego ſum Deus qui te creaui, [f] *qui te* adiuui, & communiui dextra mea. *Et vnitatem Patris & Filij ſignans loquitur dicens*, Ego teſtis veſter, dicit Dominus Deus; & puer meus *tu*, quem Ego elegi, vt ſciatis & credatis quia ego ſum, *&* ante me non fuit alius Deus, &

poſt

f Verba Ithacij Clari aduerſ. Varimadũ c.2.... eos etiam nos vnum & verũ Deum à Prophetis &c.
g Eſai 45.
h per memetipſum.
i auferetur.
k cognoſcas.
l audi.
m Phil. 2.
n quoniam.
o ſecundũ te.
p Eccl. 36.
q manifeſtatus eſt.
r manifeſtaberis.
ſ alius Deus.
t cognoſce.
u manifeſtabitur.
x Eſ 1.46.
y reſiduum.
z ibid.
a & præter.
b item ibi, audi me.
c quem.
d Item ibi.
e nouiſſimo.
f creaui & adiuui.

poſt me non erit. [g] *Vnum* hi qui non ſane ſapiunt eligant g vnum tibi,
ex *duobus: Aut* fateantur *Patrem & Filium Deum vnum; aut* ô Hæretice,
ſi ſolum Patrem Deum eſſe [h] contendunt, *ergo* [i] illis *Domi-* elige è duobus: aut fatere &c.
nus noſter *Ieſus Chriſtus Dei Filius non erit Deus, quia ſcriptum*
eſt, [k] Ante me non fuit alius *Deus*, & poſt me non erit. h contendis.
Si ſecundum [l] tales *ita eſt, cur Apoſtolus talia prædicat, & eun-* i tibi.
dem Filium Deum ſuper omnia benedictũ inſinuat, [m] Quorum k Eſai. 34.
patres, *inquit*, [n] ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, l ſecundũ tes
qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula? *Item E-* m Rom 9.
ſaias [o] ait, Dominus Deus Iſrael, qui liberauit *eum* [p] de n & ex.
Ægypto. Ego ſum primus, & ego poſt hæc, & præter me o ſic dicit. Eſai 43.
non eſt Deus; ſicut ego ſum, qui ſtet & vocet, & præpa- p eos.
ret mihi ex quo hominem feci in ſeculo. *Item* [q] alibi; *In*
te eſt Deus, & neſciebamus, & non eſt alius Deus præter q itẽ ibi iſte.
te. Tu es enim Deus, & neſciebamus, Deus Iſraël Salua-
tor. [r] *Vnus Deus non ſunt Pater & Filius? Quis eſt hic Deus, in* r Si vnus.
quo eſſe dicitur Deus, præter quem alium Deum non eſſe Prophe-
ta [ſ] ſæpen*umero proteſtatur? & Hieremias*; [t] Hic Deus no- ſ ſub numero.
ſter, *ait*, & non applicabitur alter ad Eum; qui inuenit t Baruch 3.
omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Iacob puero ſuo,
& Iſrael *dilecto* [u] ſuo. Poſt hæc in terris viſus *eſt*, & inter u electo.
homines conuerſatus eſt. *Et in Salomone* [x] habetur, Mi- x Eccl. 36.
ſerere nobis, Deus omnium, & oſtende nobis lumen
miſerationis, [y] & immitte timorem tuum ſuper gentes y miſeratio. tuæ.
quæ non exquiſierunt te, vt cognoſcant *quia* [z] non eſt a- z quoniam.
lius Deus niſi tu. *Item* [a] alibi, [b] Domine Deus Iſrael, non a item ibi.
eſt tibi ſimilis in cœlo ſurſum, neque in terra deorſum, b Deu. 4.
& in Pſalmo 17. Quoniam quis Deus præter Dominum,
aut quis Deus præter Deum noſtrũ? [c] *& in Geneſ.* Et pluit c Gen. 19.
Dominus à Domino ignem & ſulphur ſuper Sodomam
& Gomorrham, & euertit ciuitates illas. *Si ſolus Pater*
Deus eſt, quis pluit ignem & ſulphur à Domino ſupra prædictas
ciuitates [d] vt eas *euerteret*? *quæro reſponde. Et in Deuterono-* d vt ſuprad.
mio, [e] Dominus ſolus deducebat eos, & non fuit cum il- e Deut. 32.
lis Deus alienus. *Et Paulus Apoſtolus*, [f] Vnus Deus, qui iu- f Rom. 3.
ſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidẽ. Deus inquit.
Et ad Corinth. [g] Deus erat in Chriſto mundum reconci- g 2. Cor. 5.
lians ſibi. *& iterum*, [h] Non eſt Deus niſi vnus. *Et ad Gala-* h 1. Cor. 8.
tas, [i] Mediator autem vnius non eſt, Deus autem vnus i Gal. 4.

eſt. *Et vnitatem Patris, Filij & Spiritus Sancti demonſtrans, Epheſiis ſcribens ita confirmat,* [k] Sufferentes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus. *Si* [l] non ſane ſapientes, *vnitatem fidei* [m] voluerint *ſimplici corde recipere; ex hoc itaque teſtimonio in vno ſpiritu,* [n] poterunt *ſimul Patris & Filij vnitatem diſcere. Patrem igitur (vt ſuperius* [o] comprehenſum eſt) *in diuinis literis ingenitum proprie poſitum, nec* [p] *legere* poſſunt *penitus nec probare: ſed quia idipſum fides exigit Chriſtiana, abſque vlla dubitatione ingenitus creditur, qui tamen ſecundum ſeriem ſcripturarum in Filio à ſe genito viſus eſſe monſtratur.*

De cætero, [q] *placuit* propter malorum hominum infeſtationes, *vt in accuſatione* Domini miniſtrorum, *primo perſona, fides, vita, & conuerſatio blaſphemantium* enucleatim *perſcrutetur. Nam* [r] fides omnes actus hominis præcedere debet; *quia* [s] dubius in fide infidelis eſt. *Nec eis omnino eſt credendum qui veritatis fidem ignorant,* nec *rectæ conuerſationis vitam ducunt; quoniam tales facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viuentes.* Idcirco *ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primùm & corrigenda;* neque [t] *accuſatoribus ſuſpectis*, vel *de inimicorum domo prodeuntibus* eſt *credendum.*

Erant enim quidam qui [u] *prius videbantur eſſe ex nobis; ſed non erant ex nobis. Si* vero *fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum*, & non conturbaſſent fratres. [x] *Exacuerunt enim*, vt ait Propheta, *linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labiis eorum.* Quapropter hi reſpuendi ſunt ſi incorrigibiles apparuerint, & vitandi ne Domino famulantes decipiant.

State [y] *ergo dilectiſſimi ſuper vias*, adſpicientes & interrogantes *de ſemitis Domini antiquis, & videte* [z] *quæ eſt via* [a] Domini *bona* & recta, *& ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Data 16. Kal. Maij ſub Hadriano [b] & Vero.

k Epheſ. 4.
l ſi enim hæretice.
m volueris.
n poteris.
o ſuperius poſuiſti.
p pergere poſſis.
q verba Adriani I. Collect. Ingelramo datæ c. 4. eadem refert Pſeudo-Iulius epiſt. 2. c. 11.
r Sixti Pythag ſent. 156
ſ eiuſd. ſent. 5.
t Paulus ſent. lib. 5. tit. 15. ſent. 1. Conc. Carth. 7. c. 4. Ennod. Apol. pro Symmacho Concil. Rom. 5. pro Symmacho. vide inf. pſeudo-Teleſph.
u verba Flauiani Conſtantinop. epiſt. ad Leonem c. 2. ex 1. Ioan. 2.
x Pſal. 140.
y Hier 6. imitatur impoſtor verba Martini I. Synodi ... additæ Conc. Lateran ead habent Pſeudo-Anterus, & Pſeudo Liber. epiſt 12
z & videre & interrogate.
a via bona Scriptum.

b, ſedit Sixt. ab A.D. 132. ad 142. quo toto tempore Adrianus nullum conſulatum geſſit. vide Baron. Annal.

CLEMENS

CENSVRA.

Poſtquam totum 2. caput operis aduerſus Varimadum ab Ithacio ſcripti exſcripſit ἀυτολεξεί ac Concilij 5. Rom. ſub Symmacho, Flauiani Conſtantinopolitani, Martini, Adriani I. & Sixti Pythagoræi ſententias ſuo more attexuit, coronidis vice fictitiam Hadriani conſulatus cum Vero notam ſuperaddidit.

SIXTI I. PAPÆ
Epiſtola II.

Sixtus [a] vniuerſalis *Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus*, *omnibus Epiſcopis in Domino ſalutem.*

COGNOSCAT [b] veſtra Sapientia, chariſſimi fratres, quia in hac S. ſede Apoſtolica à nobis & *reliquis Epiſcopis*, cæteriſque Domini ſacerdoribus, ſtatutum eſt vt ſacra vaſa [c] *non ab alijs quam à ſacratis*, Dominoque dicatis contrectentur hominibus. [d] Indignum enim valde eſt, vt ſacra Domini vaſa, quæcumque ſint, humanis vſibus ſeruiant, aut ab aliis quam [e] *à Domino famulantibus*, eique dicatis [f] *tractentur* viris; ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus plagam imponat populo ſuo, & hi etiam [g] *qui non peccauerunt*, mala patiantur aut pereant, *quia perit iuſtus ſæpiſſime pro impio.* Attendite, fratres, ne talia veſtris in Eccleſiis permittatis deinceps fieri; ne grex pretioſo Chriſti ſanguine redemptus in præcipitium (quod abſit) ruat: *Propter* [h] *quod aſſumite* armaturam *Dei, vt poſſitis reſiſtere* his qui contradicant veritati; *& induite vos loricam iuſtitiæ, calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.*

Si [i] quis vero veſtrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam & Apoſtolicam appellet ſedem, & ad eam [k] *quaſi ad caput* ſuffugium habeat, ne innocens damnetur, aut Eccleſia ſua detrimentum patiatur. Si autem ei neceſſe fuerit, [l] eamque appellare

a Si vox *vniuerſalis* nomi natiui caſus eſſe dicatur, *falſa, ſtulta, ſuperba, ſceleſta eſt, et conſentire nihil aliud eſt quã fidem perdere*; teſte Gregorio Magno epiſt. 36. 38. & 39. lib. 4. Si vero genitiuo caſu legatur, tolerabilis eſt eius vſus; idem enim ſonare videtur, ac *Catholica*, quo titulo non ſolũ Eccleſias, ſed & fideles ſingulos deſignari iam poſ te ſcribit Iſid. Hiſpal orig. lib. 7. c. 14.

b cognoſcimus te quicquid ſcribis pro libidine fingere.

c idem habet pſeudo-Steph epiſt. 1 & Cõc. Agath. c. 66. & pontificale.

d vide Conc. Brac. 3. c. 3. can. Apoſt. 72. collect. Martini c. 41.

e An ſoli Clerici Deo ſeruiũt aut dicati ſunt? aliter Apoſt. Rom. 12. & Petrus 1. epiſt. c. 2.

f N. phraſ.

g hoc cõmentum iam refutauimus. vide pſeudo-Anaclet. epiſt. 2.

h verba Martini I. Synod. epiſt. è Conc. Lateran. arma - reſiſtere in die malo aduerſus omnem hæreticum virum & dogmata & induite, &c.

i vide ſup pſeudo-Anacl. epiſt. 1

k ſupra ſedem *non caput* ſed *capitis* eſſe docuimus. Sedet in Eccleſia Chriſtus vt caput, eius adminiſtri paſtores omnes, in quos nullum ius Papæ Rom.

l Quando contigit, eos quibus neceſſe erat Rom. ſedem appellare, non auſos? plures quibus appellare non licebat, cum mendaciorum merce Romam nauigare auſos legimus; qui (dum licuit) violatam appellationis remedio cauſam ſubleuare neglexerit, neminem.

minime auſus fuerit; & *vocatus* [m] tamen ab hac ſancta ſede fuerit, non renuat venire; ſed confeſtim, vt ei nũtiatum fuerit, venire feſtinet, & cauſas pro quibus vocatus eſt prudenter diſponat; atque ſi neceſſe aliquid corrigere fuerit, cum his quos hic primos inuenerit, corrigat. *Ad* Eccleſiam tamen *ſuam*, non prius reuertatur, quam literis [n] *Apoſtolicis*, vel *formatis* pleniter inſtructus atque purgatus ſit, *ſi fuerit vnde:* vt poſtquam domum reuerſus fuerit, cognoſcant vicini ſui, qualiter hic ſua aliorúmque cauſa diſcuſſa fuerit; quatenus eam abſque aliqua ambiguitate nunciare & prædicare omnibus poſſit.

Ab hac enim ſancta ſede, à ſanctis Apoſtolis, *tueri*, defendi & liberari Epiſcopi [p] iuſſi ſunt; vt ſicut eorum diſpoſitione, ordinante Deo, primitus ſunt conſtituti, ſic huius ſanctæ ſedis (cuius [q] diſpoſitioni eorum cauſas & iudicia ſeruauerunt) protectione futuris temporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemper liberi. Vnde [r] culpantur hi qui aliter circa fratres egerint, quam huius ſedis rectoribus placere cognouerint.

His taliter conſideratis, atque cum reliquorum Epiſcoporum decretis, [ſ] *tanquam omnium curam gerentes, propter ſedis propria* apicem decernimus, [t] vt nemo pontificum aliquem ſuis rebus expoliatum Epiſcopum, aut à ſede pulſum excommunicare aut iudicare præſumat; quia *non eſt priuilegium quo expoliari poſſit iam nudatus.*

Si quis autem aliter agere præſumpſerit, ſciat cenſuram huius ſedis, [u] *cum omnibus membris ſuis*, ſibi venturam: & ſicut egerit, ita recipiet: Si bene, bene: *ſi* [x] *graue, grauè; ſi peſſime, peſſime*; quoniam [y] *dignus eſt operarius mer-*

m vide pontificale Damaſi titulo prænotatum. n Apoſtolicæ liter. videntur eædem cũ ἀπολυτικοῖς. dabantur autem ab Epiſcopis teſte Concil. 2. Aurel c. 13. formata alio nomine κανονικαί, εἰρηνικαί, ἐκκλησιαστικαί dicebantur: quas dare iuris fuit nõ ſolum Metropolitanorum (quorum meminit Conc. 3. Carth. c. 28. Conc. Carth. 5. c. 7. Mileui. c. 20.) ſed etiam Epiſcopi cuiuſuis. vide Concil. Chalced. c. 11. & interpret. Balſamonis & Zonaræ. vterque enim diſcrimẽ inter συστατικὰς & εἰρηνικὰς docet; & ex can. 66 Cõc. Africani εἰρηνικὰς eaſdẽ cum ἀπολυτικαῖς eſſe contendit. o Literæ non purgant eos quibus dantur, ſed purgatos docent: quod impoſtor vel non aduertit vel diſſimulauit. p quando factum? proferat mandatum impoſtor. q ſupra dixit Domino reſeruata Epiſcoporum iudicia, nunc Rom. ſedi ſeruantur. Vide pſeudo-Clem. epiſt. 1.

r A quo culpantur? forte à paraſitis Rom. Cataſcopi; nemo enim prudens aſſeruerit Eccleſiam antiquam Vibiel Papæ iugo collum ſubdidiſſe, vel ab eius nutu pependiſſe. vide pſeudo-Victor. epiſt. 1. pſeudo-Iul. epiſt 2. cap. 2 iiſdem verbis vtentes.

ſ verba Sozomeni de Iulio ad Sixtum tranſtulit Impoſtor, οἷα δὲ τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου. vide hiſt. lib. 3. c. 7. hiſt. Tripartit. lib. 4. c. 15.

t hoc ſtatuit Conc. 5. Rom. ſub Symmacho. vide pſeudo-Iulium epiſt. 2. c. 8.

u explicet hoc Œdippus. x nota barbariſmos. y Luc. 10.

cede ſua.[a] *Nos, fratres, nullum perdere volumus*; ſed ipſe ſe perdit, qui pie conſiderata *auertit*, & qui Apoſtolorum & huius ſanctæ ſedis Decreta[a] *libenter violat.*

Sed[b] *nunc, fratres,*[c] *commendamus vos omnes Domino, & verbo gratiæ eius, qui poteſt perficere & dare hæreditatem*[d] vobis cum *omnibus, Sanctis.*[e] *Ipſe autem Deus pacis & conſolationis*], *det vobis id ipſum ſapere in alterutrum:* vt vobis inuicem ſuccurratis, & non ſitis diuiſi; *vt vnanimes vno ore, & vno corde honorificemus eum in concordia*[f] & conſolatione fratrum,[g] *qui potens eſt confirmare ſecundum Euangelium eius,*[h] iuxta *reuelationem myſterij* æterni, *temporibus*[i] ſcilicet perpetuis, quibus vobis munera futurorum gaudiorum largienda ſunt. Data 9. Kal. Aprilis,[k] Hadriano & Vero viris Clariſſ. Coſſ.

a vide Sixti III. epiſt. ad Cyrillũ. Celeſtin. epiſt. 1 a Not. phraſ. pſeudo Clementis epiſt. 1. pſeudo Anaclet. epiſt. 1. pſeudo-Stephani epiſt. 1. &c.
b verba Martini I. Synod. epiſt. e Conc. Lateran.
c Act. 20.
d in ſanctificatis omnib. ipſe autẽ &c.
e Rom. 15. in alterutrum & in ipſo ſemper, vt in omnibus vnanimes &c.
f in concordia orthodoxæ fidei.
g Rom. 16.
h ſecundum.
i temp. æternis &c.
k iam monuimus Adrianũ cum Vero cõſulatum nõ geſſiſſe.

C E N S V R A.

TANTA ſermonis impuri ſpurcities eſt, vt vomere dicas, non loqui: fingit *Deum iuſtos pro iniuſtis punire*, idque *ſæpiſſime*; Epiſcopos omnes Romani Papæ *iudicium expectare*, eiuſque *formatis inſtrui* debere; ſed & *cu'p. iri qui aliter quam ei placet agunt*: verba Sixti III Sozomeni, Concilij Rom. 5. ſub Symmacho, & Martini I. deſcribit: mendaci denique conſulatus nomenclatura farraginem ſuam conſignat impoſtor.

T E L E S P H O R I[a] P A P Æ
Epiſtola.

Chariſſimis fratribus, & dilectiſſimis Epiſcopis, Teleſphorus Romanæ vrbis[b] Archiepiſcopus *Salutem in Domino.*

CREDIMVS[c] *ſanctam fidem veſtram in Apoſtolorum eruditione fundatam, & hanc*[d] *tenere, hanc populis vniuerſis*

a Thele'phorum vocant Optatus lib. 2. & Auguſt. epiſt. 165.
b Primo *Archiepiſcopi* & *Archiepiſcopatus* mentio in Epiphanij Panario, hæreſ. 68 & 69. Hoc autem opus inchoatum A.D. 374 Valentiniani maioris vndecimo, 220. à morte Teleſph. Eandem vocẽ habent tituli (ſi forte à recentiore aliquo) addi us orationi 21. à Nazianzeno ſcriptæ poſt A. D. 372. quo diem vltimum obiit Athanaſius. *Archiepiſcopi* titulo Celeſtinum, Leonem, Cyrillum &c. ſæpius ornant Acta Conc. Eph. & Chalced. hinc frequentior Archiepiſcoporũ memoria in monumentis Eccleſiaſticis. c initium epiſt. Damaſi ad Epiſcopos Illyrici. vide Theodor. hiſt. lib. 2. c. 22. Sozom. lib. 6. c. 24. hiſt. tripart. lib. 5. c. 29. d hanc vos.

exponere, quæ videlicet à conſtitutis Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, *nulla ratione diſſentit, per quos iuſtum eſt cæteros erudiri.*

Quapropter cognoſcite, [e] à nobis & à cunctis Epiſcopis in hac ſancta & Apoſtolica ſede [f] congregatis, ſtatutum eſſe, vt ſeptem hebdomadas ante Sanctum Paſcha omnes [g] *clerici in ſortem Domini* vocari a carne ieiunent: quia ſicut [h] diſcreta eſſe debet vita clericorum à Laïcorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet fieri diſcretio.

Et ſicut [i] Laïci & ſeculares homines nolunt eos recipere in accuſationibus & infamationibus ſuis, ita [k] nec Clerici debent eos recipere in impulſationibus ſuis, [l] quoniam in omnibus diſcreta debet ſemper eſſe & ſegregata vita & conuerſatio Clericorum ac ſecularium Laïcorum: & ſicut hi amplius ſunt applicati diuinis cultibus, & [m] *familiares* Domini dicuntur Saluatoris, ita moribus & conuerſatione atque ſanctitate debent eſſe diſtincti. Has ergo ſeptem hebdomadas omnes Clerici [n] à carne & deliciis ieiunent, & hymnis & vigiliis atque orationibus Domino inhęrere die noctuque ſtudeant.

Nocte vero ſancta natiuitatis Domini Saluatoris [o] Miſſas celebrent, & hymnum Angelicum in eis ſolenniter decantent; quoniam & eadem nocte ab Angelo paſtoribus nuntiatus eſt, ſicut ipſa Veritas teſtatur dicens; [p] *Paſtores erant in regione eadem, vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis* [q] *ſupra gregem ſuum: & ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos,* [r] *& timuerunt timore magno, & dixit illis Angelus, Nolite timere. Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vo-*

e impoſtor ſua ſomnia narrat.

f in vrbe non *in ſede congreganda concilia.* ſedes enim locus nō eſt, ſed dos ſeu poteſtas ſedentis.

g Iſid. de offi. lib. 2. c. 1. vide pontificale.

h *Lex Chriſti non ſpecialiter Clericis, ſed generaliter cunctis fidelib. eſt à Domino tributa: licet in Euangelio quadam ſint præcepta ſpecialia, quæ ſolummodo contemptoribus mundi, & Apoſtolorum ſectatoribus cōueniant: cætera tamen cunctis fidelibus, vnicuiq; ſcil. in ordine quo ſe Deo ſeruire deuouit indiſſimulanter obſeruanda cenſentur* Conc. Pariſ. lib. 2. c. 7.

i Quando factum vt Laici Clericos ab accuſat. ſubmouerent? hoc item ſomniauit ὑποβολεύς. k hoc ſtatuiſſe dicitur Silueſter in Concil. 2. Rom. c. 14. vide ſup. pſeudo-Clem. epiſt. 1. l non ſequitur, diſcreta debet eſſe vita ergo accuſatio non recipienda: contra ſtatuit Conc. Epaun. c. 24. m omnes pij Domini familiam conſtituunt teſte Paulo Eph. 2. n ergo & à piſcibus (quos carnem habere fatetur Apoſtolus 1. Cor. 15. veteres ὀψώνια per excellentiam vocauerunt) abſtinendum: abſtinendum & à vino, in quo maximum libidinis incentiuum. De priſcæ Eccleſiæ abſtinentia, vide Baſil. hom. 1. de ieiunio, Epipha. in λόγῳ συντόμῳ Chryſoſt. homil. 4. ad populū Antioch. Auguſt. de morib. Eccl. cap. 33. Fulgent. de fide ad Petrum c. 42. o hæc omnia è cœnoſa libri Pontificalis gurgite hauſta ſunt. p Luc. 2. q ſuper. r & claritas Dei circumfulſit illos, & tim.

bis ſi-

bis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum & poſitum in præſepio Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Reliquis [s] *enim* temporibus Miſſarum celebrationes [t] *ante* horam diei tertiam minime ſunt celebrandæ, quia & [u] eadem hora Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos Spiritus Sanctus deſcendiſſe legitur.

Ab Epiſcopis autem idẽ Angelicus *hymnus* [x] pro tempore & loco Miſſarum ſolenniis *celebrandus* eſt, atque ſolenniter recitandus; ipſi enim [y] *qui* proprio *ore corpus* Domini *conficiunt* ab omnibus ſunt audiendi, *obediendi* atque timendi, & non [z] *dilacerandi* aut *detrahendi*; quia à quib. ſe Domini populus benedici, *ſaluari*, & inſtrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi. Populus enim ab eis docendus eſt & corripiendus, & non ipſi ab eo; quia [a] *non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum*. Nullo modo igitur Domini Pontifices & reliqui Sacerdotes, quibus Domini commiſſa eſt plebs, rite populum poſſunt corrigere, ſi deceptionis ſe cognouerint *laqueo infeſtari*.

Vnde [b] *iuſtum eſt omnes in vniuerſo* [c] *orbe Doctores legis, ea quæ legis ſunt ſapere; & non* [d] Sacerdotes Domini labiis ſuis aut quibuſlibet machinationibus *maculare* Dum enim ipſos diſponunt aut cupiunt maculare, potius ſeipſos maculant & vulnerant.

Dei [e] *ergo accuſat ordinationem* qui eos qui ab eo *conſtituuntur* Sacerdotes *accuſat, vel* damnari cupit; à quibus *ſe* omnes fideles cauere debent; quia [f] *non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus,* rei *ſunt*. Chriſtus enim Dei Filius Dominus noſter, humano generi ſalutem *condonat* plenam, de nobis ait, [g] *Qui vos recipit me recipit*; & [h] *qui vos ſpernit, me ſpernit*. Si ergo Dominus in eis recipitur & rejicitur, proculdubio *ipſius ſunt*, qui in eis reiicitur vel ſuſcipitur.

s non cohærent hæc ſuperioribus.
t ita ut ſi Concil.3. Aurel.c.14. vide & pontificale.
u hora 3. crucifixum Dominũ ſcribit Marcus c. 15. id eſt 2. quadrante diei qui à 3. in 6. protendebatur ſi Marcũ cum Ioanne conciliã. Caluinus & Beza, & eius aduerſariis Lyranus, Carthuſianus, Iãſenius, Maldonatus, Barradius, &c. Clem. conſti. li 8. c. 40. decernit preces concipiendas hora 3. quia tunc Pilatus ſententia iam pronunciauit in Dominũ: 6. vero, quia ea hora Chriſtus crucifixus. Horam 3. ob deſcenſum Sp. venerabilem ſcribit Iſi l. de offic. lib. 1. c. 19.
x Not. phraſ. vide pontificale.
y phraſis Hieron. epiſt. 1 & 85. ſacro Chriſti.

z N. phraſes. a Mat h. 10. b verba Damaſi ad epiſc. Illyrici. c Romanorum orbe.
d & non fidem doctrinis variis maculare.
e verba Adriani I. collect. Ingelramo datæ c. 1. ex Iſid ſent. lib. 3. c. 39. f Rom. 1.
g Matth. 10. h Luc. 10. an ſoli Clerici ipſius Domini eſſe dicendi ſunt?

Et [i] *tu quis es qui iudicas ſeruum alienum?* Proculdubio transgreſſor es legis Dei, [k] & Apoſtolorum atque Prophetarum: & non ſolum harum ſed etiam legum humanarum. Omnes enim leges, tam diuinæ quam & humanæ, alienum ſeruum iudicare prohibent. Quid putas erit de te, cum tranſgreſſores & conculcatores legis Dei damnabuntur? Profectò & tu damnaberis, quia poſtpoſuiſti mandatum Dei, & tuam adimpleſti voluntatem. Quoniam ſicut digni ſunt vita qui mandarum Dei adimplent atque cuſtodiunt, ita rei & *perdigni* ſunt morte, qui ea poſtponunt & in vanum ducunt. Eſt enim in Apoſtolicis ſcriptum inſtitutis; Alterius [l] *vitam* nemo *laceret*, & *de malo alieno os* ſuum *non coinquinet.*

Accuſatores [m] *vero & accuſationes quas leges ſeculi non admittunt, & nos ſubmouemus*, & *Accuſatori* [n] omnino *non credi* decernimus, *qui abſente aduerſario cauſam ſuggerit, ante vtriuſque partis* iuſtam *diſcuſſionem.*

Nec hi [o] *qui non ſunt idonei* ſuſcipiantur ad accuſationem, & omnes [p] *qui aduerſus patres armantur infames eſſe cenſemus.* Patres enim omnes venerandi ſunt, non reſpuendi, aut *inſidiandi*. Hi vero [q] *qui cum inimicis morantur*, aut qui ſuſpecti habētur, minime recipiantur, quia eorum æmulatio lacerat etiam innocentes.

Hunc [r] *murum* firmiſſimum *ſtatuerunt patres noſtri*, & nos cum eis, contra perſecutores noſtros; vt *hoc remedio* eorum pellantur machinamenta, & vos ſecuriores & ſanctiores famulari mereamini veſtro Saluatori.

Cæterum, [ſ] *conſiderat impius iuſtum, & quærit vt occidat eum. Dominus non derelinquet eum in* [t] manus *eius, & non condemnabit eum cum* [u] iudicabitur illi. *Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te, vt poſſideas terram; cum*

i Rom. 14.
k quaſi lex ſit alia Dei, al a Prophetarū. Notabit lector, ſi argumentum Teleſphori valeat; nec Clericos nec Laïcos à quoquā iudicandos; vtrique enim Dei ſerui sūt. vide ſup. pſeudo-Clem. epiſt. 1. &c.
l hoc vero omnem impudētiam ſuperat quod Iſidori Hiſpal. ſynonyma pro Apoſtolicis obtrudit inſtitutis. *Alienā* (inquit Synonym. li. 2. c. 9) *vitam non laceres, de malo alieno os tuum non coinquines.*
m confundit impoſtor verba Ennodij in Apol. pro Symma ho & Adriani I. collect. c. 11.
n verba Aniani in con tit. 9. tit. 39 li. 11. Cod Theod. vide Pſeudo-Iul. epiſt. 2. c 9
o vide pſeudo-Anaclet. epiſt. 2. ex cod. Aniano conſtit. 13. eiuſd. tituli. p vide epiſt. Procli ad Domnum Antioch. ex act. 14. Concil. Chalced. & Adrian. collect. c. 71.
q ſ: nt. 1. tit 15. lib. 5. Pauli Con. il. 5. Rom. ſub Symmacho.
r Verba Damaſi loco citato | *patres noſtri 318 Epiſcopi habito tractatu in vrbe Nicena hunc murum fortiſſimum contra arma Diabolica ſtatuerunt, & hoc remedio venena mortifera ſunt depulſa*, &c.
ſ Pſal 36. interp. Hieronym. t Hieron. manu vulg. manibus.
u Hieronym. iudicatur.

interibunt

interibunt impij, videbis. Vidi impium robuſtum & [x] fortiſſimum, ſicut indigenam virentem: Et tranſiui, & ecce non erat; & quæſiui eum, & non eſt inuentus. Cuſtodi ſimplicitatem, & vide rectum; quia erit [y] in *extremum viro pax. Præuaricatores autem* [z] interibunt *pariter, & nouiſſimum impiorum peribit. Salus autem iuſtorum à Domino, fortitudo eorum* [a] *tempore tribulationis. Et auxiliabitur eis Dominus, & liberabit eos*, & [b] eripiet *eos ab impiis, & ſaluabit eos; quia ſperauerunt in eo.* Et alibi, [c] *Quid gloriaris in malitia potens? Miſericordia Dei* eſt *tota die. Inſidias cogitauit lingua tua, quaſi nouacula* tua *acuta, faciens dolum: Dilexiſti* malitiam *magis quam bonum, mendacium magis quam loqui iuſtitiam.* [d] *Dilexiſti omnia verba ad deuorandum*, [e] lingua doloſa. *Sed Deus deſtruet te in ſempiternum, terrebit te, & euellet* te *de tabernaculo* tuo, *& eradicabit te de terra viuentium.* [f] *Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt: Ecce vir qui non poſuit fortitudinem ſuam Deum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: confortatus eſt in inſidiis ſuis. Ego autem ſicut oliua virens in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in ſeculum* [g] & in æternum. *Confitebor tibi in ſeculum, quoniam feciſti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conſpectu Sanctorum tuorum.* De talibus enim inſidiatoribus & accuſatoribus ſeruorum ſuorum loquitur Dominus per Prophetam dicens, *Os* [h] *tuum dimiſiſti ad malitiam, & lingua tua concinnauit dolum. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, &* in [i] *filium matris tuæ fabricabaris opprobrium. Hæc feciſti & tacui; exiſtimaſti ſimilem tui me futurum: arguam te & proponam te ante oculos tuos. Intelligite* hæc, [k] *qui obliuiſcimini Deum, ne forte rapiat & non ſit qui liberet.*

Languentes autem in iſto conamine notandi ſunt, & à talibus repellendi: Tales enim membra ſunt Diaboli, qui [l] *ſurſum atque deorſum peruolans, quærit quos poſſit occidere, quos poſſit* [m] ſeparare, *quos poſſit deuorare. Propter quam rem vigilandum eſt*, & armis cœleſtibus ſumus muniendi, ne in eius compedes incidamus, aut eius *foueis illaqueemur.*

Decet [n] *enim in talibus cauſis hoc maxime prouideri, vt ſine ſtrepitu concertationum & charitas cuſtodiatur, & veritas defendatur*, atque innocentes & Domini miniſtri illæſi

x Hieron. firmiſſimum vulg. eleuatũ.
y ad.
z Hier. *delebuntur*, vulg. *diſperibunt.*
a Hieron. & vulg. *in tempore.*
b Hieron. & vulg. *eruet.*
c Pſal. 51. Hieron. interp.
d iuſtitiam ſemper.
e Hieron. & vulg. *linguam doloſam*
f viuentium ſemper.
g ſeculum ſempiternũ.
h Pſ. 49. Hieron. Interp.
i Hieron. & vulg. *aduerſus.*
k hoc.
l verba Flauiani Conſtantinop. epiſt. ad Leonem c. 1.
m ſuperare.
n verba Leonis epiſt. 8.

liberentur. De bonis ergo ac legem Domini cuſtodientibus, fratribuſque adiuuantibus & non nocentibus, ſed *ſupportantibus*, ait per Prophetam Dominus, [o] *Non ſedi cum viris vanitatis, & cum ſuperbis non ingrediar. Odiui Eccleſiam peſſimorum, & cum* [p] impiis *non ſedebo. Lauabo in innocentia manus meas, & circuibo altare tuum, Domine; vt* [q] clara voce prædicem laudem, & narrem *omnia mirabilia tua. Domine dilexi habitaculum Domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Ne auferas cum peccatoribus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam.* [r] *In quorum manibus ſcelus eſt; & dextra eorum repleta eſt muneribus. Ego autem in ſimplicitate mea gradiar; redime me & miſerere mei. Pes meus ſtetit in recto, in Eccleſiis benedicam* Dominum.

Concordent igitur [ſ] *cum omnibus Dei ſacerdotibus* hæ *charitatis* ſententiæ, *in* quibus *vos fixos & firmos exiſtere iudicamus. Deus* [t] *vos incolumes cuſtodiat, filij* chariſſimi. Data XV. Kal. Martij [u] Antonino & Marco viris Clariſſ. Coſſ.

[o] Pſal. 25. Hieron. interp. [p] iniquis.

[q] Hieron. & vulg. *vt audiam vocem laudis, & enarrem*

[r] Hieron. & vulg. *vitam meam.*

[ſ] verba Damaſi epiſt. ad Epiſc. Illyr. *concordet cum* &c. *vestra charitatis veſtra ſententia in qua* &c.

[t] ſubſcriptio epiſt. Damaſi ad Orientales.

[u] Sedit Teleſphorus ab A.D. 142. ad 154. nullus autem toto hoc tempore Marci cum Antonino Conſulatus; niſi quis intelligat binos Marci Aurelij Antonini cum Antonino Aug. A.D. 142. & 147. At meminerit Lector, 1. Conſulum non nomina ſed cognomina potiſſimum adnotari ſolita. 2. Antoninum Auguſt à Marco diſtingui non debere, cum ipſe Marcus Antoninus dictus fuerit. 3. Quicquid ſit, cum Sixtus A. D. 142. 8. Idus Aprilis martyrium conſummarit, Teleſphorus eodem anno 15. Kal. Martij ſcribere non potuit.

CENSVRA.

CONDIT impoſtor noua decreta de ieiuniis & miſſis in nocte natiuitatis Domini celebrandis: fingit à Laicorum accuſatione Clericos ſubmotos, & contra accuſationes Laicorum aduerſus Clericos recipiendas non eſſe: Verſionem Hieronymi citat: Damaſi, Hieronymi, Procli, Leonis Flauiani, Ennodij, Iſidori, Adriani, & Aniani verba varijs deprauationibus fœdat; mendacem conſulatus notam epiſtolæ adiicit.

HYGINI

HYGINI PAPÆ

Epiſtola * I.

Hyginus in Chriſti nomine [a] almæ vrbis *Romæ Epiſcopus, cunctis in Apoſtolica fide & doctrina* degentibus, Salutem.

CHARISSIMI, [b] *Deus filium ſuum miſit in* ſimilitudinem *carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt* iuſtitia *legis impleretur.*

Filius [c] *non ſecundum Deitatem* ſolam *à Patre miſſus eſt, ſed ſecundum carnem, quam clementer & pie pro nobis aſſumere non dedignatus eſt. Nam quod ſemetipſum* (exinanita [d] *maieſtatis ſuæ potentia*) *idem* ſe *Filius* miſerit, Apoſtolus *conteſtatur & dicit,* [e] ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & humiliauit [f] *ſemetipſum* factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. *Et Eſaias,* [g] Non legatus, neque Angelus, ſed [h] *Deus* ipſe *veniet,* & *ſaluabit* nos. *Item* [i] alibi, Palam apparui non quærentibus me. *& Hieremias,* [k] Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam, [l] Veni & factus ſum illis in opprobrium. *& in Michæa,* [m] Ecce Dominus veniet, & commouebuntur ſub eo montes. *Et in Zacharia,* [n] Gaude & exulta filia Sion; quia ecce [o] venio, & commorabor in medio tui, dicit Dominus. *Et Apoſtolus ad Timotheum,* [p] Humanus ſermo & omni acceptione dignus, quoniã Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. *Et Malachias,* [q] Ecce ſubdito veniet in templo ſuo Dominus, quem vos quæritis, & Angelus Teſtamenti quẽ vos vultis. [r] *in Euangelio,* Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam. *Item* [ſ] alibi, Quid nobis, & *quid* tibi, Ieſu Fili Dei? veniſti ante tempus perdere nos? Venit Filius hominis ſaluare & quærere quod perierat. *Item* [t] alibi, * Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo. *Nunquid in his tantis ac talibus teſtimoniis, quibus ſe Filius* [u] Dei à

* Hæc epiſt. ſecunda dici debuit, quia poſterius datã ſuo tamen loco non mouimus.
a not. phraſim, degere in fide, &c.
b Rom. 8.
c verba Ithacij Clari aduerſus Varimadum c. 3.
d ſemetipsũ exinaniuit paululũ maieſtatis &c. idem filius miſi Apoſtolũ qui conteſtatur &c.
e Phil. 2.
f ſeipſum.
g Eſai. 63.
h ſed ipſe Dominus venit & ſaluauit.
i Eſ. 65.
k Hierem. 12. reliqui.
l & veni.
m Mich. 1.
n Zachar. 5.
o ecce ego.
p 1. Tim. 1.
q Malach. 3.
r & in Euãg. Luc. 5.
ſ Item ibi.
t ibi. Ioan. 3.
* hic omiſſæ lin. 3.
u Deum.

ſemetipſo veniſſe *teſtatus eſt*, [x] poterit quis *dicere, ab alio & non à ſemetipſo veniſſe? dum manifeſtum eſt* [y] quod *qui carnem noſtram dignanter aſſumpſit*, [z] voluntarie, *& non ab alio miſſus* [a] venerit. *Nam qui in Patre manens* [b] vbique potentia ſua *conſiſtit, vbi* quo *à Patre mitteretur* [c] omnimodo *non habuit; quoniam nulla pars* [d] cœlorum *ac terræ à conſpectu Patris excipitur, vbi ſecundum vos à Patre Filius mitteretur?*

Et Paulus, [e] *Renouamini, inquit, Spiritu mentis veſtræ: & induite nouum hominem qui* [f] *ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis: & ad Hebræos,* [g] In eo enim in quo paſſus eſt [h] *ipſe &* tentatus eſt, potens eſt *&* eis qui tentantur auxiliari. Vnde, fratres ſancti, vocationis *ſemper* cœleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum, fidelem exiſtentem ei qui *vocauit* [i] eum. *Et ad Coloſſenſes,* [k] Nunc autem deponite & vos *vniuerſa,* [l] iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam; *turpiaque verba* [m] ex ore veſtro non *procedant.* [n] Nolite mentiri inuicem expoliantes vos [o] *veterem hominem* cum actibus ſuis, & induite nouum, eum qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius qui creauit eum. *Nunquid is qui* [p] vniuerſam creaturam, *viſibilia & inuiſibilia propriæ poteſtatis virtute procreauit,* ac *fecit, ſeipſum antea* [r] aut *poſtmodum (quod dicere nefas eſt) creauit vel facere potuit?*

Et [ſ] Dominus in Euangelio ait, [t] *Ego & Pater vnum ſumus. Et iterum,* [u] Qui *odit* me, & Patrem *meum odit. Et* iterum, vt omnes honorificent Filium ſicut honorificant Patrem. *Et* [x] *iterum,* Vt ſint in nobis vnum ſicut & nos vnum ſumus, Tu in me & ego in eis. *Et iterum,* Omnia mea tua ſunt. * *Et iterum:* Ego in Patre, & Pater in me. *Et iterum,* [y] Pater in me manens facit opera hæc. *Et Ioannes Euangeliſta ait,* [z] In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et iterum [a] *ipſe ad Parthos,* Tres ſunt, *inquit,* qui teſtimoniũ perhibent in terra: aqua, ſanguis, & caro; & tres [b] *in nobis* ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus; & hi tres vnum ſunt. *Nos itaque in natura* [c] diuinitatis, (quia *vnum ſunt* Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus) *nec Patrem aliquo tempore credimus præceſſiſſe,*

x poteris.
y eum.
z voluntate.
a aduenerit.
b virtute potentiæ ſuæ conſiſtit.
c omnino.
d ſeculorum.
e eiuſd. verba c. 4 eiuſd. libri. Epheſ. 4.
f eum qui.
g Heb. 4.
h ille tent. nã.
i creauit.
k Coloſſ. 3.
l vniuerſam.
m turpiloquium.
n procedat.
o vetere homine.
p vniuerſa creata.
q ex nihilo procreauit &
r vel.
ſ eiuſd. c. 5.
t Ioan. 10.
u Ioan. 14. qui vidit me vidit & Patrem. & item.
x Ioan. 5.
* hic omiſſa ab impoſtore linea.
y Ioan 14.
z Ioan. 5.
a item ipſe. 1. Ioan. 5.
b tres ſunt qui.
c Deitatis qua vnũ ſunt, Patrem & Filium, nec Patrem &c.

ceſſiſſe, vt maior ſit Filio; nec Filium poſtea natum eſſe, vt [d] Diuinitate *Patris* minoretur. Cæterum, fratres, ſaluo in omnibus Romanæ Eccleſiæ priuilegio, [e] *nullus Metropolitanus, abſque cæterorum omnium comprouincialium Epiſcoporum inſtantia, aliquorum cauſas audiat eorum; quia* [f] irritæ *erunt* aliter actæ quam in conſpectu eorum omnium ventilatæ; & ipſe, ſi fecerit, [g] *coërceatur* à fratribus.

Criminationes [h] *maiorum natu* per alios non fiant niſi *per ipſos qui crimina intendunt*; ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint [i] *& actis publicis docuerint, omni ſe ſuſpicione carere* & inimicitia, atque irreprehenſibilem fidem habere ac conuerſationem ducere.

Nec non & [k] *peregrina* negotia & *iudicia prohibemus, quia indignum eſt vt ab* externis iudicentur, *qui prouinciales & à ſe electos* debent *habere iudices.*

Nos, [l] *quidem ex* [m] omni *parte* carpendo *occaſiones* abſcindimus; *Nos ſupernæ memores diſciplinæ*, [n] quibuſcunque cadentibus *dexteram porrigimus; & à ruinæ præcipitio* quos poſſumus releuamus; & defenſionis adminiculum totis viribus præbere cupimus.

Certè [o] *ſi vel mens ſit recti conſcia, vindicta dignus eſt qui aliis exiſtit cauſa periculi.* Qui vero innocentem vel fratrem quocumque ingenio perſequitur, [p] *ipſe* in ſe *iugulum mortis impingit, vt ait diuinus & Beatus præco, Noli detrahere ne eradiceris.* Noli accuſare ne accuſeris; [q] *noli iudicare ne iudiceris*; quia *in quo iudicio iudicaueris*, iudicabitur de te.

Nemo [r] *creditur* nos *odiſſe quorum relatione non læditur.*

Dicit [ſ] *enim Dominus, Omne regnum in ſe diuiſum non ſtabit; & omnis* ſcientia, *aut* [t] regula *aduerſum ſe diuiſa non ſtabit.*

Ideoque neceſſe eſt, [u] *vt concorditer ſalubres ſuſci-*

d Deitas Patris minoraretur in Filio.
e verba Adriani I. collect. Ingelramo datæ c. 14. vide Conc. Antioch. c. 9. can. Apost. 35. Martini Bracar. collect. c. 4.
f irrita erũt, imo etiam cauſam in Synodo profacto dabit.
g mox Romæ mittendum decernetp. eado- Anacletus.
h vide inf. Pſeudo-Iul. epiſt. 2. c. 20. Anian. interpr. conſtit. 15. tit. 1. lib. 9. Cod. Theod. Conc. Carth. 2. c. 6. Conſtant. cap. 6. Chalced. c. 21 pſeudo-Clement. conſtit. lib. 2. c. 46. 47 53. Adrian. collect Ingelramo datæ c. 35.
i verba Conc. 1. Arelat. c. 13.
k verba Adriani I. eiuſd. collect. c. 17. ex C. Theod. lib. 9. tit. 1. conſtit. 10. vide pſeudo-Iul. epiſt 2. c. 16.
l verba Ennod. in præcepto de Cellulanis p. 471.
m vel ex vna parte carpendi occaſ. ſcindimus &c.
n qualemcumque Sacerdotalem dext. volentibus per te porrig.
o eiuſd. ibid. poſt. lin. 11.
p periculo, dum enim ſuſpicionibus patefacit acceſſum, fit fraterni origo diſcriminis, & qui peccandi fomenta tribuit ipſe iug.
q Matth. 7. 7. al. his verbis.
r verba Ennod. in apolog. pro Symmacho p. 254
ſ verba Martini I. in Synodica addita Conc. I. Lateran.
t lex.
u verba Leonis epiſtol. 87. cap. 2. *Supereſt fratres vt concordi obedientia ſalubres, &c.*

x & nihil.

piatis hortatus, [x] *nihil per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes, diuinis & Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis.* Data 17. Kal. Octobr. [y] Magno & Camerino Coſſ.

y A.D. 140. Sixti VIII. ſedere cœpit Hyginus A.D. 154. Glabrione & Veriano Coſſ. vide Baron. Annal. Bellarm. Chron. &c.

CENSVRA.

POSTQVAM totam hanc epiſtolam contexuit ex Arelat I. Synodi, Ithacij, Leonis, Martini I. Adriani I & Ennodij diuerſimode corruptis ſententiis, ad finem notam temporis mendoſiſſimam addidit plagiarius.

HYGINI PAPÆ

Epiſtola *II.

* prima dici debuit, prius enim data fingitur.

Hyginus Papa Athenienſibus ſalutem.

a 2.Cor.7.

MVLTA [a] *mihi fiducia eſt apud vos,* fratres, & *multa gloriatio pro vobis; Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione* veſtra. Tribulor enim quando de vobis audio quod non oportet; *conſolor* verò, quoties ea inter vos fieri cognouero, quæ bonos Chriſtianos decet implere.

b 2.Cor.6.

c impoſtor omittit verſ. 14. vltimam partem & 15.

d Deus.

e 2.Pet.2.

f tradidit cruc. in iudic. reſeru.

g addit. impoſtoris.

h ac luxurioſa conuerſ. eripuit.

Nolite, [b] fratres, *iugum ducere cum infidelibus.* Vnde Doctor gentium loquitur, dicens; *Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate?* [c] *Quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit* [d] Dominus; *Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.* Si [e] *enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit,* [f] in iudicium *cruciandos reſeruari; & originali mundo non pepercit, ſed octauum Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens: & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui impie acturi ſunt ponens:* [g] quid putatis iniquis & perſeuerantibus in nequitia eorum erit? *Iuſtum* vero *Loth oppreſſum à nefandorum iniuria & conuerſatione* [h] eruit: *adſpectu enim & auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem*

in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij cruciandos reſeruare: magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt [i] facere *blaſphemantes.* Vnde [k] alieni erroris ſocium à ſui propoſiti tramite recedentem, aut Apoſtolicæ ſedis iuſſionibus inobedientem, ſuſcipere non poſſumus: nec impetere recte credentes, vel Sanctorum Patrum iuſſionibus obtemperantes permittimus: quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcretio.

Si Deus, fratres, [l] *iuſtis non pepercit*, quid de nobis peccatoribus fieri putatis? Cuſtodite vos [m] *ab omni inquinamento carnis &* corporis, vt ſalui ſitis in die aduentus Domini. *Vnum* [n] autem hoc *non lateat vos*, vt ait Apoſtolus, *chariſſimi, quia vnus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut vnus dies. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſed patienter* [o] expectat *propter vos: nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſoluentur.* [p] *Cùm hæc* ergo *omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in Sanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Dei, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis* [q] calore *tabeſcent?* Nos *vero cœlos nouos, & terram nouam, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia* [r] *inhabitat. Deus* [s] *autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit*, & [t] *ſolidabit. Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.* Data 10. Kal. Martij [u] Magno & Camerino Coſſ.

i introducere.
k idem legere eſt in ep. 1. Pſeudo Pij II. Pſeudo-Dionyſ. & II. Pſeudo-Iulij c. 15.
l locus Petri à te citatus contrarium probat, nem. Deum iuſtis pepercisse.
m 2. Cor. 7. carnis & ſpiritus.
n 2. Pet. 3.
o ſicut quidā exiſtimāt ſed patienter agit.
p terra autē & quę in ipſa ſunt oper. exurentur.
q ardore.
r habitat.
s 1. Pet. 5.
t ſolidabitque.
u A D. 140. 14. ante Hygini electionem v ſupra diximus.

CENSVRA.

VERBIS vulgatæ Noui Teſtamenti verſionis vix tria verba de ſuo addidit ὑποβολεύς; hæc tamen obſeruare, licet 1. Falſo ipſum negare *Deum iuſtis parcere*; 2. Mendaciter epiſtolam conſignare, &c.

Anicetũ Pio præponi. Optatus lib.2.

PII PAPÆ

Epiſtola I.

Omnibus Eccleſiis, in eadem qua ſumus *fide & doctrina manentibus*, Pius, *Apoſtolicæ ſedis* [a] Archiepiſcopus.

GRATIAS [b] agimus, fratres, Deo, *quoniam* [c] creſcit *fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque omnium veſtrum in inuicem, ita vt nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſiis Dei.*

Videte, fratres, videte vt [d] *nemo vos ſeducat volens, in humilitate & religione Angelorum quæ non vidit, ambulans, fruſtrà inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum Dei.*

Sed [e] *induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. Et ſicut Chriſtus donauit vobis, ita & vos.*

Cæterum noſſe vos volumus, quod [f] Paſcha Domini die Dominica annuis ſolennitatibus ſit celebrandum. Iſtis ergo temporibus Hermes [g] *doctor fidei & Scripturarum* effulſit inter nos. Et licet nos idem Paſcha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt: ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ *Angelus Domini in habitu paſtoris* apparuit, & [h] *præcepit ei, vt Paſcha die Dominico* ab omnibus *celebraretur*. Vnde & vos Apoſtolica auctoritate inſtruimus, omnes eadem ſeruare debere, quia & nos eadem ſeruamus: nec debetis *à capite* quoquomodo *diſſidere*.

Cauete diligenter omnes [k] *ne quis vos decipiat per* aliquam Aſtrologiam, vel *philoſophiam & inanem fallaciam*,

a de titulo Archiepiſcopi vide Not. ad Epiſt. Pſeudo-Teleſphori.
b 2. Theſſ. 1. agere debemus.
c ſupercreſcit.
d Coloſſ. 2.
e Coloſſ. 3.
f ſimile quid infarctum legimus Euſeb. Chron. ad A.D. 145.
g Hinc Hermam Pij fratrem fuiſſe ſcribit Tertull. lib. 3. carm. contra Marcionem. An vero Pió decuerit fraternarum laudum præconem agere, iudicium ferat lector: meminerit interim libri paſtoris à Gelaſio Apocryphum pronuntiari.
h hoc fingit impoſtor vt cæteri: extat liber paſtoris à veteribus prædicatus, in quo de Paſchate ne verbum quidem. Eandem cantilenam canit Pontificalis ſcriptor.
i phraſis Leonis epiſt. 84. c. 12.
k Coloſſ. 2.

ſecundum

ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum & [l] traditionem rectam. *In Chriſto* enim *habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,* [m] vt ſitis *in illo repleti qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis,* qui & hanc [n] ſanctam ſedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum *caput eſſe* præcepit, ipſo dicente Principi Apoſtolorum, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in* cœlo: *& quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in* cœlo. Sine dubio qui contra mandata Dei agit peccat, & qui conſenſum præſtat erranti. *Quid* [o] enim *prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti?* *Oues* [p] enim paſtorem ſuum non reprehendant, plebs vero Epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat; quoniam [q] *non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſeruus* ſupra *Dominum.*

Epiſcopi autem [r] *à Deo ſunt iudicandi* qui eos [ſ] ſibi oculos elegit: Nam *à ſubditis* aut prauæ vitæ hominib. non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi, ipſo Domino exemplum dante, quando *per* ſeipſum, & non per alium *vendentes* Sacerdotes, & ementes eiecit de templo, *& menſas nummulariorum proprio euertit flagello, &* [t] eiecit de *templo.* Et *ſicut* alibi per Prophetam loquitur; *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit.*

Si [u] quis vero à ſuo propoſito retrorſum *exorbitauerit,* & iuſſum Apoſtolicæ ſedis libenter tranſgreſſus fuerit, *infamis* efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones qui in recta fide ſuſpecti ſunt: [x] *fides* autem & conuerſatio *primum ſcrutanda* eſt, & denuò qui irreprehenſibiles apparuerint, ſunt recipiendi, & non prius;

l additam. impoſtoris.

m & eſt.

n verba Domini ad Petrum Matth. 16. nihil ad Rom. ſed a [illegible], ſiquidē Petrus tum cæteris Apoſtolis Eccleſ. vniuerſæ non Romanę præfectus eſt: ſed nec ſi Petrus Eccleſiarum caput dictus eſſet, titul. s hic ſedi eius cōueniret; Sedē enim Eccleſię capiti ſubiectæ dotem, capitis vero ornamētum eſſe oporteret; vt ſupra monuimus ex Optato.

o hæc verba citat Anſelm. Lucenſis in VVibertū lib. 1. ſed ordine inuerſo: ſunt autem Hormiſdæ epiſt. 25.

p Cōc. Rom. 5. ſub Symmacho, *oues quæ paſtori ſuo cōmiſſæ fuerint, eum nec reprehendere &c. præſumant.*

q Matth. 10.

r verba Iſidori Hiſpal. ſent. lib 3 c. 39. *Rectores à Deo iudicandi ſunt à ſuis autem ſubditis nequaquam iudicandi ſunt, exemplo Domini qui per ſe vendentes columbas, & num. &c.*

ſ Epiſcopos oculos eſſe Domini aſſerunt Pſeudo-Clem. epiſt. 1. Pſeudo-Anaclet epiſt. 2. Pſeudo-Alexand. epiſt. 1. Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1. Pſeudo-Melchiad. epiſt. 2. Pſeudo-Iul. epiſtol. 1. Pſeudo-Felix. epiſt. 1. Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4. &c.

t & proiecit à templo vel ſicut dicit pſalmiſta, Deus &c.

u Iſidorus Ibidem. Quod ſi à fide exorbitauerit rector, tunc erit arguendus à ſubditis, &c.

x Adrian. I. collect. Ingelramo datæ c. 4. ſ. 15.

quia [y] *bonus homo*, teſtante Veritatis voce, ex *bono theſauro cordis ſui profert* bona, *& malus homo* ex *malo theſauro* cordis ſui *profert* mala. *Ex abundantia enim cordis os loquitur.*

Ideò [z] *perſona* & opinio *ac vita* vniuſcuiuſque in initio rimanda eſt, quia boni ſemper infeſtantur à malis. Boni enim cum malis [a] licet mixti ſint in Eccleſia, vix concordare inueniuntur: quoniam diſſimilis eſt eorum cogitatio, voluntas & actus.

Nihil [b] enim *prodeſt homini ieiunare* & orare, & alia religionis bona agere, niſi *mens* ab iniquitate reuocetur, *&* ab *oblectationibus lingua* cohibeatur. Vnde ait Propheta, *Cohibe* [c] *linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum.*

Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult; quantò minus *in* [d] *ſuſpicionem* debet *venire* fidelis homo, *vt dicat* aut *faciat* ea *quæ pati non vult?* Quia omnis ſuſpicio potius repellenda eſt, quam approbanda vel recipienda. [e] *Charitas* enim *non quærit quæ ſua ſunt*, ſed quæ aliorum; quia vnius cauſa multorum non eſt præferenda. [f] *Sectamini charitatem, æmulamini ſpiritualia: Charitas* [g] *enim patiens eſt, benigna eſt: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas numquam excidit.*

Semper rogo vos, vt deteriora rejiciatis, & meliora perficiatis; quia [h] *nos non ſpiritum* [i] *mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis*; & ea ſectamini indifferenter. Data 7. Idus April. [k] Claro & Seuero viris Clariſſ. Coſſ.

y Luc. 6. confundit impoſtor verba Lucæ cum verbis Matthæi.
z Ad itn. I. locis citatis.
a vide Iſid. Hiſpal. ſent. lib. 3. c. 17 Auguſt. in pſal. 94.
b Cæſarius hom l. 23. *Nouerimus &c. nihil prodeſſe ſi carnē noſtram ieiuniis ac vigiliis affligamus, & mentem noſtram non emendemus, &c. quid enim prodeſt afflictio corporalis ſi linguā nequitiis & obtrectationibus polluamus?*
c Pſal. 33.
d Sixti Pythag. ſē 168. *Quod fieri nō decet, neq; in ſuſpicionē veniat quaſi id feceris* 169. *Quod pati nō vis ab alio neque id facias.*
e 1. Cor. 13.
f 1 Cor. 14.
g 1 Cor. 13.
h 1 Cor. 2.
i huius mūdi.
k Seuerus cū Claro conſulatum non adminiſtrarunt, Pio ſedente.

CENSVRA.

HANC epiſtolam Pio ſuppoſitam indicant 1. Styli barbaries; 2. Fabula de reuelatione Hermæ facta. 3. Vulgatæ Bibliorum verſionis, Leonis, Concilij 5. Romani ſub Symmacho, Hormiſdæ, Iſidori Hiſpalenſis, Adriani I. Sixti denique Pythagoræi ſententiæ varie interpolatæ. 4. Notæ conſularis mendoſa conſignatio.

PII PAPÆ

Epiſt. II.

Pius Romanæ vrbis Archiepiſcopus, *Italicis fratribus, Salutem in Domino.*

SCITIS, fratres, quia *Dei agricultura* ſumus; [a] ideo *eius adiutores* eſſe debemus *ſecundum gratiam* quam ipſe dedit nobis. Si autem hoc eſſe neglexerimus, nihil dubium eſt quod damnabimur. Si vero in eius ſeruitio pro viribus laborauerimus, verique eius adiutores fuerimus, [b] eiuſque voluntatem implere ſtuduerimus, profectò ab illo ditabimur; quia *vniuſcuiuſque opus quale ſit*, vt ait Apoſtolus, *dies Domini declarabit* & *ignis probabit*.

Ad [c] ſedem autem Apoſtolicam perlatum eſt, quod [d] *inter vos contentiones* & æmulationes: Et prædia diuinis vſibus tradita, quidam humanis applicant vſibus, & Domino Deo (cui tradita ſunt) ea ſubtrahunt, vt ſuis vſibus inſeruiant. Quapropter ab omnibus [e] *illius vſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia vſibus ſecretorum cæleſtium dicata* [f] à quibuſdam irruẽtibus *vexentur*. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, ſacrilegus habeatur, & ſicut ſacrilegus iudicetur. Ipſos autem qui hoc agunt, Clericos & Domini Sacerdotes perſequi, eoſque infamare audiuimus, vt malum ſuper malum addant, & deteriores fiant; non intelligentes quod [g] *Eccleſia* Domini *in ſacerdotibus conſiſtit* & [h] *creſcit in templum* Dei. Et ſicut qui Eccleſiam Dei vaſtat, & eius prædia & donaria expoliat & inuadit, fit ſacrilegus: ſic & ille qui eius Sacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur.

Aemulamini, [i] fratres, *chariſmata meliora*, & nolite talia agere: nec [k] *eis commiſceri* aut conſentire qui talia agũt: quoniam [l] *non ſolum qui talia agunt, ſunt* huius criminis rei, *ſed qui facientibus conſentiunt*.

a 1.Cor.8.
b ibid.
c hunc locum citat Hincmarus de ſtatu Eccleſiæ.
d 1 Cor.1.
e verba Honorij & Theodoſ. A.A. C. Theodoſ. lib. 16 tit.2. cõſt. 40.
f dicat à ſordidorum munerum faſce vexentur.
g voluit impoſtor Cypriani imitari, ſic loquentem, *ſcire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, etſi qui cum Epiſcopo non ſint in Eccleſia nõ eſſe* &c. vide epiſt.69.
h Epheſ.2.
i 1.Cor.13.
k 1.Cor.5.
l Rom.1.

Non [m] ergo grauius peccatum eſt fornicatio quam ſacrilegium; ſed ſicut [n] maius eſt peccatum quod in Deum committitur quam quod in hominem, ſic [o] grauius eſt ſacrilegium agere quam fornicari.

m hunc item locum citat Hincmarus loco citato.
n vide Auguſt. lib. 4. contra Creſcon. cap. 10.
o & Gelaſ. lib. aduerſ. Andromachũ ab initio.

De talibus enim ait Apoſtolus; [p] *Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu,* [q] in *virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, huiuſmodi tradere Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Expurgate* (inquit Apoſtolus) *vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. Scripſi vobis in epiſtola,* ait idem ipſe Apoſtolus, *ne commiſceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri. Si* [r] quis *frater* nominatus *eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare? Nonne de his qui intus ſunt vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt Deus iudicabit; Auferte malum ex vobis ipſis.*

p 1. Cor. 5. de fornicariis loqui Paulum nõ negamus: meminerit tamen lector Epiſtolæ huius ſcriptori de ſpoliatoribus Eccleſiarum, non de pudicitię muliercularum expugnatoribus agere propoſitũ fuiſſe.
q cum.
r Si is qui frater nominatur.

Audet [ſ] *aliquis veſtrum, habens negotium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? An neſcitis quoniam Sancti Dei de mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccleſia illos conſtitute ad iudicandum. Ad verecundiam veſtram dico: ſic non eſt inter vos ſapiens quiſquam qui poſſit iudicare* [t] *fratrem ſuum? ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt?*

ſ 1. Cor. 6. nec hic locus de ſacrilegis agit, quos fornicariis grauius peccare probare voluit impoſtor.
t inter fratrem.

Nolite

Nolite errare; neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Et hæc quidem fuiſtis; ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis [u] *in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.*

De cætero, (ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate) quæcumque [x] *ſunt ad religionis obſeruantiam pertinentia, locis ſuis, & à ſua Diæceſeos Synodis audiantur.* Et ſi quis Sacerdotum vel reliquorum Clericorum ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam, & conuinci potuerit, mox [y] *Curiæ* tradatur.

Qui [z] autem *facit iniuriam*, recipiat *hoc quod inique geſſit*; [a] *corrumpunt* enim *mores bonos colloquia mala. Euigilate iuſti & nolite peccare.* Data Idibus Martij [b] Claro & Seuero viris clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

HVIVS epiſtolæ artifex vulgatæ Scripturarum verſionis, & Theodoſiani Codicis verbis impudenter corruptis abutitur; Idem præterea de Clericis Epiſcopo inobedientibus curiæ tradendis, decretum cudit quod ætatem Pij ferre non poteſt. Tandem, notam conſulatem tempori quo Pius Romanam Eccleſiam adminiſtrauit minime congruentem adtexit.

PII PAPÆ
Epiſtola III.

Directa Iuſto Epiſcopo Viennenſi.

ANTEQVAM Roma exiiſſes, ſoror noſtra Euprepia (ſicut bene recordaris) titulum domus ſuæ pauperibus aſſignauit; vbi nunc cum pauperibus noſtris commorantes [a] *Miſſas agimus.*

u ſed iuſtificati eſtis in.
x verba Valentis, Gratiani, & Valentiniani. A. A. A. Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. conſt. 23. *Qui mos eſt cauſarū ciuilium, iidem in negotiis Eccleſiaſticis obtinendi ſunt; vt ſi qua ſunt ex quibuſdam diſſenſionibus leuibuſque delictis ad relig. obſ.* &c.
y ibid. conſti. 39. *Quemcunque Clericum indignum officio ſuo Epiſcopus iudicauerit ab Eccleſia miniſterio ſegregauerit, aut ſi qui profeſſum ſacræ religionis ſpōte dereliquerint, continuò ſibi eum curia vindicet,* &c.
z Coloſſ. 3. recipiet.
a 1 Cor. 15.
b ſedit Pius ab A.D. 158. ad 167. toto hoc tempore nullus Seueri cum Claro conſulatus. Iulius Seuerus magiſtratum geſſit. A. 157. Iun. Clarus cum Cethego A. 172. Aniceti VI.

a An Pij ſeculo Miſſæ vocabulum ad Cathecumenorum & abſtentorum miſſionem, ſubſequenterque Sacramentorum adminiſtrationem ſignificandam in vſu Eccleſiæ fuerit, Lectoris eruditi iudicium eſto.

De te autem, *ſuperbeate*, poſtquam ad [b] *Senatoriam* vrbem Viennenſem perrexiſti, quid factum ſit noſſe cupimus; & vt ſementem Euangelij iam ſparſeris audire multum deſideramus. Preſbyteri illi qui ab Apoſtolis educati vſque ad nos peruenerunt, cum quibus ſimul verbum fidei partiti ſumus, à Domino vocati in [c] *cubilibus æternis clauſi* tenentur. Sanctus [d] Timotheus & Marcus per bonum certamen tranſierunt. Vide, frater, vt illos imiteris ſequendo, neque vinculis mundi illigeris. Feſtina palmam *perſeuerabilem* cum Sanctis Apoſtolis tenere, quam per multas paſſiones Paulus ſuſcepit, & Petrus; cui crux charitatem Chriſti tollere non potuit. Salutant te [e] Soter & Eleutherius digni preſbyteri; ſaluta fratres qui tecum viuunt in Domino. Cherinthus [f] *primarches* [g] Satanæ multos auertit à fide: Gratia Chriſti habet in corde tuo.

b cur vero Senatoria Vienna dica ut, doceat q i po eſt.
c No.abit Lector hanc phraſim.
d fr .tres fuiſſe Pij pontif. & Hermæ, filioſque Pudentis Senatoris aſſerit ann.l. ſcriptor ad A.162 164. & 166. Eorundē natalem n Mar ty.ol. Rom. ad ſ.r p.ſi ad diē 24. Martij refert ibid. Baron.
e vterque Eccl. Rō rexit, ille ab A.D. 175. ad 179. hic ab A.179. ad 193.
f ſi Cherinthus A.D. 41. reſtitit Petro Act. 11. quod affirmat ex Epiphanio hæreſ 28. Baron. Annal. Tom.1. ſi idē A.D. 51. Pauli doctrinā oppugnauit Act. 15. quod ex Epiph n. hæreſ. 28. & Philaſtrio hæreſ aſſerit ipſemet Baronius, iudicet Lector an ad A.166. vitam produxiſſe dicendus ſit. g Pium pontificem hac ſemigræca voce Cherinthum hæreſiarcham notaſſe minus v riſſimile eſt; forte *Patriarches* legendum eſt.

PII PAPÆ.

Epiſt IV.

Directa eidem Iuſto Viennenſi Epiſcopo.

ATTALUS [a] Epiſtolas Martyrum portans ad nos venit, *gaudium* nobis *inæſtimabile faciens* de triumpho eorum; qui dixit nobis Sanctum [b] *Verum*, collegam noſtrum, victorem de mundi principe triumphaſſe. Tu vero apud *Senatoriam* vrbem Viennenſem eius loco à fratribus conſtitutus,

a Attali Pergameni (quem ſτυλον κὰι ἑδραίωμα pior ſi vocat Eccl. Viennenſis) glorioſa certamina deſcripta habes apud E ſeb. hiſt. l b. 5. c.1. paſſus eſt A D.179. c Ma e Baron ad A.D.166. § 4. hunc Verum *primum Eccleſiæ Viennenſis Epiſcopum, qui Traiani tempore Epiſcopatum eius Eccleſiæ accepit* vocat: Creſcens Pauli d[iſcip]ulus Viennenſem Eccl. fun[d]auit ſub Nerone: *eo ad Galatiam reuerſo* (vt Adonis verbis vtar) Zacha[ri]as Apoſtolorum diſcipul. Epiſcopatum adminiſtrauit idemque martyrio coronatus eſt ſub Traiano: huic ſucceſſit Martinus etiam diſcip Apoſt. quo è viuis ſublato, Verus auditor ipſe Apoſtolorum Eccleſię gubernaculis admotus eſt. vide Adon. Chron.

&c Co-

&c [c] *Colóbio* Epiſcoporum veſtitus, vide vt miniſterium quod accepiſti, in Domino impleas. Cura autem Sanctorum Martyrum corpora ſicut *membra Dei*, quemadmodum [d] *curauerunt Apoſtoli* Stephanum. Carceres ſanctorum viſita, ne aliquis tepeſcat in fide. Martyria ſancta Spiritu ſancto proba, vt perſeuerent in fide eis incitator inſiſte. Presbyteri & Diaconi non vt Maiorem, ſed vt miniſtrum Chriſti te obſeruent, plebs vniuerſa ſãctitate tua protegatur. Fratres noſtri, quos per Attalum *recognoſces*, de tyranni ſæuitia liberati iam requieſcunt in Domino. Presbyter Paſtor [e] titulum condidit, & dignè in Domino obijt. [f] Reuelatum mihi eſſe ſcias, collega Beatiſſime, citiùs me finem huius vitæ facturum. Vnum flagitabo, in communione ſta, & mei ne obliuiſcaris. Salutat te [g] *Senatus pauper Chriſti* apud Romam conſtitutus. Saluta omne collegium fratrum qui tecum ſunt in Domino.

c Colobium, genus tunicæ ſine manicis, an peculiare fuerit Epiſcoporum ornamentum, diligentius inquiren. antiquitatis ſtudioſi: ſane Colobiis indutos Monachos Ægyptios refert Caſſian. de cœnob. Inſti. lib. 1. c. 5.

d Nil tale de Apoſtolis ſcriptura: hęc tantum de Stephani ſepultura Lucas Act. 8. συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς καὶ ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ᾽ αὐτῷ.

e A.D. 162. ſi Baronio credamus.

f A. D. 164. Baron. Annal. Tom 2. & ad 26. Iulij in Martyrol. notis.

g Sic presbyteros Clemens vocatos ab Apoſtolis ſcribit συνέδριον καὶ βουλὴν τῆς Ἐκκλησίας. conſtit. lib 2. c. 28. Sic & Ignat. ad Magneſ. eos εἰς τόπον συνεδρίου ἀποστόλων in Eccl. eſſe, an vero ſimilia ſcripſerit Pius iudicent pij.

CENSVRA.

QVAMVIS has ambas perbreues epiſtolas, ex Viennenſi Archiuo proditas, germanas atque legitimas eſſe, cum rerum argumentum & admirabilis quædam cum aliis horum temporum geſtis conteſſeratio, tum ſimpliciſſimus ille antiquitatis candor, quem in omnibus præ ſe ferre Baronio videatur facile iudice ipſo, quemuis quantumlibet ſcrupuloſi ingenij eas recipere perſuadeant: non tamen ab omni impoſturæ ſuſpicione liberas eruditus lector iudicabit.

---

*ANICETI PAPÆ

Epiſtola.

Anicetus vniuerſis Eccleſiis per Galliæ *prouincias conſtitutis, in Domino ſalutem.*

BONORVM [a] *operum, & ſpiritualium ſtudiorum Deum auctorem eſſe, non dubium eſt, qui* [b] bonorum hominum

* Anicetum immediatum Hygini ſucceſſorem facit Optat. lib. 2.

a verba Leonis epiſt. 32. b qui quorum incitat.

incitat mentes & adiuuat actiones. Quod nobis [c] *euidenter apparuit,* [d] cum *inter longinqua ſpatia regionum vnum* [e] *corda* veſtra ſenſerunt *conſilium*; & quæ *deſiderabatis* reſponſa, non vnius ſed plurimorum epiſtolæ intimarunt.

De ordinationibus vero Epiſcoporum, ſuper quibus nos conſulere voluiſtis, olim in Sancti prædeceſſoris noſtri Anacleti ordinationibus quædam [f] iam Decreta reperimus. Scimus enim [g] *Beatiſſimum Iacobum, qui dicebatur Iuſtus*, qui etiam *ſecundum carnem frater Domini nuncupatus eſt, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis* Hieroſolymorum Epiſcopum *eſſe ordinatum*. Si autem *non minus* quam à tribus Apoſtolis tantus vir fuit ordinatus Epiſcopus; patet profecto eos *formam* [h] inſtituente Domino *tradidiſſe, non à minus quam à tribus Epiſcopis* Epiſcopum ordinari debere.

Sed creſcente numero Epiſcoporum, niſi neceſſitas interuenerit, debent etiam plures augeri, id eſt, ſi [i] *Archiepiſcopus* diem obierit, & alter ordinandus *Archiepiſcopus* electus fuerit, omnes eiuſdem prouinciæ Epiſcopi ad ſedem Metropoleos conueniant, vt ab omnibus ipſe ordinetur. Oportet autem vt ipſe [k] *qui* illis *omnibus* præeſſe debet, *ab omnibus* illis *eligatur* & ordinetur.

Reliqui vero comprouinciales Epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, [l] *cæteris conſentientibus* à tribus iuſſu *Archiepiſcopi* conſecrari poſſunt Epiſcopis. Sed [m] melius eſt, ſi ipſe cum omnibus eum qui dignus eſt elegerit, & cuncti pariter *ſacrauerint* Pontificem. Et licet iſtud neceſſitate cogente conceſſum ſit; illud tamen quod de *Archiepiſcopi* conſecratione prædictum eſt atque præceptum, id eſt vt omnes [n] *Suffraganei* eum ordinent, [o] nullatenus immutari licet: quia qui illis præeſt, ab omnibus Epiſcopis quibus præeſt debet conſtitui. Sin aliter præſumptum fuerit, viribus carere non dubium eſt, [p] quia irrita erit eius ſecus acta ordinatio.

c nobis præſenti experimento euidenter.
d ſiquidem inter.
e vnum ſumpſerunt corda noſtra, vt quod à nobis deſiderabitis.
f te in manifeſto mendacio deprehendimus.
g Iiſdem verbis vſus pſeudo-Anaclet. epiſt. 2.
h nihil nec à Domino, nec ab Apoſtolis de tribus in Epiſcoporũ ordinatione obſeruantiis decretũ eſt.
i nemo ante A.D. 500 titulum *Archiepiſcopi* Metropolitis detulit: prima Archiepiſcoporum mentio in ſcriptis Epiphanij vt ſupra diximus.
k Leo epiſt. 89. cap. 5. *qui præfuturus eſt omnibus; ab omnibus eligatur*. quæ verba citat Concil 3. Aurelian. c. 3.
l ſtatutum Concil. Nicæni cap. 4. vide ſupra pſeudo-Anaclet. epiſt. 2.
m Concil. Antioch. cap. 19.
n An vox ſuffraganeorum nota fuerit Eccleſ. Chriſtianæ Aniceti ſeculo, doceat cui compertum eſt; mihi noui ſa videtur.
o Annon licet Apoſtolorum Iacobum (te referente) ordinantium veſtigiis inhærere? an forte Iacobi gradus inferior fuit Archiepiſcopali?
p Concil. Antioch. cap. 19.

Ipſe

Ipſe autem Archiepiſcopus nihil de eorum cauſis, aut de aliis communibus, iuxta ſtatuta Apoſtolorum, [q] *abſque* cunctorum illorum agat *conſilio*: nec illi, niſi quantum ad proprias parochias pertinet, ſine ſuo; quoniam tali gaudet concordia altiſſimus, & [r] *gloriatur in membris ſuis.*

Nulli [ſ] *Archiepiſcopi Primates* vocentur, *niſi illi qui primas tenent* ciuitates, quarum Epiſcopos Apoſtoli & ſucceſſores Apoſtolorum regulariter Patriarchas & Primates eſſe conſtituerunt; niſi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui neceſſe ſit, propter multitudinem, [t] *eorum* primatem conſtitui. Reliqui vero, *qui* alias *Metropolitanas ſedes adepti ſunt*, non Primates, ſed *Metropolitani nominentur.* Si autem aliquis Metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprouincialium præſentia, vel *conſilio* Epiſcoporum, aut eorum, aut alias cauſas niſi eas tantum quæ ad [u] *propriam* ſuam *parochiam* pertinent, agere, aut eos grauare voluerit, [x] ab omnibus diſtricte corrigatur, ne talia deinceps præſumere audeat. Si vero incorrigibilis, eiſque [y] inobediens apparuerit, ad hanc Apoſtolicam ſedem (cui [z] omnia Epiſcoporum iudicia terminare præcepta ſunt) eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant.

Si autem [a] propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris aſperitatem, graue ad hanc ſedem eius cauſam deferre fuerit; tunc ad eius Primatem cauſa deferatur, & penes ipſum [b] huius ſanctæ ſedis auctoritate iudicetur.

Similiter [c] *ſi* aliquis Epiſcoporum proprium *Metropolitanum ſuſpectum habuerit, apud Primatem Diœceſeos, aut apud* hanc Apoſtolicam ſedem audiatur. *Qui* [d] *maior eſt ve-*

q Can Apoſt. 35. Conc. Antioch. c 9 collect. Martini c.4. Epitome Adriani.

r nota phraſim.

ſ Supra monuimus Apoſtolos nullos Primates & Patriarchas conſtituiſſe: hic notamus impoſtorem imitari Adriani decretum collect. Ingelramo datæ c.23.

t *Epiſcoporũ* ſic eſt in exemplari Vaticano, & Florentino: ipſa etiã ratio conuincit. Turrian. pro epiſt. lib. 5. c. 24.

u vide Epitomen Adriani Concil. Antioch. c. 9.

x gratias agimus, ob vindicatam conciliorum in ipſos *cogniti- onis* auctoritatem.

y nota Lector præſides collegio cui præſident obedientes eſſe debere.

z nil tale vel à Chriſto, vel ab Apoſtolis, vel à veteri Eccleſia præceptum eſt, quicquid ſibi arrogent Romani præſules: inter quos Vigilius epiſt. 2 *tam ſumma Epiſcoporum negotia & iudicia atque querelas, quam & maiores Eccleſiarum quæſtiones ad Rom. Eccleſiam referenda eſſe,* ſcribit. a hæc omnia comminiſcitur impoſtor.

b quaſi vero mendicata vrbici Antiſtitis auctoritate opus habeant Metropolitæ quibus (Africana Eccleſia teſte) *decreta Nicana Epiſcopos apertiſſime commiſerunt.*

c hæc ex collect. Adriani I. ad Ingelramum c. 18. & 26. tranſlata ab impoſtore. Adrianus vero è can. 9. Ch. l. ed. deprauato. d Matth. 23. 11.

ſtrum, ſecundum Dominicam iuſſionem, *ſit veſter miniſter:* & [e] *quãto* maior *es in omnibus, humilia te* ipſum. Chariſſimi, nolite inter vos contendere, [f] nec quærat aliquis maior eſſe; ſed iuxta Apoſtolum, diligite vos [g] *inuicem: quia charitas ex Deo eſt: & omnis qui diligit* fratrem *ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum; quoniam Deus charitas eſt.* [h]

Paſcite (inquit princeps Apoſtolorum) *qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè ſed ſpontaneè ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè; neque vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam.*

Et [i] iuxta alium Apoſtolum, fratres, *memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria* [k] *ambulantes impietatum. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem, chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu Sancto orantes, ipſos vos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos vero ſaluate de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore, odientes & eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam.*

Prohibete, [l] fratres, per vniuerſas regionum veſtrarum Eccleſias, *vt* clerici (qui laïcis & ſimplicibus virtutis, honeſtatis, [m] pudicitiæ, & grauitatis exemplar eſſe debent; ac ſeipſos, tanquam ſignum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere) iuxta Apoſtolum [n] *comam non nutriant*, ſed deſuper caput in modum ſpheræ [o] *radant*: quia ſicut diſcreti debent eſſe in conuerſatione, ita [p] & in tonſura & omni habitu diſcreti debent apparere.

Hæc vobis, fratres, vt petiſtis, cuſtodienda mittimus, & cuſtodire præcipimus, [q] *vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei*

e Eccl 3.10.
f Phil.2.
g 1.Io.ep.4.
h ſequentia non cohæret.
i 1.Pet.5.
i Iudæ verſ. 17.&c.
k deſideria ſua.
l N.phraſ.
m Tit.2.7. 1.Tim 4.12.
n 1.Cor.11. Conc. Carth. 4.c.44. Agath c.20. Barcinon cap.3 Martin Brac. collect. c.65. Concil. Tolet.4. cap.4. Pontificale.
o raſuram veteribus ignotam fuiſſe demõſtrabimus. Conſule appendicem, Lector.
p hæc Theologia nõ um in mentem venerat Celeſtino Papæ, cum ſcriberet: *Diſcernendi à plebe vel cæteris ſumus, doctrina non veſte conuerſatione non habitu, &c.* Hieron. epiſt. 1.17 *quicumque nouiſſimus fuerit hic primus putatur, in veſte nulla diſcretio, nulla admiratio, vtcumque placuerit incedere nec detractionis eſt nec laudis, &c.*
q Phil.2.

patris:

patris: cui honor & imperium per æterna ſecula. Data 8. Kal. Iunij [r] Gallicano & Ruffino viris clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

NOTA conſularis huic epiſtolæ addita non congruit: ſuſpecta item *raſura*, *Archiepiſcopalis* dignitatis, *Primatus*, *Patriarchatus* mentio: quicumque Aniceti perſonam induit, vulgatæ Bibliorum verſionis Leonis, Adriani I. Concilij Nicæni & Antiocheni verbis abuſus eſt.

SOTERIS PAPÆ

Epiſt. I.

Soter, Apoſtolicæ ſedis Archiepiſcopus, *Campanis omnibus ſalutem in Domino.*

GAVDERE vos oportet, fratres, quod, diuina largiente gratia, [a] *familiares* Domini vocamini, eiuſq; *ſacerdotij* dignitate fungimini Nunc autem rogo vos, vt *circa plebes* vobis *commiſſas laborare* dignemini, & *fructuoſos manipulos* Domino reportare nitamini.

Paulus enim Apoſtolus de fide ita loquitur, dicens, *Quod ante promiſerat per prophetas ſuos in Scripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecūdum carnem. Item ipſe ad Galatas*, [d] Poſtquam autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum ex muliere [e] *factum*, & factum ſub lege. *Et ad Philippenſes*, [f] In *ſimilitudinem* hominum factus, & habitu inuentus vt homo. *Et in pſalmo* 30. Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt; & ſuper inimicos meos factus ſum opprobrium. *Item ibi*, Obliuioni [g] *datus* ſum tanquam mor-

r vnleus à Chriſti nata-li ad A. 175. quo co.onatus Anicetus, Gallicani nomine conſignatus annus reperitur in faſtis: Magiſtratum geſſit cum Antiſtio vetere Romulus Gallicanus anno 152. Teleſphoro ſedente A. D. 133.. Sixti primi 2 cum Lucio Antonio Rufino Cō'ul factus eſt Se uius Octauius Lænave Pō lanus, quē Lænæ nomine omiſſo tecenſet Baronius. A.D.144. Teleſphori 3. conſulatū tenuerunt L. Torquatus, vel potius L. Statius Quadratus, & L. Cuſpius Rufinus. A.D.155 Hygini 2. adnotantur Brutius Præſens, & M. Antonius Rufinus. Denique toto tempore Aniceti, id eſt, ab A. D. 167. ad 17?. nullius Gallicani, nullius Ruffini mentio in Conſulum faſtis.

a An omnes Campani ſacerdotij dignitati ornati ſunt, & munus publicum in Eccleſia exercuiſſe dicendi ſunt?

b phraſis Pſeudo-Clem. epiſt. 1. Pſeudo-Anaclet. epiſt. 3. Pſeudo-Liberij epiſt. 13.

c Ithacij aduerſus Varimadum c. 9. Rom. 1.

d Gal. 4. e natum. f Phil. 2 ſimilitudine. g traditus.

tuus à corde, [h] factus ſum tanquam vas perditum. [i] *Et in* 70. Tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortiſ. *Et in* 71. Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. *Et in* 86. Mater Sion dicet homo, & homo factus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. *Et in* [k] 77. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber. *Et in* 108 Et ego factus ſum illis opprobrium, viderunt me, & mouerunt capita ſua. *Et in* 101. Vigilaui & factus ſum ſicut paſſer [l] *ſolitarius* in tecto. *Et in Euangelio.* Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. *Filius igitur ſecundum carnem dicitur factus. Nam ſecundum Diuinitatem à Patre nuſquam legitur factus, ſed genitus.*

Dum [m] *enim Pater loquitur, filius loquitur; & cum Filius loquitur,* [n] *Patrem in illo* eſſe loquentem *documentis cæleſtibus comprobatur, Paulo Apoſtolo atteſtante*, qui ait; [o] *Multifariè* multiſ*que* modis olim Deus *locutus eſt* Patribus in Prophetis, nouiſſime autem locutus eſt nobis in filio. *Et vt eundem Filium excepto Patris præcepto* [p] doceam *fuiſſe locutum*, ex *Eſaiæ Prophetæ volumine proferimus documentum:* [q] Hæc dicit Dominus, In illa die ſciet populus meus, quoniam ego ſum ipſe qui loquebar in ſeruis meis Prophetis, [r] Euangelizans auditum [ſ] *pacis: & ecce adſum. Item ibi*, Ego ſum Dominus, qui loquor iuſtitiam, & annuntio veritatem. [t] *Item ibi*, Ego cogitaui & locutus ſum; & adduxi, & creaui, & feci. [u] *Et Apoſtolus*, An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? *& in Pſalmo* 118. Loquebar *in* [x] teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar. *Et ipſe Dominus in Euangelio, cæco à ſe illuminato dicit,* [y] Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum ipſe eſt. *Et Samaritanæ mulieri ait:* [z] Ego ſum, qui loquor tecum. *Et ad diſcipulos,* [a] Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt. *Et ad Patrem,* [b] Ego ad te venio, & hæc loquor in [c] mundo. *Et iterum Iudæis* dixit, Loquor vobis, & non *auditis.* Si autem venerit alius, illum [d] audietis. *Et iterum,* [e] Hæc locutus eſt Dominus in gazophylacio docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. *Ecce in his omnibus quæ ſuperius dicta ſunt, non* [f] docetur Filius

præcepto

- h & factus.
- i in pſalmo.
- k in 87.
- l ſingularis. Ioan. 1.
- m verba Ithac. eiuſd. lib. c. 10.
- n cum filius loquitur, loquitur pater: patrem in illo loqui.
- o Heb. 1. multis partibus & multis &c. loquens.
- p doceamus.
- q Eſai. 45.
- r & Euangel.
- ſ auditũ iudicii, ecce ego ſum.
- t deeſt Ithac.
- u 2. Cor 13.
- x deeſt.
- y Ioan. 9.
- z Ioan. 4.
- a Ioan. 6.
- b Ioan. 17.
- c in hoc mũdo.
- d dicit, Ioan. 5. audiſtis.
- e Ioan 8 20.
- f non doces, filium locutũ

precepto Patris fuiſſe locutus; *ſed magis* proprium *exercuiſſe in loquendo* [g] ſermonem.

Eſaias [h] quoque Propheta ait; *Hæc dicit Dominus: Ego feci terram* [i] ſenſu *meo, & hominem ſuper eam: ego ſolidaui cælum manu* mea; *ego omnibus ſideribus mandaui, vt* [k] lucerent *in cælo: Item ibi;* Ego *omne conſilium meum* [l] ſtatui, *& omnia quæcumque cogitaui ego feci. Item ibi:* Sic dicit Dominus; qui conſtituit cœlum & terram, & fecit eam, *& fundauit* [m] eam. *Item ibi, Ego* [n] *primus, & ego in æternum: manus mea fundauit terram, & dextra mea ſolidauit cælum.* [o] Et in Hieremia: *Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelſo.* Item ibi, [p] *Dominus fecit terram in virtute ſua magna, & erexit orbem terræ; in ſapientia & prudentia ſua extendit cælum, & poſuit ſonum aquæ in cælo.*

Defendite, [q] chariſſimi, rogo vos, *contra* maleuolos homines *inconcuſſum Eccleſiæ ſtatum, &* vos *Chriſti dextera* defendat in æuum. Data Nonis Maij [r] Ruſtico & Aquilino viris Clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

PSeudo-Soter Campanos omnes Sacerdotes, Clericos ſolos Domini familiares facit: Ithacij, Clari & Leonis Sententias mutuatur: Epiſtolam datam fingit ann. 11. antequam Aniceto ſuccederet verus Soter.

g imperium. h Ithac. c. 11. ex Eſai. 48. i ſermone meo terram. k luceant. l ſtabit. m ipſe definiuit. n ego ſum primus. o Idem ibi. p & in Hieremia, dominus qui &c. Hier. 51. q verba Leonis epiſt. 25. *defendite contra hæreticos inconcuſſum.* &c *vt & veſtrum Chriſti dextera defendatur imperium.* r A. D. 164. Pij Papæ 7. ſucceſſit Pio Anicetus an. 167. ſedem tenuit ad. ann. 175. quo in eius locum ſubſtitutus Soter. Maij 4. vide Baro. Annal. Tom. 2.

SOTERIS PAPÆ
Epiſtola II.

Dilectiſſimis fratribus per Italiæ prouincias, Sanctis conſtitutis Epiſcopis, Soter Papa.

DIVINIS [a] *præceptis & Apoſtolicis monitis* [b] informamur, *vt pro omnium Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu;* [c] *vt ſi quid vſquam reprehenſioni* inuenitur *obnoxium, celeri ſolicitudine,* [d] *ab ignorantiæ imperitia, & præſumptionis vſurpatione reuocemus.*

a verba Leonis epiſt. 4. b incitamur. c ac ſi quid &c inueniatur. d aut ab ignor. aut à præſumpt.

Sacratas Deo fœminas vel *Monachas*, ſacra vaſa, vel *ſacratas pallas* penes vos *contingere*, & [e] *incenſum* circa altaria deferre, perlatum eſt ad Apoſtolicam ſedem: quę omnia reprehenſione, & vituperatione plena eſſe, **nulli recte ſapientium dubium eſt.* Quapropter huius S. ſedis auctoritate hæc omnia vobis reſecare funditus, quanto citius poteris, cenſemus: & [f] *ne peſtis hac latius diuulgetur* per omnes prouincias, abſtergi citiſſime mandamus.

Ait enim Apoſtolus: [g] *Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto: Illa eſt enim virgo Eccleſia, ſponſa vnius viri Chriſti, quæ nullo ſe patitur errore* vel inhoneſta reprehenſione *vitiari; vt per totum mundum vna ſit nobis vnius caſtæ communionis integritas.*

Vnde conſurgite, chariſſimi, [h] *cum Deo, &* aſſiſtite *ei induentes arma ſpiritus, aduerſus malignantes contra fidem eius,* [i] & probetur *ſpiritus ſapienter, id eſt verba illorum, ſi ex Deo ſunt. Scriptum eſt enim in Hieremia,* Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies, & probabis viam *illorum.* [k] Multum *namque nobis neceſſaria eſt vigilantia* [l] tanti Sacramenti *ſapientiæ diſcretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat, ad requiſitionem huiuſmodi rei & ſcrutationem; quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixque comprehenditur doloſa exiſtens malitia, pro eo quod ſibi pietatem callide blandiatur, vt valeat ſcrutantium mentem latere. Quod vtique ſciens B. Apoſtolus ait,* Nam huiuſmodi pſeudo-Apoſtoli, operarij ſubdoli, [m] *transfigurant* ſe in Apoſtolos Chriſti. Sed non mirum, *quando* ipſe [n] Satanas transfigurat ſe [o] *in* Angelum lucis, [p] ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri Iuſtitiæ, quorum finis *eſt* ſecundum opera eorum. *Sed & Dominus in hoc præmuniens nos, ait:* [q] Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. *Ergo in idipſum ex toto corde veſtro* [r] referetis *ante omnia ſuper tali quæſtione deprecationem, &* [ſ] dicetis *cum Dauid;* Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua: Lucerna [u] pedibus meis [x] *verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Quoniam,* [y] vt ait B. *Daniel Propheta, Sapientia & fortitudo eius ſunt. Dat ſapientiam*

e vide Pontificalem in Sotere, & Bonifacio I. Gelaſij epiſt. 10. c. 27. Zachar. epiſt. 7. cap. 5. Conc. Laodi. c. 44. collect. Martini Bracar. cap. 42. & Conc. Pariſ. ſub Ludouico Pio li. 1. c. 45.

* phraſ. Vigilij epiſt. 2.

f phraſis Leonis epiſt. 2.

g verba Leonis epiſt. 40. 2. Cor. 11.

h verba Martini I. ad patres Concil. Lateran. conſult. 3. p. 435 *Sed conſurgere cum Deo & conſiſtere propre ei.*

i vt approbemus.

k eorũ. multa

l & tantum diuinæ ſapientiæ.

m 2. Cor. 11. transfigurantes.

n ipſe enim.

o velut Angelum lucis.

p & non mirum ſi.

q Matth. 7.

r referentes.

ſ dicentes.

t Pſal. 118.

u lucerna enim.

x verba à plagiario addita

y ſicut ait. Dan. 2.

tiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi, & oſtendiſti mihi quæ rogaui te.

Data 10. Kal. Iunij, [z] Cethego & Claro viris Clariſ Coſſ.

z A. D. 172. Aniceti 6. Baron. ſedit Soter ab A. 175. ad 79.

CENSVRA.

TOTA hæc epiſtola, paucisſimis exceptis quæ è Concilio Laodiceno & Gelaſio tranſlata videntur, è Leonis & Martini primi ſcriptis deprompta eſt: ad finem addita Conſulum nomenclatura tempori quo ſedit Anicetus congruit, non Soteris pontificatui.

ELEVTHERII PAPÆ Epiſtola.

Eleutherum vocant Tertullian. de præſcript. c. 30. Euſeb. lib. 5. cap 3. Eleutherium Irenæus, Optatus Auguſtin.

Eleutherius Epiſcopus, vniuerſis Eccleſiis per Galliæ *prouinciis Domino militantibus, in Domino ſalutem.*

MAGNO [a] *munere miſericordiæ Dei totius Eccleſiæ Catholicæ multiplicata ſunt gaudia*, cum multos populos ad Domini ſeruitium feſtinare cognouimus. Qua de re neceſſarium iudicauimus vos inſtruere, vt eſcas, [b] quas vitare vos audiuimus *irrationabiliter*, non reſpuatis. Scitis, fratres, [c] legiſlatorem docuiſſe, *Omnia quæ* creauit Deus *erant valde bona*. Et ipſa per ſe Veritas ait; [d] *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; ſed quod* exit de *ore*. Vnde conſtat non [f] debere refutari eſcas communes quas Deus ad cibos tribuit fidelibus ſuis.[e] Et in actibus Apoſtolorum de mundis eſcis legitur ita, [g] *Poſtera autem die iter* tribus *facientibus* domeſticis, *& appropinquantibus ciuitati, aſcendit Petrus in ſuperiora, vt oraret circa horam ſextam. Et cum eſuriret voluit*

a Verba Leonis epiſt. 54.
b ſcilicet, audiuiſti Eccleſias Gallicanas in Tatiani caſtra tranſiiſſe; A quo.
c Moſes Gen. 1. de omnib. omnino creaturis loquitur, non de ſolis eſculentis.
d Christus de lotione loquitur, de eſcarum munditia nihil.

Matth. 15. e procedit ex. f vide Pontificale. g Act. 10. de mundis eſcis proprie loquendo non legitur, ſed de gentium (quas immundarum eſcarum typus adumbrauit) vocatione.

guſtare. Parantibus autem[h] eis, *cecidit ſuper eum mentis exceſſus; & vidit cælum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis ſubmitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli. Et facta eſt vox ad eum; Surge Petre, occide & manduca: Ait autem Petrus; Abſit Domine, quia numquam manducaui omne commune & immundum. Et vox iterum ſecundo ad eum, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum eſt per ter. Et ſtatim vas receptum eſt in cælum.*

De accuſationibus *ergo* Clericorum, ſuper quibus conſulti ſumus, quia omnes eorum accuſationes difficile [i] eſt ad ſedem Apoſtolicam deferre, finitiua Epiſcoporum tantum iudicia huc deferantur; vt huius S. Sedis auctoritate finiantur, [k] ſicut ab Apoſtolis corūque ſucceſſoribus multorum conſenſu Epiſcoporum iam definitum eſt. Nec [l] in eorum Eccleſijs alij aut præponantur aut ordinentur, antequam hic eorum iuſte terminentur negotia. Quoniam quamuis liceat apud Prouinciales & Metropolitanos atque *Primates* eorum ventilare accuſationes vel criminationes, [m] non tamen licet diffinire ſecus quam prædictum eſt. Reliquorum vero Clericorum cauſas apud prouinciales & Metropolitanos ac *Primates,* & ventilare & iuſte finire licet.

Iudicantem [n] tamen *oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi ac proponendi, adijciendique præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium limitata ſit* pleniter.

Nec [o] *litigantibus* iudex *prius ſua velit ſententia obuiare, niſi quando ipſi iam peractis omnibus* [p] nihil habeant *in* quæſtione *quod proponant.* Et tamdiu actio ventiletur, *quouſque rei veritas* [q] inueniatur. *Frequenter* interrogare [r] *oportet, ne aliquid prætermiſſum fortaſſe remaneat,* [ſ] quod annecti conueniat.

Induciæ [t] enim non modicæ ad inquirendum dandæ ſunt, ne aliquid præpropere agi à quacumque parte

h illis.
* hęc non cohæreant præced.
i imo impoſſibile eſt eos qui vltra Garamantas & Indos habitant, ad Rom. Epiſcopi tribunal, quoties cumque lis exorta fuerit, trahere.
k ſicut ſomniaſti; nihil enim de Rom. ſedis in Eccl. vniuerſalem auctoritate definitum ab Apoſtolis cōſtat
l à Concil. Sardic. primum decretum eſt, non prius in cathedram illius qui appellauit ad Rom. Epiſc. ſubſtituendū quam Rom. Epiſc. cauſa cognita ſententiam tulerit. vide can. 4.
m imo ſemper licuit, nec ab vllo contrarium probari poteſt.
n. Adrian. l. collect. Ingil. ram. datæ c. 24 ex Cod. Theod. lib 2. tit. 18. conſt. 2.
o Adrian. ibi. ex Aniani interpret.
p iam in contentione non habuerint quod prop. q. quouſque &c.
q inquiratur. r interrogatur. ſ addit. Adrian. L. t de inducijs vide pſeudo-F. li. II. epiſt. 2. c. 20.

videatur; quia [u] *per ſurreptionem multa proueniunt.* Nihil tamen [x] *abſque legitimo* & idoneo *accuſatore* fiat.

Nam [y] *& Dominus* noſter Ieſus Chriſtus *Iudam* [z] furem eſſe *ſciebat*; *ſed quia non eſt accuſatus*, [a] ideo non eſt eiectus.

Et [b] *quicquid inter Apoſtolos egit, pro dignitate* miniſterij ratum manſit. Nam ſi leges ſeculi accuſatores requirunt, quanto magis Eccleſiaſticæ regulæ? Docent [c] enim terreſtria & humana, quæ ſint Eccleſiaſtica & cœleſtia.

De accuſationibus vero comprouincialibus, ita legitur eſſe ſtatutum: [d] *Si quis ſuper quibuslibet criminibus* quemlibet Clericum pulſandum crediderit, *in prouincia, in qua conſiſtit ille qui pulſatur*, *ſuas* [e] exerceat *actiones*; *nec æſtimet eum alibi aut longius ad iudicium* [f] protrahendum. *Illi vero qui pulſatus fuerit, ſi iudicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare.*

Caueant [g] etiam *iudices Eccleſiæ*, *ne abſente eo cuius cauſa ventilatur ſententiam proferant*; *quia irrita erit, imo* etiam *& cauſam in Synodo pro facto dabunt.*

Proditoris [h] vero *nec calumnia, nec vox audiatur.* *Nemo* [i] *enim* debitorem amplius *poteſt cognoſcere, quam ille qui iniuriam eiuſ*que *ſuſtinuit nequitiam.*

Oppreſſus [k] namque ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis. Hæc [l] omnia ſummopere ſunt attendenda. Nec criminatio minorum, quanto magis Epiſcoporum, facile eſt recipienda, dicente Domino, [m] *Non ſequeris* turbas *ad faciendum malum.* & alibi, [n] *Non* ſuſcipias *vocem mendacij*; & in Paralipomenon legitur, [o] *Omnia corda ſcrutatur* Dominus, *& omnem cogitationem nouit; homo* vero *videt in facie, Deus autem in corde.*

u verba victima can Apoſtol. 34 verſ. Dionyſ. exigui.

x Tit. cap. 12. Conc. 6. Tolet. ne *ſine accuſatore legitimo quiſpiã condemnetur.*

y verba auctoris comm. in 1. Cor. 5 inter opera Ambroſij.

z cum fur eſſet.

a minime abiecit.

b verba Anaſtaſ. epiſt. ad Anaſtaſ Imp. c. 7. *pro dignitate cõmiſſa, beneficia per indignũ data: nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt.*

c hoc cõm nutum repetit pſeudo-Damaſ. epiſt. 4.

d Adriani I. verba col'ect. Ingelramo data cap. 8. *Si quis Clericus, &c. pulſatus fuerit &c.* vide Ani num in Nouellis *neminem exhiberi. &c.* Digeſt. l. 49. tit. 16. l. 3.

e exerat vel exequatur.

f pertrahendum.

g eiuſd. collect. c. 49. ex Concil. 4. Carth. c. 30. vide pſeudo-Iul. epiſt. 2. c 24.

h verba Aniani in conſtit. 2. tit. 10. lib. 10. Cod. Theodoſ. *Si quis proditor futurus eſt, nec cal. &c. illius aud. eo*

i verba conſtit. 3. eiuſd. tituli *nemo enim delatorem plus poteſt, &c.* per eius ſuſtinuit nequitiam.

k ead. verba habet pſeudo-Iul. epiſt. 2. cap. 27.

l vide ibid. cap. 32.

m locus Exod. 23. 2. non probat accuſationem Epiſcoporum non recipiendam; ſed mala nulla imitanda.

n imo ibid. verſ. 1.

o 1. Paralip. 28. & 1. Reg. 16. verba confudit impoſtor, tranſtulit vero verba ex epiſt. Anaſtaſij ad Anaſtaſ. Auguſt. c. 2.

Et alibi ſcriptum eſt, [p] *Non poteſt humano condemnari examine, quem Deus ſuo reſeruauit iudicio.*

Igitur [q] *omne pondus, & circumſtantia* aduerſariorum nocumenta *per patientiam, fratres,* comprimere ſatagite; [r] *ſcientes quia ſubuerſi ſunt huiuſmodi, & delinquunt proprio ore damnati.*

Quia qui fratres accuſant vel infeſtant, non eos diligunt, ſed magis negligunt, & peccant, dicente Apoſtolo; [ſ] *Dilectio proximi malum non operatur:* & alibi, [t] *Qui non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere?* [u] *Nos enim humiles corde* ad ea *quæ recta ſunt adiutore Domino* [x] ſapienter *vinculo charitatis vobiſcum ſumus conſtricti;* & [y] *religionem Catholicam in omnibus fortiter defenſantes* [z] *improbis probe reſiſtere* non negligimus.

Vnde dictum eſt, [a] *Negligere enim cum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt quam fouere.* Nec [b] *caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui* [c] manifeſto *facinori deſinit obuiare.*

Huius [d] rei gratia vniuerſalis vobis à Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia, vt pro omnib. laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis.

Frater [e] autem *fratrem adiuuans, exaltabitur,* & allidens diſſipabitur. Quapropter *releuate* [f] ſemper *oppreſſos,* [g] *corripite inquietos*, vt zizania Dominicam meſſem non *poſſit* ſuffocare. Data 5. Idus Iulij Paterno [h] & Bradua viris Clariſſ. Coſſ.

p verba Conſtantini M. ad patres Conc. Nicæni referente Adriano I collect. c. 51. & 67.
q Hebr. 12.
r Tit. 3.
ſ Rom. 13.
t hæc verba non Pauli ſed Ioannis verba 1. epiſt. c. 4.
u verba Victoris Epiſc. Carthag. ad Theoder. Papam. Concil. Lateran. ſub Martino I. conſult. 2. p. 432.
x ſapientes vno vinculo.
y veram fidẽ ac religionem.
z ſtudioſius itaque à Catholicis improbis &c.
a verba Felicis III. epiſt. 2. negligere quippe cum, &c.
b non caret.
c euidenter facinori.
d Hæc eid. habent pſeudo Alexand. epiſt. 1. & pſeudo Ioan. 1. epiſt. 1. pſeudo Athanaſ. in epiſt. ad Liberium.
e ſic legit Greg. lib. 7. Ind. 2 epiſt. 120. videtur alludere ad Prouerb. 18. 19.
f Iob. 12. 21.
g 1. Theſſ. 5.
h vnicum Paterni cum Torquato Conſulatum adnotauit Caſſiodorus circa Anno D. 125. At Caſſiodori ſiue Mariani Scoti, qui ex illius Codice iam deprauata ſumpſit, nullam per hos H[a]dri[a]ni annos h[a]bendam eſſe rationem mone[t] B[a]ron. ad A. 122. §. 1. Triarij M[ate]rni cum M. Aurelio Bradua Conſulatus incidit in A. D. 187. Eleutherij 9. quem forte notare voluit impoſtor.

Iudicia Pontificiorum.

BAron. *ad A. D. 187. §. 2.* Poſſemus equidem haud iniuria ſuſpicionem prætexere adulteratæ epiſtolæ; cum quæ in ea poſita ſunt de iudiciis ſuperaddita exſcriptaque videantur ex Conſtantini Imp. conſtitutione, & interpretatione ad eam appoſita, quæ in Codice Theodoſiano leguntur. &c.

Contius in not. ad q.5. can. 30. *iudicantem.* Adulterinam eſſe hanc Eleutherij epiſtolam, vel ex hoc fragmento liquet: hæc enim ſunt verba Conſtantini Imp. in li.1.C.Theod. de iudiciis, quæ pluſquam 100. poſt Eleutherium annis ſunt à Conſtantino reſcripta; quæ illius epiſt. fabricator ſuppreſſo nomine compilauit.

Anton. Auguſtin. in cap 8. *collect. Adrian. I. Si quis Clericus ſuper quibuslibet* &c. Videntur eſſe hæc verba ſumpta (ſi tempora paterentur) ex verbis Aniani interpretis nouellæ Valentiniani & Martiani, *neminem exhiberi*, &c.

CENSVRA.

Impoſtor verſionem Noui Teſtamenti vulgatam ſequitur; Paulo Ioannis verba adſcribit; dicta Scripturæ ad figmentorum ſuorum confirmationem obtorto collo trahit; noua dogmata cudit; centones ex Leonis, Felicis III. Anaſtaſij, Adriani I. Victoris Carthaginenſis, auctoris commentarij in Paulum Ambroſij titulo prænotati, canonum qui Apoſtolorum dicuntur, Conciliorum Carthag. 4 & Tolerani 6. Codicis Theodoſ. & Aniani interpretis dictis contexit; nota denique mendoſa Epiſtolam conſignat. Nihilominus probatur aduerſariis: *Leguntur* (ait Baron. ad A.D. 187 §.1.) *literæ Eleutheri Papæ ad Epiſcopos Galliarum; quarum ſi ſpectes argumentum, nihil eſt quod de iis dubites, cum ea illos inprimis admoneant, de quibus (vt vidimus ex literis Ecclesiarum Viennenſis & Lugdunenſis) iam ſub Marco Imp. cum martyres detinerentur in vinculis, de cibis vtendis, occaſione Alcibiadis abſtinentiæ, fuerat à ſanctis martyribus controuerſia excitata*, &c

℞. Si ſpectes argumentum, nihil eſt quod epiſtolam ab Eleutherio ſcriptam perſuadere poſſit. Eſt enim tanto præſule indigniſſimum quod ſcribit impoſtor de cauſis Epiſcoporum apud prouinciales &c. ventilandis, à ſolo vrbico Papa definiendis. Falſiſſimum eſt Eccleſias Gallicanas vitaſſe eſcarum vſum; id enim de ſolo Alcibiade narrat Euſeb. hiſt. lib. 5. c. 3. Falſum item à martyribus Alcibiadis occaſione excitatam ſolummodo controuerſiam: compoſita enim fuit Alcibiade cenſuræ cœleſti, fraterniſque monitis humiliter cedente.

Binius in Notis ad hanc epiſt.

Hæc epiſt. reſponſoria eſt ad epiſtolam Epiſcoporum ac Martyrum Viennenſis & Lugdunenſis Eccl. in carcere conſcriptam: cuius argumentum hoc eſt; Alcibiades cum prædictis martyribus numeratus, ſicut ante, ita etiam in vinculis exemplo Montaniſtarum, tres quadrageſimas & illegitimas xerophagias obſeruantium, vitam duriter & auſtere degebat, eoque multos alios fideles offendebat. Conſultus igitur hac de re Rom. Pontifex, aliique aliarum Eccleſiarum Epiſcopi, Eleutherius reſpondit, ac xerophagias Montani veluti illegitimas ac ſuperſtitioſas condemnat; vtpote qui priuatus homo non paracletus ſit poteſtatem habens obligandi (vt intendebat) vniuerſam Eccleſiam ad noua ieiunia, nouas etiam ieiuniorum leges obſeruandas.

℞. Sua hoc loco ſomnia narrat Binius: 1. dum ſcribit Pſeudo-Eleutherij epiſt. *reſponſoriam* eſſe ad Epiſtolam Martyrum Gallicanorum. 2 dum fingit Alcibiadem, qui paſſus eſt Lugduni, eundem eſſe cum Alcibiade illo Montani aſſecla qui Eccleſias Aſiaticas turbauit 3. dum mendaciter admodum ſanctiſſimum martyrem infamat, quaſi petra ſcandali factus fuerit in quam impingerent fratres. Notatus quidem diuinitus Alcibiades ὡς ἄλλοις τύπον σκανδάλου ἀπολείποντος; at non quiſquis exemplar ſcandali præ oculis habet, ſcandalizatur de facto. Abſtinentia ergo Alcibiadis periculoſi fuit exempli; ſed ne cuiquam periculum crearet, tempeſtiue correptus à Domino melioribus ceſſit. 4. falſum eſt *conſultum* à Gallis *Rom. Pontif. alioſque Epiſcopos hac de re.* 5. falſum denique Eleutherum *reſpondiſſ.* quæ hic fudit Binius; quid enim ſimile vel Euſebius vel epiſtola quam pro manibus habemus memorant? Vt paucis expediam, ſi Eleutherius à Gallicana Eccleſia conſultus ea ſcripſit quæ barbarus effictor ei ſuppoſuit, peſſimè conſultoribus ſuis conſuluiſſe, eorumque expectationem fefelliſſe dicendus eſt. Verum quidem eſt Martyres Gallicanos ad Eleutherum ſcripſiſſe; at falſum ipſos eius conſulta requiſiuiſſe, ac non potius Eccleſiarum aliarum paci conſu-
Lib.5.c.3. luiſſe: ἰδίαν κρίσιν (teſte Euſebio) epiſt. ad Aſianos ſcriptæ ſubiunxerunt; ſimulque τοῖς ἐπ' Ἀσίας καὶ Φρυγίας ἀδελφοῖς ἐχάραξαν epiſtolas, οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρῳ τῷ τότε ῥωμαίων ἐπισκόπῳ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης πρεσβεύοντες.

Bin. in hæc verba, *iudicantem tamen oportet* &c. *Horum verborum argumento poſt Contium etiam Baronius hanc epiſt. exiſtimauit eſſe corruptam & adulteratam, quod ea quæ de iudiciis in ipſa ſcribuntur ex conſtitut. Conſtantini & interpretatione ad eam appoſita, quæ in Cod. Theod. lib. 2. de iudiciis extat, ſuperaddita, exſcripta & huc tranſlata videantur. Sed cum eadem infra in epiſt. decretali Iulij Papæ ad Orientales cap. 31. & in canonib. Hadrian. c. 26. verbis prope iiſdem referantur; ideoque ipſo Cod. Theodoſiano qui poſt tempora Iulij Papæ compilatus eſt antiquiora ſint, manifeſto conſtat hanc de iudiciis conſtitutionem ab Eleutherio Iulium, à Iulio Theodoſium; adeoque à Pontificibus Imperatorem, non contra ab Imperatore Pontificem, hanc aliaſque ſimiles conſtitutiones mutuaſſe, & accepiſſe. Et conſequenter hac de cauſa non modo non (velut ſpurium & illegitimum partum Eccleſiæ) reſpuendum; ſed potius tanquam matris germanæ fœtum germanum plurimis poſterorum Pontificum ſcriptis, quaſi filiorum vultibus ſimillimum, ab iniuriis inimicorum vindicatum obuiis amplexibus eſſe acceptandum & fouendum.*

℞. Hic rurſus plura peccata congerit Binius. Nam 1. ſibi temerè perſuadet Iulium auctorem epiſt. ad Orientales, quam à Mercatore confictam ſuo loco ad oculum demõſtrabimus. 2. pudendam contradictionem inuoluit, dum hic eandem Iulio ſuppoſitam pro genuina epiſtolam agnoſcit, quam alibi *mendoſam, corruptam, & à quodam ex diuerſis compilatum ſtatuit.* 3. abſurde, ex eo quod *Cod. Theodoſianus poſt Iulij tempora compilatus ſit*, inferre non dubitat Theodoſium

à Iulio

à Iulio conſtitutionem à Pſeudo-Eleuthero ſcriptam *mutuaſſe*. Licet enim Theodoſio iubente edita fuerit compilatio legum ciuilium, non tamen Theodoſium conſtitutionum ſingularum auctorẽ fuiſſe credere par eſt. Propius à vero abfuiſſet Binius, ſi ſcripſiſſet à Iulio non Theodoſium ſed Conſtantinum M. mutuatum; abfuiſſet tamen, quandoquidem Lex, cuius verbis abutitur perſonatus, ſiue Iulius, ſiue Eleutherus, lata eſt Conſtantino Cæſare 2. & Criſpo Cæſare 2. Coſſ. id eſt A.D. 321. Succeſſit autem Marco Iulius A. 336. vj. Kal. Nouembr. Non itaque verba Pontificis mutuauit Imperator, ſed imperatoris & interpretis deſcripſit ſententias nebulo Decretalium epiſtolarum effictor: Quem ſi vlterius patrocinio ſuo tutari pertexerit Binius, edicat quæſo quo fato factum fuerit, vt Decreti ab Eleutherio & Iulio (ſi Deo placet) conditi partem ſibi Conſtantinus, partem Anianus interpres vindicauerint, obliuione ſepulta Pontificalis legiſlationis memoria.

VICTORIS PAPÆ

Epiſtola I.

Victor, Romanæ ac [a] vniuerſalis *Eccleſiæ* [b] *Archiepiſcopus*, [c] Theophilo *Epiſcopo, & cunctis fratribus in* [d] Alexandria *Domino famulantibus, in Domino Salutem.*

MVLTA mihi gratulatio eſt, dilectiſſimi fratres, quod [e] *manifeſtato (ſicut* [f] *optamus) per gratiam Dei lumine Euangelicæ* [g] claritatis, *& ab Eccleſia* iam magna ex parte *pernitioſi erroris nocte depulſa*, [g] *creditæ nobis diſpenſationis* fructus creſcit & augmentatur in Domino.

Celebritatem ſancti Paſchæ [i] die Dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos il-

a Romana Ecle a vniuerſalis dici nunquam potuit, niſi eo ſenſu quo Iſidorus Hiſpal. pium quemlibet vniuerſalem i. e. Catholicum appellari docet.

b An vox Archiepiſcopi in vſu Eccleſiæ fuerit Victoris ſeculo iure dubitamus.

c Theophilus Alexandrinus ſedit ab A.D. 385. ad 412 obiit Victor A.D. 203. quem ſuas Theophilo Cæſarienſi vices in quartadecimanorum cauſa commendaſſe ſcribit Beda

d commentum Turriani de Alexandrina Aſiæ mox refellemus e verb. Leonis epiſt. 53.

f optauimus. g veritatis & ab vniuerſali Eccl. pernitioſiſſimi.

h ineffabiliter gaudemus in Domino quod creditæ &c.

i de Pio id teſtatur qui Euſebij Chron. interpolauit de Eleutherio Ado. de Victore liber Pontific. de Victore & Eleuth. Beda de 6. ætat.

lud vobis eadem die celebrari ſolemniter mandamus; quoniam non decet vt [k] *membra à capite* diſcrepent, [l] *nec* contraria gerant.

A quarta decima vero [m] *Luna primi menſis, vſque ad viceſimum primum* eiuſdem menſis diem, eadem celebretur feſtiuitas.

Eodem [n] vero Baptiſmus celebrandus eſt Catholicus: ſed tamen ſi neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes, quocumque loco vel momento, *vbicumque* euenerit, ſiue in flumine, *ſiue in mari, ſiue in fontibus, tantum Chriſtiana confeſſione credulitatis clarificata baptizentur.* Ipſis quoque quod in Baptiſmo polliciti ſunt, ſummopere eſt attendendum, ne infideles ſed fideles inueniantur. Ipſi vero [o] qui infidelitatis nota adſperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles minime reputantur. Hæc vero ſtatuta [p] *nulla* debent *improbitate conuelli*, *nulla nouitate mutari*; quia *alia ratio eſt* [q] cauſarum *ſecularium, alia diuinarum.*

Audiuimus namque, apud vos veſtroſque diuerſa iudicia fieri, & incerta iudicari. *Incerta*, [r] chariſſimi, nullatenus *iudicemus quoadusque veniat Dominus, qui latentia* [ſ] producet *in lucem*, [t] & illuminabit *abſcondita tenebrarum*, & manifeſtabit [u] *conſilia cordium*. Quia *quamuis* [x] *vera* ſint, *non* tamen *credenda ſunt, niſi quæ* [y] manifeſtis *indiciis* comprobantur, *niſi quæ manifeſto* [z] iudicio *conuincuntur, niſi quæ ordine iudiciario publicantur.*

Similiter, ea vos iudicare, ad Apoſtolicam delatum eſt ſedem, quæ præter noſtram verbis definire non licet auctoritatem, id eſt Epiſcoporum cauſas. Vnde ita conſtitutum [a] liquet à tempore Apoſtolorum, & deinceps.

Placuit [b] vt accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus licenter appellet, &

k vide Leon. epiſt 63. c.1. & 84 c.11.
l not. phraſ.
m id eſt, celebretur die Dominica quartam decimam Lunã primi menſis proxime ſequente prætcrlapſo Æquinoctio. vide Pontificale.
n Baptiſmi ſolennis tempus Paſchale, docent Tertull. de Bapt. c.19. Siric. epiſt 1. Hieronym. epiſt. 61 & ad cap. 14. Zachariæ l. co epiſt. 4. Gelaſ. epiſt. ad Epiſc. Lucaniæ. Concil. Gerund. c 4. Matiſc. 2. c. 3. Autiſi 1o. c. 18 Tolet. 17. c. 2. Mogunt. ſub Leone III. c. 4 vide & collect. Martini Bracar. c. 49. & pontificale.
o Apoſtatas infamia notauerunt principes Chriſtiani. vide Cod. Theod. lib 11. tit. 39. conſt 11.

p verba Leonis epiſt. 54 c. 3. nulla poſſunt. q ibid. paulo ante. rerum ſecul.
r verba Iſidor Hiſpal. ſynonym lib. 2. c 16. varie corrupta. non iudic. quouſq.
ſ producit. t qui illuminat. u qui manif[illegible].
x quamuis enim vera ſunt.
y quæ certis indiciis demonſtrantur. z ex mine.
a Te lectori fucum facere liquet. b ead. habet Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 1. Pſeudo-Iulius epiſt. 2. cap. 3.

adeat

adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem: [c] qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos eius retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus: quoniam quamquam à comprouincialibus Epiſcopis accuſati cauſam Pontificis ſcrutari liceat; [e] non tamen diffiniri inconſulto Romano pontifice permiſſum eſt; cum B Petro Apoſtolo non ab alio quam ab ipſo dictum ſit Domino, [f] *Quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in* cœlo; *& quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in* cœlo.

Et alibi in inſtitutis legitur Apoſtolicis, [g] *Si quis putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud* Patriarcham, vel *Primatem Diœceſeos*, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ iudicetur ſedem.

Nihil aliud eſt, fratres, talis præſumptio, niſi Apoſtolorum ſuorumque ſucceſſornm terminos tranſgredi, eorumque Decreta violare.

Culpantur enim, vt ſcriptum eſt, [h] fratres, qui aliter circa Epiſcopos iudicare præſumunt quam Apoſtolicæ ſedis Papæ fieri placuerit.

Et quis [i] eſt qui iudicat eum quem Dominus ſibi & huic S. ſedi reſeruare voluit iudicandum?

Ait namque Dominus per Prophetam Eſaiam, [k] *Dominus Deus auxiliator meus; ideo non ſum confuſus. Ideò poſui faciem meam vt petram duriſſimam, & ſcio* [l] quia *non confundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me. Quis* [m] contradicit *mihi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus? Accedat ad me; Ecce Dominus Deus* meus, *auxiliator meus. Quis eſt qui condemnet me? Ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem ſerui ſui?* Quis [n] *ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis veſtri, &* [o] *flammis quas ſuccendiſtis; de manu mea factum eſt hoc vobis; in doloribus dormietis.*

Audite [p] *me qui ſequimini quod iuſtum eſt, & quæritis Dominum:* [q] Accedite *ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem ve-*

c Conc. Sardic. c. 4.
d ib. d. c. 5. & 7.
e imo commiſſi Metropolitis Clerici omnes teſte Eccl. Afric. ep. ſt. ad Cœleſtinum.
f eadem poteſtas cæteris Apoſtolis ab ipſo Domino collata. vide Matth. 18.
g id vero nullibi legitur: impoſtor deprauauit can. 17. Chalced. ab Adriano collect. Ingelramo datę inſertum.
h finxerunt hoc ſcriptum pſeudo-Sixt. I. epiſt. 2. & Pſeudo-Iuli* epiſt. 2. cap. 2. & Pſeudo-Sixtus II ep. 1 &c.
i neminem Dominus ſedi Romanæ iudicandum reſeruauit.
k Eſai. 50. 7.
l quoniam.
m contradicet.
n qui.
o & in flam.
p Eſai. c. 51.
q attendite.

ſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos; quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Conſolabitur ergo Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius; & ponet decretum eius quaſi delitias, & ſolitudinem eius quaſi hortum domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Attendite ad me populus meus, & tribus mea me audite. Quia lex a me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet. Prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt Saluator meus, & [r] brachium meum *populos* iudicabit. *Me inſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt. Leuate in cælum oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum, quia cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum attereiur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt. Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtum, populus:* [ſ] *lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea in* [t] generatione *generationum.* [u]

r brachia mea iudicabunt.

ſ populus meus.

t generationes.

Multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, vt vera charitatis & *continentiæ obtineatur integritas.*

Dominus [x] enim *nullum vult perire*, ſed *omnes ſaluos fieri.*

Certus [y] autem *ſum vos ad hæc emendanda vel defendenda,* Domino [z] *auxiliante*, proficere. Data 13 Kal Aug. Commodo [a] & Grauione viris Clariſſ. Coſſ.

u hæc nō cohærent ſuperioribus; ſunt autē Leonis epiſt. 13.

x confudit impoſtor verba 2 Pet. 3. & 1. Tim 2.

y verba Leonis epiſt. 9.

z Deo auxil. ſufficere.

CENSVRA.

VETERATOR figmenta figmentis cumulat; vulgata verſione vtitur; ſcripturæ dicta ſiue prudens ſiue imprudens, impudenter miſcet. Leonis & Iſidori Hiſpal. verba licenter vſurpat: falſa Conſulum nomenclatura farraginem ſuam concludit.

Baron. a [l] *A* D. 98 §. 6. Porro ad quoddam Concilium Romanum, circa hæc tempora à Victore celebratum, accerſitum fuiſſe Theophilum ipſum, liber de Romanis pontificibus tradit licet ab aliquo ſciolo, qui ignorauit Theophilum Metropolitanum Epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ, poſitus ſit ibi Theophilus Alexandrinus, neſciente pariter illum vixiſſe ſub Arcadio Imperatore: idemque error illapſus eſt in epiſtolam quæ ibidem poſita legitur ad Theophilum Alexandrinum. Porro eam longe diuerſam eſſe ab ea cuius meminit Beda, quæ a Victore ad Theophilum Cæſarienſem ſcripta fuit,

a null. sGrauio in faſtis conſularibus: cum Glabrione ſ. conſulatum adminiſtrauit A. D. 188 Eleutherij Papæ 10. vide Baron. Succeſſit Victor A. 194. Commodo & Pertinace 2 Coſſ.

fuit,cum illi vices ſuas delegauit, vt conuocato concilio de ea re ageret,omnes puro facile intelligere.Sed& quod falſi ſit Conſulibus conſignata, imposturæ non leuem ſuſpicionem adduxit : at de ea alij.

Eadem habet Binius in not. ad Victoris vitam:in not. ad hanc epiſtolam hac addit.

Hic (Theophil. Alexandriæ Epiſc.) ſub Arcadio Imp. vixit. Itaque ad Theophilum Metropolitanum Cęſareæ Paleſtinæ hanc epiſtol. ſcriptam eſſe pater ex Euſeb. lib.5. cap.22. vt ſupra diximus.

Refutatio diſputationis Turriani pro hac epiſtola.

Hallucinationem impoſtoris Theophilum Alexandrinum cum Cæſarienſi confundentis notauerant [a] Magdeburgenſes,his verbis: *Damaſus refert,Theophilum Alexandriæ Epiſcopum accerſitum eſſe : quod propemodum fide carere videtur , eo quod nullus Theophilus hoc ſeculo Alexandriæ reperitur Epiſcopus, & Euſebius Theophilum Epiſcopum Cæſarienſem vocat.* a centur. 2. cap. 9. de ſynodis.

Clariſſimum veritatis fulgorem non ferens tenebrionis patronus [b] Turrianus,hanc Magdeburg.cenſuram exagitat: *Quid* (inquit) *obſtat,quominus eſſet eodem tempore alter Theophilus Alexandriæ Epiſcopus?* b Turrian. pro epiſt.lib. 5. cap.10.

℞. Obſtat ipſa Ieſuitæ herbam porrigentis confeſſio:agnoſcit enim *de Alexandria Africa probare potuiſſe Magdeburgenſes,* eius Epiſcopum non fuiſſe Theophilum, quem accerſiuiſſe dicitur Victor. Obſtat 2. iudicium Baronij & Binij erroris arguentium pontificalis auctorem:Obſtat denique præſulum Alexandrinorum ab Euſebio, Nicephoro, & aliis contextus catalogus,vnicum exhibens Theophilum Timotheo A. D. 385. ſubrogatum : ei ſucceſſit Cyrillus nepos A.D. 412. 209. à Victoris obitu ; quo ſedente Eccleſiæ Alexandrinæ præfuit non Theophilus ſed Demetrius, ab ipſo Eleutherij Pontificatu ad Pontiani tempora per 40. annos paſtoris munere defunctus.

Turrian. *Hoc Victor Pontifex dicit, & idem poſt eum Damaſus affirmat: Nos ergo fuiſſe probamus,quia hi duo grauiſſimi pontifices teſtantur.*

℞.Turriani teſtes perſonatos hiſtriones eſſe aio.Victoris nomen mentitur ille ipſe qui Clementis & aliorum veterum Romanæ ſedit antiſtitum perſonam induit , plumbei oris & ferreæ frontis rabula.Libri *de Pontificum geſtis* auctor,detracta per eruditos larua, Damaſus amplius non eſt , ſed ignobilis fabellarum conſutor ; cuius ſubleſtam fidem,pueriles nugas, pudendas contradictiones , multi iampridem ex aduerſariis ipſis ſugillauere.

Turrian. *Aſiani erant qui (iuxta parabolam Domini) medico indigebant: non autem Palaſtini.*

℞.Solos Aſianos *in feſti cauſa claudicaſſe* (vt [c] Athanaſij verbis vtar) agnoſco; at quicumque (vel per tranſennam) vidit quæ veteres de Paſchali controuerſia ſcripſerunt, non omnes Aſiæ maioris incolas c Athanaſ. de Syn. Arimin. & Seleuc. & in epiſt. ad Afros.

Iudaizaſſe aſſeuerare mecum non dubitabit. Certe de Oſroenis, Ponticis,& Palæſtinis, quos omnes & Aſianos fuiſſe, & medicinam fratribus laborantibus propinaſſe conſtat, nemo niſi aſinus affirmauerit eos medicis opus habuiſſe. Vtrumque ergo indubitatum eſt, Aſiaticas parœcias Epheſiorum ritui mordicus adhæſiſſe. 2. Eidem ritui addictos Meſopotamos,Syros, Cilicas fuiſſe; cum prius teſtetur Euſebius, poſterius Athanaſius doceat.Eſt etiam notandum, fruſtra Turrianum Palæſtinos ab Aſianis diſtinguere, cum quartadecimanos inter Arianos & Oxianos extra Aſiam minorem quærat; quaſi vero Palæſtina vltra maioris Aſiæ limites porrigatur. Crediderim autem Syros, [d] Meſopotamos &c. in Aſianorum partes tranſiiſſe; non ab initio, ſed inualeſcente ſchiſmate, etiam apud Ponticos, [e] quorum caput Firmilianus Palmæ, qui cum Victore ſenſerat, ſucceſſor.Romanæ Eccleſiæ non medicam manum implorauit,ſed ægritudinem ſuo iudicio deplorandam exaggerauit: vt cuius obuium ſit,Victorem rigore ſuo non procuraſſe remedium,ſed auxiſſe morbum;nec errantibus incuſſiſſe terrorem,ſed deuiis ſocios,erroris patronos quodammodo quæſiuiſſe.His ſemper artibus Romanus typhus conſuluit Eccleſiæ.

d de Meſopotamiis ſa ciut Turrianus li. de 6,7. & 8. ſynodo pag. 61.

e vide epiſt. Firmiliani ad Cyprian. Euſeb. hiſt. lib.5.c.22.

Turrian.[f] *De Alexandria Africæ verba Victoris intelligi non poſſe, probare quidem poterant Magdeburgenſes:at non loqui Victorem Pontificem de Alexandria illa,quis dubitare poteſt,ſi legas quæ Euſebius lib.5.ſcribit?*

f Turrian. pro epiſt.lib. 3.cap.10.vide & lib.1.c.7.& lib.8.c.17.

℟. Vt inſulſo Ieſuitæ de *Alexandria Africana* commento viam occludamus,de Aſiæ,Africæ,Libyæ,Ægypti,&c.diſtinctione & limitibus pauca dicemus.

* Aſiæ quadripartitam ſignificationem apud veteres fuiſſe,nouerunt eruditi. *Aſia* enim *maior* vocatur, quicquid terrarum inter Tanaim & Nilum vel ſinum Arabicum Orientem verſus iacet. *Aſia minor* dicitur maioris pars nobiliſſima, decem prouincias complexa, Aſiam ſtricte ſumptam,cuius caput Epheſus; Pamphyliam, cuius caput Perge; Helleſpontum,cuius metropolis Cyzicus;Lydiam,cuius oppidum ſub metropoli Sardenſi: *Aſiam* fuiſſe refert Suidas Piſidiam, cuius caput Antiochia illa de qua Lucas *Act.*13. Lycaoniam, cuius caput Iconium; Cariam,cuius caput Aphrodiſias, poſtea Stauropolis;Phrygiam geminam,Pacatianam ſcilicet & Salutarem metropolibus Laodicenæ & Synodenſi ſubiectam; Lyciam, cuius caput Myra à Luca *Act.*27. nominata; inſulas adiacentes Rhodo metropoli ſubditas.

* Aſia.

In Aſia minore binas Alexandrias veteres agnouerunt, in Helleſponto & Caria ſitas. Huius meminit Stephanus de vrbibus,at eandem nemo Epiſcopali ſolio inſignitam fuiſſe ſcripſit. De illa loquitur Ptolem.G[g] *g aph lib.5.c.2.tabul.1.Aſia.* Eiuſdem Epiſcopi ſubſcripſerunt anno D.347.Arianorum Sardica ſecedentium A.D.448. Synodo Conſtantinopolitanæ aduerſus Eutychetem ſub Flauiano congregatæ anno D. 451. Synodo Chalcedonenſi, circa anno D. 460.

460. Synodicæ Epiſcoporum Helleſponti ad Leonem Aug. Notandum tamen eos nullibi *Alexandriæ*, ſed ſemper *Troadis* Epiſcopos nominari.

In Aſia maiori plures Alexandriæ fuerunt, Arachoſiorum, Arianorum, Oxianorum, Caramanorum, Sogdianorum; quarum meminerunt Ptolem. *Geogr. lib. 6. cap. 4. tab. 5. Aſiæ, c. 17. tabula 9. cap 12. tab. 7. cap 8. tab 6* &c. Ammian. Marcell. *hiſt. lib. 23.* Duodecim Alexandrias ab Alexandro conditas memorat Chronicon Alexandrinum, 1. τὴν παρὰ τὴν τάπολιν πρότερον τῶν καλουμένην Μέμφεως ὕσαν ἱμπέειον. 2. τὴν πρὸς Αἴγυπτον. 3. τὴν πρὸς Ἄρπαν. 4. τὴν Καβίωσαν. 5. τὴν [g] κὴ Σκυθίαν ἐν Αἰγαίοις. 6 [h] τὴν ἐπὶ πύργῳ. 7. τὴν περὶ Κυπρίδος ποταμόν. 8. τὴν ἐπὶ τραιάδος. 9. τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος. 10. τὴν ἐπὶ Μισαργαρίς. 11. τὴν ἐπὶ Πέρσαις. 12. τὴν Κύσον. Legitur etiam in 2. Cilicia Alexandria *minor* dicta, ſub Anazarbo metropoli. Ptolem. *lib 5. c. 15. tab 4. Aſiæ.* Huius Epiſcopi pluribus conciliis interfuerunt. Heſychius anno D. 325. Nicæno, anno D. 341 Antiocheno ſubſcripſit. Dionyſius ad finem Encyclicæ Arianorum Sardicæ ſcriptæ anno D. 347. ſubſcriptus legitur. In Actis Concil. Chalced. act. 6. Cyrillus Epiſc. Anazarbi pro Iuliano Alexandrino definitioni fidei ſubſcripſiſſe dicitur: Ibid. act. 14. Baranes Alexandriæ Epiſcopus Concilio Antiocheno in cauſa Athanaſij Pettheni, circa annũ D. 440. coacto, ſubſcriptus reperitur. Subſcripſit etiam Iuſtiniani tempore Concilio Mopſueſteno Vrbicius Alexandrinus: ad finem canonum Concilij primi Conſtantinopolitani anno D. 381. celebrati Philomuſus Alexandriæ Epiſcopus *per Alypium presbyterum* ſubſignaſſe dicitur. Quo loco notandum Binium cæteroſque Conciliorum collectores confudiſſe quæ ad diuerſos titulos pertinebant; fingunt nempe, Philomuſum Alexandrinum per Alypium *presbyterum Cappadociæ* ſubſcripſiſſe: quo quid abſurdius? Quid intereſt, an Cappadox ſit, an Scytha qui vices alterius obit? Fac tamen intereſſe; quo iure Cappadox Cilici manum accommodet? Vt igitur diſtinguamus quæ confudit & librariorum & collectorum incuria, ſcribendum putamus, *Philomuſus &c. ſubſcripſit per Alypium presbyterum*: deinde inchoamus alium titulum hoc pacto, *Cappadociæ* prouinciæ Epiſcopi, *Helladius Cæſarienſis*, Baſilij ſcil. ſucceſſor, Metropolita Cappadociæ primæ, & Ponticæ Diœceſeos exarcha.

[g] leg. videtur κτὴν σκυθ.

[h] vid leg. ἐπὶ πύργῳ.

Ibid. in ſubſcript. Epiſcoporum Piſidiæ ſimilis error irrepſit: nam *Theoſebius Philomelienſis* dicitur ſubſcripſiſſe *per Baſſam presbyterum Lyciæ*. Vox autem *Lyciæ* cum ad ſequentem titulum pertineat, ſcribendum videtur *Lyciæ* Epiſcopi; *Tatianus Myrenſis* &c. Ibid. in catalogo Epiſcoporũ Phrygiæ Pacatianæ, geminato errore, *Theodorus Eumenienſis per Profuturum presbyterum Cæſareæ* ſubſcripſiſſe fingitur. Claudendus eſt igitur titulus in his verbis *per Profuturum presbyterum*: delenda vox *Cæſareæ*, inchoandus vero titulus nouiſſimus hoc modo *Cariæ prouinciæ Epiſcopi*: fuit enim ſub Metropoli Aphrodiſiade ſedes Epiſco-

palis Carum *Cybyrra*, cuius Epiſcopus damnationem Neſtorij proprio chirographo firmauit, anno D.431. Epheſi.

Africa.

Africæ limitem veteres diuerſimode diſtinxerunt. Aliquando enim *Africa* ſumitur *ἰδικῶς* pro *proconſulari prouincia*; cuius olim caput Carthago, à Commodo[l] *Alexandria Cõmodiana* dicta. De hac Africa intelligenda ſunt verba Flori lib. 4 cap. 12. Iornandis *de regnorum ſucceſſione*, & Freculphi Lexouienſis *in Chron.* Aliquando totus à Nilo ad Oceanum protenſus terrarum tractus ſub Africæ nomine venit; hoc ſenſu Pentapolis Cyrenaïca, Libya propriè dicta, Marmarica, Africanis prouincils adnumerandæ ſunt. Ptolomæus, & ſecundum Ptolomæum recentiores quamplurimi, Africæ exordiũ à ſinu Arabico ducunt; alij à [k] Philenorum aris, ex quorum ſententia olim in ſex prouincias diuiſa eſt, Proconſularem Numidiam, (quæ poſtea in duas diſſecta eſt) Byzacium, Tripolim; & Mauri anias duas, Cæſarienſem ſcil. & Sitifenſem. Hanc Africæ diſtinctionem ſequitur ius ciuile, Notitia Imperij, Sextus Rufus in Breuiario. Eandem Vetus Eccleſia perpetuò ſecuta. Diœceſeos Africanæ, id eſt ſex prouinciarum exarchum agnouit Carthaginis Epiſcopum, qui ſingularum prouinciarum antiſtites ad ſynodum plenariam conuocaret, totius Diœceſeos curam ſuſciperet, & primatibus vniuſcuiuſque prouinciæ (quibus non loci ſed ætatis meritum ἢ τιμῆς πρεσβεῖα contuliſſe conſtat) præeſſet: teſtes Cyprian. *epiſt.* 45. 71. & 73. Concil. ſub eodem in cauſa Anabaptiſmi celebratum, & collectio dicta *Concilium Africanum*.

l Lamprid. in comm.

k vide Melam. li. 1. c. 7.

Libya.

Libya aliquando pro tertia orbis parte, aliquando pro terrarum tractu à Paratonio promontorio ad Philenorum aras porrecto accipitur. Illam ſignificationem Dionyſius *de ritu orbis*, & alij: hanc vetus Eccleſia amplexa videtur.

Ægyptus.

Ægyptus eſt quicquid Nilus alluit. Herodot *in Euterpe*[l] ex oraculo: eadem ἐπίκτητός γῆ, δῶρον ποταμοῦ καὶ ἔργον, ποταμία νῆσος vocatur, *ibid. cap.* 8. Ariſtot. *meteorol.* lib. 1. capit. 12. Strabo *lib.* 1. Iuſtin. *lib.* 2. ex Ariſtotelis ſententia, oſtium Canopicum naturale eſt, cætera manufacta, (vide lib. cit.) Herodoto alueus Delta medium peruadens eſt directus Nili curſus.

l cap. 18.

Ægyptum ab Africa ſeu Lybia diſterminat Catabathmos: Salluſt. *de bello Iugurth.* Philo Iudæus *in Flacc.* Pompon. Mela, &c. ab Arabia ſinus, vel (ſecundum Agatharcidem referente Photio) ab oriente & occidente deſerta: ab Aquilone mare Parthenium, à Meridie Æthiopia.

Alexandriam antea No[m] dictam ad oſtij Canopici littus occidentale, [n] *in littore Aegyptio, in Africa parte*, id eſt, in parte Ægypti Africam ſpectante (Plinius enim Ægyptum totam non Africæ ſed Aſiæ appendicem facit) ſita eſt: hanc [o] Maria lacus è Nilo deductus à Libya ſeparat, eidem autem orbis parti, cui Ægyptus, tota (cuius olim caput fuit) accenſetur.

m Hieronym. in Naham. cap. 5. Iſid. etym. li. 14.

n Mela lib. 1. c. 9. Plin. lib. 5. c. 10.

o Philo in Flacc.

Ægyptum

Ægyptum Africæ partem eſſe vult cum ἐνδόξοις Ptolomæus: ac alij & numero & ætate ſuperiores diuerſi abeunt. Quidam enim Ægyptum ab Aſia & Africa tertium quid eſſe cenſent, inter quos chorum ducere videtur Plinius. Is enim licet lib. 5. cap. 1. *Africam* à Græcis *Libyam* appellatam dicat, *quia mare ante eam Libycum incipiens Aegyptio finitur*, & cap. 9. vniuerſam Ægyptum ſecundum Artemidorum & Iſidorum Aſiæ coniungat: eam tamen ab Aſia & Africa diuidit. *Proxima* (inquit) *Africæ incolitur Aegyptus, introrſus ad Meridiem recedens, donec à tergo prætendantur Aethiopes: Inferiorem eius partem Nilus, dextra læuaque diuiſus, amplexu ſuo determinat: Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco 170000. paſſuum interuallo. Quam ob cauſam inter Inſulas quidam Aegyptum retulere.* Plinij verba repetit Hieronymus, ſeu quis alius, *de locis Hebraicis in Actis*: eiuſque ſententiam propugnare videtur Dionyſius *de ſitu orbis*; medius enim incedit inter eos qui Aſiam ſinu Arabico terminant, & eos qui eam ad Nilum extendunt. In horum ſententiam propendere videtur ab initio.

> Ἀλλ' ἤτοι Λιβύη μὲν ἀπ' Εὐρώπης ἔχει οὖρον
> Λοξὸν ἐπὶ ψαμμίῃσι, Γάδειρά τε καὶ στόμα Νείλου.
> Ἔνθα βορειότατος πέλεται μυχὸς Αἰγύπτοιο.
> Καὶ τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβου.

Ibid.

> Σῆμα δ' ὑστάτιον νοτιώτατον ἐς στόμα Νείλου.

& paulò poſt *Nilus*:

> ---καὶ Λιβύην ἀποτέμνεται Ἀσίδος αἴης:

& multis interiectis,

> Νεῖλος δ' ἑσπέριον πλαγίην πέλει. αὐτὰρ ἑῷον
> Ἰνδικὸς Ὠκεανὸς νότιον δ' ἐπὶ οἶδμα τ' Ἐρυθρῆς.

Illorum è contra iudicium firmare videtur, qui ἠπείροισι δύο χθόνα νοσφίζουσιν; ait enim Iſthmum νοσφίζειν Λιβύην Ἀσιήτιδος αἴης: & paulo infra, οὖρον Ἀραβίης Ἀſiam πιμαίρεσθαι ἄγχι θαλάσσης, Εὐρώπηθεν.

Alij orbem vniuerſum in partes duas diſſecant, & Africam, quatenus ab Ægypto diſtinguitur, vel *Aſiæ latus* eſſe, vel ad Europam pertinere contendunt: priorem ſententiam proponit Silius Italicus *lib.* 1. poſteriorem propugnant Lucan. *lib.* 9. Theodoret. *hiſt. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 5. Vtriuſque ſententiæ meminit Oroſius *hiſtor. lib.* 1. *capit.* 2. Ad poſteriorem vero proximè accedit nobiliſſima orbis in Orientem & Occidentem diuiſio, cui fauere videtur *lib.* 1. *Machab. cap.* 15. p Hanc legum Auguſtarum auctoritas, Imperij notitia, Eccleſiæ vniuerſæ perpetua praxis firmat, quæ Orientis Ægyptum, Occidentis Africam partem facit. Hinc ergo petenda cauſa, cur titulus Encyclicæ Sardicenſium patrum, Optatus *l.* 2. *aduerſ. Parmen.* Auguſtin. *lib. de paſtorib. ad finem* Ægyptum orientalibus prouinciis annumerauerint. & Synodi ſexta & ſeptima, Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum *thronos Orientis* nuncupauerint & Athanaſ. *epiſt. ad Afros*, Africanas Eccleſias ab Ægyptiacis & Libycis

p Iuſtinus lib. 12. vbi de Epirotarum rege ſcribit. Vide & Hirtium de bello Alexandrino.

ſeiunxerit. Quo loco duo notanda veniunt; 1. Ineptè Nannium vbicunque Athanaſius Lybes nominat, Africanos interpretatum fuiſſe: agit enim de Libybus throno Alexandrino ſubiectis, cui
q A. D. 369. nunquam ceruicem ſubmiſerunt Africani 2. q Perperam Baro-
5. 34. nium coniicere ipſummet Athanaſ. ad Pentapolitanos ſcribere, cum luce meridiana clarius ſit cum de totius Ægypriacæ Diœceſeos (cuius pars fuit Cyrenaïca Pentapolis) decreto Africanos fratres certos facere.

Alij denique Ægyptum ad Aſiam pertinere ſtatuerunt, inter quos primum nominandus venit Herodotus: is enim *in Euterpe. cap. 16* refellit Ionum ſententiam, qui Ægyptum vno Delta concludi, cætera partim ad Arabiam, partim ab Libyam ſpectare volebant; bis argumentis. 1. Si Delta non eſt Aſiæ nec Africæ, non tres ſed quatuor orbis partes ſtatuendæ ſunt. 2. Nilus non erit limes Aſiæ & Libyæ.

r cap 39. Idem in r Melpomene, Africam ab Ægypto ſeiungit; hanc enim in Aſiæ partes occidentales cum Palæſtina, Syria, &c. numerat.

2. Herodoti ſententiam tuentur non modo Artemidorus & Iſidorus à Plinio nominati, ſed etiam Diodor. Sicul lib. 18. Dexippus & Arrianus apud Photium *Bibl. Cod.* 82. & 92. Iuſtin. *lib.* 13. Cur-
ſ lib. 4 c. 25. tius *lib.* 10. Freculph. ſ Lexou. Ado, Herman. *in Chron.* qui Alexandro mortuo in Aſiæ diuiſione Ptolemæo Lagi filio Ægyptum ſortitò contigiſſe volunt.

3. Idem de Philone & Ioſepho Iudæis ſentiendum videtur: licet enim Ægyptum ab Aſia Syriaque aliquando diſtinguant, hic *antiquit.* lib. 10. cap. 10. lib. 12. cap. 11. lib. 15. cap. 8. ille *in Flaccum* p. 795. edit. græcolat. Geneuenſis: vbi tamen Ioſephus de priuilegiis reip. Iudaicæ collatis, eiuſdemque plagis agit, Ægypti reges inter Aſianos & Europœos nominat *lib.* 11. *cap.* 5. *lib.* 12. *cap.* 3. *lib.* 13. *cap.* 9. *libr.* 14 *cap.* 20. *Antiq. & aduerſ. Appionem lib.* 2. *pag.* 1076. *edit. græcolat. Geneuenſ.* Videtur autem Philo ſolam Europam & Aſiam agnoſcere *de legatione ad Caium* p. 769. 770. 773.

4. Hoc ipſum ſtatuit Auguſtin. *de vnit. Eccl. cap.* 14. vbi Ægyptum extra Africæ fines collocat; & *de Ciuit. Dei, lib.* 16. *cap.* 17. vbi probat Aſſyrios Ægypto dominatos fuiſſe, quia totam Aſiam tenebant, Seuer. Sulpit. *in Gallo.* Paulin. *in epiſt. Sueton. de regib* Hegeſipp. *lib.* 4. *cap.* 27. Oroſius *hiſt. lib.* 1. *cap.* 2. Iſidor. *etymol. lib.* 13. *cap.* 3. Damaſcen. *lib.* 2. *cap.* 25. Beda *de nat. rer.* auctor libri *de mundi Conſtitut.* apud Bedam. Claudian. *de bello Gildonico*, & *Panegyr. de* 6. *Conſulatu Honorij*, Honor. Auguſtod. *de imag. mundi lib.* 1. *cap.* 18. Lorin. *in Act.* 2. Strabo *libr. primo p.* 82. *libr.* 2. *pag.* 130. *lib.* 17. *p.* 785. 790. 801. 825 Pompon. Mela *libr.* 1. *capit.* 2. 4. 7. 9. Solin. *cap.* 35. Grauius in epiſt. Hieronymi. Quibus accenſendi videntur quicunque Aſiæ limitem Nilum crediderunt, Polyb. *lib.* 3. *p.* 191. Meſſala Coruinus *lib. de progenie*

genie Aug. ſt. Volaterrān. *geograph. lib.* 12. I.Leo Afric. *geogr. lib.* 1. L. Coquæus *in lib.* 16. *de Ciuit. cap.* 17.

Notandum vero veteres omnes, & ſacros & prophanos, ſi quando propriè locuti ſunt, Ægyptum perpetuo extra Africę fines collocaſſe. 2. non ab Africa duntaxat, ſed & à Libya diſtinxiſſe. 3. Africæ nomine vel ſolam Proconſularem prouinciam, vel ſex prouincias ſupra nominatas, nunquam Ægyptum intellexiſſe. Iren. *lib.* 1. *ca.* 3. Libes ab Ægypriis; Saluian. *lib* 8 *de gubern. Dei.* Ægyptios ab Afris ſeiunxere, Plutarch. *in vita Cæſaris* Appian. *de bello ciuili lib* 2. Florus *lib.* 4. *ca.* 2. (imo Cæſar ipſe) dum triumphos Ægyptium à Libyco diſtinxere; Iuſtin. *l. b.* 12 Freculphus Lexou. Ado, Herman. *in Chron.* dum referunt vniuerſas ciuitates ad Alexandrum iam Ægypti potentem legationem inſtituiſſe; Lucan. *lib* 8. Velleius Patercul. *lib.* 2. Florus *lib.* 4. *c.* 2. *&c* dum Pompeium à Iulio Cæſare profligatū animi pependiſſe ſcribunt, an ad Parthos, an ad Ægyptios, aut ad Afros fugeret; Iuſtinianus *lib.* 1. *c. de offic. praf prætorio*, & *conſt.* 1. *&* 2. *de confirm. dig. ſt.* dum totam Africam, imò *tertiam orbis partem*, armis Belliſarij (qui Vandalicum Imperium ſex prouinciarum finibus concluſum euertit) Romano Imperio partam gloriatur.

His præmiſſis facilis eſt ad Ieſuitæ commenta reſponſio.

Turrian. *Verba Victoris Alexandrinis Aſiæ conueniebant, non Cæſarienſibus.* pro epiſt. lib. 3. cap. 10.

℞. Pſeudo-Victoris verba nec Aſiaticis, nec Cæſarienſibus, nec Afris, nec Ægyptiis conuenire, mox conſtabit.

Turrian. *Alexandrinis Africa conuenire non poſſunt.*

℞. Bene habet, quod Ieſuita aliquid obſtare fatetur quominus alius à Theophilo B. Hieronymi coætaneo Alexandrinæ Eccleſiæ clauum tenuiſſe dicatur Theophilus. At Alexandriam Ægyptiacam Africanam dici non patitur eorum ſententia qui vel Ægyptum Aſiæ appendicem eſſe voluerunt, vel Africam Europæ partem aut Aſiæ latus magnum eſſe ſtatuerunt; vel denique orbem in Occidentem & Orientem diuidendum eſſe cenſuerunt: Quorum vetus Eccleſia iudicium ſecuta cum ſit, fruſtra Turrianus putauit Alexandriam extra Africanæ Diœceſeos fines, imò in alio orbe ſitam, ſub alio tam politico quam Eccleſiaſtico regimine conſtitutam ad Africam pertinuiſſe nihil certe commune habuit Alexandrinus præſul cum Eccleſijs Africanis, quarum caput Carthag. Epiſcopus fuit.

Turrian. *De Alexandria Aſia loquitur Victor ſiue illa qua Alexandria Aria dicitur, quæ eſt in lib* 6. *Ptolomæi cap.* 17. *tab.* 9. *Aſiæ, ſiue illa qua Alexandria Oxiana dicitur, quæ eſt in lib.* 6. *c.* 12. *tab.* 7. *&c.*

℞. Negauimus Victorem hæc ſcripſiſſe: vt tamen demus, contendimus nihilominus eum de Alexandria Arianorum, aut Oxianorum loqui non potuiſſe: 1. quia vtraque fuit extra fines Rom.

imperij. 2. neutram metropolim fuiſſe conſtat ex Ptolomæo & Ammiano, Oxianorum Drepſam, Arianorum metropolim Niſibin dictam fuiſſe referentibus. 3. neutram Epiſcopum habuiſſe rato affirmabimus, niſi forte Turriani conuubernales nouas è manciſſa epiſcopatuum notitias eruant, noſque earum auctoritate obrutos ad palinodiam adigant.

Quid ſi ad Alexandriam Cariæ Pſeudo-Victoris verba torqueamus? at ea nec metropolis fuit, nec Epiſcopali ſede ornata. Tota ergo de Alexandria Ciliciæ reſtare poteſt quæſtio; quam & Epiſcopali throno gauiſam, & quartodecimanorum errorem aliquando fouiſſe ex Athanaſio & veteris Eccleſiæ monumentis didicimus. At ea ad Aſiaticam Diœceſim non pertinuit, ſed ad Orientalem, in quam contortum fuiſſe Victoris fulmen nemo veterum ſcripſit. 2. Non fuit Metropolis, ſed oppidum. ſic enim vocatur in Actis Concilij Mopſueſteni ſub Iuſtiniano circa annum D. 555. congregati. Non eſt autem probabile Victorem ad ignobilem Epiſcopum, præterito Anazarbenſi cæteriſque ſiue Orientalibus ſiue Aſiaticis metropolitis, decreta ſua tranſmittere dignatum fuiſſe. 3. Non conſtat (vt ſupra monuimus) Cilicas ab initio in feſti negotio claudicaſſe. 4. Incertum eſt Alexandriæ Cilicum vllum vnquam Epiſcopum nomine Theophilum ſediſſe. 5. Credibile non eſt medicinam, quam Theophilo illi à Victore propinatam fingit Turrianus, Aſiaticis, quibuſcum commune nihil habuit Cilix nullius propemodum auctoritatis, ſalutarem futuram fuiſſe.

Explanatur locus ex Epiſt. Polycratis Epheſiorum Epiſcopi petitus.

Ibid. Turrian. *Reijciunt Magdeburgenſes epiſtolam Victoris. quia ſcribit*, non licere præter ſententiam Romani Epiſcopi decidi cauſas epiſcoporum.

[illegible]. Merito reiiciunt hoc nomine; nos vero alia quamplurima [illegible] notauimus, quæ reiiciendam euincunt.

Turrian. *Si hoc non in mentem Polycratis veniſſet* non decere vt membra a capite diſcrepent, *nec Papam procaciter agnouiſſet, quorſum attinebat ad eum* [illegible]*ribere, & tam multis verbis traditionem Aſianorum commemorare?*

Euſeb. hiſt. lib. 5. cap. 22. Hieron. in Catal. [illegible] Ad omnes Epiſcopos datam epiſtolam res ipſa clamat. Euſebius vero, Hieronymuſque teſtantur [illegible] tam *ad Victorem* (vt credidit R[illegible] q[illegible] *a*[illegible] *eum* ſc[illegible], ſic enim [illegible] ſcripſit Polycrates, ſicut [illegible] orationem habuit Demoſthenes, [illegible] s. edidit Ar[illegible]ius: non ideo Aſianorum traditionem [illegible] obiectes [illegible] vbici Papæ auctoritati ſuccumbere c[illegible] ſed vt [illegible] ſtat[illegible]arum p[illegible]um morem a Victor[illegible] E[illegible] vn[illegible]obaret. Videtur plane Ieſuita [illegible].

Turrian.

Turrian. Omnium (*inquit Polycrates*) veſtrum minimus, &c. *an hoc eſt eius qui pontificem non agnoſceret caput?*

℞. Hoc eſt *eius qui pontificem Rom. non agnoſceret caput*, ſed aduerſarium pateretur, collegarum vero omnium & Eccleſiæ vniuerſæ iudicium exerceret: an Victor fuit *omnes*: pudeat Ieſuitas futilitatis Turrianicæ.

Turrian. *Addit Polycrates*, non perturbabor ex iis, &c. *Si nullus Epiſcopus eos excommunicare poteſt qui non ſunt ditionis ſuæ, quid opus erat dicere*, quia & maiores mei dixerunt obedire, &c. *Act.* 5. 29.

℞. Quilibet Epiſcopus iis qui ſuæ ditionis non fuerunt denuntiare potuit ſe nolle cum eis fraternitatem colere. Hoc fecit Victor, quem tamen προσηκόντως Irenæus obiurgauit, quia id ἀθέσμως erat aggreſſus: potuerunt vero omnes συγκεκροτημένῳ quoſlibet cuiuſlibet Diœceſeos Epiſcopos gradu mouere, & anathema pronuntiare. Porro quam neceſſe ſit vt auctoritate legitima ſemper pollere credantur, quibus verba Petri Actor. 5. applicantur, exemplo ſit Auguſtin. aduerſus Creſconium lib. 1. cap. 8. *Exhibeo* inquit, *iſta (nimir. in opprobrium incidiſſe) non diceres, qui cum verbo Dei mittitur inferre certamen hominibus non obedituris, contra cenſuris contradicturis. Nam ſi diceres, reſponderet tibi fortaſſe quod eiſdem Iudæis Apoſtoli reſponderunt.* Cui obedire oportet? Deo magis quam hominibus? *Hoc tibi etiam ipſe reſponderem*, Auguſtinum in ſyllabarum aucupe Laico ob ſchiſma Donati execrando, ius non modo Epiſcopis Chriſtianis ſed etiam prophetis Deo plenis imperandi agnouiſſe: an dicent Turriani Sodales? fac igitur Polycratem ad vnum Victorem ſcribere, an ideo ſuperiorem credidit? at omnes omnium Eccleſiarum Epiſcopos allocutum eum iam ſupra monuimus, quos & iudices optauit, & iniuriæ à Victore, fimbrias inſolentius dilatante, illatæ vindices expectauit. Vtrumque ergo verum eſt, & Victoris minas ſpreuiſſe, & fratrum ſententiam reuerenter exquiſiuiſſe Polycratem: nec aliud ex eius verbis exſculpere quiſquam poteſt.

Turrian. *Apoſtoli quidem dixerunt*, Deo potius obediendum; *non quod negarent obediendum eſſe principi ſacerdotum, ſed quia negarent tunc obediendum eſſe cum contrarium præciperet Deus, vt Polycrati videbatur, quanquam falsò.*

℞. Atqui nullum Apoſtolis imperandi ius principi Sacerdotum, *deleto* per Chriſtum, *crucique ſuffixo* ceremoniarum *chirographo*, competere potuiſſe agnoſcunt doctiſſimi quique interpretes. Auguſtin. lib. 1. de Serm. D. in monte cap 19. & epiſt. 5. Cyprian. epiſt. 55. & 69. Beda, Gagneius, Salmon, Sa, Lorinus, &c. in Act. 23. 5. Duplici igitur de cauſa non obediendum cenſuerunt Apoſtoli, 1 Quia principes ſacerdotum poteſtate legitima caruerunt. 2 Quia diuino mandato contraria imperari ſibi crediderunt. Eaſdem ſibi Victoris minis non cedendi cauſas habere viſus eſt Polycrates, cuius hic patrocinium non ſuſcipio. Act. 23.

Turrian. *Irenæus reprehendit Victorem, non quod careret poteſtate excommunicandi alios, ſed quod ſine ratione excommunic[illegible]ſſet.*

R. Iam diximus Epiſcopis quibuſcumque communem fuiſſe quoſcumque ſcelerum vel hæreſeon magiſtros excommunicandi, hoc eſt communione ſua indignos iudicandi. Hac ergo ſingulis præſulibus permiſſa poteſtate Victorem caruiſſe credere non potuit Irenæus, licet crediderit poteſtatis iſtius abuſum in ipſo minime ferendum fuiſſe. Non ergo Romanum pontificem Chriſtianorum omnium vniuerſale caput agnouit, ſed Eccleſiaſticæ pacis turbonem cenſura Chriſtiana coercendum putauit.

Expenditur locus Irenæi lib. 3. cap. 3.

Turrian. Ad hanc Eccleſiam (*Romanam ſcil.*) propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui vndique ſunt fideles: in qua ſemper ab his qui ſunt vndique conſeruata eſt ea quæ ab Apoſtolis eſt traditio, &c. *annon ſatis aperte ſignificauit hoc loco Irenæus, eſſe Eccleſiam Romanam caput omnium Eccleſiarum?*

R. Nihil tale ſignificauit; ſignificauit vero, idque apertiſſime, Eccleſiam Romæ collectam in quodam celebritatis faſtigio fuiſſe collocatam, *διὰ τὸ βασιλεύειν ταύτην τὴν πόλιν*, vt ante annos 1175. monuerunt Chalcedonenſes patres can. 28. Eodem planè ſenſu de metropolit. Epiſcopo quicumque ſcripſerunt Antiocheni patres anno D. 341. *τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτόν, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας.* De Roma vero, *Imperij arce.* & metropoleon metropoli, quam vere dixerit Irenæus *ad eam* confluere *omnem Eccleſiam*, ex ipſo Leone diſcere poſſumus, **cuius* (inquit) *nationis homines in hac tunc* (cum Petrus prædicaret) *vrbe non eſſent, aut quæ vſquam gentes ignorarent quod Roma didiciſſet?* Omnium ergo tunc nationum homines, omnium Eccleſiarum filios Roma ſinu ſuo fouit; vt de ea verius, quam de Nola Paulinus, dicere potuerint veteres, *innumeras vrbes vna miramur in vrbe.*

* Serm. 1. de nat. Petri & Pauli.

Turrian. Si neceſſe eſt omnes fideles ad hanc Eccleſiam conuenire, *propter traditionem*, quam ab Apoſtolis eadem Eccleſia *vt principalis* accepit, *& propter fidem* eius annuntiatam hominibus: *Ergo omnes ex ea Eccleſia pendent tanquam membra ex capite. Atqui prius verum eſt*, &c.

R. Atqui prius falſum eſt, & ab Irenæi mente alienum. E.& poſterius. Mens ſanctiſſimi martyris non [illegible], Eccleſiam Romanam *principalem* dici debere, eam traditionem Apoſtolicam *vt principa[illegible]em* accepiſſe, ad eam *ob traditionem & fi[illegible]* conuenire neceſſe eſſe. Hæc omnia ſomniauit [illegible]: *ad Eccleſiam Romanam conuenire*, non eſt *idē cum Romana Eccleſia [illegible]* [illegible]d *Romam* (in qua tum fuit Eccleſia ab Apoſtolis inſtituta, ob [illegible] p[illegible]ritatem celebris) *venire. R[illegible], omnem*, id eſt totam *Eccleſiam* Catholicam, ſeu omnia Eccleſiæ Catholica mem-

cæ membra, omneſque adeo fideles ſingularum Romani orbis Eccleſiarum alumnos, quos vrbis principalitas, & negotiorum (ob vrbis principalitatem) turba ſedem mutare cogebat, quandoquidem Roma tunc erat totius οἰκουμένης ἐπίτομον, Eccleſia Romæ collecta, totius οἰκουμένης fideles ſinu materno fouebat, eratque Eccleſiarum omnium quædam (vt ita dicam) ἐπίτομον, in quam confluebant Chriſtiani quotquot ex ſingulis orbis prouinciis ob negotiorum politicorũ neceſſitatem ad comitatum concurrebant. *Conuenire* ergo apud Irenæum eſt *congregari*. Concil. Sardic. Aurelian.1. & 5. ab initio; *cogi*, Concil Tolet.8.ab initio: *colligi*, Concil.Tolet.9.& 11.& Bracar.3 ab initio; *adunari*, Concil.Arelat.1.& Tolet.10.ab initio: *coadunari*, Cõcil.Hiſpal.2.ab initio: *aggregari*, Concil.Tolet.12.& 13. συνελθεῖν, Ioan. 18.20. Act. 10.23.& 19 32.& 28 17. epiſt. Epiſc. Ægyptiorum ad Concil. Tyri congregatum Athan. apol.2. Concil. Chalced. act.1. συνάγεσθαι, Matth.26.3. Luc 22.66 Ioan.20.1. Act.4.5.26.27.31. & 15.6.& 20.7.8. Concil. Hieroſol. in Encæniis, & aliud poſt Athanaſii reditum collectum, Athan. apol.2. Synodi Sardic. & Alexandrina, ibid. epiſt. Synodi Alexandrinæ ſub Cyrillo ad Monachos Conſtantinop. συγκροτεῖσθαι Synodica patrum Nicænorum ad Alexandrinos, Synod Antioch. in encęniis, Epheſina Act 1. Mandatum Orientalium aduerſus Epheſinam ſynodum: συντρέχειν, Marc.6.33. Act.3.11. Concil. Antioch. can.9. παραγίνεσθαι, Luc.14.35. act.12.12.& 19.25. *Conueniſſe* dicuntur Epiſcopi Gallicani *ad vrbem Arelatem* Concil. Arelat.5 *Agatham* Concil. Agath. *Aruernam* Concil. Aruern. *Regium* Concil. Regienſ. *Taurinum* Concil. Taurin. Hiſpani *ad vrbem Toletum*, Concil. Tolet.1.2.3.4. 5 6 *Eliberim* Concil. Eliber. *Bracaram* Concil. Bracar 1.2.3. *Tarraconem* Concil. Tarracon. Afri. *ad vrbem Carthaginem* Conc.1. Carth. *Mileuum* Concil. Mileuit. ab initio.

Turrian. *Dictum eſſe ab Irenæo* ἡγεμονίαν, *ſi quid Græce calletis non dubitabitis*, τὴν δυνατωτέραν ἡγεμονίαν *vertit interpretes* potentiorem principalitatem.

℟. Cum ἡγεμόνας *Iudææ Præſides* Matth 2.6.& 27. 2. 11.14.15.21.23.27.& 28.4. Luc. 20.20. act 23.24.26.23.34. & 24.1.30. *magiſtratus omnes*, Matt. 10.18. Marc.13.9. Luc 21.12. 1.Pet.2.14. *Senatores* Plutarch. in Romulo; *Alexandri Duces* Diodor. Sicul. lib.18. *Prouinciarum rectores ſub imperio Romano* Strabo lib.17. ad finem. Nicephor Gregor. hiſt. lib.7.p 166. *Lesbi principem* Chalcocondyl. lib.10.p.346.vocet, & ἡγεμονία *poteſtas ſumma Tyberij Imp.* Luc.3. 1. *Perdiccæ* Diodor. Sicul. lib.18. *Pagondæ AEladi fil.* Thucydid. lib.4 quinetiam *tribunorum militarium poteſtas* apud Plutarch. in Camillo dicatur; de verbis Irenæi, quorum nunc vna eaque rudis ſupereſt verſio, non eſt quod contendamus; forte ſcripſit διὰ τὴν ἱκανωτέραν ἀρχὴν, forte διὰ τὴν δυνατωτέραν ἡγεμονίαν, forte aliis verbis vſus eſt: at quacumque phraſi ipſum vſum dicamus, hoc vnum fixum manet, eum ad poteſtatem non Eccleſiaſticam ſed Politicam reſpexiſſe, vt *per potentiorem principalitatem propter quam neceſſe e-*

Turrian. ipſe fatetur prouinciarum præfectos ἡγεμόνας dictos, pro epiſt. lib.5 c.vlt.

rat fideles ad Eccleſiam Romanam conuenire intelligamus, dignitatem non Eccleſiæ, ſed vrbis in qua Eccleſia deliteſcebat.

Turrian. *Ergo iſta potentior principalitas, quam dicit Eccleſiæ Romanæ, erat cauſa cur in ea ſemper conſeruata eſſet ea quæ ab Apoſtolis originem trahebat traditio.*

℞. *Potentior principalitas* non fuit (vt diximus) Eccleſiæ, ſed vrbis; nec in cauſa fuit, *cur in Eccleſia ſemper conſeruata eſſet Apoſtolica traditio*, ſed fidelibus per vniuerſi imperij prouincias ſparſis Romam petendi, dumque Romæ degerent ſe Eccleſiæ Romæ collectæ aggregandi neceſſitatem impoſuit. Hoc vnum voluit Irenæus, cuius verba ſic conſtruenda putamus, *ad hanc Eccleſiam in qua ab his qui ſunt vndiq; conſeruata eſt ea quæ ab Apoſtolis eſt traditio, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt eos qui ſunt vndique fideles, propter potentiorem principalitatem.* Romæ ergo habitauerunt fideles è toto propemodum orbe congregati: hi dum Romæ habitarent Eccleſiæ Romanæ aggregati ſunt, in Romana Eccleſia traditionem Apoſtolicam repererunt, eiuſdem tenaces extiterunt; quidni igitur dicamus in fidelibus illis Romanæ Eccleſiæ aggregatis, reliquas omnes Eccleſias, quæ vndique fuerunt, quarumque membra fuerunt qui *ad Eccleſiam Romanam* propter Imperij ſedem *conuenerunt*, traditionem Apoſtolicam conſeruaſſe?

Turrian. *Aduerſus Romanam Eccleſiam numquam hæreſis præualuit.*

℞. Hinc nòn ſequitur *potentiorem principalitatem* Eccleſiæ Romanę fuiſſe, aut *propter principalitatem* illam *aduerſus Romanam Eccleſiam hæreſes numquam præualuiſſe*: non tamen negauerimus priſcam Romanam Eccleſiam ſanæ doctrinæ obſeruantiſſimam fuiſſe. At tempora mutauerunt; in locum enim ſanctiſſimæ illius Eccleſiæ, cuius *fides in vniuerſo mundo annunciata eſt*, ſucceſſit hæreſeon ſentina, blaſphemiarum gurges, *Babylon magna*, purpurata meretrix, *fornicationum mater*. Apoc. 17. 5. & 18. 2.

Turrian. *Magdeburgenſes hæreticorum morem ſequuntur; ſunt αὐτοκατάκριτοι* Tit. 3. *ipſis obijci poſſunt, quæcumque in ſui temporis hæreticis Irenæus notauit* loco citato, αὐθάδεια, κακοδοξία, πώρωσις, κακόνοια.

℞. De ſe loqui debuit Turrianus vt verum diceret.

VICTORIS PAPÆ

Epiſtola II.

a An alius Archiepiſcopatus vrbis, ab Eccleſiæ Archiepiſcopatus?

Victor Eccleſiæ Romanæ [a] & vrbis *Archiepiſcopus, vniuerſis Epiſcopis, per Africam conſtitutis, in Domino Salutem.*

SEMPER

SEMPER [b] enim *in æterno conſilio Dei manſit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, ſed ordo rerum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum temporaliter* [c] *gerendarum* diſpoſitione *verbi* diuini *ſumpſit exordium.*

Quapropter [d] oportet vos, fratres, vnanimes eſſe, & *adminiculum* viciſſim *ferre*; in recta *ergo* [e] fide, & in Sacramentis diuinis non diſcrepare, ſed concordes eſſe; quia licet [f] *pauci ſitis* malorum *comparatione*, [g] ſi tamen concordes fueritis, facile (auxiliante Domino) veſtros inſidiatores ſuperabitis. Si vero diſcordes (quod abſit) fueritis, non ſuperabitis ſed ſuperabimini.

Perlatum [h] eſt *enim* ad ſedem Apoſtolicam, aliquos veſtrum *nocere fratres* velle, & vt cadant *decertare*. Similiter in Sacramentis diſcrepare, & ob id [i] *contentiones & æmulationes inter vos* fieri; à quibus diſſenſionibus vos auertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre viciſſim mandamus. Nam ſi hoc agere cito neglexeritis, & viciſſim reconciliari non ſtudueritis, ab Apoſtolicæ ſedis & totius Eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis.

Nec attenditis, chariſſimi, qualiter Dominus per Eſaiam Prophetam talibus comminatus eſt, dicens, Dominus enim locutus eſt verbum hoc, [l] *luxit & defluxit terra, & infirmata eſt; defluxit orbis, infirmata eſt altitudo populi terræ. Et terra* interfecta [m] *eſt ab habitatoribus ſuis, quia tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideoque inſanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata eſt vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Ceſſauit gaudium tympanorum, quieuit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita eſt ciuitas vanitatis, clauſa eſt omnis domus nullo introeunte. Clamor erit ſuper vino in plateis, deſerta eſt omnis lætitia, tranſlatum eſt gaudium terræ: relicta eſt in vrbe ſolitudo, & c[illegible]as opprimet portas. quia hæc erunt in medio terræ [illegible] populorum, quomodo ſi pauci oliuæ quæ remanſerunt excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia, hi leuabunt vocem*

b verba Leonis epiſt. 4. c. 2. *ſemper quidem* &c.
c gerēdarum in incarnatione verbi ſumpſit &c.
d non cohærent præced.
e redundat.
f vide Aug. in Creſcon. lib. 3. cap. 66.
g Hoc argumento vtitur Pſeudo-Alexander epiſt. 2. Pſeudo-Marcellin. epiſt. 2. & Pſeudo-Felix II. epiſt. 1.
h fumos vendit impoſtor.
i 1. Cor. 12.
k quaſi vero is à totius Eccleſiæ cōmunione excludat, cui ſemel Romanæ Eccleſiæ cōmunio eſt denegata.
l Eſai. 24. 4. &c. ver. vulg.
m infecta.

ſuam, atque laudabunt cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, in inſulis maris nomen Domini Dei Iſrael.

n not. phraſ. Matth. 6.

Et Dominus in oratione, [n] *quam* diſcipulos ſuos docuit orare, ait, *Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum.* In [o] bonis & iuſtis hominibus ſanctificatur nomen Domini, & in malis blaſphematur.

o in nobis ſanctificari Dei nomen ſentit Hieron epiſt. 135. in Matth. c. 6. & Dial. 3. adde ſ. Pelag. c. 5.

Et ipſa per ſe Veritas ait, [p] *Si offers munus tuum ad altare, &* [q] *recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & poſteà offeres munus tuum.*

p ſeqq. non cohær. Matth. 5.

q & ibi recordatus.

Nulli verò [r] *liceat doctrinam Euangelicam deſerere, & Sacerdotali honore gaudere.* Data Kal. Septemb. [ſ] Laterano & Ruffino viris Clariſſ. Coſſ.

r verba Leonis epiſt 44. *Nec cuiquam liceat.*

ſ A.D. 199. Victoris VI.

CENSVRA.

IMPOSTOR vulgaræ Bibliotum verſionis, & Leonis magni ſententias cœno ſuo inficit, ſimulque Pſeudo-Iſidori fumos venales exponit.

Sequentes cum præcedentibus epiſtolas conferat Lector.

VICTOR [a] *EPISC.*

Deſiderio [b] *Viennenſi Epiſcopo, Salutem.*

a ex Floriacenſ. Bibliot. monument. s edidit Ioan à Boſco Cœleſtinus Lugd. p. 24. inſeruit Annal. Baro. ad A.D. 198. §. 17.

b nec ad Deſiderium data videtur epiſtola, nec Deſiderius eius nominis primus Viennenſis Epiſcopus eam accepiſſe, cum Baronio dicendus eſt. Siquidem Ado t[e]ſtatur Dionyſium Viennenſem Epiſcopum ſub Commodo [illegible] quem [illegible] Victoris prædeceſſor Eleutherius obijſſet ſediſſe. Deſiderij autem qui Vienn. Eccle[illegible] hoc tempore rexerit, nil in tabul. Eccl. & Martyrol. & Adonem mori[illegible]. De[illegible] Viennenſis contemporaneus Gregorij magni Brunechildis iuſſ[illegible] lapidibus obrutus eſt A.D. 6[illegible]. reſte Baronio. vide Adon. ad A. 583 Martyrol. ad 23. Maij. Sigibert. &c.

SICVT ſancta fraternitas tua à preſbyteris, qui Apoſtolos in carne viderunt, erudita eſt, qui & Eccleſiam vſque ad tua tempora rexerunt, non decimaquarta Luna cum Iudæis, ſed decima quinta vſque ad vigeſimamprimam, Paſcha Catholica Eccleſia celebrauit. Non enim iam vmbram, ſed veritatem quæ vmbra legis celabatur, quærit. Hanc doctrinam Romæ Petrus & Paulus inſtitue-

runt,

runt, vt[c] *in azymis ſinceritatis & veritatis* Paſcha agere- c 1.Cor.5.
tur. Qui enim cum Iudæis Paſcha agere volunt, quid
niſi vmbram diligunt, vt agni carnes non in veritate,
ſed in vmbra figurante manducent? Nec audiunt Ioan- d Ioan.1.
nem Baptiſtam clamantem: [d] *Ecce agnus Dei, ecce qui au-
fert peccata mundi.*

Scis, frater beatiſſime, opus totius pietatis ſexta fe-
ria & decimaquinta luna perfectum, quando in cruce
clamauit is per quem factus eſt mundus, [e] *Conſummatum* e Ioan.19.
eſt; & vincente luce, vmbræ mortis ſuperatæ aufuge-
runt: & in ſpem noſtræ ſalutis Centurio confeſſus eſt, f Matth.27.
Filius [f] *Dei erat iſte.* Nuſquam Petrus cum Iudæis, poſt-
quam illis dixit, [g] *Pœnitentiam agite*, quia [h] *ſanguinem iuſti* g Act.2.& 3.
fudiſtis, nos Paſcha celebrare docuit. Nuſquam Paulus, h Matth.27.24.
qui *vt* [i] *Deum lucrifaceret* obſeruationes illas legis *arbitra-* i Phil.3.
tus eſt vt ſtercora.

Collega Beatiſſime, Chriſti Eccleſiam non in vmbra,
ſed in veritate *ſupra* ſolidam *Petram* fundatam doccea-
mus, vt audiamus cum Apoſtolo Petro, [k] *Beatus es, Si-* k Matth.16.
mon filius Ioannis; *quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed
pater meus qui in cœlis eſt.* Per tuam ergo fraternitatem
preſbyteris [l] Galliarum literæ mittantur, vt obſeruent l alias preſbyteri Galliarum inciten-
Paſcha, non cum Iudæis negatoribus Chriſti, ſed cum tur.
ſequacibus Apoſtolorum prædicantibus veritatem
Chriſti. Salutat te collegium fratrum. Saluta fratres
qui tecum verſantur in Domino. Eubolus, qui epiſto-
lam fert Viennam, de collegio noſtro, tecum viuere
& mori paratus eſt; quem ſuſcipe in Domino Ieſu Chri-
ſto. Vale.

---

[a] *VICTOR EPISCOPVS.*

a Ex Cod. Floriac.p.26.

Fratri Paracodæ Epiſcopo, Salutem.

COLLEGA noſter Dionyſius dormiens, te no-
bis *ſocium* in Eccleſia Chriſti reliquit. Vides,
frater, Orientalem Eccleſiam propter cele-
brationem Paſchæ ab Occidentali diſiun-

ctam eſſe. Placuit ergo nobis Apoſtolorum ſectatoribus, veſtræ vnanimitati ſcribere, vt (cum ſecundum quod ſcriptum eſt, [b] *Vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia*; non tenebras ſequamur, ſed lucem) *vt* [c] aduertamus Prophetam, *Populus* [d] *qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Propterea, frater collega in Domino, doce per Eccleſias commiſſas à decimaquinta luna Paſcha agendum, vt dicat nobis Apoſtolus; [e] *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*; & [f] *fuiſtis tenebræ, nunc autem Lux in Domino.* Vnanimitas fraterna te in Domino ſalutat, fratres qui apud te Viennæ verſantur de nobis ſalutans. Vale.

b 2. Cor. 5.
c Eſai. 9.
d videtur redundare *vt*.
e 1. Cor. 5.
f Eph. 5.

ZEPHYRINI* PAPÆ

Epiſt. I.

* Zephyrinũ ſcribunt Optat. lib 1. & 2. & Auguſt. epiſt. 165. Zephyrinũ Hieronymus &c.

Romanæ vrbis Archiepiſcopus *Zephyrinus, omnibus per Siciliam conſtitutis Epiſcopis in Domino ſalutem.*

DIVINAE [a] *circa nos gratiæ memores eſſe debemus,* [b] quæ *nos per dignationis ſuæ miſericordiam, ob hoc ad faſtigium ſacerdotale prouexit, vt mandatis ipſius inhærentes, & in quadam ſacerdotum eius* ſpeculatione [c] *conſtituti, prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus.*

Sicut [d] *ſtellas cæli non extinguit nox: ſic mentes fidelium, firmamento* [e] inhærentes *ſanctæ Scripturæ, non obſcurat mundana iniquitas*

Idcirco meditari vos oportet & Scripturas, & præcepta diuina quæ in Scripturis continentur, diligenter attendere; ne tranſgreſſores legis Dei, ſed impletores appareatis.

Patriarchæ vero vel *Primates*, accuſatum diſcutientes Epiſcopum, [f] *non ante ſententiam* proferant finitiuam,

a verba Hilari Papæ epiſtol. 3.
b qui.
c ſpecula.
d Proſperi Sent. 120. ex Auguſt. in pſ. 93. ad finem.
e adhærentes.
f hæc præcedentibus non cohærent: ſunt autem Aniani in conſti. 1. tit. 40. li. 9. Cod. Theodoſ. *Iudex criminoſũ diſcutiens non ante ſententiam proferat capitalẽ. quã aut reum confitentem, aut conuictum vel per innocentes teſtes, vel per conſcios criminis ſui, aut homicidium, aut adulterium, aut maleficium commiſiſſe manifeſtius conuincatur.*

quam Apoſtolica fulti auctoritate, *aut reum* ſeipſum *confiteatur*, *aut per innocentes* & regulariter examinatos *conuincatur teſtes*.

Qui [g] minori non ſint numero quam illi diſcipuli fuerunt quos Dominus ad adiumentum Apoſtolorum eligi præcepit, id eſt ſeptuaginta duo.

Detractores [h] quoque, qui diuina auctoritate eradicandi ſunt, & *auctores* inimicorum, ab Epiſcopali ſubmouemus accuſatione vel teſtimonio: nec [i] ſummorum quiſpiam minorum accuſationibus impetatur aut diſpereat. Neque [k] *in re dubia certa* iudicetur *ſententia*: [l] *nec* vllum *iudicium* niſi *ordinabiliter habitum* teneatur.

Abſens [m] vero nemo iudicetur, quia & diuinę & humanæ hoc prohibent leges. Accuſatores autem [n] *eorum omni careant ſuſpicione*; quia [o] *columnas ſuas Dominus firmiter ſtare voluit, non à quibuſlibet agitari.*

Nullum namque eorum [p] *ſententia à non ſuo iudice dicta conſtringat*: quia & leges ſeculi id ipſum fieri præcipiunt.

Duodecim [q] enim iudices quilibet Epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit, eligat, à quibus eius cauſa iuſte iudicetur; nec prius audiatur, [r] aut excommunicetur, vel iudicetur quam ipſi per ſe eligantur, & regulariter vocato ad ſuorum primo conuentum epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur.

Finis vero eius cauſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur, vt ibidem terminetur. Nec ante finiatur, ſicut [ſ] ab Apoſtolis vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt, [t] quam eius auctoritate fulciantur.

g 72. teſtes prod. ctos in Marcellinum Papam aſſe- runt acta Cõcilij Sinueſſani: totidem ſequ ſi.os, vt p æſul reus peracts damnetur a- ſtruit ex Cõc.l. Rom. ſub Syl. eſtro c. 3. Adrian. I. col lect. Ingeltamo da ę cap. 68. Septuaginta diſcipulos à Domino non electos, ſed eligi præceptos, negamus, vide cenſuram.

h ead. repetunt pſeudo-Felix. I. epiſt. 1. & pſeudo-Iulius epiſt. 2. c. 28.

i vide pſeudo Clem. epiſt. 1. & Adrian. I. collect. c. 11. & 68.

k verba Gregor. epiſt 30. lib 8 *graue eſt ſatis & indecens, vt in re dubia certa dicatur ſententia.*

l phraſ. Gregor. epiſt. 52. lib. 11.

m ſtatutum Concil. 4. Carthag. cap. 30. Chalced. act. 10. C. Iuſtin. li. 7. tit. 43. conſt. 4. 5. 7. 10.

n verba Adriani I. collect. cap. 15.

o Dei columnas Epiſcopos vocant Pſeudo Iulius epiſt. 2. cap 33. Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4. &c.

p verba Codic. lib. 4. tit. 16. conſtitut. vnica. *nec quemquam litigatorum ſententia*, &c. vide Gregor. epiſt. 56. lib. 11.

q id ſtatuit Pſeudo-Anaclet. epiſt. 1. &c. ex Concil. 2. Carthag. cap. 10.

r ſtatutum Concil. 3. Carth. cap. 7.

ſ Nil tale ſtatutum ab Apoſtolis. Fingit vero Impoſtor, vt tyrannidem papiſticam hoc tubicine fulciat. vide ſup. Pſeudo-Eleuth. epiſtol. 1. Pſeudo-Victorem epiſt. 1.

t ſic de Aurelio Conc. 3. Carth. c. 41. *neceſſe habes tu omnes Eccleſias ſuffulcire* &c.

Ad eam [u] quoque ab omnibus, maxime tamen ab oppreſſis appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releuentur; quia * *non poteſt* nec debet *mater obliuiſci filium ſuum.*

Iudicia [x] enim *Epiſcoporum maioreſque Eccleſiæ cauſæ*, à ſede Apoſtolica, & non ab alia, ſicut [y] Apoſtoli & ſancti ſucceſſores eorum ſtatuerunt, cum aliis Epiſcopis ſunt terminandæ; quia licet in alios transferantur Epiſcopos, B. tamen Apoſtolo Petro dictum eſt, [z] *Quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis*: & reliqua priuilegia quæ ſoli huic S. ſedi conceſſa ſunt, & in conſtitutis [a] Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum, aliiſque quamplurimis [b] *cum eis concinentibus* habentur incerta.

Septuaginta [c] *enim* Apoſtoli ſententias præfixerunt cum aliis quamplurimis Epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.

De occultis [d] enim *alieni cordis temerè iudicare peccatum eſt: & eum cuius non videntur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehendere: cùm eorum quæ hominibus ſunt incognita, ſolus Deus iudex ſit. ipſe* [e] vero *nouit abſcondita cordis*, & non alius.

Iniuſta enim iudicia ab omnibus cauenda ſunt, maximè tamen à ſeruis Dei [f] *Seruum autem* Dei *non oportet litigare*, nec quenquam damnare.

Epiſcopi namque [g] *à plebibus* & clero, *& Domini à ſeruis ferendi ſunt, vt ſub exercitatione tolerantiæ ſuſtineantur temporalia, ſperentur æterna. Auget enim merita virtutis, quod propoſitum non violat religionis.*

Satagendum eſt vobis ne aliquis fratrum veſtrorum grauiter laceretur vel pereat. Succurrere [h] ergo vos oportet oppreſſis, & liberare eos de manu perſequentium; vt cum B. Iob dicatis, [i] *Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum: iuſtitia indutus ſum, &*

u ſic Pſeudo-Calixt. epiſt. 1. Pſeudo Fabian. epiſt. 1. Pſeudo-Iul. epiſt. 1. Pſeudo-Felix II. epiſtol. 1.

* Eſai. 49 15.

x hæc Rom. Eccl. reſeruata ſcribit Vigil. epiſt. 2.

y leg. ex Vaticano exemplari, Sicut Apoſtoli & ſucceſſores eorum cum aliis Epiſcopis ſtatuerunt. *Hæc Turrian lib. 1. pro epiſt. c.* 16. Ego vero Apoſtolos quicquam in gratiá Rom. ſedis ſtatuiſſe pernego.

z Quæ Petro collata fuit poteſtas, eadem ad omnes Apoſtolos æquo iure pertinuit; quam ad Romanos Antiſtites Apoſtolicæ fidei deſertores trahere fas non eſt.

a q̃ ę memorąs conſtituta Apoſtolorum, tua ſunt deliria.

b nou. phraſ. c hanc fabulam mox explodemus. d Proſperi ſentent. 21. ex Auguſt. in Pſalm 118 e Pſalm. 48. f 2 Timoth 2

g Proſperi ſent. 34 ex Auguſt. in pſalm. 124 *Ita à plebibus principes, & Domini &c.*

h hæc ad verbum repetit Pſeudo-Athanaſ. epiſtol. ad Felicem II.

i Iob. 29.

veſtiui

veſtiui me[k] *veſtimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo; pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam diligentiſſime inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam:* & reliqua.

Vos[l] ergo qui in ſpecula à Domino eſtis poſiti, comprimere & repellere eos ſummopere debetis, qui fratribus inſidias præparant, aut [m]*in eos* ſeditiones & *ſcandala excitant.* Facile[n] *eſt* enim *verbo fallere hominem, non* tamen *Deum.*

Ideo[o] hos repellere, & ab his vos cauere oportet; *quatenus extincta funditus huiuſmodi caligine, lucifer* eis *reſplendeat,* & lætitia oriatur, ſanctiſſimi fratres.

Data 12. Kal. Octob. [p] Saturnino & Gallicano viris Clariſſ. Coſſ.

k ſicut veſtimento.

l iiſdem verbis vtuntur pſeudo Alex. epiſt. 2. pſeudo-Anter. epiſt. 1. pſeudo-Athanaſ. in epiſt. ad Felicem II.

m Prou. 6.

n Sixti Pythagorici ſententi. 176. Ruffino interp. *poſſibile eſt homines,* &c. *ſed non Deum.* Vide pſeudo Alexand. epiſt. 3. pſeudo-Cornel. epiſt. 2. pſeudo-Luc. epiſt. 1. pſeudo-Melchiad. epiſt. 2.

o verba libelli Stephani Dorenſis obl. Concil Lateran. ſub Martino I. conſult. 2.

p vnus Gallicanus in faſtis à Chriſti natali ad A. D. 152. A. 221. fatis conceſſit Zephyrinus M. Aurelio Antonino Auguſt. 2. & Licinio Sacerdote Coſſ. Saturnini cum Gallo conſulatus in idle in anno D. 200. Victoris 7. teſte Baronio. Succeſſit Victori Zephyrinus anno D. 203. L. Annio Fabiano, & M. Nonio M. .. iano Coſſ.

CENSVRA.

VETERATOR Concilij 3. Carthag. Leonis, Proſperi, Vigilij, Gregorij, Martini I. Adriani I. Stephani Dorenſis Epiſcopi, Codicis Theodoſiani, Aniani, & Sexti Pythagorij ſententiis ſua commenta ſuperaddidit: & fictitiam Conſulum nomenclaturam è cerebro æſtuante deprompſit.

Anton. Auguſtin. in cap. 16. collectionis Adriani I. Eorum Pontificum (Zephyrini, Calliſti, Fabiani, Sixti II. Iulij, Xyſti III. &c.) verba neſcio quomodo in conſtit. Grat. & aliorum Imperatorum leguntur lib. 7. tit. 48 c. vlt. Cod. Iuſtin. quo Zephyrinus eſt multis ſeculis antiquior; (fuit enim Seueri Imp. tempore) *legibus ſeculi* ait fuiſſe conſtitutum. Eandem refert totam aperte Greg. lib. 11. epiſt. 52. regiſtri. Aniani verbis videntur noſtri delectari, aut Anianus noſtrorum Pontificum verbis, &c.

Et in cap. 53. *Iudex criminoſum diſcutiens,* &c. Sunt etiam hæc Aniani verba lib. 9. tit. 30. cap. 1. Cod. Theodoſ. ſiue tit. 40. in integro libro. Mirum autem & verba Aniani & conſtitutionis Conſtantini Imp. vſurpari ab antiquioribus Pontificibus, &c.

Refutatio diſputationis Turriani pro hac epiſtola.

* Turrian. *Sophronius Hieroſolymitanus in homilia de agone Petri & Pauli:* Petrus, *inquit* rediit Hieroſolymo tertio anno vocationis Pauli, (de quo Paulus Gal. 1.) vbi Canones & conſtitutiones fecerunt &c. *fortaſſe quæ ſcripſit Clem. conſti. lib. 8. cap. 32. & 34.*

** Turrian. pro epiſt. lib. 1. cap. 26.

℞. Debuit Ieſuita homiliam Sophronij, ſi quam legit, integram edere priuſquam eius teſtimonio vteretur. Eſto tamen Sophronius Petro & Paulo 567. annis * poſterior, varias Hieroſolymis anno D.39. conſtitutiones ab Apoſtolis factas crediderit; an ideo ſequitur ipſum ad Decreta, quæ Pſeudo-Clemens Conſtit. lib. 8. cap. 34. & 32. inſeruit, reſpexiſſe? *forſaſſ*, inquit aduerſarius: at nos coniecturas Ieſuiticas nihil moramur, vbi argumentis agendum eſt.

*Chronolog. Baronianam ſequor; extat Bibl. P. P. Tom. 4. fragment. im libelli Sophronij, in quo nihil tale quale vult Ieſuita.

Turrian. *Vſus Canonum eſt διορθοῦν conuerſationem regere, 1. Tim. 3. vt quæ fiunt in Eccleſia κατὰ τάξιν fiant* 1. Cor. 14. *Idem ſignificat τὸ ὀρθοτομεῖν*, 2. Tim. 2.15. *Hinc enim* Prou. 11. 7. *ὀρθοτομεῖν ὁδούς*.

℞. Vt hæc omnia admittamus, probandum reſtat, 1. Canonum, qui Apoſtolici dicuntur, Apoſtolos conditores fuiſſe. 2. His Canonibus Apoſtolos Eccleſiam διορθοῦν, &c. voluiſſe. 3. Hos Canonas Zephyrino cognitos fuiſſe. 4. Pſeudo-Zephyrinum 60. vel 70. Canones memorantem eoſdem Canones intellexiſſe. Hæc enim omnia ſupponit Turrianus cum probare debeat: moneo tamen vocem διορθοῦν non modò à prima Paulina ad Timotheum, ſed etiam à tota Noui teſtamenti ſcriptura abeſſe.

Turrian. *Κανόνι voce vtitur Paulus*. Phil. 3.16.

℞. De re, non de voce litigamus: probetur Canonem de quo loquitur Paulus, aliquem eſſe ex 85. vulgatis, tum manus dabimus.

Turrian. *Eſt permanere in eodem Canone (inquit Photius hunc locum interpretans) eoſdem mores ſeruare*. &c.

Non extat Photij commentarius.

℞. Non quæritur an eoſdem mores Apoſtolica Eccleſia ſeruare debuerit; ſed An Canones 85. mores veteris eccleſiæ exprimere cenſendi ſint.

Turrian. *ὅροι termini Canones dicti ſunt.*

℞. Hoc minimè negamus; negamus vero ad rem pertinere.

Turrian. *Qui Canones Apoſtolorum negant, conſequens eſt vt ſimul dicant non tradidiſſe Apoſtolos quomodo* oporteat conuerſari in Eccleſia, *ac fruſtra precepiſſe vt* omnia honeſte fiant, &c 1 Cor. 14.

℞. Conſequens eſt Turrianum nugari; non enim valet ſequela, *Apoſtoli 85. canones non tradiderunt*, ergo *non tradiderunt quomodo conuerſari oporteat in domo Dei; fruſtra præceperunt omnia fieri εὐσχημόνως*, &c. potuerunt nempe Eccleſiæ paſtores ab initio *recte conuerſari, & omnia honeſte facere*, licet 85 canonum auctores ignorauerint: poſſunt & hodie qui negant huius farraginis Apoſtolicam originem.

Turrian. *Clemens Conſtit. l. 6. cap. 12. ſcribit Apoſtolos conquiſiuiſſe quæ ad communem vtilitatem ſpectarent*, id eſt, 70. *ſententias Zephyrini*.

℞. Scripſerit pſeudo-Clemens quicquid in mentem venit; Turrianicum *id eſt*, non eſt probatio, ſed principij petitio.

Turrian. *Primatum Romani pontificis ſtabilit Can. 34. hoc modo: Si quilibet debent ſuum Metropolitanum agnoſcere*, Ergo *ipſi etiam primi, id eſt, Metropolitani; ſucceſſores item Apoſtolorum debent, quoque agnoſcere ſuum primum*, id eſt, *Papam*.

Reſp. Cum

℟. Cum Eccleſiaſticum, non Diuinum aut Apoſtolicum ius Metropolitas à cæteris epiſcopis diſtinxerit, alio tibicine fulcienda eſt tota Ieſuiticæ argumentationis moles; *Apoſtoli* (Cypriano teſte) *pari conſortio poteſtatis præditi* fuerunt; Ergo primum nullum, cuius Iuriſdictioni ſubiacerent, agnouerunt. Eadem fuit virorum apoſtolicorum ratio, inter quos aliquem Metropoliticum ius exercuiſſe docendum fuit, non ſine probatione dicendum. Canon 34. Apoſtolorum dictus Turrianico commento non ſuffragatur; licet enim (poſtquam presbyteros ab Epiſcopis diſcriminauit, & inter Epiſcopos gradus quoſdam obſeruandos ſtatuit Vetus Eccleſia) Epiſcopi ſinguli ſuum Metropolitanum agnoſcere neceſſe habuerint, non tamen ſequitur Metropolitis omnibus vnum caput præfectum fuiſſe: vt Epiſcopi cuiuſcunque prouinciæ ſub Metropoleos præſide conſtituti ſunt, ſic Metropolitani in vnaquaque Diœceſi Exarchum ſuum agnouerunt; hic vero figendus gradus fuit. Quamuis enim inter Exarchos ordinem quendam (ad politici regiminis inſtar) obſeruandum cenſuerit antiquitas, vt Romano præſuli primus, Alexandrino ſecundus, Antiocheno tertius locus aſſignaretur; nullum tamen omnibus collectiue ſumptis Diœceſibus præfecit Monarcham, qui Epiſcopatum vniuerſalem adminiſtraret. Potuerunt igitur Exarchi Diœceſeon ſingularum *primum ſuum*, id eſt, Epiſcopum vrbis, agnoſcere; ordinis ſcil. non iuriſdictionis ratione, cum non ei aliter ſubiecti fuerint, quam binarius monadi.

Turrian. *Docet id Anacletus epiſt. 3.*

℟. Pſeudo-Anacleti teſtimonium quanti faciendum ſit ſupra docuimus.

Turrian. *Idem probat Dionyſius in epiſtola ad Demophilum, vbi Epiſcopos à ſucceſſoribus Apoſtolorum diſtinguit.*

℟. Pſeudo-Dionyſius, licet doctrina polleat, impoſtor tamen eſt, nec quæ ſeculo Apoſtolico conueniant tradit: cum veteris Eccleſiæ, non ſub perſecutione gementis ſed ſub Chriſtianorum principum regimine florentis, diſciplinam deſcribat.

Turrian. *Apoſtoli non iuſſerunt Patriarchas Papam agnoſcere, quia hoc iuſſerat Dominus ipſe Matth. 16.*

Reſp. Dominum Matthæi 16. Papam vrbis creaſſe, aut Patriarchis præferendum ſtatuiſſe negamus.

Turrian. *Non eſt item iuſſum vt Metropolitæ ſuum agnoſcerent Patriarcham, quia non quiſquis ſubijcitur maiori. id eſt Patriarchæ, ſubijcitur minori id eſt Metropolitano; ſed qui minori, multo magis maiori ſubijcitur, id eſt, Patriarchæ & Papæ cui dictum Luc 22.* oraui pro te, &c.

Reſp. Moneo, 1. Quod Lucas ſcribit cap. 22 Petri ſolius non Papæ vrbici perſonam reſpexiſſe. 2. Quo tempore ſcripti ſunt Canones Apoſtolorum titulo prænotati, ſolos Iudæorum Archiſynagogos Patriarchas dictos fuiſſe. 3. Epiſcoporum ſub Metropolitis, Metropolitarum ſub Patriarchis ſubiectionem, Iuris humani eſſe agnoſcimus.

Turrian. *Colligit ex eodem Can. 34. Zephyrinus cauſas Epiſcoporum à Papa terminandas, hoc modo: Si primum conuenit ſucceſſori B. Petri poteſtas ligandi, & ſoluendi, & per eum tranſlata eſt ad alios Epiſcopos ſiue Maiores ſiue minores, vt ipſi alios ſibi ſubiectos abſoluere aut ligare poſſint; conſequens eſt vt ipſos Epiſcopos, ſiue maiores ſiue minores, nemo poſſit abſoluere aut ligare præter primum, in quo tota eſt & prima poteſtas ligandi & ſoluendi. Eadem eſt ratio de maioribus Eccleſiæ cauſis quæ de Iudicijs maioribus, id eſt, Epiſcoporum, &c.*

Reſp. Negamus, 1. Petro primum conueniſſe poteſtatem ligandi, &c. 2. Per eum tranſlatam ad alios. 3. Eum peculiarem ſucceſſorem habuiſſe; cum paſtores omnes ab Apoſtolis inſtituti, & Petri & Collegarum ſucceſſores dici poſſint ex æquo. Conſequens igitur non eſt vllum eſſe de iure diuino primum Epiſcopum, in quo tota ſit prima poteſtas ligandi, ſoluendi, &c.

Turrian. lib. 1. pro epiſt. cap. 17.

Turrian. *Si ad labores qui illis temporibus ab Epiſcopis ſuſcipiendi erant, & ad ea pericula quæ ſubeunda, & ad eas perſecutiones quæ aſſidue ſuſtinendæ, accuſandi Epiſcopos quibuſuis licentia permiſſa fuiſſet; quotus quiſque fieri tunc Epiſcopus voluiſſet?*

Reſp. Voluiſſet quiſquis euangelizandi neceſſitatem ſibi à Domino impoſitam, Dominum ſeruorum ſuorum perfugium, ſcutum, mercedemque ampliſſimam eſſe agnouiſſet.

Turrian. *Hinc tanta ac tam crebra Pontificum ſollicitudo & cautio, ne Epiſcopi temere accuſarentur.*

Reſp. Veterum Epiſcoporum ſi ea fuiſſet ſollicitudo & cautio, fruſtranea fuiſſet. Optandum certè fuit piis in arena ſudantibus, ne quis eos temere adoriretur: at nullo tunc freno cohiberi potuit inſana turbonum libido, Ethnicis magiſtratibus (ad quorum tribunal trahi ſolebant accuſati) rerum potentibus. Tantiſper dum ponerent venti, deſæuiret procella, noua pacis lux affulgeret, animam in patientia poſſedit, Deo innocentiam ſuam commendauit priſca illa Eccleſia; de condendis legibus quibus furentium aduerſariorum petulantia coerceretur, ne cogitauit quidem; has enim fieri paſſa nunquam fuiſſet temporum iniquitas.

Turrian. *Monet Zephyrinus in proœmio epiſtolæ quales eſſe debeant Epiſcopi, ne vllius iniqui calumnias metuant,* Phil. 2. 15.

Reſp. Monet propriè loquendo ἵνα μὴ δῶσιν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ: idque ex Auguſtini verbis, vt ſupra monuimus.

Turrian. *Poſtquam ad hunc modum Epiſcopos aduerſus iniquitatem accuſatorum admonuit & inſtruxit, continuo ſe ad præcipiendum iudicibus Epiſcoporum opportune conuertit, inquiens, Patriarcha, &c. Quid aptius quàm à iudicatis perſonis ad iudices ſermonem transferri?*

Reſp. De accuſatorum iniquitate ne verbum quidem fudit epiſtolæ artifex. poſtquam generali monito in Proſperi, vel potius Auguſtini verbis fundato vſus eſt, ad Aniani Iuriſconſulti ſententiam temere ſe conuertit, quam variis corruptelis inquinauit: quid nequius? nihil autem tam ineptum fingi poſſe quod ſomniator aliquis

aliquis aptiſſimum eſſe, ſi non aliis, ſibi certe non perſuadeat, docet abunde Turrianus: poterant quo tempore vixit Zephyrinus accuſati primates: ad eoſdem pertinebant monita ex Auguſtino deprompta: Maius Eccleſia ſcandalum paſſa f iſſet ex Primatis quam ex Epiſcopi cuiuſuis probro. Cur ergo ad Epiſcoporum accuſatorum iudices ſermonem ſuum transfert, de Primatum, imò Papæ ipſius periculo ſecurus Impoſtor? Eſt etiam aduertendum Gothos primos Patriarchas cum primatibus confudiſſe, quos * nondum ad fidem conuerſos fuiſſe Conſtantini æuo conſtat. Vide Baron. ad A.D. 533. § 37. & 570. § 10. * Vid. Epiph. hær. 70. Baron ad A.D. 341.

Turrian. *Non cohærere notarunt Magdeburgenſes quod in eadem epiſtola Zephyrinus ait.* de occultis, *&c. Hic quoque ignorantiam ſuam prodiderunt: debuerant enim animaduertere continere hanc epiſtolam, (vt cæterorum illius ſeculi pontificum) varia decreta, vnde decretales epiſtolæ dictæ ſunt: Imo S. Iſidorus has epiſtolas decreta vocat.*

℞. Ego vero cenſeo Turrianum hoc loco imprudentiam ſuam turpiter prodere, cum debuerit animaduertere verba, *de occultis*, Auguſtini eſſe non Zephyrini; ipſamque Mercatoris pſeudonymi farraginem verum Iſidorum penitus latuiſſe.

Turrian *Hæc ſunt huius epiſtolæ decreta quæ ſunt ordine ſuo (aliud ex alio nectendo) poſita: quæ omnia locum habent cum de re non dubia iudicium fit, ſicut principio dixerat. Deinde ſubiungit,* de occultis enim, &c. *an parum hoc cohæret?*

℞. Nugas agit Ieſuita quicquid in buccam venit deſpuens. *Aliud ex alio nectendo poſita eſſe decreta* pſeudo-Zephyrini verum eſt: at malam eorum connexionem eſſe nemo negauerit, qui ex eo quod *Apoſtoli 70 ſententias præfixiſſe* dicuntur, *de occultis iudicare peccatū eſſ* colligi perſpexerit. Impoſtor Anaxagoræ μίγματι delectatur, *ex quolibet quidlibet* exſculpi poſſe cenſuit: finxit vero Turrianus eum *principio dixiſſe decreta* priora *locum habere cum de re non dubia iudicium fit.*

Turrian. *Melius & cautius iſti ſibi conſuluerunt hoc loco, qui nullum teſtimonium ſcripturæ notarunt deprauate (vt ipſi dicunt) citatum.*

℞. Quot ſcripturæ teſtimonia protulit Pſeudo-Zephyrinus? quæ tamen protulit ipſi inutilia eſſe nemo non videt.

Turrian. *Petro dictum eſt primum à Domino,* Quæcunque ligaueris, &c.

℞. Agnoſco: moneo tamen ex Auguſtini ſententia Petrum Eccleſiæ figuram geſſiſſe, cum audiuit à Domino. *Quæcunque ligaueris, &c.* Auguſt. in Ioan. tract. 50. 118. & 124.

Turrian. *Ergo poteſtas ligandi ei primum conuenit, cui primo data eſt.*

℞. At non Petro primum datam ſed promiſſam ligandi poteſtatem ex Matth. 16. colligunt aduerſarij, inter quos id ex profeſſo docet Bellarm. de Rom. Pont. lib. 1, cap. 12. Non ergo ſequitur ex præmiſſis Ieſuitica concluſio.

Turrian. *Cum repugnet pluribus primum conuenire, conſequens neceſſario*

eſt vt per primum Epiſcopum ad alios Epiſcopos transferatur, vt rurſus per Epiſcopos ad alios inferiores: Quod ſi alijs Epiſcopis non conuenit poteſtas ligandi ſubiectos aut ſoluendi niſi per primum, vt omnia ad vnum redeant, Ergo ipſi Epiſcopi a nullo poſſunt ligari aut ſolui niſi à primo, aut ab alio auctoritate primi, &c.

℞. Cum preſbyteros Epiſcopis, Epiſcopos Metropolitis, Metropolitas Primatibus ſubiiciat, non ius diuinum ſed eccleſiaſtica conſuetudo, nulli primum conuenire poteſtatem ligandi ſoluendique palam eſt. nullus ergo primus Epiſcopus à Chriſto inſtitutus; vnus (proprie loquendo) primus Epiſcopus Chriſtus ipſe, cuius ſolius auctoritate ligantur quæcumque ligantur in Eccleſia, is enim ἀρχι[illegible] καὶ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν, de cuius dignitate nihil decerpere poteſt Romanus Cataſcopus.

Turrian. *Regi Galliæ data eſt primum à Domino ſecundum legem ſeculi poteſtas iudicandi de cauſis ſecularibus, & condemnandi & abſoluendi in ſuo regno: Ergo regis Senatus, quem parlamentum vocant, de cauſis ſummorum Magiſtratuum & principum eius regni qui ſub poteſtate regis ſunt iudicare debet. Etenim ſi non debet, conſequens eſt vt non data fuerit primum poteſtas regi Galliæ regendi regnum ſuum, & per eum ad alios Magiſtratus & principes translata poteſtas in ſuos; cuius contrarium poſitum erat. Si igitur hæc ratiocinatio valet in rege ſeculi, cur non valeat in vno rege ſpirituali vnius regni ſpiritualis, quod eſt Eccleſia Catholica?*

℞. Conſequentia infirma eſt & elumbis argumentatio: dicendum fuit, Regi Galliæ data primum poteſtas, Ergo Rex de cauſis, &c. vel per ſe vel per parlamentum, id eſt per miniſtros, in quos poteſtatem ſummam iudiciariam quodammodo tranſtulit, iudicare debet. Valet hęc ratiocinatio in Chriſto; is enim ſpiritualis eccleſiæ Rex eſt, non Papa Chriſto [illegible] &c.

De 70. diſcipulorum electione.

Turrian. *Pa[illegible] erat vt veriſimile Magdeburgenſibus videretur, auctorem epiſtolæ tam g[illegible] & tanta decreto[illegible] ſa[illegible] plena ignoraſſe quod in cap. Lucæ 10. [illegible] erat, quod ne pueri quidem ignorare ſolent?*

℞. Barbaricum ſtuporem, puerilem ignorantiam, ſcurrilem impudentiam in Decretalium non dicam collectore ſed ſuppoſitore nota[illegible]. Si quid ſanum, aut grauitate ſapientiaque plenum habet aliunde habet. Non eſt ergo quod in Magdeburgenſium cenſura Turriano ſtomachum moueat.

Act. 1. Lucas vſus eſt voce ſiſtendi non eligendi.

Turrian. *[illegible] h[illegible] monymum eſt; aliquando enim ſignificat ſegregare & ſeligere è multis. non tantum poteſtas in vt Act. 1. & 6. Elegit ergo multitudo, & Apoſtoli, tanquam emiſſi à Deo, poteſtate ſpirituali eam Diaconorum [illegible] electu.*

℞. N[illegible].

Turrian. *[illegible] 59. colligitur Apoſtolos monitos de neceſſitate mittendi operarios in Meſſem Domini, & petendi à Domino vt mitteret, ſegregaſſe* 70. [illegible]

70. *diſcipulos mittendos: quod rurſus infert ex verbo ἀνέδειξαν, quo vſus Lucas Act.*1.

R. In Matth.9. fruſtra cauſę patrocinium quærit Turrianus: credibile eſt *diſcipulos de neceſſitate mittendi operarios monitos*. Dominum vt mitteret deprecatos fuiſſe: at ſegregaſſe mittendos, nemini præterquam Mercatori ſubdolo eiuſque Mangoni Turriano in mentem venit; nec vllis ſi[ngu]liculis è textu exprimi poteſt. In verbo ἀνέδειξαν, quo vtitur Lucas, nihil eſſe quod Impoſtoris delirio faueat, planum eſt. ἀναδείκνυναι (ſi Barradio credamus) ſignificat *oſtendendo eligere* & *deſignando*; addimus æquipollere τῷ *eligere, creare, conſtituere, ſiue aliqua ſiue nulla electio præceſſerit. Hoc ſenſu Plutarchus in Cæſare*, * *voce* ἀναδείκνυμι *vtitur*, ὕπατον, inquit, ἀναδείξας ἑαυτὸν καὶ Ἰσαυρικὸν Καῖσαρ. Eadem Nazianzeni mens *orat.* 1. *in Iulianum*, pronuntiantis Apoſtatam inſidiatum τῷ ἀναδείξαντι, id eſt Conſtantio qui ipſum Cæſarem creauerat. Conſentiunt Nyſſen. *de vita Moſis*, cui 70. diſcipuli ἐπιχειροτονηθέντες; *auctor Comment. in Lucam* ſub nomine *Titi Boſtrenſis* cui ἀναδεικνύμενοι ὑπὸ τοῦ δεσπότου; *Iren.* lib. 2. cap. 27. *auctor recogni*. lib. 1. *auctor mirabilium ſcripturæ* apud Auguſtinum lib. 1. cap. 9. quibus *electi*, imò *ab ipſo Domino*. Tertull. lib. 4. aduerſus Marcionem cap. 24. cui iidem *allecti*: qua voce vtitur Hieron. de Matthia loquens in catalogo. Auguſt. *de SS. ſermone* 42. cui *adiecti Apoſtolis*; Syrus interpres cui *ſeparati*; * Ianſenius denique concord. cap. 80. cui *ordinati* dicuntur: Euſeb. hiſt. lib. 1. cap. 14. electionem Apoſtolorum, de quibus nemo dixerit ab aliis diſcipulis eos Domino oblatos ἀνάδειξιν vocat ne quis teſtimonio Lucæ Act. 1. de Matthiæ vocatione loquentis abutatur. Notandum igitur actum Eccleſiæ Matthiam coram Domino ſiſtentis, non fuiſſe electionem ad Apoſtolatum proprie loquendo, ſed deſtinationem ad electionem diuinam & oblationem eligendi à Domino, cuius ἀνάδειξις Matthiæ propriè contulit Apoſtolatus munus: nec trahenda quæ Act. 1 legimus, ad electionem 70. diſcipulorum Lucæ 10. deſcriptam, vt à communi interpretum ſententia diſcedamus, eaque quæ ſcriptura non docet, aut patres fugerunt è cerebro depromamus.

* Vide Socr. lib. 7. cap. 23. & 24.

* Lyran. in Luc. 10. *ſignanter elegit.*

Turrian. *Zephyrinus non dixit quos Dominus præcepit deſignari: ſed, quos præcepit eligi, ſcil. è numero aliorum, & ſtatui ante Dominum vt ipſe deſignaret: idipſum ſentit Anaclet. epiſt. 2 & 3.*

R. Iam diximus deſignationem Dominicam, electionem fuiſſe per deſignationem factam: nec vllum nos in Pſeud-Anacleto teſtimonij ferendi ius agnoſcere.

Turrian. *Lucas ſuppleuit cap. 10. quod in illo loco (cap. 9.) poſt illa verba Domini* meſſis multa, &c. *Matthæus prætermiſerat, deſignationem ſcil. 72. diſcipulorum.*

R. Aſſentior.

Turrian. *Quod vero poſtea addit Lucas præpoſtero ordine, (vt ſæpe Euangeliſtæ ſolent)* & dicebat illis meſſis quidem multa, &c. *recapitulatio*

eſt Euangeliſtis familiaris qua vſus eſt hic ad continuandum ea quæ dixit Dominus diſcipulis. Hoc autem Rogate,&c. *non dixiſſe Dominum poſtquam deſignaſſet 72. ſignificauit: idem Lucas a.x.1.,* & dicebat illis; *quo verbo imperfecti temporis vti ſolent Euangeliſtæ quando non eſt idem ordo rerum geſtarum & narrationis.*

℞. Imò contrarium ſignificauit Lucas; diſerte enim docuit Dominum 70. allocutum non alios: eademque occaſione, (paucitatis nimir. operariorum conſideratione) permotum Apoſtolos primum, deinde 70. diſcipulos miſiſſe: nec cogimur aſſentiri Ieſuitæ aſſeueranti Lucam vſum verbo imperfecti temporis, cum vox ἔλεγε non minus Aoriſto 2. quam præterito imperfecto conueniat. Nihil igitur incommodi ſi dicamus bis Chriſtum hanc ſententiam protuliſſe ὁ θερισμὸς πολὺς, &c. 1. cum mittendi fuerunt Apoſtoli; id refert Matth.cap.9.37. 2. cum ablegandi fuerunt 70. id teſtatur Lucas cap. 10.verſ. 2. ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτοὺς τοὺς ἀναδειχθέντας, ſcil. ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς,&c. ὑπάγετε, &c.

Notandum porro numerum deſignatorum à Chriſto diſcipulorum ad 72. extendi ab auctore vulgaræ verſionis, ſcriptore Conſtit. Apoſtol lib.2 cap. 59. Orig. Dial.de recta fide,&c. auctore recognitionum lib.1. Tatiano ἐν τῷ διὰ τεσσάρων, Ammonio in Harmonia, Epiph. hær.20. Auguſt.lib 2.qq. Euang.cap.24. lib.2. d. conſenſu Euang. cap. 23. Serm. 42. de Sanctis, auctore Mirabilium ſcripturæ lib.2.cap.9. Iſidor. Hiſpal. de viris illuſt. & lib. allegor. N. Teſtam. Gregor.moral.lib.3.cap.19. Riculph. Sueſſ. in conſtit. Beda in Luc. 10. Pſeudo-Anacleto epiſt.2.&3. Amalario lib. 4. offic. eccleſ. cap. 22. Hincmar. epiſt.3.cap.4. & epiſt. 4 cap 4. Interpretum denique turba vulgatam verſionem ſequente. At contra 70. tantum agnoſcunt Græci codices, Syriaca verſio, Iren. lib.2.cap.37.& lib.3. cap. 13. Tertull.aduerſ. Marcionem lib. 4. cap. 24. Clem. Alex. hypotypoſ. lib.6. Euſebio referente lib.2.cap.2. Euſeb.hiſt.lib.1.cap.9. Athanaſ. in Synopſi, Concil. Neocæſ. can. 14. Greg. Nyſſen. de vita Moſis, Ambroſ. in Luc. lib.7.& Serm.24. Hieron. de Script. Eccleſ. in Matthia & de 42.manſion.ad Fabiolam Cyrill. in Catena. Tit. Boſtrenſ. in Lucam, Dorotheus in Synopſi, Iſidor. in Exod. cap. 22. Nicol.I. in epiſt.ad Rudolph.Bituric.Concil.Pariſ.ſub.Ludouico Pio lib.1.cap. 27. Pſeudo-Damaſ.epiſt.5. Pſeudo-Athanaſ. ad Marcum, & Pſeudo-Ioan.III.epiſt.vnica.Gloſſa ordin.& interlin.in Exo.15.Stephan. Eduenſ.de Sacram.alt.ca.9. Chronic.Alexandrinum, Theophylact. Euthym.Valla, Caietan. Eraſmus & cæteri qui Græcam veritatem ſequuntur.

Vide Zonar. & Balsam. in c.14 Concil. Neocæſ.

De Patriarchis.

Turrian. lib. 1. pro epiſt. cap.18.

Turrian. *Quare non congruat in ſcriptis Zephyrini Patriarcharum mentio, ſi quis a Magdeburgi quærat, dicturi ſunt quia non erant tunc Patriar*chæ, *vel* Primates *quos hic dicit Zephyrinus: & hoc ſi quis rurſus ab eis quæ*-

ras vnde

rat vnde probent, reſponſuri ſunt, non fuiſſe, quia non legerunt, ita non aliter probant quam negando.

℟. Hoc argumentationis genere vſi numquam ſunt Magdeburgenſes. Poterant dicere, Patriarchas Zephyrini æuo non fuiſſe euidens argumentum eſſe, quod nemo legit vel legere potuit, cum ne vnum quidem probatæ notæ ſcriptorem allegare poſſint qui cum Turriano ſentiunt, ex cuius ſcriptis exſculpi poſſit Patriarchas in Eccleſia Chriſtiana nominatos ante Concilij Epheſini tempora: an leue Ieſuitæ videtur κενοφωνίας & καινοφωνίας indicium, totius primææ antiquitatis altum per ſecula quatuor ſilentium? Probare vero poſſumus ſententiam noſtram, non *negando* ſed teſtes omni exceptione maiores producendo ſolos Iudæos & hæreticos ad annũ D. 380 Patriarchas habuiſſe. Vbicumque enim in Codice Theodoſiano Patriarcharum vox occurrit, ad Iudæorum archiſynagogos eſt referenda; Hieronymus vero de Montaniſtarum deliriis ad Marcellum ſcribens, αὐτολεξεὶ tradit quod nos aſſerimus. *Apud nos* (inquit) *Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent; apud eos Epiſcopus tertius eſt, habent enim primos de Pepuza* Patriarchas; *ſecundos quos appellant* cenones: *atque ita in tertium, id eſt pene vltimum locum* Epiſcopi *deuoluuntur: quaſi exinde ambitioſior religio fiat, ſi quod apud nos primum eſt, apud illos nouiſſimum, ſit, &c.* Hieron. epiſtol. 54.

Turrian. *In Scriptura nomen Patriarchæ legitur.*

℟. In ſcriptura Apocrypha Tobiæ cap. 6. verſ. 20. leguntur hæc verba, *Secunda vero nocte in copulatione ſanctorum Patriarcharum admitteru:* quæ de ſuo addidit Latinus interpres; abeſt enim tota hæc ſententia à Græco codice: in verſione Latina Vet. Teſtamenti patriarchæ nomẽ ſemel tãtũ occurrit, nim. Chron. li. 1. c. 8. ℣. 28. quo loco vbi Græcus interpres legit ἄρχοντες πατριῶν, Hebraica veritas habet ראשי אבות: cuius phraſeos exempla aliquot ad ſpecimen adnotabimus. Num. cap. 7. verſ. 2. cap. 31. verſ. 26. cap. 32. verſ. 28. c. 36. verſ. 1. 1. Chron. 7. 40. * Eſdr. 3. 12. Nehem. 7. 7. 1. Paralipom. cap. 9. verſ. 9. vbi Sacer textus habet, ראשי אבות לבית אבתיהם Græcus interpres vertit ἄρχοντες πατριῶν πατριάρχαι. Nouum Teſtamentum quater tantum Patriarcharum mentionem facit: Act. cap. 2. verſ. 29. Act. 7 verſ. 3. & 9. & Hebr. 7. verſ. 4. nullibi vero vllus ex Apoſtolorum, vel Epiſcoporum vel miniſtrorum Eccleſiæ Chriſtianæ inſeruientium choro Patriarcha dicitur.

* vide 1. Chron. 8. verſ. 6. 10. 13. 28.

Turrianus. *In Canone 34. eſt, Apoſtolorum Metropolitani vocantur πρῶτοι.* eſt 35. edit. Dionyſ. exigui.

℟. Diximus ſæpius canones, qui Apoſtolorum nomen præferunt, apocryphos eſſe. Demus tamen eorum auctoritatem ἀξιόπιστον eſſe: quid inde lucri ſentiet deplorata Turriani cauſa? An iidem ſunt cum Metropolitis Patriarchæ, an vero ſumma Metropolitarum capita? Hoc certe nemo niſi inſanus negauerit, ex quo Patriarcharum nomen in Eccleſia Chriſtiana auditum eſt, omnes & ſingulos Pa-

triarchas non modo Metropolitanos ſed etiam Metropolitanorum πατριάρχας, προέδρους, ἐξάρχους habitos eſſe, non autem Metropolitanos quoſuis Patriarchali honore gauiſos fuiſſe. Cum igitur πρῶτος ſit ὁ ἐν τῇ μητροπόλει προεστὼς ἐπίσκοπος (ſic enim Antiocheni patres can. 9. ſententiam Apoſtolicis verbis pauciſſimis immutatis reddunt,) nemo non videt ex Apoſtolico canone de Metropolitis quibuſuis decernente, nec πρεσβεῖα nec titulos Patriarcharum quatenus cæteris Metropolitanis ſupereminent colligi nullo modo poſſe.

De 70. ſententiis ab Apoſtolis præfixis.

Turrian. li. 1. pro epiſt. cap. 20. Turrian. *Sicut concilium Nicænum canone* 5. *duos canones coniunxit, ſic poſſint diuerſis canonibus iunctis* 70. *Zephyrini ſententiæ inueniri, vt primus & ſecundus ex Apoſtolicis canonibus primam:* 3. & 4. *ſecundam:* 5 8. 83. *tertiam:* 10. & 11. *octauam:* 12. 13. 33. *nonam:* 14. *decimam:* 15. & 16 *vndecimam:* 17. 18. & 19. *duodecimam* &c. *efficiant.*

Confer. can. Apoſt. 12 33. & 37. cũ Nicæno 5. ℟. Principium petit Turrianus, cum aſſerit Nicænos patres can. 5. binos ex iis qui Apoſtolici dicuntur coniunxiſſe; licet enim eandem ſententiam exprimat, alia verba citare manifeſtum eſt, quæ forte aliunde hauſit Synodus Nicææ congregata: cum certum ſit plures antiquæ Eccleſiæ regulas intercidiſſe; v.g. quas citant Ancyrani patres can. 6. 19. 20. 21. 23. 24. 25. Neocæſarienſes can. 3. Laodiceni can. 1. &c. Demus tamen eos omnes agnouiſſe canonum Apoſtolicorum collectionem, eandemque varie contrahi poſſe: an ideo ſequitur Pſeudo-Zephyrinum eam contraxiſſe de facto, vel ab aliis contractam vidiſſe? Si quis in re obſcura coniectandi locus eſſe debeat, ſuſpicari non immerito quis poſſit, non alias 70. Apoſtolorum ſententias Mercatori noſtro in mentem veniſſe, quam quas A.D. 785. Indict. 9. 13. Cal. Octob. in gratiam Ingelramni Metenſium Epiſcopi, *ex Græcis & Latinis canonibus, & ſynodis Romanis, atque decretis Præſulum ac principum Romanorum* collegiſſe dicitur Adrianus primus vrbis Epiſcopus. Sunt enim numero 72. eas ſemper in ore habet impoſtor, præter 6. 12 28. 35. 36. 38. 40. 41. 44. 45 46. 52. 55. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 64. 68 72. quas vel ſilentio præterire, vel oblique tantum tangere videtur; reliquas 50. citat ſub nomine Apoſtolorum, quorum hic 70 ſententias memorat; & ſynodi Nicænæ, cui totidem canones tribuit. Vide epiſt. Pſeudo-Athanaſij ad Marcum, Pſeudo-Marci, Pſeu-Iulij ſecundam, & Pſeudo-Felicis ſecundi primam.

ZEPHY-

ZEPHYRINI PAPÆ

Epiſtola II.

Chariſſimis fratribus per AEgyptum Domino militantibus, Zephyrinus Romanæ vrbis Archiepiſcopus.

TANTAM[a] à Domino huius S. ſedis & Apoſtolicæ Eccleſiæ fundatore, & *B. Petro principe Apoſtolorum*, [b] accepimus *fiduciam*, [c] *vt pro* vniuerſali Chriſti ſanguine redempta Eccleſia *impigro* laboremus *affectu*, & omnibus Domino famulantibus ſuccurramus, & cunctis pie viuentibus Apoſtolica auctoritate opem feramus.

Omnes[d] *qui in Chriſto volunt pie viuere, neceſſe eſt vt ab impiis & diſſimilibus patiantur opprobria; & deſpiciantur tanquam ſtulti, & inſani*, [e] vt meliores, & purgatiores efficiantur [f] *qui bona* temporalia perdunt, vt percipiant æterna. Eorum vero *deſpectio & irriſio in* ipſos *retorquebitur* qui eos affligunt, & contumeliis afficiunt, *cum & abundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia tranſierit in confuſionem.*

Nunciatum eſt enim ſedi Apoſtoli per [g] *Apocriſarios* veſtros, quoſdam fratrum noſtrorum, Epiſcoporum videlicet, ab Eccleſiis & ſedibus propriis pelli, ſuaque eis auferri ſupellectilia, & ſic nudos & expoliatos ad iudicia vocari; quod omni ratione caret, cum conſtituta Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, & [h] *præcepta imperatorum*, ac conſtitutiones legum idipſum prohibeant, & Apoſtolicæ ſedis auctoritas idipſum fieri vetet.

Præceptum eſt ergo in antiquis ſtatutis, [i] *Epiſcopos eiectos atque ſuis rebus expoliatos Eccleſias proprias recipere; & primo ſua omnia eis reddi; &* tum demum *ſi quis eos iuſte ac-*

a verba Leonis epiſt. 24.
b percepimus.
c vide Leon. epiſt. 4. ab initio & Syn. Rom. 6. ſub Symmacho.
d Proſperi ſent. 32. ex Auguſt. in pſal. 122.
e additam. impoſtoris.
f lege qui præſentia bona perdũt & inuiſibilia ſibi ac futura promittant. Sed hæc deſpectio, & irriſio in impios retorquebitur, cũ & abund &c.
g vocis huius vſus recẽtior eſt, nec Zephyrini ætatem ferre poteſt.
h quæ imperatorum præcepta in gratiam Epiſcoporum Zephyrini ſeculo ſomniat impoſtor?
i Præceptum eſt in collectione ab Adriano I. Ingelramno data Anno 786. cap. 13. ſumſit vero Adrianus ex hiſt. Tripartit. libro 7. capite 12.

cuſare[k] voluerit, *æquo periculo facere, iudices eſſe decernentes Epiſcopos recta ſapientes*, & *in*[l] *Eccleſia conuenientes, vbi teſtes eſſent ſingulorum qui oppreſſi*[m] videbantur.

Nec[n] prius eos reſpondere debere, quam omnia ſua eis & Eccleſiis eorum legibus integerrime reſtituantur.[o] Nec mirum, fratres, ſi vos[p] perſequuntur, cùm caput veſtrum Chriſtum Dominum noſtrum vſque ad mortem ſint perſecuti.

Ipſæ[q] tamen perſecutiones patienter portandæ ſunt; vt eius diſcipuli eſſe cognoſcamini, pro quo & patimini. Vnde & ipſe ait: [r] *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

His fulti ſuffragiis [ſ] *non* multum *debemus timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci: quoniam hoc nobis Dominus iubet per Eſaiam Prophetam dicens*; [t] Audite me qui ſcitis iudicium populus meus, in quorum cordibus lex mea eſt. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis; [u] *conſiderantes quod in pſalmo ſcriptum eſt*, [x] *Nonne Deus requiret iſta?* [y] *ipſe enim nouit*[x] *abſcondita cordis*[a] *& cogitationes talium hominum quoniam vana ſunt. Vana*[b] autem locuti ſunt *vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt mala. Sed*[c] diſperdat *Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam; qui dixerunt, labia noſtra à nobis ſunt; quis noſter Dominus eſt? Nam ſi hac in memoria retinerent, minime ad* tantam [d] *proſilirent iniquitatem.*

Non[e] *enim* probabili *&* paterna doctrina hoc faciunt, ſed vt ſuam exerceant in ſeruos Dei vindictam. *Scriptum* namque *eſt*, [f] *Via ſtulti recta in oculis eius; Et*[g] *ſunt viæ quæ videntur homini iuſtæ, nouiſſima autem earum deducunt ad mortem.*

Nos enim qui hæc patimur, iudicio Dei hæc reſeruare debemus, [h] *qui reddet vnicuique ſecundum opera eius.* Qui etiam per miniſtros ſuos intonuit, dicens, *Mihi* [i] *vindictam, ego retribuam.*

Vos enim in recta fide, & opere, ac bona voluntate ſuccurrite viciſſim; nec[k] *aliquis à ſupplemento fratris ſubtrahat manum*: quoniam[l] *in hoc*, ait Dominus, *cognoſcent*

k vellet.
l & de vicinis prou. in Eccleſia.
m dicerẽtur.
n vide eiuſd. collect. c. 5. ex ſyn. 3. Rom. ſub Symmacho.
o hæc verba reperit Pſeudo Lucius.
p Ioan. 15.
q hanc phraſim notauerunt Magdeburgenſes.
r. Matth 5.
ſ verba Martini I. in Concilio Lateranen. conſult. 3. p. 439. Tomi 2. Concil. p. 2. *non debemus omnino.*
t Eſai. 51.
u hic omiſſæ ab impoſtore lineæ 29.
x Pſal. 51.
y Pſal. 43.
z occulta.
a Pſal. 93.
b v. na enim locutus eſt &c. Pſal. 11.
c diſperdet.
d talem.
e vide ibid. p. 436. *non enim per probabilem & paternam doctrinam ab eo prolatã. Quoniam ſicut ſcriptum eſt, vi.* &c.
f Prou. 12.
g Prou. 14. & 16.
h Rom. 2.
i Deut. 32.

k nota phraſ. ſolemn. Merc. 11. l Ioan. 13.

omnes

omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Vnde & ipſe per Prophetam loquitur dicens, [m] *Ecce quam bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Spirituali dico habitaculo & concordia quæ in Deo eſt, & vnitate fidei huius delectabilis ſecundum veritatem* [n] habitaculi; *quæ videlicet in Aaron magis decorabatur, atque* ſacerdotibus [o] *induentibus dignitatem, ſicut vnguentum ſuper caput principalem intellectum irrigans, & vſque ad ipſam extremam ſcientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & æternam vitam promiſit Dominus. Huius igitur Propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, præſentem fraternam ſyllabam expoſuimus, noſtra propter charitatem minime quærentes aut quæſituri.* Non [p] enim *detrahentibus bonum eſt detrahere, aut palo (ſecundum vulgarem fabulam) excutere palum. Abſit: non ſunt* [q] iſta *noſtra; Hæc* enim *auertat Diuinitas.*

Iuſto [r] *iudicio Dei datur plerumque peccatoribus poteſtas, qua ſanctos ipſius perſequantur, vt qui Spiritu Dei iuuantur & aguntur fiant per laborum exercitia clariores.*

Iis tamen qui eos perſequuntur & [ſ] *exprobrant, atque detrahũt*, erit proculdubio væ. Væ, væ illis qui detrahunt ſeruis Dei; quia *detractio* [t] *eorum ad eum pertinet cuius* miniſterium agunt, & *vice funguntur.* Oramus autem [u] *oſtium circumſtantiæ*, qui neminem perire aut *labiis* ſuis pollui volumus, eorum oribus *imponi, & verbum* minime nociuum *concipere* aut ore proferre. Vnde & Dominus per Prophetam loquitur, dicens; [x] *Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.* Dominus [y] omnipotens, & eius vnigenitus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus, quibuſcumque tribulationum moleſtiis laborantibus, viribus quibus poteſtis ſuccurratis, & eorum (vt dignum eſt) iniurias veſtras æſtimetis; maximum adminiculum eis verbis & factis præbeatis, vt eius diſcipuli inueniamini veri, qui fratres, vt ſe, omnibus diligere præcepit.

Ordinationes vero preſbyterorum, [z] & Leuitarum, tempore congruo, & multis coram adſtantibus ſolem-

m verba Pauli Conſtantinopoli. Monothelitæ ex epiſt. ad Theodorum Papã, quam legere eſt in actis Concilij Lateran. ſub Martino I. conſult. 4. p. 448.

n inhabitaculi.

o ſacerdotalem.

p nec enim.

q non ſunt noſtra hæc auertat.

r ſent. Proſperi 23. ex Auguſt. in pſal. 118.

ſ N. phraſ.

t pſeudo-Greg. epiſt. 32. lib 12.

u verba Pauli Conſtãtinop. ab impoſtore portentoſe deprauata. vide Tom. 2. Conc. p. 2 p. 448 *Orauimus vero & tunc oſtium circumſtantiæ labiis noſtris imponi & verbum inſonitũ concipere, potius quam verbum inuigile.*

x Pſal. 38.

y his verbis vtitur. Pſeudo-Felix I. epiſtol. 1. Pſeudo-Felix II. epiſtol. 1. &c.

z Concil. Chalcedonenſ. cap. 6.

niter agite, & [a] *probabiles*, & doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum ſocietate & adiumento plurimum gaudeatis.

Ponite [b] indeſinenter *corda veſtra in virtute* Dei, & enarrate hæc & cætera diuina verba *in progenies alteras; quoniam hic eſt Deus noſter in æternum, &* [c] *ipſe reget nos in ſecula.* Data 7. Idus Nouemb. [d] Saturnino & Gallicano viris Clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

INTEMPESTIVA legum Imperialium in gratiam Epiſcoporum & Apocriſiariorum mentio; Leonis, Proſperi, Concil. 3. Romani ſub Symmacho, Gregorij, Martini I. Adriani, & Pauli Conſtantinopolitani Monothelitæ ſententiæ temere congeſtæ, Conſulatus denique fictitij nota mendax, hanc epiſtolam νοθείας arguunt.

Magdeburg. cent. 3. c. 7. de hac epiſt. ſententia.

Non eſt veriſimile tempore Zephyrini Epiſcopos per Ægyptum ab aliis Epiſcopis ſpoliatos, cum eo tempore Ethnici & non Chriſtiani perſecutionem exercerent, vt patet ex Euſebij lib. 6. c. 1.

Reſp. Turrian. lib. 1. pro epiſtolis, cap. 18.

Ethnici exercebant perſecutionem in Eccl. Galliæ, vt narrat Euſebius, & non in Eccl. Ægypti vt Magdeburg. narrari finxerunt; cum in eo loco ne verbum quidem de Ægyptiis Epiſcopis, &c.

Defenſio Magdeburgenſium.

Et pudorem reliquum decoxiſſe, & *longa obliuia, velut Lethæi ad fluminis vndam, potaſſe* oportet Ieſuitam ſomniculoſum. Vt enim nemo niſi inſigniter peruicax negare audebit (Euſebio referente lib. 6. cap. 1.) Ethnicos perſecutione vexaſſe Eccleſias Ægypti ſub Zephyrino, quem Victori ſubrogatum circa annum nonum Seueri legimus lib. 5 cap. 28. ſic nemo, niſi detrita vel ſepulta penitus veteris Eccleſiæ memoria, ad Zephyrini tempora trahet quæ de Gallicanorum martyrum triumphis narrat. Idem Euſebius lib. 5. cap. 1. Eſt enim excitata aduerſus Gallos perſecutio, M. Aurelio imperante, Sotere ſedente anno D. 179. At exantlata à piis fuiſſe in Ægypto & Thebaïde pro Chriſto certamina ſub Seuero anno D. 204. agnoſcit Baronius, ex Euſebio, cuius hæc verba ſunt lib. 6. cap. 1. ὡς δὲ καὶ Σεβῆρος διωγμὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκίνει, λαμπρὰ μὲν τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀθλητῶν κατὰ πάντα τόπον ἀπετελεῖτο μαρτύρια. μάλιστα δ' ἐπλήθυνεν ἐπ' Ἀλεξανδρείας τῶν ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος ἁπάσης ἀθλητῶν ἀριστίνδην ἐκεῖσε, ὥσπερ ἐπὶ μέγιστον

[a] Cōc. Laod. c. 12. Greg. 5. capitul. c. 3. Pontificale Damaſi.
[b] vide Gelaſ. epiſt. 9. Pſal. 47. in virtute eius & diſtribuite domos eius vt enarretis in progenies alteras
[c] & in ſeculū ſeculi ipſe, &c.
[d] vnicum à Chriſti natali ad A. D. 152 Gallicani cōſulatū agnoſcunt Baron. & Onuphri⁹: in hunc annum incidit Teleſphori annus 11. Saturninus cum Gallo Conſulatū geſſit A. D. 200. Victoris cui Zephyrinus ſucceſſit 7. Zephyrinum ab A. 203. ad 221. ſediſſe cenſet Baronius.

χρόνον δεῖ ὑπερτιμησμένον στάδιον, δι᾽ ὃ καὶ περιεχατάτης τε ποικίλων βασάνων καὶ δεινοτάτων τρόπων ὑπομονῆς τοὺς παρὰ θεῷ στεφάνους ἀναδυμένων, &c.

Turrian. *Annon potuerunt eſſe falſi fratres, qui iniquis accuſationibus Epiſcopos pios & catholicos perſequerentur? ad quod malum illud quoque accedebat, quod qui eos iudicabant, prius eos ex Eccleſiis eiiciebant, & bonis ſpoliabant, quam eos in iudicio audirent.*

Refut. Potuerunt quidem falſi fratres variis pro libidine pios inſidiis petere; at palam eos lite pulſaſſe, non modo temere ſed imperite etiam aſſerit Ieſuita: cuius enim iudicis præſidio freti accuſationes iniquas inſtituiſſent? An Ethnici? at flagrante perſecutionis incendio, commune fuit periculum omnium qui Chriſto nomen dederant, ſi modo Chriſtianos ſe dici patiebantur: tunc enim *Chriſtiani titulo ſuo offerebantur*, vt cum Tertull. loquar, & ſatis ad pœnam erat nomen religionis. An Eccleſiaſtici? at Demetrius Ægyptiacæ Diœceſeos exarchus, is non fuit qui *prius Catholicos perſequeretur*, & *ex Eccleſiis eiectos ſpoliaret, quam eos in iudicio audiret*. Nec *ἀκρισίας* notam vitabunt, ſi calumniæ, qua ſanctiſſimum Alexandrinæ Eccleſiæ antiſtitem mendaciter admodum infamauit, culpam deprecari potuerint Turriani patroni. Apolog. c. 44

Turrian. *Falſi fratres perſecuti ſunt Paulum* & Ioannem 2. Cor. 11. 26. Phil 1.15. Ioan. epiſt. 3. verſ. 9: 10.

Refut. *ἀπροσδιονύσως* loquitur Ieſuita: nec enim falſi fratres ad Neronis vel Petri tribunal Paulum vt ſpoliaretur antequam audiretur traxerunt. Nec Diotrephes vel quos ex Eccleſia eiecit ſpoliaſſe, vel vt eos eiiceret ſolas accuſatoris partes, ſed iudicis, more tyrannorum in gregem Dominicum ſæuientis, executus fuiſſe dicendus eſt.

Turrian. *Non tuliſſet (inquiunt Magdeb.) Demetrius æquo animo quod Epiſc. Rom. ſe curam omnium Eccleſiarum iure diuino ſuſcepiſſe ſcriberet: credo non tuliſſet ſi Demetrius Magdeburgenſis fuiſſet & Lutheranus.*

Refut. Non tuliſſet certe Antichriſtum *per elationem præcurrere cerantem in nomine*, & *omnia quæ ſoli vni capiti cohærent, videlicet Chriſto, per elationem pompatici ſermonis eiuſdem Chriſti ſibi ſtudentem membra ſubiugare*; neutrum tulit Gregorius in Ioanne Conſtantinopolitano: hoc (ab eodem edocti) ferre non poſſumus in Vaticano Apollyone. *In* Epiſcopi vniuerſalis *ſceleſto vocabulo* qui conſentit fidem perdit: ideo Romanum faſtum æquanimiter non portamus, ne *vniuerſa Eccleſia fidem* corrumpamus, licet nec Magdeburgenſes nec Lutherani ſimus. Non tamen negauerimus *vnius* eiuſdemque *Epiſcopatus partem à ſingulis* paſtoribus *in ſolidum teneri*, aut Eccleſiæ vniuerſalis curam & *ἐπισκοπὴν* vniuerſis & ſingulis præpoſitis à Domino demandatam, &, vt Apoſtoli verbis vtar, *τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη*. 1. Cor. 12. 25. Greg. lib. 4. epiſt. vide eund. li. 4. epiſt. 19 & li. 6. epiſt. 25.

Turrian. *Videntur centuriatores non in Germania, ſed in AEgypto illis temporibus nati, & cum AEgyptiacis verſati, & quantum illi in Eccleſiaſtica diſci-*

plina profeciſſent ad vnguem nouiſſe; qui nunc affirmant non opus habuiſſe inſtructione de ordinandis presbyteris: miſeros diſcipulos, &c.

Refutat. Credidit vero *gloriæ animal* Turrianus Lectores ſuos non viros ſed fungos futuros, qui ſibi perſuaderi paterentur Ægyptiis (inter quos Alexandrini ſapientiæ ſtudioſiſſimi, doctrina clariſſimi ſemper habiti ſunt) neceſſe fuiſſe ſub Demetrij Pontificatu inculcare quod Paulus diſerte docuit 1. Tim. 3. & Tit. 1. O miſerum Sycophantam!

Idem Turrian. lib. 1 cap. 19 pro epiſtolis, his verbis, *Præceptum eſt ergo in antiquum ſtatum.* &c. can. 74. Apoſt. inſinuari credit; ex quo duplex argumentum nectit 1. *Cum*, inquit, *ejici & ſpoliari ſupplicium ſit, & canon iubeat ſupplicium decerni vocato, audito & conuicto; conſequens neceſſario eſt, vt ſimul iubeat ſi qui fuerint eiecti aut ſpoliati ſuis rebus, prius ad Eccleſias ſuas reuocentur*, &c. 2. *Quomodo ex fuga atque declinatione iudicij lucrum feciſſe videri poſſet Reus, niſi eiectus & reſtituendus eſſet?*

Refut. Statutum illud antiquum Adrianum primum auctorem habet, vt ſupra monuimus: an vero Adrianus can. 74. niti voluerit, ex eoque recte Pſeudo-Zephyrini decretum confirmauerit Turrianus, aliorum eſto iudicium.

CALLISTI PAPÆ

Epiſtola I.

Calliſtus Archiepiſcopus *Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ, Benedicto fratri & coepiſcopo ſalutem in Domino.*

a. Apoſtolicę ſedis moderamine compellimur, & Eccleſiaſticorum rerum diſpoſitione conſtringimur Gelaſ. epiſt. 9 ab initio.
b quater legendum cenſet Baron. ad A. D. 226 § 6. vide notis ad Damaſi.

FRATERNITATIS amore[a] *conſtringimur*, & *Apoſtolico moderamine* cogimur, vt conſultis fratrum (prout Dominus dederit) reſpondeamus, eoſque Apoſtolicæ ſedis auctoritate inſtruamus.

Ieiunium, quod *ter*[b] in anno apud nos celebrare didiciſti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus; vt ſicut[c] *annus per quatuor voluitur tempora*, ſic & nos[d] quaternum ſolenne agamus ieiunium per

c paraphraſis Hieron. vertentis lib. 3. Paſchalem Theophili Alex.
d. de quaterno illo ieiunio infra dicemus.

anni quatuor tempora. Et ſicut [c] *replemur frumento, vino, & oleo* ad alenda corpora; ſic repleamur ieiunio [f] ad alendas animas, iuxta prophetæ Zachariæ vocem qui ait; [g] *factum eſt verbum Domini ad me*, dicens; *Hæc dicit Dominus exercituum, ſicut cogitaui, vt affligerem vos, cum ad iracundiam prouocaſſent me patres veſtri*, [h] *& non ſum miſertus; ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam Hieruſalem, & domui Iuda. Nolite timere. Hæc ſunt* [i] *verba quæ facietis; Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris: & vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ* [k] odiui, *dicit Dominus* exercituum. *Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum, ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium & in lætitiam, & in ſolemnitates præclaras: veritatem tantum & pacem diligite*, [l] *dicit Dominus exercituum.*

In [m] hoc ergo *omnes* nos *vnanimes* oportet eſſe, *vt* [n] *ſecundum Apoſtolicam doctrinam idipſum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata. Simus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, in cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam eſſe conſortem.* Non decet enim [o] *à capite* membra *diſſidere*, ſed, iuxta [p] ſcripturæ teſtimonium, *omnia membra caput ſequantur.*

Nulli vero dubium eſt quod Apoſtolica Eccleſia [q] *mater* ſit omnium Eccleſiarum, *à cuius vos regulis* nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei [r] *filius venit facere voluntatem Patris*, ſic & vos [ſ] voluntatem veſtræ impleatis matris, quæ eſt Eccleſia, cuius *caput* [t] (vt prædictum eſt) Romana exiſtit eccleſia.

Quicquid [u] ergo ſine diſcretione iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi nulla ratio permittit.

c Ioel 2. 19.
f oppoſitum in appoſito, quaſi dicas r pleri ina-nitate.
g Zach. 8. 14. &c.
h dicit Dominus & non &c.
i ſunt ergo.
k odi.
l Hæc dicit.
m 1 Petr. 3. 8.
n verba Leonis epiſt. 53.
o phraſis Leonis epiſt. 84. c. 11.
p dicendum fuit *iuxta teſtimonium* Vigilij *Papæ*, epiſt. 2. Sic enim ait: *Quod in capite præceſſit in membris ſequi neceſſe eſt*: nullibi ſcriptura his verbis vtitur.
q Imitatur ὑποβολεὺς Leonem cuius hæc verba ſunt epiſt. 4. c. 1. *B. Petri Apoſtoli ſedes, quæ vobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſt. magiſtra rationis, à cuius vos regulis receſſiſſe, &c.* Similia habet Vigil. epiſt. 2. vterque autem ad Siculos & Hiſpanos ſedis Roman. veneratores ſcribit: quod notandum eſt. r Ioan 6.

ſ Blaſphema impoſtoris aſſertio. Eccleſia Chriſtiani voluntati ſponſi morigera, ſ[illegible] non quærit [illegible] à quoquam nullorum aliud exigit, quam *vt probet quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta*. t hæc ex Adriani collect. c. 9. hauſit plagiarius. u Adrian. d. loco citato.

Criminationes [x] *vero contra Doctorem nemò ſuſcipiat*; quia non oportet filios reprehendere patres, nec [y] *ſeruos Dominos* lacerare; filij ergo ſunt Doctorum omnes quos inſtruunt; & ſicut filij patres carnales, ſic & hi patres debent diligere ſpirituales.

Non [z] enim bene viuit, qui non rectè credit, aut *patres* reprehendit vel [a] *detrahit* ſuos. Doctores ergo qui & patres vocantur, magis *portandi* quam reprehendendi ſunt, niſi [b] in recta fide errauerint.

Nullus [c] ergo Doctorem *per ſcripta accuſet*; nec niſi fideli & legitimo, qui etiam *irreprehenſibilem* [d] *vitam ac conuerſationem ducat*, accuſatori reſpondeat; quia indignum eſt, vt Doctor ſtulto & indocto atque reprehenſibiliter viuenti reſpondeat iuxta ſtultitiam ſuam, dicente ſcriptura, [e] *Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.*

Non [f] *bene*, viuit, *qui non recte credit.*

Nihil [g] *mali vult qui fidelis eſt.*

Si quis fidelis eſt, videat ne falſa loquatur, aut cuiquam inſidias ponat: fidelis homo ſemper fideliter agit [h], & infidelis callide inſidiatur, atque fideles & pie ac iuſte viuentes perdere nititur, Quia *ſimilis ſimilem* ſibi *quærit.*

Infidelis [i] *homo mortuus eſt in corpore viuente*; & contra [k] ſermones fidelis hominis vitam cuſtodiunt auditorum.

Doctorem [l] *enim Catholicum & præcipuè Domini Sacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet* machinatione aut *cupiditate violari*; *dicente quippe Scriptura Sancta* [m], Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere; *multis huius mundi illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, vt vera continentiæ obtineatur integritas. Cuius prima eſt labes ſuperbia, initium tranſgreſſionis, & origo peccati*; *quoniam mens* [n] ſponte *auida nec abſtinere* [o] *nouit*, *nec* pietati adhibere conſenſus.

Nullus [p] *bonorum inimicum habet niſi malum*; *qui ideo eſſe*

x Ibid. c. 67.
y Hic vero opponere licet dict. ex Iſidori ſent. lib. 3. cap. 42 *Agnoſcat Epiſcopus ſe eſſe conſeruū plebis, non Dominum verum: &c.*
z Ibid. axiom a mox liberabi.
a Nota Idiotiſmos Impoſt.
b Vide Concil. Roma. 5. ſub Symmacho: Iſid. ſent. lib. 3. c. 39.
c Anian. in Conſtit. 13. tit. 1. lib. 9. Cod. Theod. *--per mandatum nullus accuſet, &c.*
d his verbis vſus Pſeudo-Iul. epiſt. 2. cap. 20.
e Prou. 26.
f Sent. 189. Sixti Pyth. g Ruffino interp. *Non poteſt bene viuere, qui non integrè credit.*
g Eiuſd. Sent. 203.
h qua fidelis ſcil.
i Sixti Pythag. Sen. 6.
k videtur ἀποβολιῶς Sentent. 167. Sixti inuertiſſe, hanc nim. *Sermones tui vitam tuam commendent auditoribus.*
l verba Leonis epiſt. 53. *Virum enim Cathol. &c.*
m Eccl. 18.
n potentiæ auida.
o nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis.
p Proſperi Sent. 202. ex Auguſt. in Pſal. 54.

permit-

permittitur, vt aut corrigatur, aut per ipſum bonis exerceatur.

Quicquid [q] ergo *irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia.*

Nulli [r] *Imperatori vel cuiquam pietatem cuſtodienti licet aliquid contra mandata diuina præſumere.* [ſ] *Iniuſtum* ergo *iudicium, & definitio iniuſta, regio metu* [t] *aut iuſſu*, aut cuiuſcunque Epiſcopi aut potentis, *à Iudicibus ordinata*, vel acta, *non* valeat.

Homini [u] religioſo [x] *parum eſſe debet, inimicitias aliorum non* exercere, [y] *vel* non *augere male loquendo: niſi etiam eas extinguere bene loquendo* [z] ſtuduerit.

Melior [a] *eſt in malis factis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio.*

Omnes vero [b] *qui* amant *vitam Beatam*, malunt *eam tranquillitatis ſuæ* & Iuſtitiæ *ſtatu currere, quam noſtrorum peccatorum pœnis vltricibus interpolari.*

Memor [c] *enim ſum me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Domino* noſtro *Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cuius fides omnes* [d] ſemper *deſtruit* errores. *Et intelligo aliter mihi non licere, quam vt omnes conatus meos ei cauſæ, in qua vniuerſalis Eccleſiæ ſalus infeſtatur, impendam.*

Spero autem [e] *affuturam miſericordiam Dei*, quod [f] *cooperante* eius *clementia*, omnis peſtifer *morbus* ipſo pellente auferatur: & *quicquid ipſo inſpirante atque auxiliante poterit ſalubriter fieri, cum* [g] tuæ *fidei* & deuotionis *laude peragatur. Quoniam res* [h] omnes *aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad* [i] diuini muneris famulatum *pertinent Sacerdotalis defendat auctoritas.*

Data 11. Kal. Decemb. [k] Antonino & Alexandro viris clariſſ. Coſſ.

q verba Concil. Nicæni cap. 9.

r verba Concil. 6. Rom. ſub Symmacho. *Non licet ergo Imp.*

ſ hæc omiſſæ lin. 2. Iniuſtum enim.

t vel iuſſu à Iudicibus ordinata - non valet. Hunc locum citat Anſelm. Luc. lib. 2. in VVibertum.

u Sent. Proſperi 179. ex Auguſt. Confeſſion. lib. 9. cap. 9.

x benigno.

y excitare.

z ſtudeat.

a Proſperi ſententia ex Auguſt. in Pſal. 93.

b verba Ambroſij epiſt. 21 *qui* (Angeli) *habentes vitam B. mallent vtique eam, in illo ſuperiore tranquill. &c.*

c verba Leonis epiſt. 32.

d omnes quidem hæreſes deſtruit, ſed maxime impietatem præſentis erroris expugnat: & intelligo mihi aliud.

e verba eiuſd epiſt. 32. ſperans adfuturam.

f vt cooperante clementia veſtra peſtiferi erroris poſſit morbus auferri, vt quicquid, &c.

g veſtræ fidei laude. h res humanæ.

i quæ ad diuinam confeſſionem pertinent, & regia & Sacerd. &c.

k A. D. 224 Calliſti IIII. Vide Baron. inf. impoſtor Vrbani ſui epiſt. datam finget Non. Septemb. eius anni.

CENSVRA.

Leo Se m. 8. de ieiunio 10 menſis, & Serm. 9. de ieiunio 7. Menſis. Tertull. de ieiun. c. 14.

ΥΠΟΒΟΛΕΥΣ vulgatam Scripturæ verſionem ſequitur, Concilij Nicæni, Romani 5. & 6. ſub Symmacho, Ambroſij, Hieronymi, Leonis, Proſperi, Gelaſij, Symmachi, Iſidori, Adriani I. Aniani, Sixti Pythagoræi phraſes & ſententias citat; Ieiunij 4. temporum inſtitutionem ad Callixtum ſola fretus impudentia refert. licet enim in Apologia quam Athanaſius pro fuga ſua ſcripſit, Ieiunij pentecoſtes mentio habeatur, videtur Leo primus temporum 4. ieiunio conſecratorum diſtinctè meminiſſe. Tertullianus certe nullos in Eccleſia Catholica ſtatos ieiuniorum dies, præter 4. & 6. feriam & Sabbathum Paſchale agnoſcit. Eadem ſententia Clementis Alexand. Strom lib. 7. & Hieron. lib. 2. in epiſt. ad Gal. cap 4. Idem in Matth. lib. 1. cap. 9. eo nomine Montaniſtas arguit quod ſecundam quadrageſimam à Pentecoſte celebrarent. Monendus vero Lector, Veteris Eccleſiæ morem à Romana hodierna antiquatum; reſtatur enim Iſidorus Hiſpal. ſuo tempore *Secundum ieiunium a'to poſt Pentecoſten d.* inchoari ſolitum: Tertium 8 Kalen. Octobr. Quartum in ipſis Kalend. Nouembribus: at hodie aliter vſus obtinuit.

Iſid. offic. lib. 1. ca 37. 38. 39.

Calixtum vocat Optat. lib. 2. Aug. lit. epiſtol. 165. Calliſtum Euſebius, &c.

CALLISTI PAPÆ

Epiſtola II.

Dilectiſſimis fratribus per Gallias conſtitutis vniuerſis Epiſcopis Calixtus.

a verba Simplicij epiſt. 1. b tuam. c gubernatorem exiſtere vt naufragij, &c. d idcirco.

PLVRIMORVM [a] *relatu comperimus, dilectionem* [b] veſtram *feruore Spiritus Sancti ita Eccleſiæ* [c] gubernacula firmiter contra impetus tenere, & regere, *vt* naufragia aut *naufragiorum detrimenta Deo auctore non ſentiat. Talibus* igitur [d] *gloriantes indiciis*, rogamus ne illis partibus contra ſtatuta Apoſtolica quicquam fieri ſinatis; ſed noſtra fulti auctoritate nociua compeſcite, illicita prohibite.

e A quo? f Sodalitates & coniurationes ve ita: Dige. li. 48. tit. 4. & 19. cap. 11. & 16.

Conſpirationum vero crimina veſtris in partibus vigere [e] audiuimus, & plebes contra Epiſcopos ſuos conſpirare nobis manifeſtatum eſt. Cuius criminis aſtutia non ſolum inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter [f] Ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et

bita. Et idcircò huius criminis reos non ſolum Eccleſiaſticæ, ſed etiam ſeculi damnant leges; & non ſolum conſpirantes, ſed [g] *etiam conſentientes eis*.

Anteceſſores vero noſtri [h] cum plurima turba Epiſcoporum, quicunque eorum in Sacerdotali honore ſunt poſiti aut exiſtunt [i] *clerici, honore quo vtuntur cadere* præceperunt; cæteros vero communione priuari, & ab Eccleſia extorres fieri iuſſerunt; omneſque ſimul vtriuſque ordinis viros [k] *infames* eſſe cenſuerunt, & [l] *non ſolum facientes, ſed & eis conſentientes*. Iuſtum eſt enim, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes patrum exiſtunt iuſſionibus, ſeuerioribus corrigantur vindictis, quatenus cæteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti ſumant [m] *ſeueritatis* atque *bonitatis* exemplum.

Nam [n] *ſi (quod abſit) Eccleſiaſticam ſolicitudinem, vigoremque negligimus, perdit deſidia diſciplinam, & animabus fidelium profectò nocebitur.*

Hi vero in nullius accuſationem ſunt recipiendi, nec eorum vel [o] anathematizatorum vox *vllum nocere* vel accuſare poteſt. Excommunicatos [p] quoque à Sacerdotibus nullus recipiat [q] *ante vtriuſque partis* iuſtam *examinationem*, nec cum eis in *oratione*, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec *aue* eis [r] dicat; quia quicunque in his vel aliis prohibitis ſcienter excommunicatis communicauerit, [ſ] iuxta Apoſtolorum inſtitutionem & ipſe ſimili excommunicationi ſubiacebit. Ab his ergo Clerici & Laïci *ſe abſtineant*, qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoque nolite coniungi, nec cum eis vllam participationem habere. Talia vero agentes non fideles, ſed infideles iudicantur. Vnde ait Apoſtolus, *Quæ* [t] *pars fideli cum infideli? aut quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate?*

Nemo quoque alterius terminos vſurpet, nec [u] *alterius parochianum iudicare* aut excommunicare *præſumat: quia* talis iudicatio, vel ordinatio, aut excõmunicatio,

g Rom. 1.
h hoc ſom. n a'ti.
i ἐκπίπτειν ... τῆς οἰκείας ἀξίας. concil. Chalced. ca. 18. & Tr ll. n. c. 34. Vide & Concil. 3. A relan c. 21.
k ud eſt Eccleſia pellere, hoc eſt infamia notare, illud preſbyterij, hoc ciuilis Magiſtratus.
l Rom. 1.
m alludit ad locum Pauli Rom. 11. 22.
n verb. Greg. ep. ſt. 11. li. 12.
o ſic de anathemate percuſſis cenſuit Concil. 7. Carthag. c. 1.
p vide Concil. Nic. c 5.
q Sic Anian. in Conſtit 9. lib. 11. Cod. Theod. ti 39. *Non credi accuſatori qui abſente aduerſario cauſam ſuggerit, ante vtriuſque partis diſcuſſionem.*
r vid. Ioan. epiſt 2.
ſ vide Can. Apoſt. 11. & 12. Conc. Antioch. cap. 2. Carth. 4. c. 73. Tolet 1. cap. 12. et Anthiſidor. c. 38. & 39. Collect. Martini Brac. c. 84.
t Inuectæ verba Apoſtoli 2 Cor. 6.
u Vide Adrian. I, Collect. Ingelramo datæ. cap. 16.

vel damnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit; quoniam [x] *nullus alterius iudicis niſi ſui ſententia tenebitur* aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicens; *Ne* [y] *tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.*

Nullus [z] autem Primas, vel *Metropolitanus* Diœceſani Eccleſiam, vel Parochiam, aut aliquem de eius parochia *præſumat* excommunicare, vel *iudicare*, vel aliquid agere *abſque eius conſilio* vel iudicio; ſed hoc obſeruet [a] quod ab Apoſtolis, ac patribus & prędeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatum: Id eſt, [b] *Si quis Metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ad ſuam ſolummodo propriam pertinet parochiam, ſine conſilio* ac *voluntate omnium comprouincialium Epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit; & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de prouincialium coepiſcoporum cauſis,* eorumque *Eccleſiarum & clericorum atque ſecularium neceſſitatibus agere aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cum omnium conſenſu comprouincialium* agitur *Pontificum*; nec *aliquo dominationis faſtu, ſed humillima & concordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait*; Non veni miniſtrari ſed miniſtrare; *& alibi*, Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter, *& reliqua. Similiter & ipſi comprouinciales Epiſcopi* cuncta *cum eius conſilio, niſi quantum ad proprias pertinet Parochias, agant, iuxta ſanctorum conſtituta Patrum*: qui quamuis aliquo temporum interuallo nos anteceſſerint, [c] ab vno tamen eodemq; puritatis fonte Veritatis & fidei lumen hauſerunt, & eodem illuſtratore & directore ſpiritu Eccleſiæ Dei ſtabilimentum, & omnium Chriſtianorum communem quæſiuerunt vtilitatem, [d] *vt vno animo, vno ore concorditer Sancta glorificetur Trinitas in ſecula.*

Nullus Primas nullus Metropolitanus, [e] *nulluſque* reliquorum Epiſcoporum alterius *adeat ciuitatem, aut ad poſſeſſionem accedat quæ ad eum non pertinet*, & alterius Epiſcopi eſt parochiæ, ſuper cuiuſquam diſpoſitione, *niſi vocatus* ab eo cuius iuris eſſe dignoſcitur; aut quicquã ibi diſponat vel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præſumpſerit, damnabitur;

x verba Aniani in conſtit. 2. tit. 16. li. 4. Cod. Theod.
y Prou. 22.
z verba Adriani I. collect. cap. 16. *Nullus Epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere, aut ordinare, abſque eius voluntate, vel iudicare, &c.*
a obſeruet Lector te impoſturam facere.
b verba Adriani I. collect. Ingelramo datę c. 43
c videtur ὑπὸ [illegible] amplificaſſe ſententiam can. 1. Concilij 7. [illegible]
d Adrian. ibi.
e vide can. Apoſt. cap. 36. Conc. Antioch. c. 13 & 22. Cõ[illegible] c. 2 Sardic. c. 3 Ar[illegible]ern. c. 9. collect. Martini Brac. c. 7.

bitur;

bitur; & non ſolum ille, ſed cooperatores, eique conſentientes: [f] *quia ſicut ordinatio, ita eis & iudicatio*, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. *Nam* [g] *qui ordinare non poterit*, qualiter iudicabit? *Nullatenus* proculdubio iudicabit, aut *iudicare poterit*.

Quoniam ſicut alterius vxor nec [h] *adulterari* ab aliquo vel iudicari aut *diſponi niſi à proprio viro* eo viuente permittitur: ſic nec vxor Epiſcopi, quæ eius Eccleſia vel parochia indubitanter [i] intelligitur, eo viuente abſque eius iudicio & voluntate alteri iudicari vel diſponi, aut [k] *eius concubitu* frui, id eſt ordinatione, vllatenus conceditur.

Vnde ait Apoſtolus, [l] *Alligata eſt vxor legi*, quamdiu *vir eius viuit*; eo verò defuncto, *ſoluta eſt à lege viri*. Similiter & ſponſa Epiſcopi (quia ſponſa vxorque eius dicitur [m] Eccleſia) illo viuente ei eſt alligata; eo vero defuncto ſoluta eſt, & *cui voluerit nubat, tantum in Domino*, id eſt regulariter. Si enim [n] eo viuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, ſi alteram ſponte duxerit, adulter æſtimabitur, & communione priuabitur.

Si autem *perſecutus* fuerit in ſua Eccleſia, fugiendum eſt illi ad alteram, eique eſt aſſociandus, dicente Domino; ſi perſecuti [o] *vos* fuerint *in* vna *ciuitate, fugite in aliam*. Si autem [p] *vtilitatis cauſa* fuerit mutandus, non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitantibus, & [q] auctoritate huius S. ſedis faciat, non ambitus cauſa ſed vtilitatis.

Coniunctiones [r] autem conſanguineorum fieri prohibentur, quando has & diuinæ & ſeculi prohibent leges. Leges ergo [ſ] diuinæ hoc agentes, & eos qui ex his

f verba Adriani collect. c. 16 *ſicut irrita erit eius ordinatio, ita & diiudicatio*, &c.

g nam qui eũ ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus poterit.

h an vero permittitur viro propriam *vxore adulterio fœdare?* tuæ (vt tuis portentoſis phraſibus vtar) eã *iudicare*, vel *quomodolibet diſponere?*

i induoitãter intelligitur te Antichriſto ſeruire, quem Dominico thalamo incubantem, & ſponſæ Chriſti amplexus libidinoſe petẽtem pij omnes deteſtantur.

k blaſphemiam abſurditate cumulas impoſtor. Nec enim Eccleſiæ Chriſtianæ cõcubitum miniſtris apperere licet; nec concubitus dici poteſt ordinatio Epiſcopalis. Mera monſtra loqueris.

l confundit impoſtor pro more verba Pauli Rom. 7. & 1. Cor. 7. 39.

m à te ſcil. qui prædoni hæreditatis, adultero ſponſæ Dominicæ, profligato omni pudoris ſenſu ſuppataſitatis.

n nec Eccleſia præpoſito alium ſuperinducere, nec præpoſitus gregem deſerere debet; at hinc non ſequitur peccantes ſiue Eccleſias ſiue Epiſcopos, adulterij crimine teneri.

o Impoſtor phraſeos Dominicæ formam mutauit. Matth. 10.

p hoc decernunt pſeudo-Anterus & pſeudo-Pelag. II. ex can. 14. Apoſt. cui Concil. Antioch. c. 21. & Nicæn. c. 15. oblique aduerſantur.

q additam. impoſtoris.

r non quæcumque conſanguineorum coniunctiones à legibus diuinis humaniſque prohibitæ,

ſ vide Deut. 23. 2. & 27. 20. &c. item Leuit. 20. Concil. Neocæſ. cap. 2. Trullan. c. 54. Antiſiod. c. 27. 28. 29. 30. 31 32. Rom. ſub Greg. II. c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Agath. c. 61. Epiphan. c. 30.

prodeunt non ſolum eiiciunt, ſed & *maledictos* appellant. Leges ergo ſeculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos vero, ſequentes patres noſtros, & eorum veſtigiis inhærentes, [t] infamia eos notamus, & infames eſſe cenſemus, quia [u] *infamiæ maculis* ſunt *adſperſi*.

Nec [x] eos viros, nec accuſationes eorum quos leges ſeculi reiiciunt, ſuſcipere debemus.

Quis enim dubitat leges humanas rationi & honeſtati non repugnantes eſſe amplectendas, præſertim vbi vel publicæ conſulunt vtilitati, vel Eccleſiaſticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac *pro adminiculo* tuentur?

Eos autem conſanguineos dicimus, quos diuinæ & Imperatorum [y] ac Romanorum atque Græcorum leges conſanguineos appellant, & in hæreditatem ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt. Talium enim coniunctiones [z] nec legitimæ ſunt nec manere poſſunt, ſed ſunt repellendæ: & ſi quæ auſu temerario tentatæ ſint, auctoritate Apoſtolica reſcindendæ veniunt.

Quiſquis ergo non eſt legitime coniunctus, vel [a] *abſque dotali titulo ac benedictione* Sacerdotis conſtat copulatus, Sacerdotes [b] vel *legitime coniunctos* [c] criminari, vel in eos teſtificari minime poteſt; quoniam omnis inceſti macula pollutus infamis eſt, & accuſare ſupradictos non permittitur. Non ſolum ergo hi reiiciendi ſunt, & infames efficiuntur, ſed etiam omnes eis conſentientes.

Similiter de raptoribus, [d] vel eis qui *ſeniores* impetunt, fieri cenſemus. Hos ergo ſeculi leges interficiunt, ſed nos miſericordia præeunte [f] ſub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. Ipſam quoque [g] *infamiam* qua ſunt *adſperſi* delere non poſſumus, ſed animas eorum per pœnitentiam publicam, & Eccleſię ſatisfactionem ſanare cupimus.

t Iam ſæpius monu[illegible] Magiſtratuum proprie loquendo infamia notare.
u phraſ. Cõc. 7. Carth. c. 2.
x vide Cõ. 7 Carth. c. 2. Adr. I. coll. c. 11
y obſerua diſtinctionem Imperatorũ in Romanos & Græcos, non[illegible] demũ ſeculo na[illegible].
z de illicitis nuptiis vide C. Theod. lib. 3. tit. 12. & Iuſtin Cod. lib. 5. tit. 5. & 7 Dig. [illegible] 23. tit. 2. [illegible] p 38. 51. 57 67. Conc. 4. A[illegible]e ian. c. 27 Turon. 2 c. 21. &c.
a h[illegible] cõ[illegible]nen tum [illegible] pr[illegible] [illegible]e fut[illegible] [illegible] in [illegible]or. d[illegible] e-piſt pſeud - Euariſti: a[illegible] ludit [illegible] poſtor ad legem Maior[illegible] no ue l. lib 4. tit 8
b infames ſubmo[illegible] ab accu[illegible] Sacer[illegible] iubet Conc 7 Carth c. 2.
c ad [illegible] impo[illegible] ris
d de r[illegible] p ori-bus C. [illegible] Theod. l b. 9 tit. 24 & [illegible] legendus. e de ſeruis Dominos imp[illegible] entibus tit. 6. eiuſ[illegible] [illegible] An[illegible] [illegible]ior m[illegible] [illegible] Ca[illegible] [illegible] ſeculo, inquirant [illegible] [illegible]quatu.
f ſi [illegible] notam d[illegible] ere n[illegible] p[illegible] in [illegible]
g phra[illegible] Concil 7. Carth [illegible] c. [illegible] vi[illegible] c[illegible] pr. can. Apoſt. 66. Aurelian. III. c. 26. Rom. C[illegible] ſub Greg. II. c. 10. 11.

Quia

Quia [h] *manifeſta peccata nõ ſunt occulta correctione purgãda.* Omnes [i] ergo qui in recta fide ſuſpecti ſunt, [k] in accuſatione Sacerdotum, & eorum ſuper quorum fide non hæſitatur, minime recipiantur, & in teſtimonio humano dubij habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem de quorum fide dubitatur, *nec* [l] *eis omnino eſſe credendum qui* rectam *fidem ignorant.*

Quærendum eſt [m] ergo *in iudicio cuius ſit conuerſationis & fidei is qui accuſat, & is qui accuſatur*; quoniam hi *qui non ſunt rectæ conuerſationis ac fidei*, & quorum vita eſt accuſabilis, non permittuntur [n] *maiores natu accuſare*, nec [o] *quorum fides, vita & libertas neſcitur. Neque viles perſonæ in eorum recipiantur accuſationem.*

Rimandæ [p] vero ſunt enucleatim perſonæ accuſatorum, quæ ſine ſcripto difficile, per ſcriptum autem numquam recipiantur. [q] Quia per ſcripturam nullus accuſare vel accuſari poteſt; ſed propria voce, & præſente eo quem accuſare voluerit, ſuam quiſque agat accuſationem. [r] Nec abſente eo quem accuſare voluerit cuicumque accuſatori credatur.

Similiter teſtes per quamcunque ſcripturam teſtimonium non proferant, ſed præſentes de his quæ viderunt & nouerunt veraciter teſtimonium dicant; Nec de aliis cauſis vel negotiis dicant teſtimonium, niſi de his quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur.

Accuſatores vero conſanguinei aduerſus extraneos teſtimonium non dicant, nec familiares, vel [f] *de domo prodeuntes*; ſed ſi voluerint, & inuicem conſenſerint inter ſe parentes tantummodo teſtificentur, & non in alios.

Nec accuſatores vel [t] *teſtes ſuſpecti* recipiantur; *quia*

h verba Iſidori Hiſpal. ſẽt. lib. 3. c. 46.
i hæc ſuper. non cohærẽt.
k vide Conc. Conſtant. c. 6 Carth. 7. c. 2. Adrian. collect. c. 63.
l verb. Adrian. collect. c. 4.
m verba Cõc. 4. Carth. c. 96 Adriani I. collect. c. 5. cuius ſint conuerſ. & fidei atque ſuſpicionis accuſatores.
n 2. Concil. Carth. 6. can.
o Adriani collect. cap. 15. Paul lib. 5. ſenten. tit. 15. -- *eos quos vita humilitas infamauerit interrogari nõ placuit.*
p vide Conc. Chalced. c. 28 Carth. 2. c. 8. Conſtant. c. 6 Tolet 6. c. 11.
q vide Zoſim. epiſt. 3. ad Afros & 4. ad eoſd. Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. conſt. 15. -*accuſari vnumqu maue per alterum non oportet*, &c Interp. *In criminalibus cauſis, vel obiectionibus per mandatum nullus accuſet, nec ſi per ſcriptum principis hoc potuerit impetrare: ſed ipſe qui crimen intendit præſens per ſe accuſet* &c. Paul. ſent. lib. 5 tit. 35. An an. ibid.

r Concil. Chalced. act. 10 Tolet. 6. c. 11. Adrian. I. collect. c. 5. Cod. Theodoſ lib. 11. tit. 39. conſtit. 9 Anian. ibid. Paul. lib. 5. ſent. tit. 5. cum interp. Anian. Cod. x Iuſtin. lib. 7. tit. 43. conſti. 4. 5. 7. 10

f Concil. Carthag cap. 4. Paul ſentent. lib. 5. tit. 15. -- *eos maxime quos accuſator de domo produxeris*, &c. Cod. Iuſtin. lib. 4. tit. 20 conſtit. ibid. vetitum parentum aduerſus liberos teſtimonium & contra. v. c conſt 6

t Paul. ſent. lib. 5. tit. 15. *Suſpectos gratia teſtes*, &c. *interrogari non placuit.*

[u] *propinquitatis* & familiaritatis, ac dominationis *affectio veritatem impedire* ſolet.

Amor carnalis, & timor, atque [x] *auaritia plerumque ſenſus* hebetant *humanos, & peruertunt opiniones, vt quæſtum pietatem putent, & pecuniam quaſi mercedem prudentiæ.*

Nemo [y] enim *in dolo loquatur ad proximum ſuum Fouea alta eſt os maleuoli; Innocens dum credit facile, citò labitur.* Sed [z] *iſte lapſus* ſurgit, & tergiuerſator *ſuis artibus præcipitatur, vnde numquam exiliat atque euadat. Ponderet ergo vnuſquiſque ſermones ſuos*; & quod ſibi *loqui* [a] non vult, alteri non loquatur. Vnde bene ſacra ait ſcriptura, [b] *Quod tibi* non vis *fieri, alteri ne facias.*

Nos [c] *enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus.* Nec [d] *præcipitemus conſilia* & [e] *opera noſtra*, neque *ordinem* corrumpamus.

Sed ſi aliquis lapſus quocumque modo fuerit, non perdamus eum; ſed fraterno corripiamus affectu, ſicut ait B. Apoſtolus, [f] *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.*

Porro [g] *S. Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore* [h] permanſit. B. quoque Petrus *amariſſimas lacrymas fudit* quando *Dominum negaſſe pœnituit*, ſed *tamen Apoſtolus* permanſit.

Et Dominus per Prophetam peccantibus pollicetur dicens, Peccator [i] *in quacumque die conuerſus* ingemuerit, [k] *omnium iniquitatum illius non recordabor* amplius.

Errant [l] enim qui putant Domini Sacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint pœnitentiam, Domino miniſtrare non poſſe, & ſuis honoribus frui, ſi bonam deinceps vitam duxerint & ſuum [m] Sacerdotium condigne cuſtodierint.

Et ipſi qui hoc putant non ſolum errant, ſed etiam

u verba Aniani interpr. quia *veritatis profeſſionem propinquitatis affectio impedire cognoſcitur*

x verba Ambroſ. epiſt. 44 hebetat & peruertit.

y ibid. paulo ante. nemo etiam in dolo loq. &c. laqueus eſt in labiis noſtris, & ſæpe vnuſquiſque ſermonibus ſuis non explicatur, ſed inuoluitur. fouea &c.

z unde innocentiæ præcipitium ſed maius maleuolentiæ. innocens &c.

z ſed tam. n &c. reſurgit: maledicus autem ſuis artibus, &c.

a N phraſ.

b Tob 4. Lamprid. in Alexandro.

c Ambroſ. verba, epiſt. 39.

d ne præcip.

e atque opera noſtra ne ordinem prætermittimus.

f Gal. 6.

g verba Auguſtini epiſtol. 50. nam & S. Dauid &c. h honore ſuo perſtitit: & B. Petrum quando amariſſ. &c. vel que Dominum &c. & tamen Apoſt. manſit.

i Ezech 33.12. k Ezech. 18. 22.

l Erras ipſe qui nullo lapſuum diſcrimine habito, reſtitutionem lapſis polliceris; alia ſemper fuit veteris Eccleſiæ praxis. m Qui gradu ſuo excidit, quomodo eum condigne cuſtodire poſſit dicas velim, infrunitum caput.

n *contra*

[n] *contra* traditas *Eccleſiæ claues* diſputare & agere videntur; *de quibus dictum eſt*, [o] *Quæcumque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo.*

Alioquin hæc ſententia aut Domini non eſt, aut vera non eſt. Nos vero indubitanter tam Domini Sacerdotes quam reliquos fideles [p] *poſt dignam ſatisfactionem poſſe redire ad* [q] honores *credimus*, teſtante Domino per Prophetam, *Nunquid* [r] *qui cadit non adiiciet vt reſurgat? & qui auerſus eſt non reuertetur?*

Et alibi; *Nolo*, [ſ] inquit Dominus, *mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.* Et Propheta Dauid [t] *pœnitentiam agens* [u] dixit, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* [x] Ipſe namque poſt pœnitentiam & alios docuit, & ſacrificium Deo obtulit, dans exemplum Doctoribus S. Eccleſiæ ſi lapſi fuerint, & *condignam pœnitentiam* Deo geſſerint, vtrumque facere poſſe. Docuit enim quando dixit, *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Et ſacrificium Deo* pro ſe obtulit, dum dicebat, *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Videns *enim Propheta* ſcelera *ſua* mundata *per pœnitentiam, non dubitauit prædicando* & Domino *libando curare aliena.*

Lacrymarum [y] ergo effuſio mouet animi paſſionem. ſatisfactione [z] autem impleta auertitur animus ab ira. Qui enim non ignoſcit alteri, quomodo ſibi putat ſubueniri? ſuperabundant ergo peccata, ſuperabundet [a] & miſericordia.

Quoniam [b] *apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.* Penes Dominum omnium abundantia eſt, quia [c] *Dominus virtutum ipſe eſt*, & *Rex gloriæ.*

Ait enim Apoſtolus, [d] *Omnes peccauerunt & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu; quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore, vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum qui ex fide eſt Ieſu Chriſti.*

n verba Auguſt. loco citato: *Alioqui contra claues datas Eccleſiæ diſputabitur, de quibus.*
o Matt. 18.
p verba Greg. epiſt. 54 li. 7. In lib. 2 *poſſe rediri.*
q ad honorẽ ſacerd. dicente Propheta,
r nunquid &c.
r Hier. ca. 8.
ſ Ezech. 18.
t Greg. loco cit. poſt. lin. 7
u addebat: redde &c.
x confirma me. Si enim condignam Deo pœnitentiam non feciſſet, neq; aliquam aliis prædicaret. Ait enim, Docebo, &c. dũ enim peccata proſpexit Propheta mũdata per pœnitentiam nõ dubit. &c. cur. aliena; & de ſemetipſo ſacrif. Deo offerre ſtuduit, cum dicebat, ſacrif. &c.
y hæc ſuperioribus non cohærent. ſunt autem falſa, non enim lacrymæ mouent animi paſſionem, ſed animi paſſio mouet ad lacrymas.
z ἐξομολόγησις.
a diuinam ſuperabundare neceſſe eſt, humanam impoſſibile.
b Pſalm. 129.
c Pſalm. 23.
d Rom. 3.

e Rom. 5. Pſal. 31. *David*[e] enim *dicit; Beati quorum remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.*

Mundatur ergo homo à peccato, & reſurgit gratia Dei lapſus, & in priſtino manet officio iuxta prædictas auctoritates. Videat ne amplius peccet, vt ſententia Euangelij maneat in eo; [f] *Vade, & amplius noli peccare.*

f Ioan. 8.

g Rom. 6. Vnde ait Apoſtolus, *Non* [g] *ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius: ſed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato; ſed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur; non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid ergo? peccabimus quoniam non ſumus ſub lege ſed ſub gratia? Abſit; an neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? Gratias autem Deo quod fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi eſtis; liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ; Humanum dico.*

h Sixti Pythagoræi ſent. 174. Ruffino interpr. Periculum. i Rom. 2. *Maius*[h] enim peccatum [i] *eſt iudicantis, quam eius qui iudicatur.*

Exiſtimas, inquit Apoſtolus, *ô homo* omnis *qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: his quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quærentibus vitam æternam: his autem*, [k] *qui ex contentione, & qui non acquieſcunt Veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci; Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum.*

k qui ſunt.

l Sixti ſenten. 118. m refuge. n Marc. 12. *Sententiam*,[l] fratres, *quæ miſericordiam vetat, non ſolum tenere, ſed & audire* [m] refugite.

Quia potior eſt miſericordia [n] *omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis.* Conſultis veſtris breuiter reſpondimus, quia oppreſſos nimis & præoccupatos aliis iudiciis literæ nos inuenere veſtræ.

Data

Data 8. Idus Octobris [o] Antonino & Alexandro viris Clariſſ. Coſſ.

ANTON. *Auguſtin. de emendat. Gratiani lib. 2. Dial. 4.* Selecti viri, qui Romæ operam nauarunt in Gratiano emendando, Calixti primi epiſtolas reiecerunt, &c.

o A.D. 224. Caliſti 4. vide Baron. p c .do Vrbani epiſt. data fingitur Nonis Septemb. huius anni.

CENSVRA.

VERSIONE Bibliorum vulgata, Concil. Antiocheni & Carthaginenſis 4. Ambroſij, Auguſtini, Simplicij, Gregorij, Adriani I. Aniani & Sexti Pythagoræi dictis impudenter abutitur veterator; Eccleſiæ & Epiſcopi concubitus neſcio quos ſomniat: Decreta plurima veterum tum principum, tum conciliorum pro libidine dum deſcribit corrumpit.

VRBANI PAPÆ

Epiſtola.

Vrbanus Epiſcopus omnibus Chriſtianis, [a] in ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam & adſperſionem ſanguinis *Domini noſtri* Ieſu Chriſti, *Salutem*.

a deeſt voc *electis* ex epiſtol. 1. Pet. c. 1. ſupplenda, vt ſenſus ſit integer.

DECET [b] omnes Chriſtianos, chariſſimi, *vt eum imitentur cuius nomen ſortiti ſunt. Quid* prodeſt, *fratres mei*, (Iacobus Apoſtolus ait) *ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat?* [d] *Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis. In multis enim offendimus omnes.* Qui *ſapiens & diſciplinatus eſt inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ.*

b Sic Cyprian. de habitu Virg *Qui eſſe cupimus Chriſtiani, debemus quod Chriſtus fecit & docuit imitari.*
c Iac. 2. proderit.
d Iac. 3. 1. &c.
e ibid. verſ. 13. *Quis.*

Scimus vos non ignorare quia hactenus vita communis inter bonos Chriſtianos viguit, & adhuc [f] gratia Dei viget; & maxime inter eos [g] qui *in ſortem Domini ſunt electi*, id eſt Clericos, ſicut in Actibus legitur Apo-

f Quicquid de Eccleſia Apoſtolica à Luca deſcripta ſtatuendum ſit, hoc falſum fuit Vrbani tempore.
g hanc rationem nominis Clericorum reddit Iſidor, de offic. lib. 2. c. 1.

ſtolorum: [h] *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna; nec quiſquam, eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſederant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis* [i] *Ieſu Christi, & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quiſquam egenserat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat. Ioſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, quod eſt, interpretatum, filius conſolationis, Leuites* & *Cyprius genere, cum haberet agrum vendidit illum, & attulit pretium* [k] *ante pedes Apoſtolorum*, &c.

Videntes ergo Sacerdotes ſummi [l] *&* alij, [l] *atque* Leuitæ, [l] *&* reliqui fides, plus vtilitatis poſſe afferre, ſi [m] *hæreditates* & agros quos vendebant Eccleſiis quibus præſidebant Epiſcopi, traderent, eo quod ex [n] *ſumptibus* eorum, *tam præſentibus quam futuris* temporibus, *plurima* & *elegantiora* poſſent miniſtrare fidelibus [o] *communem fidem ducentibus*, quam ex pretio eorum; cœperunt prædia & agros, quos vendere ſolebant, *matricibus* [p] *Eccleſiis* tradere, & *ex ſumptibus eorum* viuere.

Ipſæ verò res in ditione ſingularum parochiarum, Epiſcoporum, *qui* [q] *locum tenent Apoſtolorum*, erant, & ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus. E quibus Epiſcopi & fideles diſpenſatores eorum, [r] omnibus communem vitam degere volentibus, [ſ] miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint, vt *nemo in eis egens* inueniatur.

Ipſæ [t] enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent *in aliis vſibus* quam Eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum vel indigentium *conuerti*.

Quia [u] *vota* ſunt *fidelium*, & *pretia peccatorum*, ac *patrimonia pauperum*: atque ad prædictum opus explendum Domino traditæ.

h Act. 4.
i Domini noſtri.
k & poſuit ante.
l numera copulatiuas.
m nota phraſes.
n reditus voluit dicere.
o quid ſit, communem fidem ducere, ediſſera. qui capere poteſt.
p *matricum cathedrarum* meminit Cócil. Mileu. ca 25. *matricis Eccleſiæ* Cod. can. Afric. c. 33 *Matricula* albũ Eccleſiæ Cod. can. Afric. c. 86. Concil. Agath. cap. 2. Antiſidor. c. 3. hinc munus *matriculariorum*
q Vide Cyprian epiſt. 65. Hieron. epiſt. 1. 11. & 54 Iſid. de offic. lib 2. ca. ... Concil. Pariſ. ſub Gregorio 4. lib. 1. cap. 27.
r ad Epiſcopos rerum Eccleſ. adminiſtrationem pertinere docent Can. Apoſt. 39. Conc. Gangr. c. 7 Antioch. c. 24. 25. Carth. 4 c 31 Cod Eccl. Afric. c. 33. &c.
ſ Supra omnes bonos Chriſtianos ... cur nunc ſtylum mutas?
t Hunc locum citat Hincmarus epiſt ... & 8 & Concil. ad Chariſſiacum epiſt. ad Gallos.
u de Proſper ... de vita contempl. ... quem hoc loco imitatur impoſtor; videtur autem in epiſtola legendum, *res Dei fidel obl &c.* u Verba Proſp. ... li. 2. de vita contempl. c. 9.

Si quis

Si quis autem (quod abſit) ſecus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Saphiræ percipiat, & reus ſacrilegij efficiatur, ſicut illi effecti ſunt qui pretia prędictarum rerum fraudauerunt; de quibus legitur in prædictis Apoſtolorum actibus, *Vir* [x] *autem quidam nomine Ananias cum Saphira vxore ſua vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri conſcia vxore ſua, & afferens partem quandam, ad pedes Apoſtolorum poſuit: dixit autem Petrus* [y] Ananię, *cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te ſpiritui Sancto,* [z] fraudari *de pretio agri? nonne manens tibi manebat, & venundatum erat in tua poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? Non es hominibus mentitus, ſed* Domino. [a] *Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & expirauit. Et factus eſt timor magnus* [b] in *omnes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes ſepelierunt. Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & vxor ipſius neſciens quod factum fuerat introiuit.* [c] Reſpondens *autem ei Petrus* dixit, *Dic mihi, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit, etiam tanti. Petrus autem ad eam: Quid vtique conuenit vobis tentare ſpiritum Domini? Ecce pedes eorum qui ſepeliuerunt virum tuum ad oſtium, & efferent te. Confeſtim cecidit ad pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes inuenerunt illam mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt ad virum ſuum: & factus eſt timor magnus in* [d] vniuerſam Eccleſiam, *& in omnes qui audierant hæc.*

Hæc, fratres, valde cauenda ſunt & timenda; quia res [e] *Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed vt communes,* & Domino oblatæ, cum ſummo timore, non in alios quam in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ, ne ſacrilegij reatum incurrant qui eas inde abſtrahunt vbi traditæ ſunt, ne pœnam & mortem Ananiæ & Saphiræ incurrant, & (quod peius eſt) [f] *Anathema Maranatha* fiant: & ſi non corpore, vt Ananias & Saphira, mortui ceciderint; anima tamen, quæ potior eſt corpore, mortua & alienata à conſortio fidelium cadat, & in profundum barathri labatur.

Vnde [g] attendendum eſt omnibus, & fideliter cu-

x Act. 5.
y Ananiæ.
z fraudare.
a Deo.
b ſuper.
c Reſpondit.
d vniuerſa Eccl.
e verba Proſperi loco ſupra citato.
f 1. Cor. 16. *Maranatha* reddit Hieronymus lib. de nom Heb. *Dominus noſter venit*: credidit autem impoſtor hac voce peregrina, non confirmationem anathematis ſed pœnam Anathemati connexam denotari. Vide epiſt. 137. ad Marcellam.

g hunc locum citat Concil. Mogunt. ſub Stephano VI. cap. 11.

ſtodiendum,& [h] *illius vſurpationis contumelia depellenda, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dedicata*, à quibuſdam irruentibus *vexentur*.

Quod *ſi quis* fecerit, *poſt debitæ vltionis acrimoniam quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt*, [i] perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut *exilio perpetuæ deportationis* [k] vtatur.

Quoniam, iuxta Apoſtolum, [l] *tradere* oportet *huiuſmodi* hominem *Satanæ*, [m] *vt Spiritus ſaluus ſit in die Domini*.

Memoratis ergo *augmentationibus* ac cultibus, in tantum Eccleſiæ, quibus Epiſcopi præſident Domino adminiculante creuerunt, & tantis [n] maxima pars earum abundant rebus, vt nullus ſit in eis communem eligens vitam indigens; ſed omnia neceſſaria ab Epiſcopo ſuiſque miniſtris percipit. Ideo ſi aliquis extiterit [o] *modernis aut futuris temporibus*, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

Quod [p] autem ſedes in *Epiſcoporum Eccleſiis* excelsè conſtitutæ, & præparatæ inueniuntur, vt thronus, [q] *ſpeculationem* & poteſtatem iudicandi, & ſoluendi, atque ligandi à Domino ſibi datam [r] *materiam* docent: Unde ipſe Saluator in Euangelio ait, *Quæcunque* [ſ] *ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo; & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo*. Et alibi, [t] *Accipite Spiritum S. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt*.

Ideo iſta prætulimus, chariſſimi, vt intelligatis poteſtatem Epiſcoporum veſtrorum, in eiſque Deum ve-

h *Verba Cod. Theod. lib. 16. titul. 2. Conſt 40.* Placet rationabilis conſilij tenore perpenſo, diſtricta moderatione præſcribere à quibus ſpecialiter neceſſitatibus Eccleſiæ vrbium ſingularum habeãtur immunes. Prima quippe illius vſurp. contum. depell. &c. dicata ſordidorum munerum faſce vexentur. Nulla iugatione quæ talium priuilegiorum ſorte gratulatur, muniendi itineris conſtringat iniuria; nihil extraordinarium hac ſuper indicti iſtiusve flagitetur: nulla pontium inſtauratio, nulla tranſlationum ſolicitudo gignatur: non aurum cæteraque talia poſcantur. Poſtremo nihil præter Canonicam illationem, quod aduentitiæ neceſſitatis ſarcinam repentina depoſcerit, eius functionibus adſcribatur. Si quis contrauenerit, poſt debitæ, &c.

i addit am. impoſtoris. k vtatur. Cod Inſt. *ſubdatur*. l 1. Cor. 5.

m addit, in interitum carnis. n An iam as ſub iugo principum Ethnicorum diuitias congeſſerit Eccl. Chriſtiana, doceat qui potest: hactenus certe deſuit probatio.

o Noua phraſis p hæc non cohærent videntur autem è Concil. 4 Carthag. can. 35 petita. q Sic Ambroſ. de dignitate Sacerdot. cap 6. *Quid aliud interpretatur Epiſcopus quam ſuper inſpector, maxime cum ſolio in Eccleſia editiore reſideat, vt ita cunctos reſpiciat, &c.* Sic & Auguſt. in Pſalm. 126. *Ideo altior locus poſitus eſt Epiſcopis vt ipſi ſuperintendant, &c.* An vero Vrbani ſeculo, (quo vix Chriſtianis domos ſacras poſſidere licebat) commentarius quæ hic de ſolio Epiſcopali garrit· ὑπερβολὰς perpendet in timore Domini Lector prudens, &c. r redundat. hæc materia.

ſ Matth. 18. t Ioan. 20:

neremini,

neremini, & eos vt animas veſtras diligatis: & [u] quibus illi non communicant non communicetis; & quos eiecerint non recipiatis. Valde enim *timenda* [x] *eſt ſententia* Epiſcopi, *licet iniuſtè* liget aliquem; quod tamen ſummopere præuidere debet.

Vos autem hortantes, monemus omnes qui Chriſtianitatem ſuſcepiſtis, & [y] *à Chriſto* vocabulum *Chriſtiani* ſumpſiſtis, ne in aliquo Chriſtianitatem veſtram irritam faciatis, ſed ſponſionem quam Domino in Baptiſmo feciſtis, firmiter teneatis, ne reprobi ſed [z] condigni coram eo inueniamini.

Et quicunque veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & vouit ſe nihil proprium habere, videat [a] ne pollicitationem ſuam irritam faciat; ſed hoc quod Domino eſt pollicitus fideliter cuſtodiat, ne damnationem ſed præmium ſibi acquirat: quoniam [b] ſatius eſt non vouere, quam votum, prout melius poteſt, non perficere. *Grauius* [c] autem *puniuntur qui* votum fecerunt, aut *fidem perceperunt* & votum non perfecerunt, aut *in malis vitam finierunt, quam illi qui* vitam ſine voto finierunt, aut *ſine fide mortui ſunt, & tamen bona opera egerunt.*

Ad [d] *hoc enim ſenſum rationabilem naturæ munere, & ſecundæ natiuitatis* reparationem *ſuſcepimus, vt ſecundum Apoſtolum magis* [e] quæ ſeorſum ſunt ſapiamus, non quæ ſuper terram; [f] *quia* ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.

Quid autem ſuadet, chariſſimi, ſapientia huius ſeculi, niſi nocitura quærere, & *amare peritura, negligere ſalutaria, pro nihilo* reputare [g] *perpetua? cupiditatem commendat, de qua dicitur,* Radix [h] omnium malorum eſt cupiditas; *Quæ in primis hoc malum habet, quod dum ingerit tranſitoria, abſcondit æterna: & dum à foris poſita conſpicit, intra ſe latentia non introſpicit; & dum aliena quærit* [i] ſectatori *ſuo, ſemetipſum alienum* [k] facit? *Ecce, quid ſuadet ſeculi ſapientia? viuere in delitijs;* vnde *dicitur,* [l] Vidua quæ in deliciis eſt viuens, mortua eſt. *Suadet ergo molliſſimis ſuauitatibus, peccatis, vitijs, & flammis nutrire carnem, cibi & vini intemperantia animam premere, ac vitam ſpiritus intercludere, & contra ſe hoſti ſuo de ſe gladium miniſtrare. Ecce quid ſuadet ſeculi ſapientia? vt qui boni*

u quid ſi ἐμπέσοντες ἀπειλῆς καὶ φόνου aliquos eiiciant?
x hæc tranſtulit impoſtor ex homil. 26. Gregorij in Euangelia.
y Iſid. Hiſpal. etig. l. 7. cap. 14.
z in Chriſto ſcil. alioqui nemo dignus Deo.
a Melius eſt ne temere voueat, ſed ex conſcientia vocationis ſuæ.
b Eccl. 5.
c Titul. cap. 10. li. 2. Concil Pariſ. ſub Greg. IIII. A D. 829.
d verba Euſebij Gallicani homil. in die pentecoſtes.
e Coloſſ. 3.
f 1. Cor. 3.
g putare.
h 1 Tim. 6.
i factori ſuo.
k reddit alien.
l 1. Tim. 5.
Anima.

m Pſal. 91. *ſunt mali eſſe malint, & per errorem mentis fieri etiam ſtudeant peccatores, & non cogitent illam terribilem Dei vocem,* [m] *Cum exurentur peccatores ſicut fœnum.*

n phraſ. Hieron. lib. aduerſ. Luciſer. cap. 4. Omnes enim fideles [n] *per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum Sanctum* poſt Baptiſma *accipere* debent, [o] *vt plene Chriſtiani* inueniantur:

o hanc blaſphemiam Pſeudo Clemen. epiſt. 4. *Quia* [p] *cum Spiritus Sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam* & conſtantiam *dilatatur.*

Pſeudo-Melchiad. epiſt. 2. euomunt. *De* [q] *Spiritu Sancto accipimus, vt efficiamur ſpirituales, quia* [r] animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. *De Spiritu Sancto accipimus, vt ſapiamus inter bonum malumque diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere; vt malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, vt luxuriæ ac diuerſis illecebris, & fœdis indignisque cupiditatibus reſiſtamus. De ſpiritu Sancto accipimus, vt amore vitæ & gloriæ ſuccenſi, erigere à terrenis mentem ad ſuperna & diuina valeamus.*

p Euſeb. idem paulò antè.
q ibid. poſt lin. 8.
r 1. Cor. 2.

Data Nonis Septembris, *id eſt quinto die* eiuſdem menſis, [ſ] Antonio & Alexandro viris Clariſſ. Coſſ.

ſ A. D. 224. Elagabali 4. Calliſti pontif. 4. cui ſubſtituitur Vrbanus A. 226. Octobr. 21. Vide Baron.

CENSVRA.

IMPOSTOR vitæ communis neceſſitatem barbaro ſtylo prædicat; Baptiſmum imperfectionis accuſat; varias vulgatæ verſionis, Proſperi, Gregorij, Euſebij Gallicani, Concil. Pariſienſis ſub Gregorio IIII. & Theodoſiani Codicis ſententias commentis ſuis admiſcet; ac tandem errante calculo alieni temporis notam apponit.

Seruin. lib. vindiciarum ſecundum libertatem Eccleſiæ Gallicanæ, &c.

Quis præſumat ſanctum illum Martyrem Vrbanum, qui ſub Heliogabalo cum aliis Chriſtianis in latibulis ſe occultabat, & cuius omnis cogitatio motuſque animi in capiendis de propagandæ religione conſiliis, & pertinentibus ad beate viuendum ac bene moriendum, aut in ſtudiis ſcientiæ cognitioniſque diuinæ verſabatur, in terras ferri voluiſſe? Tum Chriſtiani omnes nec viriis animum applicabant nec diuitiis, ſed martyrij gloriam quærebant; & poſſeſſionum fruſtra ab ipſis acquiſitum fuiſſet dominium, cum iis frui non liceret. Quam obrem cœlum petebant, & ſolo animi ardore concaleſcebant. Ab aliis igitur quam à Pontificibus martyrium paſſis huiuſmodi de licentia poſſeſſionum acquirendarum probationes petendæ ſunt, ſiue in Italia, ſiue in aliis locis, &c.

PON-

PONTIANI PAPÆ

Epiſtola I.

Pontianus Epiſcopus, Felici * *Succribono* Salutem.

OPPIDO [a] *cornoſtrum* charitati *veſtræ congaudet, quod* ſtudium S. religionis ſummopere adimplere ſtudetis, & fratres mœrentes ac deſtitutos in fide & religione confortatis.

Vnde [b] *redemptoris noſtri miſericordiam exoramus, vt ſua vobis in omnibus gratia ſuffragetur, & effectu* [c] *implere tribuat quod velle conceſſit.* [d] *In* hoc itaque bono *tanto commoda retributionis accreſcunt, quanto & ſtudium laboris augetur.*

Et [e] *quia in his omnibus diuinæ gratiæ adiutorio opus eſt, omnipotentis Dei aſſiduis precibus clementiam* [f] exoramus, *quatenus* [g] *hæc* vobis ſemper *operanda bona & velle tribuat, & poſſe concedat; atque in ea* [h] vos *via, cum fructu boni operis, quam ſe Paſtor paſtorum eſſe teſtatus eſt, dirigat, vt ſine quo nihil* [i] agi poteſt, *per ipſum implere* [k] bona quæ cœpiſtis valeatis.

De Sacerdotibus autem Domini, quos vos [l] audiuimus contra prauorum hominum inſidias adiuuare, eorumque * *cauſas portare*, ſcitote vos in eo valde Deo placere; qui ſibi eos ad ſeruiendum adſciuit, & [m] *familiares* in tantum ſibi eſſe voluit, vt etiam [n] *aliorum hoſtias per eos acceptaret*, atque eorum peccata donaret, ſibique reconciliaret.

Ipſi quoque proprio [o] *ore corpus Domini conficiunt* & populis tradunt.

De illis enim dictum eſt; [p] *Qui vos contriſtabit me contriſtabit.*

* forte *Scribonum* voluit dicere. Scribonum meminit Greg. epiſt. 2. 57. & 60. lib. 8. Vide & lib. 10. epiſt. 17. 18. & lib. 12. epiſt. 30.

a verba Greg epiſt. 95. lib 7. indiction. 2. Multum cor noſtrum magnitudini veſtræ, &c.

b Greg. Ibid.

c vos implere.

d quia ergo in hac re tanto.

e verba Symmachi in Conc. Rom. 6.

f exoremus.

g ad hæc operanda nobis &

h in ea nos

i agere poſſumus.

k implere omnia valeamus.

l Audimus ἀκούοντες tua figmenta.

* Not. phraſ. m omnes pij familiares Dom. parili iure dicendi ſunt; ſunt enim συμπολῖται τῶν ἁγίων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ. Eph. 2. n longe aliter Petrus de cuius ſede falſo ſibi blanditur impoſtor: is enim fideles omnes vocat ἱεράτευμα ἅγιον ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας εὐπροσδέκτους τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. 1. Pet. 2. 5.

o phraſ. Hieron epiſt. 1. & 85. p hoc nullibi de Sacerdotibus Scriptura dicit: ſimile quid Paulus ſcribit, ſed ad omnes Corinthios qui Chriſto nomen dederant: Vide 2. Cor. 2. 5.

Et[q] *qui* vobis *iniuriam facit, recipiet id quod inique geſſit.*

Et alibi; *Qui*[r] *vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit; qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.* Hi enim non ſunt infeſtandi ſed honorandi.

In eis quoque Dominus honoratur,[s] *cuius legatione funguntur.* Hi ergo ſi forte ceciderint, à fidelibus ſunt ſubleuandi &[u] *portandi.*

Accuſandi autem non ſunt ab infamibus, aut ſceleratis, vel[x] *inimicis*, aut alterius ſectæ vel religionis hominibus

Si peccauerint,[y] à reliquis arguantur Sacerdotibus, ſed à ſummis Pontificibus conſtringantur, & non à[z] *ſecularibus aut malæ vitæ* hominibus arguantur vel arceantur.

Quod ergo de[a] *fratris veſtri tranſitu* vos contriſtari audiuimus, non modico compulſi ſumus *mærore.* Vnde *omnipotentem Deum* rogamus, *vt ſua vos gratiæ adſpiratione conſoletur, voſque & à malignis ſpiritibus, & à peruerſis hominibus cœleſti protectione cuſtodiat.* Nam & *ſi quos poſt illius obitum tumultus quorundam aduerſantium ſuſtinetis, nolite mirari; ſi vos* qui *frui bonis in terra* veſtra, id eſt in terra *viuentium quæritis, mala hominum in terra aliena*[b] portatis. *Peregrinatio quippe eſt vita præſens, & qui ſuſpirat ad patriam, ei tormentum eſt*[c] peregrinationis *locus, etiamſi blandus eſſe videatur. Vobis autem qui patriam quæritis, inter ſuſpiria quæ habetis, etiam gemitus audio humanæ oppreſſionis exurgere. Quod mira omnipotentis Dei*[d] diſpoſitione *agitur, vt dum Veritas per amorem vocat, mundus præſens à ſeipſo animum veſtrum per tribulationes quas ingerit*[e] reiiciat; *tantoque facilius ab amore huius ſeculi mens exeat, quanto & impellitur dum vocatur. Itaque, quod cœpiſtis, hoſpitalitatis curam impendite; in oratione & lacrymis inſtantiſſime laborate: Eleemoſynis, quas ſemper amaſtis, iam nunc largius atque vberius date operam: vt tanto poſt creſcat vobis in retributione fructus*[f] muneris, *quanto hic exercuerit ſtudium laboris.*

q hic rurſus adulterat impoſtor locum Pauli ad Coloſſ. c. 3 verſ. vlt. addita verbis Apoſtolicis dictione *vobis.*
r hic demum locus ad Eccleſiæ præpoſitos pertinet. vide Luc. 10.
t 2. Cor. 5.
u N. phraſ. Pſeudo Iſid.
x non omnes inimici ab accuſatione Sacerdotum remouendi, quam multi enim inter eos ἀπροσηγεῖς vno verbo, nemo in propriis cauſis repellendus quiliſcunque ſit; ſic enim decernunt Concil. Conſtant. c. 6. Carthag. 3. cap. 7. &c.
y hæc nunquam fuit praxis Eccleſiæ.
z non omnes ſeculares malæ vitæ homines dicendi ſunt; ſicut nec in omnibus Clericis probata vita reperitur: hoc nomine arguendus, & coercendus fuiſtis

a Gregorij M. epiſtola 70. lib. 9. *Audito dulciſſimi filij mei, fratris veſtri, tranſitu, quo ſum mœrore perculſus, epiſtolaris non valet explere locutio, ſed omnipot. Deum rogo, vt* &c. b portare debetis. c in peregrinatione. d diſpenſatione.
e repellat. f operis.

Præterea

Præterea [g] *ſalutantes paterna dulcedine* [h] bonitatem *veſtram, petimus vt in* bonis quæ cœpiſtis ne deficiatis; Neque vllus vos ab eis auertere poſſit, ſed in *cunctis affectum veſtræ charitatis* Clerici & ſerui Dei, ac cuncti Chriſtiani, qui in illis partibus commorantur, [i] *amore* Chriſti & *S. Petri* pleniter inueniant; *& fauoris veſtri ſolatijs (quocumque* modo *neceſſe fuerit)* potiantur: *quatenus veſtra* cuncti *ope* defenſi atque adiuti, *& nos vobis gratiarum poſſimus exiſtere debitores*, & Chriſtus Ieſus Dominus noſter æternam gloriam *compenſet, & B. Apoſtolus Petrus Apoſtolorum princeps, in* [l] quorum *vos cauſis impenditis*, ipſius gloriæ ianuam aperiat. Data [m] 10. Kal. Februarij Seuero & Quintiano viris Clariſſ. Coſſ.

g verba Greg. epiſt. 21. li. 7. Indict. 2. quæ diuerſo charactere expreſſimus impoſtoris addimenta ſunt.
h gloriam.
i vid. Greg. lib. 5. epiſt. 54. 55. lib. 6. epiſt. 27. lib. 7. indict. 2. epiſt. 65. & 9. li. 8. epiſt. 17. li. 9. epiſt. 6 li. 10. epiſt. 26.
k Greg. epiſt. 21. lib. 7. *potiatur quatenus cùm iuncta ſibi ſalubriter veſtra ope expleuerit & nos vobis*, &c.
l in cuius cauſis vos impend. hic vobis & in futuro compenſet.
m A.D. 237. Pontiani vltimo.

CENSVRA.

IMPOSTOR ſcripturarum ſententiis petulantiſſimè abutitur; Eccleſiæ priſcæ Decreta peruertit: dicta denique Hieronymi, Concilij 6. ſub Symmacho, maxime vero Gregorij ſibi vendicat.

PONTIANI PAPÆ

Epiſt. II.

Pontianus Sanctæ & [a] vniuerſalis *Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus rectè Dominum colentibus, & diuinum cultum amantibus, Salutem.*

GLORIA [b] *in excelſis Deo, & in terra pax hominibus* [c] *bonæ voluntatis.* Hæc verba, chariſſimi, non hominum ſed Angelorum, & non humano ſenſu excogitata, ſed ab Angelis in ortu Saluatoris annuntiata. Quibus indubitanter ab omnibus

a Diximus quo ſenſu Epiſcopi quilibet vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopi, vocari poſſint.
b Luc. 2.
c Origen. homil. 13. in Lucam, & Chryſoſtom. homil 36. in Matth. & homil. de Natiu. & Aſcenſ. Domini *εὐδοκίας* legunt: quod de humana non eſt cum impoſtore intelligendum, ſed de diuina. Nam *bona voluntatis* (vt Andradij verbis vtar) *dicuntur quos tanta Deus fuit beneuolentia proſecutus, vt eorum cauſa mortalium ſeſe miſeriis ſocium adiunxerit.* Defenſ. Concil. Trid. lib. 4. Hoc ſenſu Chriſtus Eſai. 46. 11. vocatur à Patre, *vir voluntatis meæ.* vide Hieron. in Eſai. lib. 13.

intelligi poteſt, quod non malæ voluntatis hominibus, ſed bona pax ſit à Domino data.

Vnde & Dominus per Prophetam loquitur dicens, [d] *Quam bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde: mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia æmulatus ſum contra* [e] inimicos, *pacem* [f] *impiorum videns.*

De bonis vero ipſa per ſe Veritas ait, [g] *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Mundi enim non ſunt corde, qui mala cogitant aut nociua aduerſus fratres ſuos, quia [h] *nihil mali vult qui fidelis eſt.*

Fidelis [i] ergo *homo magis* diligit [k] *audire quæ oportet, quam dicere quæ non oportet.* Et [l] ſi quis fidelis eſt, videat ne mala loquatur, aut cuiquam inſidias ponat. *In hoc* [m] ergo diſcernuntur *Filij Dei & filij Diaboli.* Filij namque Dei ſemper [n] cogitant, & agere cōtendunt quæ Dei ſunt, & fratres indeſinenter adiuuant, & nulli nocere volunt. Filij autem Diaboli è contrà mala & nociua ſemper meditantur, quia opera eorum mala ſunt. De quibus loquitur Dominus per Hieremiam Prophetam dicens; [o] *Loquar iudicia mea cum eis ſuper* omni [p] malitia *eorum.* [q] *Propterea iudicio contendam adhuc vobiſcum, ait Dominus; & cum Filiis veſtris diſceptabo.* [r] *Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem.*

Hæc, [ſ] fratres, valde ſunt timenda, & ab omnibus cauenda; quoniam ſuper quem iudicium Dei ceciderit, non exiet impunitus. Et ideo vnuſquiſque præuideat ne hoc machinetur aut agat in fratrem quod ipſe pati noluerit.

Et [t] *nec in ſuſpicionem veniat* homo fidelis, vt dicat aut *faciat* ea *quæ pati non vult.*

Vnde [u] *ſuſpectos* aut inimicos, aut [x] *facile litigantes*, & eos [y] *qui non ſunt bonæ conuerſationis*, aut quorum vita eſt accuſabilis, & [z] *qui rectam non tenent & docent fidem*, accuſatores eſſe & teſtes, & [a] anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt auctoritate, & nos ſubmouemus; atque futuris temporibus excludimus, ne libenter labi poſſint, quos [b] *nos tenere & ſaluare* debemus: ne (quod abſit) prædictum Dei iudicium, non tantum ſuper vtroſ-

que

d Pſal. 72.
e hæc ex verſi one Hieronymi.
f iniquorum.
g Matth. 5.
h Sixti Pythag. ſentent. 205. Ruffino int. erpr.
i eiuſd. ſent. 162.
k amat.
l his verbis vſus Pſeudo-Callist. epist. 1.
m 1. Ioan. 3. 10. manifeſti ſunt.
n quæ Filij Dei ſunt.
o Hierem. 3.
p ſuper omnem malit.
q Hierem. 2. 9.
r Hieron. 18. 11.
ſ hæc cocyſmos ſubinde iterat. ὑπόϑεσιν.
t impoſtor binas ſenten. Sixti conflauit in vnam num. 168 & 169. vide ſup. Pſeudo-Pij epiſt. 1.
u Paul. ſententi. lib. 5. tit. 15.
x Concil. 4. Carthag. cap. 58.
y Concil. 2. Carth. c. 6.
z Concil. Conſtant. can. 6 & Carthag. 7. cap. 2.
a contrarium ſæpius docuimus.
b N. phraſ.

que veniat, ſed & nos eorum vitio (quod Deus auertat) pereamus.

Scriptum eſt enim,[c] *Rectorem te poſuerunt,* * *curam illorum habere,* * *vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias, coronam & dignationem conſequaris corrogationis. Verbum* [d] enim *neq**ram* [e] immutat *cor; ex quò quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors; & dominatrix eſt* [f] eorum aſſidue *lingua.*

c Eccl. 32. ab initio.
* notabit Lector verſus 1. & 2. mutilatos ab impoſtore.
d Eccl. 37. 21.
e immutabit.
f illorum eſt aſſidua.

Pro talibus prędicti vitandi admodum ſunt, & priuſquam prædictæ enucleatim examinentur opiniones, & ab illis alieni inueniantur, non ſunt ſuſcipiendi; quoniam, *Sacrificium* [g] *ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate.* [h] *Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate, &* [i] laudatio *recedere ab iniuſtitia.* Quoniam ſcriptum eſt, [k] *Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. Quod ſi denudaueris abſconſa illius, non* [l] perſequeris *poſt Eum. Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic* [m] *qui perdit amicitiam proximi ſui. Et ſicut qui dimittit auem de manu ſua, ſic* qui *dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies. Non illum ſequaris, quoniam longe abeſt. Effugit enim quaſi caprea de laqueo,* [n] quia *vulnerata eſt anima eius. Vltra eum non poteris colligare, & maledicti eſt concordatio. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet. In conſpectu oculorum tuorum* [o] conculcabit *os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur. Nouiſſime autem peruertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa* [p] audiui, *& non coæquaui ei, & Dominus odiet illum. Qui in altum lapidem mittit, ſuper eius caput cadet, & plaga doloſa doloſi diuidet vulnera. Qui fodit foueam, incidet in* [q] illam; *& qui ſtatuet lapidem proximo, offendet in eo; & qui laqueum* [r] alij *ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur, & non cognoſcet vnde* [ſ] adueniet *illi. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum; dolor autem conſumet illos, antequam moriantur. Ira & furor, vtraque execrabilis* ſunt; *& vir peccator, continens erit illorum.*

g Eccl. 35. 2.
h ibid. verſ. 5.
i deprecatio pro peccatis.
k Eccl. 27. 18.
l perſequaris.
m & qui.
n quoniam.
o conculcabit
p odiui.
q eam.
r illi.
ſ adueniat.

Qui [t] *vindicari vult à* [u] Deo *inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat*

t Eccl. 28. 1. &c.
u Domino.

iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur altiſſimum? *ipſe cum caro ſit reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo?* x exorabi'. *Quis* [x]orabit *pro delictis illius? Memẽto nouiſſimorũ, & deſine inimicari: tabitudo enim & mors imminent* [y] *mandatis. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo. Memorare* [z] teſtamenti *altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi.* [a] Abſtineto *à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna ſyluæ, ſic ignis.* [b] exardeſcet; *& ſecundum virtutem hominis* [c] *iracundia illius erit; & ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum* [d] incendet *ignem, & lis feſtinans* [e] effundet *ſanguinem, & lingua teſtificans* [f] adducet *mortem. Si ſufflaueris in ſcintillam, quaſi ignis ardebit; & ſi expueris ſuper illã extinguetur,* & *vtraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. Ciuitates diuitum* [g] munitas *deſtruxit, & domos* [h] magnatum *effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam non habebit requiem, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic,* [i] quomodo *qui interierunt per linguam ſuam. Beatus qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum* [k] eius, *& vinculis eius non eſt ligatus. Iugum enim illius, iugum ferreum eſt; & vinculum illius, vinculum æreum eſt. Mors illius mors nequiſſima; & vtilis potius infernus quam illa. Perſeuerantia illius non permanebit; ſed obtinebit vias iniuſtorum, &* [l] *flamma ſua non comburet iuſtos. Qui derelinquunt* [m] Dominum *incident in illam, &* [n] exardeſcet *in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quaſi Leo, & quaſi Pardus lædet* [o] eos. *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam; & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos; & attende ne forte labaris in lingua* tua, *& cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis* [p] ad *mortem.*

x exorabi'. y in man d.e-ius. z teſtamentũ. a abſtine te. b exardeſcit. c ſic irae. d incendit. e effundit. f adducit. g munitas. h magnatorũ i quaſi. k illius & in. l in flam. m relinquũt De .m. n exardebit. o illos. p in mortem.

Ne [q] *tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius; & in tempore vindictæ diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis;* [r] nihil *enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas* [s] *in* omni via: *ſic* [t] *enim peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui, & ſcientia; & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendum verbum* [u] *vt intelligas, & cum ſapientia* [x] fer *Reſponſum Verum. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo; ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati: lingua* [y] *imprudentis ſubuerſio ipſius. Non appelleris ſuſurro, &* in *lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem; ſuſurratori autem odium, & inimicitia & contumelia; iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter.*

Noli [z] *fieri pro amico inimicus proximo; improperium enim & contumeliam malus hæreditabit; & omnis peccator, inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut Taurus; ne forte elidatur virtus tua* [a] ſuper *ſtultitiam, & folia tua* [b] comedat, *& fructus tuos* [c] perdat, *&* [d] relinquaris *velut* [e] tignum *aridum in eremo. Anima enim nequam diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in ſortem impiorum.*

Chariſſimi oppreſſos erigere ſtudete, & neceſſe habentes ſemper adiuuate: Quoniam *qui fratrem* [f] afflictũ *releuat,* apprehenſum eripit, *mouentem conſolatur, ab illo ſibi Retribui, cui totum impendit non dubitet; qui ait: Quod vni ex minimis* [g] meis *feciſtis, mihi feciſtis.* Taliter enim bona indeſinenter agere ſtudete, [h] *vt fructum* [i] *boni operis & hic* [k] cõſequamini, & in futuro *gratia* Dei perfruamini, quatenus *cæleſtis regni aulam introire poſtea* mereamini. Dat. 4. Kal. Maij, [l] Seuero & Quintiano viris Clar. Coſſ.

q Eccl. 5. 8. non tard.
r non enim.
s in omnem viam.
t omnis peccator.
u verbũ Dei.
x profer.
y lingua vero imprud. ſubuerſio eſt.
z Eccl. 6. ab initio.
a per ſtult.
b comeder.
c perder.
d relinqueris
e lignum.
f verba Greg. epiſt. 125. li. 7. indict. 2. luctu releuat, oppreſſum erigit.
g Matth. 25. iſtis.
h ibid. paulo ante.
i fructu boni.
k hic eorum quib. ſeruiſſe gratia perfruantur; & cœl. &c. mereantur.
l A.D. 237. Pontiani vltimo, obiiſſe enim fertur 10. Nouembr. vide Baron. §. 10.

CENSVRA.

IN hac epiſtola; præter ea quæ ex Eccleſiaſtico ſine delectu conceſſit ἀπροβούλως, mendiſque frequentibus ſordidauit; varias vulgatæ Bibliorum verſionis, Gregorij, Sixtique Pythagorei ſententias obſeruare licet: cætera barbarum ſycophantam redolent, ſuntque numero pauciſſima.

ANTERI[a] PAPÆ Epiſtola.

Chariſſimis fratribus per Bæticam, *atque*[b] Toletanam *prouincias Epiſcopis conſtitutis*, *Anterus Epiſcopus in Domino Salutem.*

OPTAREM[c] (*fratres chariſſimi*) *ſemper dilectiones & pacis veſtræ ſinceritatis gaudia*[d] audire; *ita vt viciſſim diſcurrentibus literis ſoſpitatis*[e] indicia iuuarentur, ſi *quietos nos ab incurſione ſua vacare hoſtis antiquus* fineret; qui *ab initio mendax*, [f] *inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet ſe ante decepit*, *pudicitiæ aduerſarius, luxuriæ magiſter*: *crudelitatibus paſcitur*, *abſtinentia*[g] punitur; *odit ieiunia*, *miniſtris ſuis prædicantibus dum dicit eſſe ſuperflua*, *ſpem non habens de futuris*, *Apoſtoli ſententia repercuſſus*, *dicentis*; Manducemus[h] & bibamus, cras enim moriemur. *O Infelix audacia! ô deſperatæ mentis aſtutia!* Ipſe enim[i] *hortatur Odia*, & fugat concordiam.

Et,[k] *quia facile ad deteriorem partem mens humana tranſducitur*, *volens magis per ſpatioſam viam ambulare*, *quam arcta via iter cum labore tranſire*. *Qua de re*, fratres dilectiſſimi, ſectamini meliora, & ſemper relinquite deteriora. [l] Bona agite, mala vitate, vt vere diſcipuli Domini eſſe inueniamini.

De mutatione *ergo* Epiſcoporum, *vnde* S. Sedem Apoſtolicam[m] conſulere voluiſtis; ſcitote, eam[n] *communi vtilitate* atque neceſſitate fieri licere; ſed non libitu cuiuſquam aut dominatione. Petrus S. magiſter noſter, & princeps Apoſtolorum, de Antiochia *vtilitatis cauſa*[o] tranſlatus eſt Romam, vt ibidem potius profice-

a Antherum ſcribunt Optat. li. 2. Auguſtin. epiſt. 165.

b Anton. Auguſtin. Archiep. Tarracon. in Collect. Adriani I. cap. 62. Anteros quoque videndus eſt in epiſt. ad Epiſcopos Bæticæ & Toletanæ prouinciæ; quamuis ſuſpectum nomen eſt *Toletana prouincia*, cum illis temporibus *Toletum* oppidum fuerit minus nobile, &c.

c Verba Siricij epiſt 2. optarem ſemper fiat.

d nunciari.

e indicio iuuaremur veſtro, quia nō patitur.

f Ioan. 8.

g puniendus.

h 1. Cor. 15.

i n. phraſ.

k Ibid. poſt l n. 5.

l Pſal 33.

m Male conſulis veritati cum fictitiis tuis conſultationibus imperitis imponis.

n octies has de vtilitate & neceſſitate cantilenas inſuſurrat impoſtor: Pſeudo-Pelag. epiſt. 1. 16. ad minimum. Vide Concil. 4. Carthag. cap. 37.

o Cuius Decreto?

repoſ-

re poſſet. Euſebius[p] quoque de quadam parua ciuitate Apoſtolica auctoritate *mutatus* eſt *Alexandriam*. Similiter Felix de ciuitate, *qua ordinatus erat*, electione ciuium propter doctrinam & bonam vitam *quam habebat*, communi Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum *ac populorum* conſilio tranſlatus eſt Epheſum.

Non enim[q] *tranſit de ciuitate ad ciuitatem*, qui non ſuo libitu aut ambitu hoc facit; ſed *vtilitate* quadam aut neceſſitate aliorum hortatu & conſilio potiorum transfertur.

Nec transfertur[r] *de minori ciuitate ad maiorem*, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate fecit, ſed aut vi à propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut *vtilitate* loci aut populi, non ſuperbe ſed cum humilitate ab aliis tranſlatus & inthronizatus eſt; quia[ſ] *Homo videt in facie, Deus autem in corde.* Et Dominus per prophetam loquitur, dicens; *Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt.*

Non[t] ergo mutat ſedem, qui non mutat mentem. Nec mutat ciuitatem, qui non ſua ſponte, ſed conſilio & electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de ciuitate ad ciuitatem, qui nō auaritiæ cauſa, nec ſponte dimittit ſuam; ſed (vt iam dictum eſt) aut pulſus à ſede ſua, aut neceſſitate coactus, aut electione & exhortatione Sacerdotum & populorum tranſlatus eſt ad alteram ciuitatem. Nam ſicut Epiſcopi habent poteſtatem ordinare regulariter Epiſcopos & reliquos Sacerdotes; ſic quoties *vtilitas aut neceſſitas* coegerit, ſupradicto modo *mutare, & inthronizare* poteſtatem ha-

p Euſebius hic tragelaphus eſt ab impoſtore depictus: Marco, qui Eccleſiam Alexandrinam fundauit, ordine ſucceſſerunt Ananus, Abilius, Cerdo, Primus, Iuſtus, Eumenes, Marcus, Celadion, Agrippa, Iulianus, Demetrius; qui ſedit annis 43. ad A. D. 234. Pontiani 2. Demetrio ſubſtitutus Heraclas, obiit A. D. 248. Fabiani qui Antero ſucceſſit 10. Euſeb. Chro. & hiſtor. Niceph. Chron. &c. Videtur impoſtor mentis inops abuſus loco Euſeb. hiſt. li. 7. c. 32. quaſi quæ de Euſebio, Epiſcopo Laodiceno Alexandria oriundo refert, de Epiſcopo Alexandrino intelligenda eſſent. Quod addit de *quadam parua ciuitate, Apoſtolica auctoritate, &c.* delirantis paroxyſmum indicat. Idem de Felice imaginario ſentiendum. q oppugnat nebulo Decreta Concil. Antioch. cap. 21. Sardic. c. 1 Chalced. c. 5. ſed inſœliciter: qui enim transfertur, tranſit ſed iuſſus, quod negat epiſt. artifex. r hic rurſus Conc. Sard. c. 1. & Carth. 4. c. 37. mucrone infeſto inuadit amens: nec videt tranſlatum ab aliis, ad maiorem ciuitatem transferri; ſi Eccleſia cui præficitur maior ſit ea quam alij administrandam relinquit. ſ 1. Sam. 16. 7. & Paralip. lib. 2. hæc dicta non probant tranſlatum ab aliis non transferri: alias technas para, quibus verba tua à contradictione liberes: Dominus olim vidit cogitationes tuas vanas: dicta tua inter ſe pugnare nemo non videt. t Imò mutat, ſed mutationis ab aliis cauſa data. Notabit Lector can. 14. Apoſtolorum nomine prænotatum, tranſlationem epiſcoporum probare, modo fiat [illegible]: eandem vero improbari abſolute à Conciliis ſupra memoratis, quibus adiicere licet Nicæ. c. 15. Carth. 3. c. 37. Collect. Martini Bracar. c. 5. 6.

bent. Hæc, vt petiſtis, licet vobis incognita non ſint, tenenda mandamus; ne ignorantia quorundam meliora & vtiliora vitentur, & inutiliora ſumantur, ſicut in Sancto legitur Euangelio, [u] *Va vobis, hypocrita, quia decimatis mentham, & anethum, & cuminum, & reliquiſtis qua grauiora ſunt legis, indicium, & miſericordiam, & fidem.* [x] Hoc *oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.*

Quod [y] *licet, non licet; & quod non licet, licet. Quemadmodum Iannes & Mambres reſtiterunt veritati; ſic &* [z] illi, *mente reprobi, amantes voluptatem magis quam Deum*, quod licet docent non licere, id eſt Epiſcopos [a] *migrare de ciuitate ad ciuitatem* [b] *prætaxato modo:* & quod non licet docent licere, id eſt *miſericordiam* non *agere* circa patientes neceſſitatem; hoc eſt, *eis* qui Epiſcopum non habent, & ſacro Epiſcopali indigent miniſterio, Epiſcopum de alia ciuitate *cauſa vtilitatis* vel neceſſitatis tribui, & Epiſcopis perſecutionem aut neceſſitatem patientibus *aliam* [c] *Cathedram* dari negant. Contradicunt etiam Sacræ Scripturæ, quę teſtatur malle Deum miſericordiam quam [d] iudicium.

Quæ, precor, maior charitas, ant quod efficacius pietatis pattocinium poteſt à quoquam alicui impendi, quam ſi ignorantiæ tenebras & imperitiæ caliginem ab eo repellat, ac demum veræ fidei doctrinæ pabulo non ad quæſtum, non ad ambitionem, ſed ad eruditionem & ædificationem reficiat? Tanquam enim mutilo fit manus, [e] *claudo pes, oculus cæco* qui ignorantiæ tenebris obuoluto [f] *ſapientiæ* & ſcientiæ *theſaurum* reſerat, & [g] *candorem lucis*, viaſque Domini benigniter aperit.

Vtriuſque autem, id eſt, & famem verbi Dei patientibus, & epiſcopis neceſſitatem, [h] quando *inthronizantur propter communem vtilitatem* in aliis ciuitatibus, non modica exhibetur miſericordia. Negantes autem hęc, licet [i] *ſpeciem habeant pietatis, virtutem tamen eius abnegant.*

Nam [k] *in tali negotio proſapiam non agnoſco: ſi* quis *tamen* ſapientium *quos* inſipientibus *tempeſtatis huius procella* aliis

---

u Matth. 23. 23. Scribæ & Phariſæi.
x Hæc.
y verba Ennodij ex Apol. pro Symmacho.
z Sic & vos mente reprobi circa fidē, proditores proterui, inflati, amantes.
a hæc ſunt verba Concil. œcum. Chalced. c. 5. cuius definitionem abſurde impetit ὑποβολεύς.
b Not. phraſ.
c vna cathedra omnium Chriſto miniſtrantium teſte Cypriano de Eccleſiæ vnit. Optato li. 2. &c.
d ſacrificium forte dicere voluiſti ex Matth. 9. 13. & 12. 7.
e Iob. 29. 15.
f Eccl. 1. 25.
g Sap. 7. 16.
h deeſſe videtur vox *patientibus*, aut aliquid ſimile.
i 2. Tim. 3.
k verba Ennodij ad finē Apol. pro Symmacho: *generoſam in tali, &c. ſi qui tamen ſummorum, quos vilibus temp. &c.*

liis *ſociauit auctoribus*, *facinorum participatione maculantur*, *ſplendor* [l] ſapientis, *etſi communionem criminum incurrit*, *neſcit tamen ducem ſe præbere peccantibus.*

Alia quoque eſt [m] *cauſa vtilitatis & neceſſitatis*, & alia *auaritiæ* & præſumptionis aut *propriæ* voluntatis. Auaritiæ quoque cauſa, vel præſumptionis, aut propriæ voluntatis, non ſunt Epiſcopi mutandi de ciuitate ad ciuitatem, ſed *vtilitatis & neceſſitatis.* Quod nemo negat niſi hi *de* quibus dictum *eſt*, [n] *Errauerunt* in *ebrietate*, *neſcierunt videntem*, *ignorauerunt iudicium.* Nam ſi enarrando [o] *cogerer* aperire *tranſacta*, *oſtenderem vobis*, *nullum euenire ſolatium de comparatione factorum.*

Cæterum *ſtate*, chariſſimi, *ſuper vias*, adſpicientes & interrogantes *de ſemitis Domini antiquis*, *& videte* [q] *quæ eſt via bona* [r] & recta, *& ambulante in ea*, *& inuenietis requiem animabus veſtris.*

Et vt iuxta ſapientiæ vocem dicamus, [ſ] *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, in ſimplicitate cordis quærite illum; quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum; apparet autem eis qui fidem habent in illum. Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo, probata autem virtus corripit inſipientes. Quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit* [t] maledictum *à labijs ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis*, [u] *eius ſcrutator eſt verus, & linguæ* [x] illius *auditor. Quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua non poteſt latere; nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad* Dominum [y] *veniet*, & *ad correptionem iniquitatum illius; quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. Cuſtodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ; quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit. Os* [z] *quod mentitur occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in*

l ſplendor ſang. in, s.
m videtur impoſtor verba Concil. Pariſ. ſub Ludouico Pio congregati imitatus. Vide li. 1. eiuſd. Concil. c. 21.
n verba Pſal. 28. præ.
o verba Ennodij loco citato p. 533. Tom. 2. Concil. p. 1. *niſi narrando cogerer ſuſtinere, &c.*
p Imitatur impoſtor verba Martini I. in Synodica addita Concil. Later. Vide ſup. Pſeudo-Sixt. I. epiſt 2.
q & videte & interrogate.
r via bona S. patrum.
ſ Sap. 1.
t maledicti.
u illius.
x eius.
y Deum.
z os autem.

operibus manuum veſtrarum: quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt eſſent omnia; & ſanabiles [a] eſſe voluit *nationes orbis terrarum.* [b] *Non eſt in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra* viuentium. *Iuſtitia* [c] *perpetua eſt et immortalis, iniuſtia autem mortis eſt acquiſitio. Impij autem manibus et verbis accerſierunt illam; et æſtimantes* eam [d] *amicam, defluxerunt et ſponſiones poſuerunt ad illam; quoniam morte digni ſunt qui ſunt ex parte illius.*

Dixerunt [e] *enim apud ſe cogitantes non rectè; Exiguum eſt, et cum tædio tempus vitæ noſtræ, et non eſt refrigerium in fine hominis, et non eſt* qui *agnitus ſit reuerſus ab inferis.* [f] Quoniam *ex nihilo nati ſumus, et poſt hoc erimus tanquam non fuerimus. Quoniam fumus* [g] afflatus *eſt in naribus noſtris, et ſermo ſcintilla ad commouendum cor noſtrum,* [h] qua extincta, *cinis erit corpus noſtrum, et ſpiritus* [i] effundetur tanquam *mollis aër. Et tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, et ſicut nebula diſſoluetur quæ fugata eſt à radiis ſolis, et à* [k] calore *illius aggrauata. Et nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus, et nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Vmbra enim tranſitus eſt tempus noſtrum, et non eſt reuerſio finis noſtri, quoniam conſignata eſt, et nemo* [l] reuertetur.

Propterea vnicuique præuidendum eſt, vt ſummopere ſe cuſtodiat, & vtiliter *ſe præuideat;* vt cum dies extrema finiſque vitæ aduenerit, non tranſeat ad perpetuam mortem, ſed vitam æternam.

Facta [m] enim *ſubditorum iudicantur à nobis, noſtra vero iudicat Deus. Ex* [n] *merito* vero *plebis nonnumquam Epiſcopi deprauantur, quatenus procliuius* cadant [o] *qui ſequuntur: capite langueſcente cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores* [p] *ſunt qui* [q] *vitam moreſque bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædaque diripiunt.*

Caueat [r] vnuſquiſque *ne aut linguam aut aures* habeat *prurientes, id eſt ne aut ipſe alius* [ſ] detrahat, *aut alios* audiat *detrahentes. Sedens, inquit, aduerſus fratrem tuum loquebaris* detrahendo, *et aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum,* &c. Parcant [t] ſinguli detractioni *linguæ*, cuſtodiantque *ſermones* ſuos: *et ſciant quia cuncta quæ de aliis* loquun-

a fecit.
b & non eſt.
c Iuſtitia enim.
d illam.
e Sap. 2. impij apud.
f. quia.
g & flatus.
h quia extinctus.
i diffundetur quaſi.
k calore.
l reuertitur.
m verba Iſidori ſent. lib. 3. c. 42.
n verba Iſidori ſent. lib. 3. c. 38.
o corruant.
p ibid. poſt lin. 5.
q qui ſiue doctrina ſiue exemplis vitam &c.
r. verba Hier. epiſt. 2. *caue quoque ne,* &c. *habeas.*
ſ detrahas &c. audias.
t Par cà detractione linguæ: cuſt. de ſerm. tuos & ſcito quia pro cuncta &c. tua conſcientia iudicaris.

loquuntur ſua ſententia iudicabuntur. *Nemo*[u] *inuito auditori libenter refert.*

Officij [x] ſingulorum ſit, dilectiſſimi, *non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam; nec quid in* cuiuſquam domo *agatur, alia domus per* vos *vnquam nouerit.* Habeant omnes [y] *ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam* machinentur *dolos: et ſerpentis aſtutiam, ne aliorum* ſupplantentur *inſidiis.*

Non [z] *eſt humilitatis meæ neque menſuræ iudicare de cæteris; et de miniſtris Eccleſiarum ſiniſtrum quippiam dicere.* [a] *Abſit vt quicquam ſiniſtrum de his loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt; per quos* etiam [b] *Chriſtiani ſumus, qui claues regni cælorum habentes,* [c] *ante iudicij diem iudicant.*

Veteri [d] *quidem lege* habetur, *Quicumque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens ſpirituali* [e] animaduerſione *truncatur, & eiectus* [f] ab *Eccleſia rabido dæmonum ore diſcerpitur.*

Oportet [g] enim *vt qui Deum hæreditate poſſident, abſque vllo impedimento ſeculi Deo* [h] ſeruiant, *vt dicere poſſint, Dominus pars hæreditatis meæ.*

O [i] *quam bonus & ſuauis eſt ſpiritus tuus, Domine, in omnibus.* [k] *Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt, Domine qui animas amas.* [l] *Ideoque* hos *qui exerrant partibus corripis; et de quibus peccant admones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te, Domine.*

Tu [m] *autem Deus noſter, ſuauis & verus es, patiens, & in miſericordia diſponens omnia. Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcientes magnitudinem tuam. Et ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus computati.* [n] *Spiritus timentium* [o] Dominum quæretur ab eo, *& in reſpectu illius* benedicentur.

Quapropter, [p] *fratres*, chariſſimi, *omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus: & nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, et ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem*

u ibid. poſt lineam. 1.

x ibid. poſt lin. 8. *officij tui eſt*, &c. *Nunquid de formis mulierum diſputes, nec quid agatur in alia domo a te per te*, &c.

y verba epiſt. 13. Hieron. Legendũ habetur, machineris, ſupplanteris.

z verba Hieron. epiſt. 4.

a verba eiuſd. epiſt. 1.

b & nos.

c q·o ſ&mo·d·ant·.

d ibid. poſt lin 9. *& in veteri quidẽ leg. quicumque* &c.

e mucrone.

f de Eccleſia.

g verba Iſidori de offic. li. 2. c. 1.

h ſeruire ſtudeant, & pauperes ſpiritu eſſe contendant, vt congrue illud Pſalmiſtę dicere &c.

i Sap. 12. 1.

k Sap. 11. 27.

l Sap. 12. 2. eos qui.

m Sap. 15. 1.

n Eccl. 34 14.

o Deum quęritur & benedicetur.

p Ephe. 4.

benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto
q vobis. *donauit* [q] nobis.
r Epheſ.5. *Eſtote* [r] *ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, et hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia* [ſ] non *nominetur in vobis, ſicut & decet Sanctos; aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio: hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis, Propter hæc enim venit ira Dei in Filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate, (fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate) probantes quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur; omne enim quod manifeſtatur lumen eſt. Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria; ſed* [t] impleamini *Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis,* [u] *hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino; gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & Patri; ſubiecti inuicem in timore Chriſti.*

ſ nec.
t implemini.
u & hymnis.

x 2.Theſ.2.15 *State* [x] *itaque, fratres, & tenete traditiones* Apoſtolorum & Apoſtolicæ ſedis; vt *Dominus* [y] *noſter Ieſus Chriſtus,* [z] *et pater noſter qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia, exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & in ſermone bono.*

y ibid.verſ.16
z & Deus & pater.

De [a] *cætero, fratres, orate pro nobis vt ſermo Domini currat & clarificetur, ſicut & apud vos; et vt liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium eſt fides. Fidelis autem* [b] Deus *eſt, qui confirmabit vos, et cuſtodiet à malo.*

a ibid.c.3.2.
b Dominus.

Quapropter [c] *ponite* indeſinenter *corda veſtra in virtute*

c ſup. Pſeudo-Zephyr. epiſt.2. ex Pſal 47. citata à Gelaſio epiſt.9.

tute [d] Dei, *&* reſiſtite ſemper malis, & enarrate hæc, iuxta vocem Prophetæ, *in progenies alteras*; *quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum*; *Et ipſe reget nos in ſecula.*

Vnde [e] vos, qui in ſpecula à Domino eſtis conſtituti, comprimere & repellere eos ſummopere debetis qui fratribus inſidias præparant, aut in eos ſeditiones & ſcandala excitant.

Facile [f] *eſt* enim hominem *verbo fallere*, *ſed non* Dominum.

Ideo [g] hos reprehendere & ab his vos auertere oportet, *Quatenus extincta funditus huiuſmodi caligine Lucifer eis reſplendeat*, & lætitia oriatur in cordibus eorum. *Confidimus* [h] *autem de vobis*, fratres, *in Domino*, *quoniam quæ præcepimus et facitis*, *et facietis.*

Quanto [i] enim *beneficia veſtra his amplius exhibetis*, *tanto maiorem viciſſitudinem ab omnipotente Deo*, *cui ſeruiunt*, [k] expectatis.

Omnipotens [l] *Deus ſua vos protectione cuſtodiat*, *honoremque* [m] & præceptum *ſeruare concedat*: & gloria honorque Deo Patri omnipotenti, eiuſque vnigenito Filio Saluatori noſtro, cum ſpiritu Sancto ſit in ſecula ſeculorum. Amen.

d virtute eius, & diſtribuite gradus eius, vt enarretis in progenies alteras, &c.
e ſup. Pſeudo-Alexand. epiſt. 2. & Pſeudo Zephyr. epiſt. 1.
f Sixti Pythagor. ſent. 176. poſſibile eſt homines verbo.
g Pſeudo-Zephyr. epiſtol. 1. mutuatus verba libelli à Steph. Dorenſi oblati Syn. Later. ſub Martino I. conſult. 2.
h 2. Theſſ. 3.
i Greg. verba epiſt. 52. li. 9.
k expectetis.
l Greg. verba epiſt. 50. lib 4.
m honoremque perceptū vos in morib. ſeruare.

CENSVRA.

IMPOSTOR Felicem neſcio quem ſine teſte, ſine auctoritate, Epheſinæ Eccleſiæ præfectum aſſerit; Euſebium quendam contra omnium hiſtoriarum fidem Alexandrinis præſulibus annumerat: Pudendis contradictionibus ſeipſum conficit; nefario auſu Antiocheni, Sardicenſis, & Chalcedonenſis Conciliorum decreta conuellere nititur: Vulgatæ verſionis ſententiis abutitur: Siricium, Hieronymum, Ennodium, Gregorium M. Iſidorum Hiſpal. Martinum, Sixtumque Pythagoræum citat dum verba eorum citat, vt cum Turriano loquar.

FABIANI PAPÆ

Epiſtola I.

Dilectiſſimis vbique [a] Catholicæ Eccleſiæ commi-niſtris, *Fabianus ſalutem in Domino.*

DIVINIS [b] *præceptis & Apoſtolicis* [c] monemur inſtitutis, *vt pro cunctarum Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu.* Vnde [d] conſequens eſt debere vos ſcire, quæ apud Romanam in ſacro aguntur ritu Eccleſiam, vt eius ſequentes exempla eius veri filij inueniamini [e] quæ *veſtra* eſt *mater* vocata.

Septem [f] *ergo* Diaconos in vrbe Roma per ſeptem regiones ciuitatis (ſicut à patribus accepimus) habemus; qui per ſingulas hebdomadas & Dominicos dies atq; feſtiuitatum ſolemnia, cum ſubdiaconibus & acolythis, ac ſequacium ordinum miniſtris iniuncta ſibi obſeruant miniſteria, & parati omni hora ſunt ad diuinum officium, & quicquid eis iniungitur peragendum. Similiter & vobis, prout opportunum fuerit, per ſingulas ciuitates eſt faciendum; vt diuinum abſque vlla mora & negligentia ſtudioſe ac ſolenniter agatur officium.

Denique *ſeptem* ſimiliter *ſubdiaconos ordinauimus, qui* [g] *ſeptem notarijs imminerent,* & *geſta martyrum* veraciter *in*

a Not. phraſ. b verba Leonis epiſt. 4. c monitis incitamur, d Imo conſequentia nulla: omnibus enim Epiſcopis ex æquo cura Eccleſiæ vniuerſalis incumbit. e A quo vocata eſt? Non certè à patribus Concil. Cõſtãtinop. qui in epiſt. ad Damaſum Hieroſolymitanam Eccleſiam ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν μητέρα vocant: Non à Iuſtino Aug. qui eandem Eccleſiã *matrem Chriſtiani nominis* ſcribit: Non à Nazianzeno, qui orat. 20. & epiſt. 74. titulum *matris Eccleſiarum* Cæſarienſi adſcribit, & orat. 19. Bethlehem οἰκουμένης μητρόπολιν prædicat: Non ab Auguſtino qui orientales Africanarum Eccleſiarum *radicem* eſſe cenſet epiſt. 170. Non à Chriſtianis Imp. qui Conſtantinopolitanam Eccleſiam, *matris fidei & religionis, matris omnium Chriſtianorum, capitis Eccleſiarum,* titulis magnificis ornant. Vide Cod. Iuſtin. lib. 1. ti. 2. Con. l. 14. 16. 24. Non denique ab Vrbano II. cui Hieroſolyma *religionis mater* fuit Guil. Tyrio teſte lib. 1. c. 15. f Non cohær. Septem diaconos ſub Cornelio fuiſſe docet eius epiſt. ad Fabium Antioch. apud Euſebium: totidem in ſingulis ciuitatibus ordinandos pronuntiant Concil. Neocæſar. c. 14. & Iſidor. offic. lib. 2. ca. 7. Videndus & can. 16. Concil. Quiniſex. Diaconos, de quibus Act. 6 & Conc. Neocæſ. c. 14. agitur, ab ordinariis diſtinguentis. Notabit autem lector Concil. Rom. 2. ſub Syluestro c. 2. aſſeri ab ipſomet Syluestro & diuiſas vrbis regiones, & quinque Diaconis binos additos.

g Notariorum geſta martyrum ſcriptis conſignantium, inſtitutores Clementem & Anterum pontifices facit pontificalis auctor, quem hic imitatur rabula.

integro

integro *colligerent*, nobiſque *rimanda* manifeſtarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in poſterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæſtioque oriatur: quoniam omnia [h] *quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*; & quæ noſtris temporibus veraciter ſcribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur.

Et ideo fideliſſimis [i] hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua in eis illuſio inueniatur, ex qua fidelibus ſcandalum (quod abſit) oriatur.

Unde & charitatem [k] *veſtram paterna dulcedine petimus, vt in cunctis affectum veſtræ charitatis* ſancta modo Eccleſia *inueniat, & fauoris veſtri ſolatijs quocunque neceſſe fuerit potiatur*. Et ſicut [l] *bonitas* ſtudij veſtri *de ſe nobis certitudinem præbet, vt in nullo diffidere debeamus de eo*; *ſed magis, vt* ſapientibus filiis *Eccleſiæ* noſtræ hæc [m] *fiducialiter commendamus*; ita [n] poſtpoſitis opportunitatis occaſionibus veſtra efficacia elaborare *enixius* debet, *atque modis quibus poſſibile fuerit, omni ſtudio* abigere contumelias. Hortamur etiam vos, iuxta dictum Apoſtoli, [o] *Stabiles* eſſe, *et immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino*; & alibi, *Vigilate* [p] & orate, & *ſtate in fide. Viriliter agite, & confortamini; omnia veſtra in charitate fiant.*

Inſuper & illud vos ſcire deſideramus, [q] quia noſtris temporibus, [r] *præpedientibus* quidem *noſtris peccatis*, ſuadente antiquo hoſte, qui ſemper vt *Leo rugiens circuit quærens quem deuoret, ſuperuenit Nouatus ex Africa, & ſeparauit de Eccleſia* Chriſti *Nouatianum, & quoſdam* [ſ] alios *Chriſti confeſſores*, & conuertit in [t] prauam doctrinam. A quibus vos, fratres, auertite, & cauete ab omnibus qui

h Rom. 15. Paulina verba agnoſcimus, tuam vero impudentiam cũ deteſtatione auerſamur, ſiquidẽ ſcripturæ Veter. Teſt. eloga ad quorumcunque ſcriptorum commendationẽ trahere ſacrilegæ dementiæ eſt.

l Æquum certe fuerat monumenta martyrum à fideliſſimis colligi: at cõtrarium factum deplorat Canus loc. Theol. lib. 11. c. 6. *Dolenter (inquit) dico potius quam contumelioſè, multo à Laertio ſeuerius vitas philoſophorum ſcriptas, quam à Chriſtianis vitas ſanctorum: longeq; incorruptius & integrius Suetonium res Cæſarum expoſuiſſe, quam expoſuerunt Catholici, non res dico Impp. ſed martyrum; virginum & confeſſorum.*

k verba Greg epiſt. 11. lib. 7 in l. 2. *Sa utantes pat dulc gloriam veſtram, &c.* l Ibid. ab initio. *Gloria veſtra bonitas, veraci nuntio diffuſa tantum de ſe, &c.* m Greg lib. 12. epiſt. 17.

n verba Greg epiſt. 95 lib. 7. *opportunitate occaſionis inuenta efficaciam veſtram exercere enixius debeatis, atque id modis, &c.* o 1. Corinth 15.

p 1. Cor. 16. Verba Chriſti Matth. 26. 41. paulinis interſerit impoſtor.

q Imò tempore Cornelij 16 annis à tempore quo hanc epiſt. datam fingit [illegible] Vide Cyprian. epiſt. 49. 52. & 76. Euſeb. in Chron. &c. r Pſeudo Greg. epiſt. 32. lib. 12.

ſ [illegible] inter confeſſores Nouatianus? abutitur impoſtor verbis pontificalis.

t Controuerſia Nouatiana diſciplinæ potius fuit quam fidei & doctrinæ.

alteram fidem & doctrinam tenent quàm Apoſtoli & ſucceſſores eorum tenuerunt & docuerunt; ne (quod abſit) [u] *poſt eum* abeuntes in laqueum Satanæ cadatis, & compedibus eius detineamini. [x] Unde *fraternitatis veſtræ* charitatem *intimis obſecramus precibus, vt noſtræ paruitatis in veſtris* ſacris *orationibus memores eſſe* [y] *dignemini*; orantes ac deprecantes Dominũ cœli, *vt* tam nos quam Sancta mater Eccleſia, Chriſti pretioſo ſanguine redempta, *à laqueis* venenatis *Satanæ, &* [z] *ab importunis & malis hominibus liberemur, &* [a] *ſermo Dei currat &* glorificetur, & praua eorum, & omnium peruerſa docentium corruat doctrina atque deficiat. Precamur etiam, *vt pietatis veſtræ precibus impetrare ſtudeatis, vt Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui* [b] *vult omnes homines ſaluos fieri*, & [c] *neminem perire*, ſua ingenti omnipotentia reuerti faciat *corda* eorum *ad* ſanam doctrinam & *Catholicam fidem*; quatenus [d] *reſipiſcant à Diaboli laqueis, quibus capti tenentur, & aggregentur filijs matris Eccleſiæ.* Reminiſcentes quoque fratrum veſtrorum *miſeremini eorum*, quibus poteſtis ſtudiis veſtris, ne perdantur; ſed vt precibus & aliis bonitatis veſtræ ſtudiis Domino ſaluentur. Ita ergo in his *agite*, vt obedientes filij & fideles Sanctæ Dei Eccleſiæ appareatis, & vt [e] *mercedis præmia* percipiatis.

Hi & omnes qui rectam non docent doctrinam, vel rectam non tenent fidem accuſatores, [f] neminem recte credentium accuſare poſſunt; quia infamia ſunt notati, & à ſinu Sanctæ matris Eccleſiæ [g] *Apoſtolico mucrone*, vſque ad rectam conſeruationem & reuerſionem eorum abſciſſi.

Unde Apoſtolica auctoritate [h] cum omnibus eiuſdem Apoſtolicæ atque vniuerſalis Eccleſiæ filiis, ſtatuentes ſancimus, vt omnes qui in Catholica fide ſuſpecti ſunt, in accuſatione recte credentium non ſuſcipiantur; quia [i] *ſuſpiciones* ſemper *ſunt amouendæ.*

Merito ergo eorum reprobatur [k] accuſatio qui in

u Nota Syntax.
x in illum epiſt. 6. Bonifac. Mogunt.
y dignemini vt liberemur à laqueo venenatis Satanæ.
z 2. Theſſ. 3.
a Bonifac. *Domini. clarificetur. & vt precibus pietatis.*
b 1. Tim. 2.
c 2. Pet. 3. *lege*, ſaluos fieri & ad agnitionem Dei venire conuertat ad Cath. fid. corda paganorũ Saxonum vt reſipiſc.
d 2. Tim. 2.
e phraſ. Greg. epiſt. 95. lib. 7. & Bonifacij loco citato.
f in cauſis Eccleſiaſticis ſcilicet, & antequam diſcuſſi fuerint. Vide Concil. Conſtantinop. 1. c. 6.
g Apoſtolici mucronis meminit Martin. in epiſt. ad Amãdum. vid. inf. pſeudo-Lucij epiſt.
h An omniũ Eccleſiæ filiorum eſt leges ſancire?

i quia ſuſpiciones ſunt amouendæ, diſcutienda eſt accuſatorum exiſtimatio non temere repellenda accuſatio, Alludit impoſtor ad verba Grati Concil. 1. Carth. c. 3.
k hæretici ſi cauſas proprias egerint repellendi non ſunt ab accuſatione epiſcoporum: infidelium par ratio.

recta

recta fide ſuſpecti ſunt. * *Nec eis omnino eſt credendum qui Trinitatis fidem ignorant.*

Similiter omnes quos Sanctorum Patrum ſtatuta, [l] *tam præteritis quam futuris temporibus anathematizant*, ſubmouemus; & ab omni accuſatione fidelium alienamus.

Diſcreti [m] ergo ſemper debent eſſe fideles ab infidelibus, & iuſti ab iniuſtis; quoniam infideles & *maleuoli*, modis quibus poſſunt, ſemper infeſtant fideles & perdere nituntur; & ideò non ſunt ſuſcipiendi, ſed repellendi & procul abiiciendi, ne perdere fideles aut infamare poſſint.

Quapropter, chariſſimi, cauete [n] talium foueam, *in quam* multos cecidiſſe cognouimus. Cauete talium iacula, & *antiqui hoſtis* tentamenta, *per quæ* etiam *proprios propinquos coram* nobis *vulneratos cadere* vidimus. Attendite laqueos inſidiantium, quibus *notos & commilitones* ſtrangulare ſolent. Nolite tales *ſequi*, ſed procul repellite eos. [o] *Eſtote*, iuxta veritatis vocem, *prudentes vt ſerpentes, & ſimplices vt columbæ.* Videte [p] *ne in vacuum* quoque *curratis aut laboretis*; ſed alterutrum fulti precibus & orationibus, voluntatem Dei facere contendite, & à memoratis (ſi incorrigibiles apparuerint) vos in omnibus ſeparate.

Similiter ab omnibus quos Apoſtolus commemorat, dicens, [q] *cum eis nec cibum ſumere*: quia & illi ſicut & iſti ſunt repellendi, & ante ſatisfactionem Eccleſiæ nõ ſunt ſuſcipiendi; quoniam illi, cum quib. cibum ſumere non licet, manifeſte apparent ſequeſtrati, vſque ad ſatisfactionem, à reliquis fratribus. Quamobrem non debent nec poſſunt in accuſationem fidelium ſuſcipi; ſed etiam ab eorum conſortio, vſque ad iam dictam ſatisfactionem, repelli, ne ſimiles eis efficiantur, aut eorum excommunicationi ſubiaceant; quoniam ſic Apoſtoli ſtatuerunt, dicentes, [r] Cum excommuni-

* verba Adriani I. Collect. Ingeramo datę cap. 4. Vide Concil. 4. Tolet. cap. 64.

l nota inepiſſ. phraſ. quo ſenſu nõ recipiendæ ſint excommunicatorũ accuſationes docent Concil. Conſtantinop. cap. 6. Carth. 7. c. 1.

m Mentibus ſcil. & moribus: nam loco diſcretos ſemper eſſe impoſſibile iudicat Apoſtolus 1. Cor. 5.

n Cauendũ à tuis tuique ſimilium impoſturis: abuteris enim verbis Bonifacij Mogunt. epiſt. 19. leg. *quapropter, fili chariſſime, caue tibi à fouea in quam vidiſti coram te alios incidiſſe. caue tibi à iaculis ant. hoſt. per quæ propr. coram te vuln. cadere vidiſti: attende tibi à laqueo inſidiatoris, in quo notos &c. videbas ſtrangulatos & præſentem vitam & futuram perdere. Noli talium ad perditionem exempla ſequi.* o Matth. 10. 16. p Phil. 2. q 1. Cor. 5. 11. r hæc verba è cerebro veteratoris deprompta ſunt.

catis non eſt communicandum. Et [s] *ſi quis cum excommunicatis*, auertendo regulas, ſcienter pſallat *in domo*, aut *ſimul* locutus fuerit, aut *orauerit, ille communione priuetur.*

Tales ergo in omnibus ſunt cauendi, & non ſuſcipiendi; quia, iuxta Apoſtolum, *non* [t] *ſolum qui faciunt, damnantur; ſed & qui conſentiunt facientibus.* Vnde & B. Apoſtolorum princeps Petrus in ordinatione Clemētis alloquens populum, inter cætera ait; [u] *Si inimicus eſt* iſte Clemens *alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare vt ipſe vobis dicat, Cum illo nolite amici eſſe; ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo cui ipſum ſentitis aduerſum; ſed nec loqui his quibus ipſe non loquitur, vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias* [x] ferre, *feſtinet citius reconciliari ei qui omnibus præeſt,* [y] vt *per hoc redeat ad ſalutem cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis qui exterminare Dei Eccleſiam volunt; & cum corpore vobiſcum eſſe videatur, mente & animo contra vos eſt. Et eſt multo nequior hoſtis hic, quam illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem quæ ſunt* inimica [z] gerit, *& Eccleſiam diſpergit ac vaſtat.*

Ideoque, chariſſimi, his Apoſtolicis inſtitutis vos monentes inſtruimus, *vt effecta* [a] *certior* charitas *veſtra, ſollicitius* deinceps *agere* ſtudeat *& cautius; ne* peruerſi & infideles *homines lædendi* fideles & [b] *beneuolos* habeant *facultatem:* quoniam [c] *ſpes* talium & omnium impiorum, *tanquam lanugo eſt quæ à vento tollitur; & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur; & tanquam fumus qui à vento diffuſus eſt: & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.*

Summopere, [d] chariſſimi, tales cauendi ſunt, & *auertendi* atque reiiciendi, ſi nocentes apparuerint; quia non ſolum Eccleſiaſticæ, ſed etiam ſeculi leges, [e] *ſontes* nocentes, non ſuſcipiunt ſed repellunt. Vnde ſcriptum eſt, *Os impiorum deuorat iniquitatem*: & Dominus per Prophetam loquitur dicens, [f] *cum Sancto Sanctus eris, et cum peruerſo peruerteris: et cum electo electus eris, et cum viro innocente*

s Can. 11. Apoſt. interpr. Dionyſ. variis auctariis locupletatus à plagiario. vide Concil. Antioch c. 2. Carthag 4. c. 73. Tolet. 1. c. 12. 15. Antiſidor. c. 38. 39. collect. Martini Bracar. c. 84.

t Rom 1.

u verba pſeudo-Clem. epiſt 1. Ruffin. interp.

x reparare.

y &.

z Inimici.

a verba Leonis epiſt 2. effecta certior ſanctitas veſtra, ſollicitius agere dignetur &c. necubi Manichææ peruerſitatis homines plebes veſtras facultatem lædendi, &c.

b epitheton not.

c Sap. 5. 15. ſpes impij.

d ſequentia ad finē habet pſeudo-Soter ad Amtonem epiſt.

e Prou 19.

f Pſal. 17.

cente innocens eris: & Apoſtolus inquit, [g] *Peruertunt bonos mores colloquia mala.* Idcirco (vt prælibatum eſt) iam mali ſunt ſemper cauendi, & bonis atque beneuolis eſt inhærendum, [h] *vt periculum deſidiæ quantum poſſumus declinemus: et* [i] *ne peſtis hæc latius diuulgetur, ſeueritate qua poſſumus abſcindamus. Quoniam* [k] *non temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis.* Agat ſemper [l] *vnuſquiſque* veſtrum, hac informatione Apoſtolica fultus, iuxta *vires ſuas: & fraterna* dilectione & ſancta religione *mores proprios conſeruare, et in* commune *alterutrum adiuuare, et in charitate permanere,* & *in Dei voluntate* indeſinenter ſtudeat *inhærere;* vt *ſimul laudantes Dominum,* [m] indefeſſas illi ſemper *gratias agamus. Valete in* Domino, chariſſimi, & prædicta, vt melius poteſtis, Domino opem ferente, adimplere ſtudere.

Data Kal. Iulij [n] Maximino & Africano viris Clariſſim. Coſſ.

g 1 Cor. 15.

h verba Leonis epiſt. 4.

i verba Leonis epiſt. 2.

k eiuſd. epiſt. 92.

l verba Bonifac. j 1. Mogun. epiſc. epiſt. 17 *vnuſquiſque ſtudeat ſecundum vires ſuas & proprios mores in caſtitate conſeruari & in communi vita alterut. adiuu. & in fraterna charit perm. vſq; ad præſentiam reuerſionis noſtra in Dei voluntate. & tunc ſimul laud. Dom. in omnib ei grat ag. val. in Chriſto.*

m Conc. Tolet. 17. in allocut. regis ad finem *indefeſſa gratiarum vota perſoluere.*

n A. D. 218. quo in locum An eri ſuffectus Fabianus.

Iudicia Pontificiorum.

BARON. ad A D 238 § 9. Quod autem hoc anno, iiſdemque conſulibus, Kalendis Iulij data habeatur Fabiani nomine epiſtola ad omnes Eccleſiæ (vt præfert titulus) comminiſtros, tam in titulo, quam etiam in Conſulibus deprauata adeo eſt, vt ſpuria penitus cenſeatur, niſi nonnulla in ea poſita corrigantur. Habet enim hæc de Nouato atque Nouatiano, *inſuper* [a] *& illud vos ſcire deſideramus,* &c. hæc ibi. Sed & in libro de Rom. Pontificibus hæc, quæ bis repugnant, habentur in Fabiano; *Poſt paſſionem vero eius* (nempe Fabiani) *Moyſes & Maximus presbyteri, & Nicoſtratus diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. Eodem tempore ſuperuenit Nouatus ex Africa, & ſeparauit Nouatianum de Eccleſia, & quoſdam confeſſores, poſtquam Moyſes in carcere defunctus eſt, qui fuit ibi menſes vndecim.* Sed & in Cornelio hæc in eandem ſententiam; *Sub huius* (Cornelij ſcilicet) *Epiſcopatu Nouatus Nouatianum extra Eccleſiam ordinauit, & in Africa Nicoſtratum. Hoc facto confeſſores qui ſe ſeparauerant à Cornelio cum Maximo presbytero, qui cum Moyſe fuit, ad Eccleſiam ſunt reuerſi.* Hęc quidem nonniſi Cornelij tempore facta, [b] Cyprianus quoque ſæpe teſtatur; cuius auctoritate cum conſtet non ante ſeductum eſſe Nouatianum à Nouato, niſi poſt ſchiſma conflatum aduerſus Cornelium Papam, nihil eſt quod dici poſſit id factum fuiſſe tempore Fabiani. Nam & Cyprianus, qui ſummo ſtudio Nouati ſordes omnes, quo cauerent eum fideles, colligens, ob oculos omnium ponit, nullum ei crimen impingit, nullamque inurit-

a vide ſupra.

b Cyprianus epiſt. 49. 52. 76.

notam, quod alias ſe ante electionem Cornelij ab Eccleſia ſeparauerit.

10. Rurſum vero Pacianus aduerſus Nouatianos agens, cum meminit Nouatiani, de iis quę ante ſedem Cornelij geſſerat, commendat eius Catholicam fidem, cum ait: [c] *Cur igitur Nouatianus tuus, ne falſo quidem adhuc Epiſcopatu ſacerdos, longe antequam Cornelius Romæ Epiſcopus fieret, antequam ſacerdotio illius inuideret, hæc ſuaſit? Habes Cypriani teſtimonium.* & poſt aliqua: *At in hanc ipſam hæreſim Nouatiani quando cœperunt? Audite quæſo, & totum ordinem veſtri erroris aduertite. Cornelius iam Romæ Epiſcopus à ſexdecim Epiſcopis factus, locum cathedræ vacantis acceperat; & illa quæ fuit præditus caſtimonia virginali, crebras perſecutiones irati principis ſuſtinebat. Tum forte quidam presbyter Nouatus ex Africa, fraudatis in Carthaginenſi Eccleſia viduis, ſpoliatis pupillis, pecunia Eccleſiæ denegata proiecto extra domum patre, & eodem fame mortuo nec ſepulto, vxoris grauidæ vtero calce percuſſo Romam venit, &c.* Addit & de Nouatiano poſtea ab ipſo ſeducto. Sed & Euſebius in Chronico aduentum Nouati Romam ponit anno Cornelij primo; id denique omnes. Quamobrem ea epiſtola, quæ fertur Fabiani nomine, æquius tribuenda eſſet Cornelio. Sed quæ in ea feruntur de ſeptem inſtitutis ſubdiaconis, qui præeſſent notariis acta martyrum conſcribentibus, haud patiuntur vt alij quam Fabiano adſcribantur. Apparet igitur ea de Nouato & Nouatiano fuiſſe à ſciolo aliquo ſuperaddita, volente in epiſtolam inferre quæ putarit contineri in eo textu; quo dum agitur de Fabiano, dicitur; *Eodem tempore ſuperuenit Nouatus*; exiſtimans ea verba eſſe ad Fabiani ſedis tempus referenda, cum reuera ad ea quæ proxime dixerat auctor; poſt paſſionem *vero eius* relationem habere certiſſimum ſit.

[c] Pacian. ad Sympron. epiſt. 3.

Eulog. Alexandrinus Photio referente, ſcribit Nouatum (ſic Nouatiani nomẽ effert) primum gradum Diaconi à Cornelio accepiſſe, deinde inter preſbyteros ab eodem ordinatũ ſchiſma feciſſe. Vide eclogas lib. 6. apud Photium Biblioth. Cod. 280.

Binius in notis ad hanc epiſt. Baronium κατὰ πόδας ſequitur, eiuſque verba maxima ex parte mutuatur.

Poſſeuin. in appar. Fabiano quæ adſcribitur epiſtola *ad omnes Eccleſiæ comministros*, omnino ſpuria eſt, niſi in ea corrigatur, quod de Nouato & Nouatiano ſcriptum eſt, &c.

CENSVRA.

Impoſtor inconditam farraginem & ab hiſtoriæ veritate penitus abſonam, Rufini primæ Clementinæ interpretis, Leonis I. Dionyſianæ canonum, qui Apoſtolorum dicuntur, verſionis, Gregorij M. Adriani I. & Bonifacij Mogunt. ſententiis hinc inde corraſis diſtinguit.

FABIANI

FABIANI PAPÆ

Epiſtola II.

Fabianus Epiſcopus vrbis Romæ, omnibus Orientalibus Epiſcopis, & cunctis fidelibus in Domino ſalutem.

EXIGIT [a] *dilectio veſtra ſedis Apoſtolicæ* conſulta, quæ vobis denegare non poſſumus. Hoc autem & prædeceſſores noſtros multarum regionum Epiſcopis egiſſe liquet: & nos, qui in eadem ſede Domino largiente collocati ſumus, agere debere fraterna charitas & [b] *obedientiæ debitum* compellit.

Cura eſt [c] ergo veſtræ ſolicitudini *adhibenda, vt ea quæ* ſunt ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus *ordinata*, & inſtigante S. Spiritu inſtituta, *nec diſſimulatio negligere*, *nec* [d] aliqua *præſumptio valeat perturbare. Sed ſicut hoc quod* [e] rationis *exigebat* vtilitas, *oportuit definiri, ita quod definitum eſt* [f] *non debet violari.*

Literis veſtris verò inter cætera inſertum inuenimus, quoſdam regionis veſtræ Epiſcopos à veſtro noſtroque ordine diſcrepare, & [g] non per ſingulos annos in cœna Domini chriſma conficere, ſed duos aut tres annos confectionem ſancti Chriſmatis ſemel actam conſeruare. Dicunt enim, vt in memoratis apicibus reperimus, nec [h] balſamum per ſingulos annos poſſe reperiri, nec neceſſe fore per ſingulos annos chriſma conficere; ſed dum vna confectio Chriſmatis abundat, aliam fieri neceſſe non habere.

Errant enim qui talia excogitant, & mente veſana potius quam recte ſentientes hæc dicunt. In illa [i] enim die Dominus Ieſus, poſtquam cœnauit cum diſcipulis ſuis, & lauit eorum pedes (ſicut à ſanctis Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt)

a Simile initium epiſt. I. Zoſimi.
b cui obedientiam debeat Eccleſiæ Monarchæ?
c verba Greg. epiſt. 117. lib. 7. indict. 2. *cura eſt ſolicitudinis adhib. vt ea quæ pro quiete monachorum religioſaque conuerſationis fuerint ordinata, nec.*
d quædã valeat præſ.
e ratio exig. vtilitatis.
f niſi forte vbi maior eſt auctoritas, nõ debet, &c.
g videtur hũc locum citare Concil. Aquiſg. ſub Greg. IV. A. D. 836. vide cap. 8. vide & Concil. Meldenſe ſub Sergio II. c. 46.
h quaſi vero de balſa- [illegible] perquirendo ſolicita fuerit vtiquam vera Eccleſia.
i Hoc falſum.

Chriſma conficere docuit. Ipſa enim [k] lauatio pedum noſtrum ſignificat baptiſmum, quando S. chriſmatis vnctione perficitur atque confirmatur.

Nam ſicut ipſius diei ſolemnitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita [l] ipſius ſancti Chriſmatis confectio per ſingulos annos eſt agenda, & de anno in annum renouanda & fidelibus tradenda; quia [m] nouum Sacramentum eſt per ſingulos annos, & iam dicto die innouandum, & vetus in ſanctis Eccleſiis cremandum.

Iſta [n] à ſanctis Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum accepimus, vobiſque tenenda mandamus: Hæc S. Romana Eccleſia, & Antiochena à temporibus Apoſtolorum cuſtodit; Hæc Hieroſolymorum & Epheſinorum tenet. In quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerunt; & vetus Chriſma incendi, & non amplius quam vno anno [o] *vti* permiſerunt, atque deinceps nouo *frui* & non veteri iubentes docuerunt.

Si quis [p] ergo his obuiare tentauerit, *omnem ſibi (per* vos & per omnes recte intelligentes) *indulgentiæ aditum intelligat obſeratum.*

Quia [q] *prauiſſimarum mentium peruerſa doctrina, dum indulgentius frenis vtitur, in prænaricationem* præſumptionis delabitur; & nullatenus eruitur, niſi prudentium ſuſtentatione & correctione liberetur.

Illa autem quæ [r] *circa* diuina myſteria & erga *baptizandos in vniuerſo mundo S. Eccleſia vniformiter agit non otioſo* [ſ] contemplanda ſunt *intuitu:* ne [t] *locum ſuperuacuis* intentionibus, & *ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere;* quia *docendi* [u] *ſunt potius quam illudendi. Ad* [x] *noſtram enim lætitiam benefa-*

k Lotione pedum mutua charitatis ope a ſignificari cenſent Theophylac. Caietan. Ianſen. &c. Badē quotidianam fidelium pœnitentiam per interceſſionē Chriſti continuam ſanctificationē deſignari auctor eſt Auguſtin' tract. in Io n.56 & 57. ſerm. de ablut. pedum ſub nomine Cypriani idē aſſerit. Lotionē baptiſmū ſignificare eundemque Chriſmatis vnctione perfici, ſententia eſt veteri Eccleſiæ incognita, baptiſmo iniuria paraſito Antichriſti digniſſima.

l hoc fuerat probandum non gratis ſumendum.

m hic rurſus principium petit impoſtor, & nugas agit.

n imo, omni tempore Epiſcopo chriſma conficere licere, inter ſtatuta Eccleſiæ Orientalis refert Martinus Bracar. collect. c. 51. Concil. 1. Tolet. cap. 20.

o N. barbariſmos.

p verba Siricij epiſt. 1. c. 7. *deinceps talis fuerit inuentus iam nunc ſibi omnem per nos indulg.*

q verba Innocentij epiſt. ad patres Concil. Mileuit. quæ eſt numero 25. *ô prauiſſ.* &c. *doctrinā, aduerte tandem quod primum hominem ita libertas ipſa decepit, vt dum indulgentius frenis eius vtitur in prauaric præſumptione conciderit; neque ex hac potuit erui* &c.

r verba Celeſtini epiſt. ad Gallos c. 12. *illud, quod circa baptiſ.*

ſ contemplamur.

t verba eiuſd. epiſt. 2. cap. 1. *ordinem calcabimus, vt locum ſuperuac. ſuperſt.*

u docendi enim.

x ibid. ab initio epiſtol.

Et aper-

cta perueniunt , *& mœroris aculeis nos quæ fuerint malefacta* [y] pungunt.

Hic [z] vero *inter manus latronum*, *& dentes luporum furentium vtcunque verſamur*; *& contumaces ſunt* ſubditi atque *oues*. [a]

Nam [b] *latratu canum, baculoque paſtoris, luporum rabies deterrenda eſt*.

Illa [c] verò *quæ* fomentis *non* ſanantur *vulnera*, *ferro* abſcindi *neceſſe eſt*.

Nec [d] *ſilere poſſumus, vt cum* [e] hic *ab illicitis reuocemus aliquos, officij noſtri* prouocamur [f] *inſtinctu, in ſpeculis à* Domino [g] *conſtituti, vt vigilantiæ noſtræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda ſunt reſecemus*, *& quæ obſeruanda ſint* [h] cenſeamus.

Conſulere [i] etiã nos (vt in prædictis literis veſtris inuenimus) ſuper accuſatione ſacerdotum voluiſtis, quæ oppidò apud vos (vt in eiſdem apicibus reperimus) crebreſcit. Significaſtis inſuper, pleroſque attendere, [k] *Multos in ipſis honoribus Eccleſiaſticis non congruenter viuere ſermonibus & Sacramentis quæ per eos populis miniſtrantur. O miſeros homines, qui hos intuendo Chriſtum obliuiſcuntur! qui* [l] & multo *ante prædixit, vt legi Dei potius* [m] obtemperetur, *quam imitandi videantur illi qui ea quæ dicunt non faciunt: & traditorem ſuum tolerans, vſque in finem etiam ad Euangelizandum cum cæteris miſit.*

Nam Apoſtoli talem conſuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt; ſimiliter & ſucceſſores eorum; [n] quamquam multa de talibus præuidentes Spiritu Dei futura ſtatuerunt. Porro, (vt legitis in Actibus Apoſtolorum) [o] *erat* eo tempore inter fideles *cor vnum & anima vna*, *neque* [p] aliquis *eorum aliquid ſuum* proprium *eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia*. Nulla enim inter eos accuſatio niſi familiaris erat, nec vnquam inter imitatores eorum aut fideles fieri debet, dicente [q] Domino, *Quod tibi fieri* non vis *alteri ne facias:*

y compungunt.

z verba Auguſt. de paſtoribus cap. 7.

a & pro his periculis noſtris, vt oretis exoramus, & cont.

b verba Hieronymi epiſt. 83.

c Siric. epiſt. 1. cap. 7. quia ferro neceſſe eſt excidãtur vulnera quæ fomentorum non ſenſerint medicinam.

d verba Celeſtini epiſt. 2. ab initio.

e cum ad hoc, vt ab.

f prouocemur.

g à Deo.

h ſanciamus.

i quaſcumq; cõſultationes memoras, ſignificata eſſe nemo neſcit.

k verba Auguſtini lib. de pœnit. medicina c. 13. ſeu libri 50. homil. vltima. An forte attendunt multos etiam in ipſis &c. præpoſitorũ & miniſtrorum non cong.

l tanto ante.

m obtemperaretur.

n Apoſtolica ſtatuta mentitur impoſtor.

o Act. 4.

p nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid &c.

q imo dicente Tobia non Domino. vide cap. 4. verſ. 16.

& idem, [r] *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Et [ſ] *Dilectio proximi malum non operatur.*

Ipſi ergo Apoſtoli & ſucceſſores eorum olim ſtatuerunt, [t] eos ad accuſationem non recipi *qui ſunt ſuſpecti,* vel *qui heri aut nudiuſtertius*, vel dudum *fuerunt inimici*; quoniam ſuſpecti facti ſunt & [u] *qui non ſunt bonæ conuerſationis*, vel quorum vita eſt accuſabilis, aut dubij in recta fide.

Similiter [x] *quorum fides, vita & libertas neſcitur*, vel [y] *qui infamiæ maculis ſunt adſperſi*, aut [z] *ſceleribus irretiti.*

Neque [a] eos ſacerdotes debere vel poſſe aut Clericos accuſare, qui rite ſacerdotes fieri non poſſunt, nec ſui ſunt ordinis: quoniam ſicut Sacerdotes vel reliqui Clerici à ſecularium laïcorum excluduntur accuſatione, ita [b] illi ab iſtorum ſunt excludendi & alienandi criminatione. Et ſicut iſti ab illis, ita & illi ab iſtis non recipiantur: quoniam ſicut Domini Sacerdotum ſegregata debet eſſe conuerſatio ab eorum conuerſatione, ita & litigatio; quia [c] *ſeruum* Dei *non oportet litigare.*

Tales, chariſſimi fratres, accuſationes & iniuſtas aut nociuas æmulationes pro viribus prohibete, [d] *quia contentio* ſummopere *eſt vitanda.* [e] *Septies enim cadet iuſtus* in die, *& reſurget; impij autem corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuus*, ait Salomon, *ne gaudeas: & in ruina eius* non [f] *exultet cor tuum: ne forte videat Dominus & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam.* Non [g] *contendas cum peſſimis, nec æmuleris impios: quoniam non habent futurorum ſpem mali: & lucerna impiorum extinguetur.* Nec [h] *æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis*; *quia* rapinam *meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.* Hæc cauete, chariſſimi: hæc meditamini, & fratribus in omnibus ſolatium præſtate: quia [i] *in hoc cognoſcent omnes*, vt ipſa per ſe veritas ait, quoniam [k] *mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.*

Si [l] enim *in rebus ſecularibus ſuum cuique ius & proprius ordo ſeruandus eſt: quanto magis in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci confuſio?* [m] *Quod* iſta obſeruatione obſeruabitur,

r Matth. 22.
ſ Rom. 13.
t hoc ſtatuit Ambroſ. capit. 64.
u ſtatutum Adriani I. collect. Ingelramo datæ c. 15.
x Adrian. I. ibid.
y Statutum Conc. 7. Carthag. c. 2.
z ſtatutum Côc. 2. Carth. c. 6.
a ſtatutũ Adriani I. collect. c. 19.
b ſupra monuimus hoc à veteratore confictũ: contrarium certe decernunt Chriſtiani Impp. Cod. Theod. li. 11. tit. vlt. conſt. 10. hoc ſtatuiſſe dicitur Sylueſter in Côc. 2. Rom. c. 14. contrarium ſanxit Conc. Epaun. c. 24. C. Theodoſ. li. 16. tit. 2. conſtit. 41. &c.
c 2. Tim. 2.
d verba Adriani I. collect. c. 5.
e Prou. 24. 16
f ne.
g ne.
h ibid. ab initio cap. ne æmul.
i Ioan 13. 35.
k quia.
l verba Greg. epiſt. 121. li. 7.

m induci confuſio, ne ibi diſcordia locum incipiat, vnde pacis debent bona procedere? Quod hac ratione ſeruabitur, ſi nihil &c.

uabitur, *ſi nihil poteſtati, ſed totum æquitati tribuitur.*

Vnde conſtat Epiſcopos locorum ſingulorum omnium qui [n] *ſub* eorum *degunt moderamine* curam habere ſolicitam, & *cauſas vtilitateſque eorum* cum Dei timore *diſponere. Valde* ergo iniquum *eſt*, *vt* alij quilibet, omiſſis ſuis, *ſe* illorum *cauſis* admiſceant. *Sed* illi *eorum vitam* & iudicium *competenti regularique* debeant moderamine *diſponere*, *qui* eos in ſacerdotium ordinant, & à quibus iam ordinati ſunt: quoniam, vt lex loquitur, *Maledictus* [o] omnis eſt *qui transfert terminos proximi ſui: & dixit omnis populus, Amen.*

Deus [p] ergo, fratres, *ad hoc præordinauit* vos, & omnes qui ſummo ſacerdotio funguntur, *vt iniuſtitias* remoueatis, *& præſumptiones* abſcindatis, *& in ſacerdotio* laborantibus ſuccurratis, *& opprobriis* & calamitatibus eorum *locum non* præbeatis, *ſed ei qui calumniam* & opprobrium *patitur adiutorium* feratis; *illum vero qui calumniam* vel opprobrium *facit* abſcindatis, & Domino in ſuis Sacerdotibus opem feratis.

Sacerdotes quoque Dominus ſibi elegit, [q] vt ſacrificent ei, & offerant oblationes Domino: Leuitas quoque ſub eis eſſe iuſſit in miniſteriis eorum. Vnde ad Moſen loquitur dicens: [r] *Princeps autem principum Leuitarum Eleazar, filius Aaron Sacerdotis, erit ſuper excubitores* [ſ] Eccleſiæ *ſanctuarij*. De his enim locutus eſt Dominus ad Moſen; *Tolle* [t] *Leuitas pro primogenitis filiorum Iſraël, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, eruntque Leuitæ mei. Ego* [u] *Dominus.* Si Leuitas ſuos eſſe Dominus voluit, quanto magis Sacerdotes ſibi adſciuit? De quibus ait, [x] *Si quis externorum acceſſerit*, morietur.

Omnia vero quę Domini ſunt caute tractanda ſunt, & non leuiter præcipitanda: quoniam & inter homines pro fidelibus habentur, qui Dominorum ſuorum [y] *cauſas bene cuſtodiunt*, & fideliter tractant; atque præcepta Dominorum ſuorum bene cuſtodiunt, & non tranſgrediuntur. Pro infidelibus vero reputantur hi, qui Dominorum ſuorum cauſas incautè & negligen-

n *Einſd. lib. eod. epiſt.* 66. Epiſcopi loci ipſius ſub cuius degunt moder. curæ ſit eorũ cauſas &c. Valde enim eſt incongruum, vt omiſſo eo, alius quilibet eorũ ſe cauſis admiſceat. Sed ille eorũ vitam &c. debet moderatione diſp. qui pro commiſſis eorum ſibi animabus compellitur reddere rationem.

o Deut. 27. 17 dicet.

p *verba Procli epiſt. ad Domnũ Antioch. vide Concil. Chalced. act.* 14. præord. te ã religioſitatem vt &c. remoueas &c. comprimas, & Sacerdotio laboranti ſuccurras, & opprob. locum nõ præbeas, ſed ei &c. feras &c. abſcindas &c.

q hæc de ſacerdotibus V. T. vera ſunt; ſacerdotium Noui Teſt. vnicum totius ſcil. Eccleſiæ, quæ *πολίτευμα ἱεράτευμα*, 1. Pet. 2.

r Num. 3. 32. ſ cuſtodiæ. t ibid. 45. u ego ſum. x Num. 1. 51. imo de Leuitis hoc dictum, inſpice locum Lector. y N. phraſ.

ter tractant, & præcepta eorum deſpiciunt, & non vt debent cuſtodiunt.

Ideo hæc præmiſimus, vt cognoſcatur ab his quibus incognitum eſt, quod & ſacerdotes (quos ſibi Dominus de [z] omnibus adſciuit, & ſuos eſſe voluit) non ſunt *leuiter tractandi, vel lacerandi*, nec temere accuſandi, aut reprehendendi niſi à Magiſtris ſuis; quoniam eorum cauſas [a] ſibi Dominus reſeruare voluit, & ſuo iudicio vindicari. Nam in his, & in aliis præceptis Domini, & fideles cognoſcuntur, & infideles reprobantur. Tolerandi enim hi ſunt potius à fidelibus, quam *exprobrandi*; veluti *palea* cum tritico, *vſque ad vltimum ventilabrum*; ſicut [b] *piſces mali cum bonis vſque ad ſegregationem, quæ futura eſt in littore, hoc eſt in fine ſeculi.*

Nullatenus [c] ergo *poteſt condemnari humano examine, quem Deus ſuo iudicio reſeruauit*; *vt* [d] *propoſitum Dei*, quo decreuit ſaluare quod perierat, fiat immobile. Et ideo quia voluntas eius non mutatur, nullus præſumat ea quæ ſibi non ſunt conceſſa.

Vnde eſt illud quod Apoſtolus loquitur dicens, [e] *Iam quidem omnino delictum eſt, quia iudicia habetis vobiſcum.* [f] *Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini?* [g] *Ad illud redeatur quod Dominus ait: Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei pallium. Et alio loco:* [h] *Qui* aufert quæ *tua* ſunt ne repetas.

Sunt [i] *autem quædam quæ leuiſſima putarentur, niſi in ſcripturis demonſtrarentur opinione grauiora. Quis* vnquam *dicentem fratri ſuo Fatue, reum gehennæ putaret, niſi ipſa veritas diceret?*

Illi vero qui illa peccata perpetrant, de quibus Apoſtolus ait, [k] *Quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequentur*, valde cauendi ſunt, & ad emandationem ſi voluntarie noluerint compellendi: quia [l] *infamiæ maculæ ſunt aſperſi*, & in barathrum delabuntur, niſi eis Sacerdotali auctoritate ſubuentum fuerit.

Similiter & illi de quibus ipſe ait, [m] *Cum huiuſmodi*

z parliare omnes ſibi pios adſciuit Dominus, filiorum ſcilicet.
a Si ſacerdotum cauſas ſibi Dominus reſeruare voluit; quo iure earum ſibi iudicium vindicat vrbicus Papa?
b verbis iiſdem vſus Augustin. aduerſ. Creſcon. li. 4. cap. 26 de vtilit. pœnit. cap. 12.
c verba Conſtantini M. referente Adriano I. collect. c. 51.
d Rom 9.
e Sic legit Auguſt. Enchir. cap. 78. 1. Cor. 6.
f Ibid. poſt lin. [illegible]
g [illegible]
h ſubſtituit impoſtor verba vulg. edit. ſic enim Auguſt. *Qui abſtulerit tua, noli repetere*
i [illegible] Auguſt. Enchirid. c. 79. ab initio.
k [illegible] 5 21.
l [illegible] Concil. 7 Carth. cap. 2
m 1. Cor. [illegible]

de [illegible] loquitur de quibus G[illegible]

homini-

hominibus *nec cibum ſumere*; quia infamia ſunt notati [n] antequam Sacerdotali auctoritate ſanentur, & *in gremio* S. Matris Eccleſiæ redintegrentur; quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt.

Manifeſtum eſt enim, quod hi [o] extra nos ſunt, & à nobis diſcreti eſſe debent, cum quibus nec edere [p] nec cibum ſumere licet.

Similiter & [q] *omnes perſonæ*; quibuſlibet *turpitudinibus* ac ſcurrilitatibus *ſubiectæ*, infames ſunt effectæ.

Et *omnes* [r] *qui aduerſus patres armantur* infames efficiuntur.

Arenam [f] vero *& ſalem*, & *maſſam ferri facilius eſt* [t] portare, *quam hominem imprudentem & fatuum* [u] atque *impium*. [x] Quoniam *qui minoratur corde cogitat inania; & vir imprudens & errans cogitat ſtulta.* [y] *Multos ſupplantauit ſ ſpecie illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Cor durum male habebit in nouiſſimo; & qui amat periculum in* [z] *ipſo peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit* [a] requiem, & praui cordis *in illis ſcandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adjciet ad peccandum.*

Talia cogitantes ſancti Apoſtoli, eorumque ſucceſſores ſpiritu Dei repleti, malos homines præuidentes, & ſimplices conſiderantes, difficilem [b] aut nunquam voluerunt eſſe accuſationem ſacerdotum, ne à malis *potuiſſent* euerti aut ſubmoueri; quia ſi hoc facile concederetur [c] *ſecularibus & malis* hominibus, aut nullus, aut vix perpauci remanerent; quoniam ſemper fuit, & eſt, & (quod peius eſt) nimis viget, vt mali bonos perſequantur, & [d] *carnales ſpirituales* infeſtent.

Idcirco (vt prædictum eſt) ſtatuerunt [e] ne accuſarentur; aut, ſi aliter fieri non poſſit, perdifficilis eorum fieret accuſatio; & à quibus (vt ſupradictum eſt) non præſumeretur, neque à propriis ſedibus aut Eccleſiis Epiſcopi eiicerentur.

n Sacerdotalis auctoritatis propter eliquendo nó c.. infamiæ no.am delere, q.am inurere Magiſtratus officij eſt.
o extra ſunt eadem, extra ſunt & corpore per excommunicationem.
p n differút edere & cibū ſumere.
q verba Concil. 7. Carth. c. 2.
r verba epiſt. Procli Conſtant. ad Domnum Antioch.
f Eccl. 22. 18.
t ferre.
u & imp.
x Eccl. 17. 22.
y Eccl. 3. 26.
z illo.
a habebit ſucceſſus, prauū cor in illis, &c. Auguſt. in ſpeculo legit *prauicordius*.
b vnicus Pauli locus de presbyteri accuſatione non recipiendi niſi ſub duobus aut tribus teſtibus, ex 1 ad Tim. epiſt. c. 5. proferri poteſt: meminerit vero Lector Cyprian. lib. 3. ad Quirin c. 76. Chryſoſt. Theodoret. & Theophylactum ætate ſenem intelligere.
c quaſi verò omnes ſeculares mali, omnes clerici boni ſint.
d Solet impoſtor clericis ſpiritualium, laicis carnalium nomen aptare. vide Pſeudo-Clement. epiſt. 1. &c.

Quod ſi quo modo præſumptum fuerit, [f] *antequam* & proprius locus, & ſua *omnia eis legibus redintegrarentur*, nullatenus à quoquam accuſarentur aut criminarentur; & [g] *niſi ſponte elegerint, cuiquam pro talibus non reſponderent.* Sed poſtquam (vt præfixum eſt) reſtituti fuerint, & ſua omnia eis legibus redintegrata, diſpoſitis ordinatiſque ſuis, [h] magnum ſpatium tractandi cauſa eis concederetur. Et poſtea, ſi neceſſe fuerit, [i] *regulariter* vocati *venirent ad cauſam*; *&, ſi* iuſtum viſum fuerit, *accuſantium propoſitionibus* ſuſtentatione fratrum *reſponderent.* Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel Eccleſiæ, atque res ab æmulis aut à quibuſcunque detinentur, vt aliquid illis obiici debeat. [k] Nec quiſquam poteſt eis quoquomodo quidlibet maiorum vel minorum obiicere, dum Eccleſiis, rebus aut poteſtatibus carent ſuis.

Similiter [l] ſtatutum eſt, & nos eadem ſtatuta firmantes ſtatuimus, vt ſi aliquis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus aut inſidiator fuerit; eoſque criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, vt mox ante examinatum iudicium [m] *curiæ tradatur*; cui diebus vitæ ſuæ deſeruiat, & infamis abſque vlla reſtitutionis ſpe permaneat.

Nec [n] vllus vnquam præſumat accuſator ſimul eſſe & iudex vel teſtis; quoniam [o] *in omni iudicio* quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, id eſt iudices electos, & accuſatores, ac defenſores, atque teſtes.

Similiter ſtatuentes Apoſtolica auctoritate iubemus, ne [p] paſtorem ſuum *oues quæ ei commiſſæ* fuerant, *niſi* in *fide* errauerit, *reprehendere* audeant; quia [q] *facta præpoſitorum oris gladio ferienda non ſunt*, neque poteſt eſſe diſcipulus ſuper Magiſtrum; dicente veritatis voce, [r] *Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum, nec ſeruus ſuper Dominum ſuum.* [ſ] *Odibilis* autem *coram Deo & hominibus eſt ſuperbia, & execrabilis omnis iniquitas.* [t] *Perdidit Deus memoriam ſuperborum, & reliquit memoriam humilium ſenſu.* [u] *Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum. Semen autem*

f verba Concil. Rom. 5. ſub Symm.
g Anan. 1. Concil. 5.
h Concil. 5 ſub Symm.
i verba Concil. 5 ſub Symm.
k Concil. 5. ſub Symm.
l Similis ſtatuti meminit Pſeudo-Pius epiſt. 2. abuſus verbis Conſtit. 39. tit. 2. lib. 16. Cod. Theod. quæ ſupra deſcripſimus.
m Decurie ſcil. quo imperante Fabianus coronatus eſt.
n Cod. Theodoſ. lib. 2. tit. 2. *Ne in ſua cauſa quis iudicet aut teſtimonium dicat.*
o Iſid. etym. lib. 18. cap. 15 *In omni iudicio ſex perſonæ quæruntur, iudex accuſator reus & tres teſtes.*
p verba Concil. Rom. 5. ſub Symm. *ch oues quæ paſtori ſuo commiſſæ fuerint, eum nec reprehendere niſi à recta fide exorbitauerit, præſumant, &c.*
q verba Gregor. paſtoral. parte 3. c. 1.
r Matth. 10. 24.
ſ Eccli. 10. 7.
t ibid. verſ. 21.
u Ib. d. verſ. 23.

hoc

hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. In medio fratrum rector illorum in honore; & qui timent Dominum, erunt in oculis[x] eius: *Fili* (ait Salomon) *in manſuetudine ſerua animam tuam, & da illi honorem*[y] cui honor competit. *Priuſquam*[z] *interroges, ne vituperes quenquam: & cum interrogaueris, corripe iuſte. Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum; & in medio*[a] ſeniorum *ne adijcias loqui.*

Exemplo[b] *Cham filij Noë damnantur, qui* patrum *ſuorum culpas in* publicum *produnt*, aut eos accuſare vel detrahere præſumunt; velut *Cham qui patris* ſui Noë *pudenda non operuit, ſed deridenda monſtrauit.* Similiter & illi exemplo[c] *Sem & Iaphet* iuſtificantur, *qui reuerenter operiunt*, & non produnt ea *quæ patres ſuos exceſſiſſe*[d] cognoſcunt.

Si[e] enim *à fide* deuiauerit Epiſcopus, *erit* corrigendus prius ſecrete *à ſubditis* ſuis.

Quod ſi incorrigibilis (quod abſit) apparuerit, tunc erit accuſandus ad Primates ſuos, aut ad ſedem Apoſtolicam. *Pro* aliis *vero* actibus ſuis *magis eſt tolerandus* ab ouibus & ſubditis ſuis, *quam* accuſandus & publicè derogandus; [f] *quia cum in* eis à ſubditis delinquitur, *eius ordinationi* obuiatur *qui eos* eis *prætulit*, dicente Apoſtolo: [g] *Dei ordinationi reſiſtit qui poteſtati reſiſtit.*

Qui vero [h] *omnipotentem* Deum *metuit*, nec *contra* Euangelium, nec contra Apoſtolos, nec contra Prophetas, ſeu ſanctorum patrum inſtituta, *aliquid vllo modo agere conſentit.* Sacerdotes ergo honorandi ſunt, non *lacerandi*, vel *exprobrandi* ſunt. Legitur in Eccleſiaſtico, [i] *In tota anima tua time*[k] Deum, *& ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit; & miniſtros eius* [l] non *derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica* [m] ſacerdotem, *& propurga te cum brachijs. Da illi* [n] *partem, ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum & purgationis, & de* [o] *negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctifi cationis offeres Domino, & initia*

x illius. ibid. verſ. 1. y da illi honorem ſecundum meritum ſuum. z Eccleſ. 11. 7. 8. a [illegible] monſ. verba Iſidori, ent. lib. 3. c. [illegible] damnantur Cham, &c. qui [illegible] præpoſitorum &c. in publico produnt: ſicut Cham, &c. c monſtrauit. Habiturj ſunt Sem meritum & Iaphet qui reuerenter, &c. d cognouerunt. e *Ibid.* Quod [illegible] ſi [illegible] erit rector, tunc erit arguendus à ſubditis: pro moribus vero reprobis tolerandus magis quam diſtringendus à plebe eſt. f Greg. verba p. [illegible] lib. 3. c. [illegible] *quia cum in præpoſitos delinquimus, eius ordinationi qui eos nobis prætulit, obuiamus.* g [illegible] Apoſtoli [illegible] cinatur de principib[us] enim non de Eccleſ. præpoſitis a[illegible] Rom 13 a verſ. 8. h verba Greg. [illegible] ibus obruta. vid. epiſt. 6. lib 4. *quia omnip. Dominum metuit* (Imp. [illegible] *& contra ſtatuta Euangelica, contra ſacratiſſimos Canones agere aliquid nullo modo conſentit* [illegible] Fabiani verba citat Anſelm. Luc. aduerſ. VVibert. i Eccl. 7. 31. &c. k Dominum. l nec. m Sacerdotes. n illis. o neglig. tua.

Sanctorum: & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.

Hæc non tantummodo vobis, ſed omnibus fratribus per vos nota fieri volumus; *vnanimes*, [p] *vnum ſentientes permaneamus in Chriſto. Nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes; non hominibus, ſed Deo ſaluatori noſtro placentes, cui eſt honor & gloria in ſeculorum ſecula. Amen.*

p verba Innocen ij epiſt.2.c.13.

Iudicia Pontificiorum.

Anton. Auguſt. in Collect. Adrian. I. cap. 38. Videndum quid illud ſit, *Curiæ tradatur, cui omnibus vitæ ſuæ diebus ſeruiat*; quid enim Fabiani tempore (qui Maximini & Gordiani tempore vixit) *curia* ad pontifices pertinet? Auget ſuſpicionem alterius eſſe verba, quod Auguſtini verba in ea referuntur ex Enchiridio cap.79. Sed potuit Auguſt. verbis Fabiani vti, tacito eius nomine, &c.

Poſſeuin. in Appar. Epiſtolam ſecundam, in qua agit Fabianus de Chriſmate conſecrando ſingulis annis feria 5. in cœna Domini, aliqui Apocrypham eſſe opinantur. Vide Bellarm. Card. lib. de Sacr. Confirm. c 8.

Binius in notis ad hanc epiſt. Hanc epiſt. Poſſeuinus in apparatu ſacro, verbo *Fabianus*, à quibuſdam, neſcio quibus, velut apocrypham reiici aſſerit.

Bellarm. de confirmat. lib. 2. *c.* 8. §. 2. *probatur, &c.* Videmus in hoc Concilio (Carth.4.cap.36.) quod apud omnes eſt maximæ auctoritatis, idem haberi de chriſmate ſingulis annis renouando, quod habetur in Epiſtola Fabiani, quam nonnulli apocrypham eſſe volunt, &c.

CENSVRA.

APOCRYPHAM iure meritoque cenſeri deprehendet, quicunque in αἰτιολογίᾳ de Chriſmate ſingulis annis conficiendo παραδιατριβὰς oculorum aciem defixerit; ſimulque vulgatæ Bibliorum verſionis, Concil. 2. & 7. Carthag. tertij & 5. Romani ſub Symmacho, Siricij, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, Innocentij, Zoſimi, Celeſtini, Procli, Gregorij, Iſidori & Adriani ſententias à perſonato hiſtrione citatas aduerterit.

FABIA-

FABIANI PAPÆ

Epiſtola III.

Dilectiſſimo fratri Hilario Epiſcopo, Fabianus.

DIVINAE[a] *circa nos gratiæ memores eſſe debemus, qui nos per dignationis ſuæ miſericordiam ob hoc ad faſtigium ſacerdotale prouexit, vt mandatis ipſius inhærentes, & in quadam Sacerdotum eius ſpecula conſtituti, prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus.*

In[b] tantum enim in occiduis partibus, quibus morati sumus, audiuimus aſtutiam *Diaboli* ſæuire *in populum Chriſtianum, atque multiplici deceptione* prorumpere, *vt non* ſolum laicos ſeculares, *ſed ipſos quoque* Domini *Sacerdotes* premat & vexet. *Vnde in* grandi *mœrore poſiti diſſimulare non poſſumus* quod corrigere atrociter debemus.

Quapropter **competens adhibenda eſt talibus*[c] medela *vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera*[d] capitis *peſte* nihil poſſit *ſed ſegnius tracta perniciei reatu non legitimæ curationis inuoluat pariter ſauciatos & medentes.*

Ob id ergo ſtatuentes decernimus, vt[e] *hi qui non ſunt bonæ conuerſationis*, aut quorum vita eſt accuſabilis, aut *quorum fides*, vita[f] *& libertas neſcitur, non poſſint Domini Sacerdotes accuſare.*

Ne viles perſonæ[g] ad *accuſationum horum admittantur.*

Similiter [h]*hi, qui in aliquibus criminibus irretiti ſunt, vel qui ſunt ſuſpicioſi, vocem aduerſus maiores natu non habeant accuſandi*; quia ſuſpicioſa vox & inimica veritatem ſolet opprimere.

Peregrina[i] vero *iudicia* (ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate) *generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt a*[k] *exteris vt Iudicetur, qui prouinciales, & a ſe electos, debet habere iudices*, niſi fuerit appellatum.

a Hilari verba epiſt. 3. ab initio.
b verba Felicis III. epiſt. 7. ab impoſtore horrende fœdata.
Qualiter in Africanis regionib. aſtutia Diaboli ſæuierit in popul. Chriſt. atque in id multipl. decept prorumperit, vt non modo vulgus incautum, ſed ipſos quoque in mortis profunda demerſerit Sacerdotes, nullus non orbis gemuit, nulla terra neſciuit. Vnde in grauis mœr. poſ. diſſ. non poſſ. pereuntiũ atque à nobis exigendarum discrimen animarũ. Quapropter &c.
*ab his verbis ad finẽ epiſt. ead. m h [illegible]

c medicina d capitis peſte &c. profit. e verba Adriani I. c [illegible] d. c. 15.
f [illegible] vit[illegible] libert[illegible]s. g in acc[illegible]
h Adrian ibid. ex Concil. 2. Carth g cap. 6. i verba Adri[illegible] I eiuſd. collect. c. 1[illegible]. ex Cod. Theod. lib 9. tit. 1. conſtit. 10. k exteris.

Vnde oportet, [l] *ſi aliquis* Epiſcoporum *ſuper certis accuſetur criminibus*, vt *ab omnibus audiatur qui ſunt in prouincia Epiſcopis*; quia [m] *non* oportet accuſatum *alicubi quam in foro ſuo* audiri. [n] *Si quis vero iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat.*

Appellantem [o] autem *non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare cuſtodia*; ſed *liceat appellatori vitiatam cauſam* [o] *appellationis remedio ſubleuare.*

Liceat [p] *etiam in cauſis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem* ſupplicio [q] *ſententia deſtinarit.*

Pulſatus [r] *ante ſuum iudicem cauſam dicat; & ante non ſuum iudicem pulſatus ſi voluerit taceat; & vt pulſatis, quoties appellauerint, induciæ dentur.*

Si [ſ] *quis* ergo *iratus crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, conuitium non eſt pro accuſatione habendum; ſed permiſſo tractandi ſpatio, id quod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur: vt ſi fortaſſe reſipiſcens, quæ* [t] præ iracundia *dixit, iterare aut ſcribere noluerit, non vt reus criminis teneatur.*

Omnis ergo [u] *qui crimen objicit ſcribat ſe probaturum Reuera*: ſemper *ibi cauſa agatur, vbi crimen admittitur.*

Et [x] *qui non probauerit quod obiecit, pœnam quam intulerit ipſe patiatur.*

Placuit [y] etiam, vt *ſi Epiſcopus accuſatus* [z] appellauit ad Apoſtolicam ſedem, *id ſtatuendum quod* [a] eiuſdem ſedis Pontifex *cenſuerit.*

Hæc tamen omnino in Sacerdotum [b] *cauſa forma ſeruetur, ne quenquam ſententia non à ſuo iudice dicta conſtringat.*

Occurrere [c] quoque *quiſque* fidelium *ruinis debet* oppreſſorum, & *miſerorum ſubſidio, quo* [d] valeant ex reuelatione *alienæ vindictæ à ſe Dei remouere vindictam. Libat enim* Deo [e] *proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa.*

Vnde ſcriptum eſt, [f] *fratrem adiuuans exaltabitur.* Eccleſia enim Dei [g] *ſine macula & ruga* debet exiſtere; & ideo non oportet eam à quibuſdam conculcari, aut maculari; quia ſcriptum eſt, [h] *Vna eſt columba mea, perfecta*

l eiuſd. collect. c.27.
m ibid. c.13.
n ibid. c.12.
o ibid. c.34. ex [illegible] erp. Aniani in conſti. 2. tit. 30. lib. 11. Cod. Theod. & in conſt. 15. eiuſd. tituli.
p Adrian. ibid. ex Aniano in conſtit. 20. eiuſd. tituli.
q in ſupplicium.
r Adrian. collect. c.56.
ſ Adrian. collect. c.47. ex Aniano in conſtit. 5. tit. 1. lib. 9. Cod. Theodoſ.
t poſt iracondiam quę dixit.
u Adrian. collect. c.48. ex Aniano in conſtit. 11. eiuſd. tituli.
x ibid.
y Adrian. collect. c.21. ex Conc. Sardic. epitome inter opera eiuſd Adriani.
z appellauerit Rom. Pont.
a quod ipſe cenſ
b verba Cod. Theod. lib. 4. tit. 16. conſti. 2. in priuatorum.
c verba Conc. Tol. [illegible].8. c.2.
d quo valet, & releuatione.
e Domino.
f Hæc verba ſcripta non ſunt: alludit autem ad locum Prouerb, 18. verſ. 19. vide Gregor. lib. 7. Indict. 2. epiſt. 120.
g hæc conueniunt Eccleſ. glorioſæ, non militanti. vide Auguſt. de hæreſ. cap. 58.
h verba Greg. epiſt. 54. lib. 7. Indict. 2. Cant. 6. Exod. 33.

mea. Hinc iterum *Dominus ad Moſen* [i] ait, *Eſt locus penes me, & ſtabis ſuper petram.* [k] Qui *eſt locus, qui non ſit* [l] Domini, *dum cuncta* in *ipſo per quem creata ſunt continentur? Eſt* [m] *tamèn locus apud* Deum, *videlicet ſancta Eccleſiæ vnitas, in qua* ſupra *petram ſtatur, dum confeſſionis* [n] *ſoliditas humiliter tenetur.*

Te, frater, & omnes fratres noſtros Eccleſiam Chriſti ſanguine redemptam regentes monemus, vt omnes à præcipitio, [o] *in quo* fratres & Domini paſtores detrahendo & perſequendo verbis & factis labũtur, laqueis quibus poteſtis *retentetis*, & [p] lacerari eos in hamo iræ non permittatis; quia [q] *ſcriptum eſt: Ira* enim *viri iuſtitiam Dei non operatur. Hinc rurſum dicitur, Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Hæc autem vos, Deo auctore, omnia ſeruare non ambigo: ſed occaſione admonitionis exorta, bonis veſtris* [r] deſideriis & operibus *me furtiue ſubiungo; vt quod non admoniti facitis, quando vobis* [ſ] etiam *admonens additur, iam non ſoli faciatis.*

Quapropter, fratres, oportet vos, & omnes fideles diligere inuicem, & nõ detrahere aut accuſare alterutrum: ſcriptum eſt enim, [t] *Dilige proximum & coniungere fide cum illo. Quod ſi denudaueris abſconſa illius, non* perſequeris [u] *poſt eum. Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic* [x] *qui perdit amicitiam proximi ſui; & ſicut qui dimittit auem de manu ſua, ſic* qui *dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies. Non illum ſequaris, quoniam longe abeſt. Effugit enim quaſi caprea de laqueo, quoniam vulnerata eſt anima eius. Vltra eum non poteris colligare, & maledicti eſt concordatio. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis. Annuens oculo, fabricat iniqua, & nemo eum abjiciet. In conſpectu oculorum tuorum* [y] conculcabit *os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur. Nouiſſime autem peruertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa* [z] audiui, *& non coæquaui ei, & Dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet, & plaga doloſa* doloſi *diuidet vulnera.* [a] *Qui fodit foueam, incidet in* illam; [b] *& qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo; & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti conſilium nequiſſimum, ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde* [c] adueniet illi. *Illuſio & improperium ſuperborum, & vin-*

i dicit.
k Quis eſt.
l in Deo &c. ab ipſo.
m ſed tamen eſt locus apud eum &c. ſuper petram
n confeſſ. eius.
o N. phraſ.
p al. l. bi eos in imonon.
q verba Grego. epiſt. 12 lib. 7. indict. 2. Iac. 1.
r veſtris actibus me.
ſ & admonẽs.
t Eccl. 27. 18 &c.
u perſequaris
x ſic & qui.
y cõdulcabit.
z odiui.
a & qui fodit
b in eam.
c adueniat.

dicta ſicut leo inſidiabitur illis. Laqueo peribunt, qui oblectantur caſu iuſtorum; dolor autem conſumet illos antequam moriantur. Ira & furor vtraque execrabilia ſunt; & vir peccator continens erit illorum.

d Eccl. 28. *Qui* [d] *vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſibi ſimilem non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur* altiſſimum? *Ipſe dum caro ſit reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari. Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo. Memorare* [e] Teſtamenti *altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi.*

e teſtamentum.

Abſtine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna ſyluæ, ſic ignis [f] exardeſcet; *& ſecundum virtutem hominis,* [g] *iracundia illius erit; & ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit irā ſuam. Certamen feſtinatum* [h] incendet *ignē, & lis feſtinans* [i] effundet *ſanguinem, & lingua teſtificans* [k] adducet *mortem. Si ſufflaueris in ſcintillam, quaſi ignis exardebit; & ſi expueris ſuper illam extinguetur, & vtraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus; multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam non habebit requiem, nec* habebit amicum in quo requieſcat. *Flagelli plaga liuorem,* [l] facit, *plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic,* [m] quomodo *qui interierunt per linguam ſuam. Beatus qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum* [n] eius, *& in vinculis eius non eſt ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum eſt, & vinculum illius vinculum æreum eſt. Mors illius, mors nequiſſima; & vtilis potius* infernus [o] *quam illa. Perſeuerantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias iniuſtorum. In flamma ſua non comburet iuſtos. Qui* [p] derelinquunt *Dominum incident in illam;*

f exardeſcit.
g ſic iracūdia
h incendit.
i effundit.
k adducit.
l fecit.
m quaſi qui.
n illius.
o infernus.
p relinquūt.

in illam, & [q]exardeſcet *in illis, & non extinguetur; & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam; & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.*

Iſta caueant omnes, & [r] *cohibeant linguam ſuam à malo, & labia eorum ne loquantur dolum.*

De [ſ] *cætero* chariſſimi, *confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem; ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in* præparatione [t] *Euangelij pacis; in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.*

Hæc, frater, quæ tibi ſcripſimus, generaliter omnibus nota fieri volumus, vt quæ cæteros tangunt omnibus nota fiant.

Omnipotens Deus [u] *te*, frater, & reliquos fratres noſtros vbique conſiſtentes *protegat vſque in finem, qui cunctum mundum dignatus eſt redimere, Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui* [x] eſt benedictus *in ſecula. Amen.*

Data 17. Kal. Nouembr. [y] Africano & Decio viris Clariſſ. Coſſ.

Iudicia Pontificiorum.

ANTON. *Auguſtin. in cap. 34. collect. Adriani* I. Quod in fine dicitur *de appellatione eius, qui ad ſupplicium ducitur*; non videtur Pontificij iuris eſſe ſed ex iure ciuili arreptum, & in ſupraſcriptis epiſtolis inſertum. Poſtea incidi in Aniani interpretationem conſtitutionum Cod. Theod. & in eis hæc fere omnia inueni, &c.

Baron. ad A. D. 224. §. 21. Quod citat Cyprianus in Eccleſia eſſe ſtatutum, vt primæ cauſæ in propriis cognoſcantur Eccleſiis, apud

q exardebit.

r Pſal. 33. 13.

ſ Ephe. 6. 10.

t præparatione.

u verba Greg. epiſt. 54. l. 7. Indict. 2. ipſe quoq; te protegat &c.

x qui viuit & regnat in ſecula ſec. lorum. Amen.

y nullus in faſtis Africani conſulatus cū Decio. Africanus collegā habuit Traianum Aug. A. D. 114. Legitur & Africanus Conſul cum Maximino Aug. A. D. 238. quo ſedi Romanę pręfectus eſt Fabianus: res Decij Conſulatus agnoſcit Baronius, 1. cum Grato A. D. 252. ſecundum cū Etruſco an 253. tertium cū Grato anno 254. quo electus eſt Cornelius Fabiani ſucceſſor. Coronatum vult Fabianum Baron. A. 253. Ianuarij 20,

Fabiani epiſtolam ad Hilarium ſcriptam legitur in hæc verba; *Peregrina vero induta*, &c.

CENSVRA.

Cyprianum non citare quod apud epiſtolam ad Hilarium ſcriptam legitur, vnico argumento euincere poſſemus: hoc nimirum, verba à Baronio adnotata Adriano primo qui ea è Codice Theodoſiano depromplit reſtituenda eſſe. Addimus inſuper impoſtorem variis è Concilio 2. Carthag. Toletano 8. ſcriptiſque Hilari, Felicis III. Gregorij, Adriani I. Codicis Theodoſ. Aniani interpretis &c. petitis ſententiis, longas ex Eccleſiaſtico libro & epiſt. ad Epheſios lacinias aſſuere, quibus addita coronidis vice nomenclatura Conſulum mendax.

CORNELII PAPÆ

Epiſtola I.[a]

Chariſſimis atque dilectiſſimis fratribus, [b]*ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, & omnibus Domino recta fide famulantibus, Cornelius Epiſcopus.*

VIDENS [c] charitatis veſtræ beneuolentiam, quia Apoſtolorum amatores eſtis, eorumq; fidem & doctrinam tenetis, decreui vobis ſcribere (Domino auctore) quædam ex his quæ *nunc temporis* neceſſaria ſunt *ſciri*, & quæ apud nos in Eccleſia Romana (auxiliante Domino) [e]*meritis Apoſtolorum* nuper acta ſunt *ſiue geruntur*: quoniam, patrocinante charitate, credo vos [f]*paterna gratia ſcripta* ſedis Apoſtolicæ libenter *ſuſcipere*, & mandata eius peragere, atque de eius *profectibus* gratulari.

Quia *quiſquis ſe in* [g] radice charitatis *inſerit*, *nec a viriditate deficit, nec à fructibus inaneſcit,* [h]*nec amore fœcunditatis opus efficax amittit.* Ipſa enim charitas [i] *exercet corda*

a ſecunda dicenda eſt, ſi notæ menſtruæ fides habenda ſit: ei tamē locum ſolitum reliquimus.
b an alij ſunt Eccleſiæ filij à ſimulantibus Domino?
c nota phraſes.
d Dominem mendacij quod impuro ore profandis nō auctorem, ſed oſorem ac vindicem eſſe dicimus à Propheta pſ. 5.
e Apoſtoli nulla ſibi merita vindicauerunt in via: nulla (ex hypotheſi Pontificiorum) acquirere poſſunt in patria. f p[...]taſ. Greg. epiſtol. 49. lib. 8. g verba Greg. epiſt. 14. l. b. 7. indict. 2. quiſquis in eius r[a]dice ſe &c. h quia humorem fœcund. &c. non amittit.
i ita exercet corda & corrob.

fidelium, ſenſus *corroborat, vt nihil graue, nihil difficile, ſed fiat totum dulce quod agitur*;[k] dum eius *proprium ſit nutrire concordiam, ſeruare*[l] mandata, atque *diſſociata coniungere, praua dirigere, & cæteras virtutes perfectionis ſuæ munimine ſolidare.*

Quapropter rogo vos nobis congratulari, quia rogatu [m] *cuiuſdam deuotæ* fœminæ atque nobiliſſimæ matronæ *Lucinæ* leuata ſunt *corpora Apoſtolorum Petri & Pauli de catatumbis.* Et primo *quidem B. Pauli corpus* leuatum ſilentio poſitum eſt *in prædio* prædictæ matronæ, *via Oſtienſi, ad latus vbi decollatus eſt.* Poſtea vero *B.* Apoſtolorum principi^s *Petri* accepimus *corpus*, & *condecenter* poſuimus illud *iuxta locum vbi crucifixus eſt, inter corpora ſanctorum Epiſcoporum, in templo*[n] *Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatij Neroniani*, 3. *Kalend.* Iuliarum die, orantes Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vt[o] intercedentibus ſuis ſanctis Apoſtolis maculas veſtrorum purget peccatorum, & in ſua vos conſeruet voluntate diebus vitæ veſtræ, & in fructu boni operis vos *perſeuerabiles* reddat. Vos ergo his congaudete; quia & ipſi ſancti Apoſtoli de veſtro[p] congratulantur gaudio. Vos ſemper Deum laudate, & ipſe glorificetur in vobis.

Scriptum eſt[q] enim, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantum poſſumus famulatus noſtri obſequio*[r] commendare. Vnde *quidem*[ſ] *tanto nos neceſſe importunis prædicationibus*[t] inſiſtere, quanto nobis *perfectæ negotiationis* creditur duplicata *talentorum aſſignatio, atque Dominicæ vocis ad ſuſcipiendam eius requiem ſuadet aſſertio.*

k huius igitur cum ſit prop.
l ſeruare coniuncta, diſſ.
m vide Pontificale. hanc fabulã Greg. ipſe refellit epiſt. 30. lib. 3. & ex eo Baron. ei tamen fidem habet Ado in Chronic. Idem Ado in Martyrol. ſuo acta Paſſionis Cornelij recitat, in quibus hæc ad finem, *Eadem nocte venit B. Lucina cum Clericis & familia ſua, & rapuit corpora Martyrum, & ſepeliuit ea in agro ſuo,* &c. hinc forte occaſio nata impoſtori, nouam Apoſtolicorum λειψάνων tranſlationem comminiſcendi.
n in loco ſacrilegis idololatrarum ritibus polluto contitum à Chriſtianis B. Petri corpus veriſimile non eſt.
o vt demus Eccleſiam triumphantem pro militantis [illegible] preces in genere fundere; eoque nomine (la è ſumpto *intercedendi* quo varij patres vtuntur vocabulo) intercedere. Negamus tamen pios in gloria in er Chriſtum & fratres in via laborantes intercedere. Chriſti λύτρῳ nititur eius [illegible] & fidelium purgatio non ſanctorum [illegible] um ipſo regnantium merito.
p Si in viuis eſſent non ferendam in te fingendi libidinem nobiſcum deteſtarentur.
q verba epiſt. Martini I. ad Amandum: ſcriptum namque eſt &c. Pſal. 115.
r commendare.
ſ Ibid. Paulo ante grandò quidem &c. neceſſe eſt.
t imminere quantum nos perf. negot. creditorum nobis talent. duplicat aſſignatio.

Hæc inuidens antiquus hoſtis, ſuſcitauit nobis aduerſarium Nouatum, *rectæ fidei* [u] & ſanctæ doctrinæ *æmulum*; qui extra Eccleſiam ordinauit Nouatianum, & in Africa [x] Nicoſtratum, vtroſque hæreticos ſicut ille erat. Hi vero conatibus quibus potuerunt multos à recta & Catholica fide *ſuadentes* recedere fecerunt, & poſt ſe *in peruerſam* & Deo *odibilem doctrinam* [y] *corruere* perſuaſerunt. Sed ſicut iſtorum tergiuerſationibus nimis ſumus contriſtati, & de eorum perditione *contriti*, ſic de aliorum *conuerſatione* Domino auxiliante ſumus lætificati. Deus autem omnipotens, qui triſtibus miſcet læta, oppido nos lætificauit: quod quidem Confeſſores, qui dudum *fuerant fideles nobis* & à recta fide, Diabolo inſtigante, *ſe ſeparantes* cum [a] Maximo presbytero ad Eccleſiam Catholicam & fidem rectam ſunt reuerſi, & denuo (ſicut prius) facti ſunt confeſſores fideles.

Quapropter, chariſſimi, hortamur vos & deprecamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum prædictos hæreticos, & omnes quos à recta fide & doctrina apoſtatare cognoueritis, exhortationibus & bonis ſtudiis veſtris ad Catholicam fidem & rectam doctrinam conuertere contendite, & in Dei voluntate [b] perſiſtere ſuadete. Et non ſolum hos, ſed omnes qui nondum fidem rectam perceperunt ad Catholicam fidem perducere feſtinate.

Quia [c] *neque mors, neque vita, &c. diuinis & Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis.*

Data 7. Idus Septembr. [d] Decio & Maximo viris Clariſſ. Coſſ.

u non ſolum Cyprianus nouato proprie ob ...it hæreticos crimen: ſed cupiditatem ... um Nouatum, ex auaritiæ inexplebili rapacitate furorem, &c. vide epiſt. 49.

x Nicoſtratum legationem Nouatiani ſuſcepiſſe teſtantur epiſt. 48. & 49. à Nouato in Africa ordinatum, nemo.

y not. phraſ.

z not. phraſ.

a vide Cyprian. lib. 3. epiſt. 11. ſiue 46. iuxta edit. Pamelij.

b quomodo perſiſtant nō conuerſi ſed conuertendi?

c Roman. 8. vt in epiſtola 12. Pſeudo-Liberij, & 4. Pſeudo-Damaſi, & 8. Pſeudo-Pelagij 2. vſque ad hęc verba, *diuinis*, &c. quibus Pſeudo-Cornelius hanc & Pſeudo-Hyginus epiſt. 1. clauſerunt.

Iudicia Pontificiorum.

Baron. ad A.D. 221 §. 3. Exiſtimauit * aliquis, ſed nullo plane auctore nixus vel ratione, tunc dirutum eſſe inter alia ſepulcrum Apoſtoli Petri, tranſlatumque corpus eius ad Catacumbas, vbi cum

d Bis Decium cum Annio Grato Maximo Conſulem factum vult Baron. A. D. 252. Sede vacante & Anno 254. quo Fabiano ſubſtitutus Cornelius Menſe Aprili poſt Paſcha. Secundum hunc Conſulatum non agnoſcit Onuphrius.

* Onuphrius.

Pauli

Pauli corpore manſerit vſque ad Cornelium Papam, qui vtrumque ſuſtuliſſe dicitur; & Petri in Vaticano, Pauli vero via Oſtienſi, vbi ſunt poſtea ipſis erectæ Baſilicæ, collocaſſe. Amplioribus ſane ſpatiis Vaticanum olim patuiſſe, tomo 1. Annal. diximus; adeo vt non ſit neceſſe hæc intelligere facta ab Elagabalo vbi eſt Petri ſepulcrum. Rurſum vero cum illud eſſet à latere circi Neronis inhærens monti, nequaquam videri poteſt illic fuiſſe opportunum locum ad agitandas immanium * beſtiarum quadrigas. Nam ſi velimus illum eas agitaſſe in circo Neronis, ſi illius ſpectaculi capax circus non erat, ipſe primo diruendus fuiſſet; cum tamen nulla mentio habeatur de circo diruto, quod ante omnia (quod res eſſet longe maioris momenti quam priuatorum ſepulcra) dicendum fuiſſet. Si vero eum extra circum agitaſſe quadrigas dicere velimus: tunc cum inter circum & tumulum S. Petri peranguſtum eſſet ſpatium, monte à tergo, à fronte circo poſito, non ſatis erat Elagabalo demoliri ſepulcra, niſi ſolo æquaſſet (vt dictum eſt) circum; cum tamen non niſi aliquot ſepulcrorum factam eſſe iacturam idem affirmet. At ſi demus etiam tum Petri Apoſtoli dirutum ſepulcrum, eiuſque corpus tranſlatum ad Catacumbas; quæ, rogo, ratio ſubeſſet, vt & Pauli Apoſtoli corpus etiam è ſepulcro via Oſtienſi poſito, & in Catacumbas pariter illatum, vna cum S. Petri corpore conderetur? cum vt illud antehac in proprio ſepulcro via Oſtienſi collocatum, & in hæc tempora aſſeruatum inde tolleretur, nulla cauſa vel ſaltem veriſimilis monſtrari poſſit.

* elephantorum.

4. His igitur penitus confutatis, magna eſt apud me autoritas S. Gregorij affirmantis, paulo pòſt tempus paſſionis Apoſtolorum eorundem ſacra corpora à Græcis furtim ſublata, tumque ad Catacumbas perlata fuiſſe; qui diuino miraculo præpediti à cœptis deſiſtere coacti ſunt: cum fideles, re comperta, in ſua loca Apoſtolorum corpora retulere. At rem geſtam, eius verbis ſuperius enarratam, hic repetere quo cuncta certiora reddantur, operæpretium exiſtimamus. Scribens enim ad * Conſtantiam Auguſtam hæc ait: *De corporibus vero ſanctorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum? dum conſtat, quia eo tempore quo paßi ſunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora, ſicut ciuium ſuorum repeterent: quæ ducta vſque ad ſecundum vrbis milliarium in loco qui dicitur ad Catacumbas collocata ſunt. Sed dum ea ex inde leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit atque diſperſit, vt talia denuò nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, leuauerunt; & in locis, in quibus nunc ſunt condita poſuerunt.* Hæc Gregorius.

* lib. 3 epiſt. 30.

5. Si ergo tunc ſublata, & ad Catacumbas tranſlata, ac etiam propriis locis tunc reſtituta fuerunt, quidnam eſt quod à Cornelio Papa ea è Catacumbis ſublata dicuntur? & Pauli quidem prope viam Oſtienſem poſitum, Petri vero in Vaticano? Hæc præfecto

ita eſſe non poſſunt, niſi dixerimus bis eadem corpora ad Catacumbas fuiſſe delata, ac bis itidem locis propriis reſtituta: quod quidem antiquorum nemo dixiſſe, nec ſaltem ſomniaſſe reperitur. Quamobrem cum eo redacta quæſtio eſſe videatur, vt vel mendacem (quod nefas eſt cogitare) Gregorium fuiſſe dicamus; vel potius hallucinatum eſſe incertum auctorem illum qui citati falſo Damaſus conſueuit: æquius eſt vt (quod omnis ratio perſuadet) potius Gregorio ea ad Auguſtum ſcribenti, quam incerto auctori incerta tradenti acquieſcamus.

6. Nec eſt inſuper quod dici poſſit, tunc temporis, cum à Græcis ſublata ſunt illa corpora, ad Catacumbas fuiſſe tranſlata, ſed demum à Cornelio Papa in loca priſtina reportata: nam ab eo tempore vſque ad Zephyrinum, dictis in locis, in Vaticano ſcilicet Petri, & Via Oſtienſi Pauli corpora permanſiſſe nemo poterit dubitare: ſiquidem ex tunc vſque in præſens complures Romani pontifices, quos recenſuimus, ſepulti dicuntur in Vaticano iuxta corpus Petri. Rurſus verò patens eſt teſtimonium Gaij, qui (* vt nuper dictum eſt) Romæ agens temporibus Zephyrini, vbi poſita eſſent corpora Sanctorum Apoſtolorum digito (vt ita dicam) oſtendit. His à nobis tum certis rationibus, tum antiquorum teſtimoniis ſtabilitis, aliquem refragari minime prohibemus: ſed volumus eſſe liberum in re ambigua, vt liber vnumquanque ex animi ſui ſententia opinari: at veri amantem perſpicacis ingenij lectorem his noſtris fauturum minime dubitamus. Quod etſi quis his obiiciat eiuſdem Cornelij nomine vulgatam epiſtolam: dicimus eam non perinde exploratæ fidei eſſe ac eam quam opponimus citatam à nobis S. Gregorij ad Conſtantinam: cuius fidem adeo teſtatam nemo vnquam auſus eſt vel minimum quidem in dubium reuocare. At de his hactenus.

* A. D. 215. §. 2.

Binius in notis ad vitam Cornelij pauciſſimis immutatis Baronij verba deſcribit. Idem in notis ad hanc epiſtolam. S. Cornelium plures epiſtolas ſcripſiſſe teſtatur Hieronymus, lib. de ſcript. Eccl. in Cornelio, verbis ſupra allatis: Primam cuius meminit, cum ipſis Actis Conciliorum excidiſſe refert Baron. ann. 255. §. 3. Secundam cuius ibidem mentionem facit, hanc eſſe: ideoque immerito de fide & auctoritate taxari puto, quæ probatæ fidei teſtem Hieronymum adepta eſt, & cuius ſcripta cum rerum hiſtoria conueniunt. Quod vero SS. corporum Petri & Pauli è Catacumbis tranſlationem Cornelio attribuit, id ex libri pontificalis erroribus in hanc epiſtolam mendoſe irrepſiſſe, probabile eſt videtur; nam ea vetius primo ſeculo paulo poſt ipſorum paſſionem accidit, vt teſtimonio S. Gregorij Pont. ſupra demonſtratum eſt.

CENSV-

CENSVRA.

HÆc Hieronymi verba ſunt, *Cornelius Romanæ vrbis Epiſcopus ad quem octo Cypriani extant epiſtolæ, ſcripſit ad Flauianum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum de Synodo, Romana, Italica, Africana: & aliam de Nouationo & de ijs qui lapſi ſunt, 8. de geſtis Synodi, &c.* in his verò nullum (quicquid in contrarium opinetur Binius) teſtimonij veſtigium apparere cenſeo. cuius pondere auctoritas inſulſis & *à veritate hiſtoriæ* plurimum abludentibus Mercatoris nugis conciliari queat: Sit ergo *tam probatæ fidei teſtis Hieronymus* quam ſubleſtæ fuit quicunque hanc farraginem (ſuppilatis Leonis & Martini primi epiſtolis) primus euulgauit; patronum Binium habere poteſt infelix cornicula, non de Hieronymi teſtimonio gaudere.

CORNELII PAPÆ

Epiſtola II.

Cornelius Epiſcopus [a] Rufo *coëpiſcopo in Domino Salutem.*

a aliàs Ruſtico.

EXIGIT [b] *dilectio tua, frater chariſſime, vt ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ tuis deberemus* [c] conſultibus *reſpondere: quod licet non prolixe, ſed ſuccincte* [d] *agere feſtinaremus propter quaſdam importunitates, quæ noſtris præpedientibus peccatis in nos ſuperuenere; tuis tamen,* [e] *per reliqua Sanctorum patrum Inſtituta, ſtudijs perquirere latius & inueſtigare* permittimus. [f] *Non enim poteſt mens attrita, & oneribus atque importunitatibus* [g] grauata, *tantum boni peragere, quantum delectata & oppreſſionibus ſoluta. Non ergo iſta ob id prætulimus, vt hæc & alia, quæ neceſſaria fore cognouerimus, tuæ ſanctitati velimus denegare; ſed* [h] *quod hic minus inuenitur, latius perquiratur.*

b eadem ab impoſtore adſcripta ſunt verba Greg. epiſt. 32 lib. 12. Exegit ergo.
c conſultis.
d ſuccincti.
e tamen hæc.
f committimus.
g prægrauata.
h ſed vt quod

Sacramentum autem hactenus à ſummis ſacerdotibus vel Dei miniſtris exigi; [i] *niſi pro fide recta* minime cognouimus, nec ſpontaneos iuraſſe reperimus. Summopere ergo S. Jacobus Apoſtolus prohibens ſacramentum loquitur dicens, [k] *Ante omnia, fratres mei, nolite* [l] iudicare, *neque per cælum, neque per terram, neque aliud*

i hanc exceptionem ipſemet excludet impoſtor infra.
k Iac. 5.
l iurare.

quodcunque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, Eſt, eſt; non, non; vt non ſub [m] iudicium *decidatis.*

Et Dominus in Euangelio ait, [n] *Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non* peierabis, [o] *reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino: neque per cœlum, quia thronus Dei eſt; neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Hieroſolymam, quia ciuitas magni regis eſt; neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem ſermo veſter Eſt, eſt; non, non. Quod autem his abundantius eſt,* [p] *à malo eſt*: id eſt, ab exigente & à iurante.

Hæc, frater chariſſime, ipſe Dominus [q] *prohibet*, id eſt non debere *iurare*. Hæc Apoſtoli maxime omnes, hæc Sancti viri prædeceſſores noſtri, qui huic Sanctæ [r] *vniuerſali* Apoſtolicæ Eccleſiæ præfuerunt ante nos: Hæc prophetæ & reliqui ſancti Doctores, per vniuerſum mundum diſperſi ad prædicandum, iuramenta fieri vetant. Quorum nos exempla ſi cœperimus enumerare, aut in *ſchedula* hac inſerere, ante deficiet *hora diei*, quam eorum exempla de hac cauſa prohibita. Quę nos ſequentes, ſanctorum Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum iura firmamus, & [ſ] Sacramenta incauta fieri prohibemus.

Vnde & ipſe Dominus in tabulis lapideis quas Moſi dedit, propria manu ſcripſit, dicens; Vide ne aſſumas [t] *nomen Domini Dei tui in vanum*: & reliqua. Nos autem (vt paulo ſuperius prælibauimus) [u] *Sacramentum Epiſcopi neſcimus* [x] *oblatum*, nec vnquam fieri debet; quoniam (vt ſupra memoratum eſt) *præceptum eſt*, [y] *a Domino non iurandum, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum;* [z] *neque per caput ſuum, quia nullus poteſt vnum capillum* [a] creare.

m Iudicio.
n Matth. 5. 33.
p periuraſſis.
p à Malo, id eſt à Diabolo ad iuram. non nec. ſſaria impelleate: ſic Chryſoſt. in Pſal. 5. Euthym. Theophylact. Auguſt. alia ſententia lib. 1. de ſerm D. in monte c. 30. à Malo eſt: id eſt, ſi iurare cogeris, ſcias de neceſſitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid ſuades: Quę infirmitas vtique malum eſt, &c.
q nor. phraſ.
r eodem modo vniuerſalis olim Romana ſui Eccleſia, qua plus quàm Catholicus, id eſt vniuerſalis dicitur.
ſ Quaſi vero vllus vnquā licita crediderit.

t H[illegible] c phraſi non eſt v[illegible] & Deut. [illegible] u Abutitur impoſtor verbis B[illegible] i S[illegible] le[illegible] c e[illegible] a Eu[illegible] y[illegible] e. is [illegible] ac Concil. Ch[illegible] Act. 1 Tom. 2. C[illegible] il. parte 2. p. 98 h[illegible] &c. [illegible] Sa[illegible] m &c.

x Neſcis quid ſcribas [illegible] noſte ini io [illegible] ſi[illegible] e pro recta fide Sacram. ab Epiſc. exa[illegible] m [illegible] y M[illegible] h. [illegible] Sed & præc. eſt nobis a Domino C[illegible]riſto.

z [illegible] ped[illegible] m Dei eſt

a [illegible] quæ à Deo cre[illegible] ſunt ip[illegible] cceſe, vnuſquiſq[illegible]e vero, &c. h[illegible] bens, &c. ſer[illegible] u ns, &c.

Vnuſquiſ-

Vnuſquiſque [b] enim (*ſicut ante altare ſtans*) *Dei timorem* habet *præ oculis*, *& proprium conſcientiam mundam* ſeruat *Deo, quod in memoria retinet nullatenus habet intermittere*, quoniam [c] *os quod mentitur occidit animam.* Et Apoſtolus ait, [d] *Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra*; & alibi, [e] *Nolite mentiri inuicem.*

Hæc [f] ſunt *præcepta* Saluatoris, hæc Prophetarum, hæc ſanctorum patrum inſtituta. Quæ *ſi quis* in vanum duxerit, *hoſtis eſt animæ ſuæ.* Quia [g] *nemo contra Prophetas*, nemo contra Apoſtolum, *nemo contra* [h] Euangelium *facit* aliquid abſque *periculo.*

Et ſummopere præuidendum eſt, ne paſtorem ſuum [i] *oues quæ* ei *commiſſæ* fuerant *reprehendere*, (*niſi à fide exorbitauerit*) neque accuſare *præſumant*: quoniam tales accuſationes vim non habent, nec eis nocere poſſunt. [k] *Vnum vero, chariſſimi,* vt ait B. Apoſtolus Petrus, *non lateat vos, quia vnus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut vnus dies. Non tardat Dominus promiſſis, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini vt fur, in* qua *cæli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſoluentur. Cum hæc igitur omnia diſſoluenda ſint*, [l] ex his poteſtis conſiderare *quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Dei, per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent.*

Vos [m] *autem, chariſſimi,* dixit Iudas Apoſtolus, *memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti; qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundum ſua deſideria ambulantes impietatum. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem, chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in ſpiritu Sancto orantes, ipſos vos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos vero ſaluate de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore, odientes & eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam.*

Nullus enim Sacerdotum [n] *cauſam ſuam alieno com-*

b hoc debet quilibet prius, hoc non facit quilibet Epiſcopus: aliàs ratio officij, alia facti.
c Sap. 1. 11.
d Zach 8. 16. Eph. 4. 25.
e Coloſſ. 3. 9.
f verba epiſt. ſub nomine Hieron. de vita clericorũ ad Oceanum *ſi quis hæc præcepta non obſeruarit, hoſtis* &c.
g verba Concil. 1. Carth. c. 13.
h Euangelia facit ſine periculo.
i verba Concil. 5. Rom. ſub Symmacho, *oues quæ paſtori ſuo comm. fuerint, eum nec reprehendere*, &c.
k 2. Pet. 3. 8. *vnum vero hoc.*
l additam. impoſtoris.
m Iudæ epiſt. verſ. 17. &c.
n Ambroſ. epiſt. 29. *Ne cauſam tuam alieno cõmittas iudicio.*

mittat iudicio, niſi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum.

Sed vnuſquiſque [o] *comprouinciales iudices* & notos habeat, niſi [p] *aliquam vim temerariæ multitudinis* illic timuerit; aut *infeſtos*, [q] *aut ſuſpectos* inibi *iudices, habuerit*; pro quibus cauſis [r] *ad maioris auctoritatis iudices*, & ad alias prouincias appellare & venire conceſſum eſt: Omnia [s] ergo *quæ aduerſus abſentes* in omni negotio aut loco *aguntur* aut iudicantur, omnino *euacuentur*; quoniam *abſentem nullus addicit*, nec vlla Lex *damnat*.

[t] Facile ergo homo hominem *fallere* poteſt; *non* tamen *Deum*, [u] *cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta:* vnde ait Propheta [x] *Dominus nouit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt*.

Sapiens [y] ergo *non eſt qui nocet*. Neque quicquam [z] *mali vult qui fidelis eſt*, aut cuiquam inſidias machinatur.

Hortamur, frater, & monemus tuam dilectionem, vt omnes ſemper (prout melius potueris) adiuues, *confortes* & conſoleris. Et ſacramenta, ſuper quibus hanc S. Romanam ac [a] vniuerſalem Eccleſiam conſulere voluiſti, fieri prohibeas, & *neminem* vnquam infeſtes aut *noceas*.

Hæc, frater, [b] *ad* reliquorum fratrum *notitiam* tua *faciat* ſanctitas *peruenire*, vt omnes hæc mala caueant. Et ſicut generaliter tam *ab ipſo Domino*, [c] quam à *ſanctis & reliquis* Apoſtolicis viris & cæteris patribus ſunt prohibita, ita generaliter ab omnibus cuſtodiantur.

Bene [d] *valere Beatitudinem tuam* ſemper *optamus*, *& ſacris virtutibus proficere* te deſideramus, frater chariſſime, atque amantiſſime.

Data 11. Kal. Iunij, [e] Maximo, & Decio viris Clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

IMPOSTOR tædioſam de iuramentis diſputationem aggreſſus, ſecum pugnat; & (vt cum poëta loquar) *diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis*: idem ſententiis ex actis Conſtantinopolitanis ſub Flauiano, Concilio Carthag. 1. & 3. Cod. Eccleſ. Africanæ, Concilio

o Adrian. I. collect. c. 17.
p Cod. Eccl. Afric. c. 30.
q Adrian. collect. cap. 5. 8. 30. 32. 18.
r Concil. 3. Carth. c. 10.
s verba Conc. Chalced. initio actionis 10.
t ſent. 176. Sixti Pythag. *poſſibile eſt homines verbo fallere ſed non Deum.*
u Heb. 4.
x Pſal. 33.
y Sixti Pythag. ſent. 292.
z eiuſd. ſent. 203 *nihil mali vult* &c.
a Eccl. Romana nunquam aliter *vniuerſalis* dici potuit quam alia quælibet orthodoxæ & Cathol. fidei tenax.
b vide ad finẽ Nouell. 4 & 5. lib. 3.
c vbi prohibuit Dominus quæ tu ſupra de iudiciis Epiſcopalibus epiſtol. tuæ inſeruiſti? *frons meretricis facta eſt tibi.*
d extrema verba epiſtol. 8. Bonifacij primi Mogunt. Epiſcopi.
e vide præcedentem epiſtol.

Chalced.

Chalced. Concil. Rom. 5. ſub Symmacho, verſione Bibliorum vulgata, Ambroſio, auctore epiſt. *de moribus & vita Clericorum ad Oceanum* inter opera Hieronymi, Adriano I. Bonifacio Mogunt. & Sexto Pythagoræo in epiſtolam tranſlatis, tanquam coemptis fucis, turpitudinem ſuam inconſtare nititur. Sequentes Cornelij ad Cyprianum epiſtolas, in quibus ſanctiſſimos inuicti Martyris vultus quodammodo intueri licet hic exhibemus, vt collatione cum Pſeudo-Iſidori quiſquiliis facta, eas diſſimillimo ſpiritu dictatas, diuerſiſſimo ſtylo exaratas eſſe conſtet.

CORNELIVS CYPRIANO fratri Salutem.

NE quid minus ad pœnam futuram *huius ſcelerati hominis deeſſet, proſtratus virtutibus Dei (cum Maximus & Longinus & Machæus inde fuiſſent expulſi) denuo reſurrexit; & (ſicut prioribus literis tibi, quas per Augendum confeſſorem miſi, ſignificaui,) puto Nicoſtratũ, & Nouatum & Euariſtum, & Primum & Dionyſium illò iam perueniſſe. Inuigiletur ergo, vt omnibus coëpiſcopis noſtris & fratribus innoteſcat Nicoſtratum multorum criminum reum, & non ſolum patronæ ſuæ carnali, cuius rationes geſſit, fraudes & rapinas feciſſe, verum etiam (quod eſt illi ad perpetuam pœnam reſeruatum) Eccleſiæ depoſita non modica abtuliſſe. Euariſtum vero auctorem ſchiſmatis fuiſſe, & ſucceſſorem plebi cui antea præfuerat, Zetum in locum eius Epiſcopum eſſe conſtitutum. Maiora vero & grauiora hic deſignauit malitia & inexplebili prauitate ſua, quam quæ illic apud ſuos ſemper exercuit, vt ſcias quales duces & protectores iſte ſchiſmaticus & hæreticus lateri ſuo ſemper iunctos habeat.

* Nouatiani nom.

Scriptam autumat Baron. A.D. 254.

CORNELIVS CYPRIANO *fratri Salutem.*

QVANTAM ſolicitudinem & anxietatem ſuſtinuimus de his confeſſoribus qui dolo & malitia hominis callidi & veteratoris fuerãt circumuenti, & pene decepti, & ab Eccleſia alienati, tantam lætitiam adepti ſumus; & Deo omnipotẽti & Chriſto Domino noſtro gratias agimus, cum eos, cognito ſuo errore, intelligamus, hominis maligni velut ſerpentis aſtutia venenata derelicta, ad Eccleſiam vnde exierant, ſicut ipſi ex ſuo corde profitentur, ſimplici voluntate veniſſe. Et primo quidem fratres noſtri probatæ fidei, amantes pacem, vnitatem optantes, tumorem illum horum mollitum iam annunciabant; fides tamen non idonea, vt facile nobis credere daretur illos penitus eſſe mutatos. Poſteà vero Vrbanus & Sidonius confeſſores ad preſbyteros noſtros venerunt, affirmantes Maximum confeſſorem & preſbyterum ſecum pariter cupere in Eccleſiam redire. Sed quoniam multa præceſſerant ab eis deſignata, (quæ tu quoque à coëpiſcopis noſtris & literis meis cognouiſti) vt non temere eis fides haberetur, ex ipſorum ore & confeſſione iſta quę per legationem mandauerant placuit audiri. Qui cum veniſſent, & à preſbyteris quæ *geſſerant*[a] exigerentur, nouiſſimè quod per omnes Eccleſias literæ calumniis & maledictis plenæ eorum nomine frequenter miſſæ fuiſſent, & penè omnes Eccleſias perturbaſſent, circumuentos ſe eſſe affirmarunt, neque in iſtis literis quid ineſſet ſciſſe; tantummodo circumductos ſe, commiſiſſe quoque ſchiſmata & hæreſis auctores fuiſſe, vt paterentur & manus quaſi in Epiſcopum imponi; qui cum hæc & cætera eis fuiſſent exprobrata, vt abolerentur & de memoria tollerentur deprecati ſunt. Omni actu ad me perlato, placuit contrahi preſbyterium; affuerunt etiam Epiſcopi quinque, qui & hodie præſentes fuerunt; vt firmato conſilio, quid

[a] geſta erant.

lio,quid circa perſonas eorum obſeruari deberet, conſenſu omnium ſtatueretur. Et vt motum [b] omnium & conſilium ſingulorum dignoſceres, etiam ſententias noſtras placuit in notitias veſtras perferri, quas & ſubiectas leges. His ita geſtis, in presbyterium venerunt Maximus, Vrbanus, Sidonius & Macarius, & pleriquе fratres qui ſe eis adiunxerant, ſummis precibus deſiderantes vt ea quæ ante fuerant geſta in obliuionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur, proinde atque ſi nihil eſſet vel commiſſum vel dictum, inuicem omnibus remiſſis, cor mũdum & purum iam Deo exhiberent, ſequentes Euangelicam vocem, [c] *Beatos eſſe puros corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Quod erat conſequens, omnis hic actus populo fuerat inſinuandus, vt & ipſos viderent in Eccleſia conſtitutos quos errantes & palabundos iamdiù viderant & dolebant; quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concurſus factus eſt. Vna vox erat omnium gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentium, complectentium eos quaſi hodie pœnâ carceris fuiſſent liberati: &, vt ipſorum propria verba deſignem, [d] *Nos,* inquiunt, *Cornelium Epiſcopum ſanctiſſimæ Catholicæ Eccleſiæ, electum à Deo omnipotente, & Chriſto Domino noſtro, ſcimus. Nos errorem noſtrum confitemur; nos impoſturam paſſi ſumus; circumuenti ſumus perfidiæ loquacitate captioſa. Nam etſi videbamur quaſi quandam communicationem cum ſchiſmatico & hæretico homine habuiſſe: ſincera tamen mens noſtra ſemper in Eccleſia fuit. Nec enim ignoramus vnum Deum eſſe, & vnum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſſi ſumus; vnum Spiritum ſanctum, vnum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere.* Iſta eorum profeſſione non moueremur? vt quod apud poteſtatem ſeculi erant confeſſi, in Eccleſia conſtituti comprobarent. Quapropter Maximum presbyterum locum ſuum agnoſcere iuſſimus: cæteros cum ingenti populi ſuffragio recepimus; omnia autem remiſimus Deo omnipotenti, in cuius poteſtate ſunt omnia reſeruata. Hæc igitur, frater chariſſime, eadem hora, eodem momento ad te perſcripta tranſmiſimus, & Nicephorum Acolythum deſcendere ad nauigandum feſtinan-

[b] votum.

[c] Matth.5.

[d] verba Maximi & ſociorum ad Eccleſiam reuertentium.

tem de ſtatione ad vos ſtatim dimiſi, vt nulla procraſtinatione habita velut præſens in iſto clero & in iſto populi cœtu Deo omnipotenti & Chriſto Domino noſtro gratias ageres. Credimus autem fore, quin imo iam pro certo confidimus, cæteros quoque qui in hoc errore ſunt conſtituti in Eccleſiam breui reuerſuros, cum auctores ſuos viderint nobiſcum agere. Has literas puto te debere, frater chariſſime, & ad cæteras Eccleſias mittere, vt omnes ſciant ſchiſmatici huius & hæretici dolum & præuaricationem de die in diem euacuari.

An ſequens epiſtola genuinus Cornelij fœtus ſit expendet ſtudioſus Lector, datam vult A.D. 255. Baron. ad eund. an. §. 47.

CORNELIVS EPISCOPVS

Romanus, fratri Lupicino Viennenſi Epiſcopo S.

a arcam.

SCIAS, frater chariſſime, [a] *arcam* Dominicam vento perſecutionis acerrimè commoueri, & edictis imperatorum Chriſtianos vbique tormentis variis affici; nam in vrbe Romana Imperator ad hoc conſtitutus eſt, vnde publicè nec in cryptis notioribus [b] *Miſſas* agere Chriſtianis licet. Exhortetur itaque charitas veſtra omnes credentes in Chriſtum, [c] *ne timeant eos qui occidunt corpus, ſed potius eum qui habet corpus & animam poteſtatem perdendi.* Iam plures fratrum Martyrio coronati ſunt. Ora vt perficiamus curſum noſtrum nobis à Domino reuelatum. Vale frater in Domino & ſaluta omnes qui nos amant in Chriſto.

b Miſſę vocabulo λειτουργίαν ſacram & populorū ἄφεσιν nuncupatam Cornelij ſeculo non iniuria dubitamus.

c Matth. 10.

EPISTOLAE Cornelij ad Fabium Antiochenum fragmenta aliquot ſuperſunt, quæ Euſebius hiſtoriæ ſuæ inſeruit. Conſule lector libri 6. cap. 35. edit. Chriſtophorſoni.

LVCII

LVCII PAPÆ

Epiſtola.

Dilectiſſimis fratribus omnibus in partibus Occidentalibus, tam in Galliis quam in Hiſpaniis conſiſtentibus, Lucius Epiſcopus in Domino Salutem.

LITERAS [a] dilectionis *veſtræ quas ad Beati Petri Apoſtoli ſedem pro* veſtri cauſa negotij *miſiſtis*, libenter ſuſcepimus, ſed de veſtris afflictionibus non modice contriſtati ſumus; ſignificaſtis enim, vos [b] *tam à Quibuſdam* non rectam fidem tenentibus, quàm & ab aliis eos imitantibus *perſequi* & infamari, atque veſtras Eccleſias ſuis *dotibus* & fidelium oblationibus ſpoliari, veſtroſque miniſtros nimis vexari; & ideo multos à vobis, & à recta fide diſcedere, quoniam eis non poteſtis defenſionem impendere, nec ea quæ neceſſaria ſunt miniſtrare. Nolite [c] mirari fratres, ſi vos maleuoli & impij perſequuntur, cum ipſum Chriſtum caput noſtum ſint perſecuti. Vnde & conſolatricem ipſam habetis veritatem, quæ ait; [d] *Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius?* Ipſa iterum conſolans nos loquitur, dicens: *Si* [e] *de mundo fuiſſetis mundus quod ſuum erat diligeret:* [f] ſed *quia non eſtis de mundo, propterea odit vos mundus.* Propter tales, fratres, hortamur vos, ſicut & in hac Sancta Eccleſia conſtitutum habemus, vt ſemper teſtes vobiſcum Sacerdotes & Diaconos habeatis. Et licet conſcientia ſufficere poſſit propria; tamen propter maleuolos, iuxta Apoſtolum, etiam *teſtimonium* vos [g] *oportet habere bonum ab his qui foris ſunt.* Quoniam & in hac Sancta ſede conſtitutum habemus, *vt*

a *Leo epiſt.* 28. Literis clementiæ veſtræ, quas dudum ad B. Petri ſedem pro Catholicę fidei amore miſiſtis, &c.

b not. phraſ.

c hęc ead. habet Pſeudo-Zephyr. epiſt. 2.

d Matt. 10. 25.

e Ioan. 15. 19.

f quia vero non, &c. ſed ego elegi vos de mundo, propt.

g 1. Tim. 3. 7. qui foris ſunt, non ſunt Sacerdotes & Diaconi: ſed *alieni* vti ait Hieron. epiſt. 83. *Alieni autem & extra Eccleſiam ſunt Iudæi, hæretici, atque gentiles, &c.*

duo presbyteri vel *tres Diaconi in omni loco Epiſcopum* [h] ne deſerant *propter teſtimonium Eccleſiaſticum.*

Epiſcopi ergo non ſunt leuiter accuſandi vel detrahendi, quia iniuria [i] *eorum ad Chriſtum pertinet, cuius vice, & legatione funguntur in Eccleſia.*

Unde nobis & omnibus qui nobiſcum ſunt *in noſtro ſolatio*, ſicut & olim factum & inuenimus, conſtitui placuit, vt [k] criminationes *maiorem natu* per alios non fiant, niſi *per ipſos qui crimina intendunt*; ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint, & [l] *actis docuerint publicis omni ſe carere ſuſpicione* atque [m] inimicitia, & [n] *irreprehenſibilem* fidem ac *conuerſationem ducere.*

Unde [o] *placuit, vt à quibuſcunque iudicibus Eccleſiaſticis ad alios iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas, ſi fuerit prouocatum* [p] audientia non negetur.

Item conſtituimus, ſicut & à ſanctis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus decretum reperimus, *ſi Quis* [q] *Metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ſolummodo ad propriam pertinet parochiam, ſine conſilio & voluntate omnium comprouincialium Epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit; & quod egerit irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de comprouincialium coepiſcoporum cauſis,* eorumque *Eccleſiarum & clericorum atque ſecularium neceſſitatibus,* aut de quibuſcunque communibus cauſis *agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cum omnium conſenſu comprouincialium agatur pontificum; non aliquo dominationis faſtu, ſed concordi & humillima adminiſtratione, ſicut Dominus ait,* [r] Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, *& alibi.* [ſ] Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter: *& reliqua. Similiter ipſi comprouinciales Epiſcopi, cuncta cum eius conſilio, niſi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, iuxta ſanctorum conſtituta Patrum, vt vno animo, vno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſecula.*

Similiter auctoritate fulti Apoſtolica præcipimus, vt [t] *Nullus Metropolitanus Epiſcopus, abſque cæterorum omnium*

h Hieron. lib. 14. in Ezech. cap. 48. Diaconum à pontificis latere non recedere, monet, ſed propter miniſterium, nõ propter teſtimonium. ſop. Pſeudo-Anacletus Diaconus Epiſcopi hypeтaſpiſtas eſſe voluit: hic verò impoſtor pontificalis fabulas deſcripſit ad verbum.

i Pſeudo-Greg. epiſt. 32. lib. 12.

k vide Pſeudo-Hygin. epiſt. 1. Pſeudo-Pium epiſt. 1. Pſeudo-Iulium epiſt. 2. cap. 20. &c. Anian. interp. cap. 25. tit. 1. lib. 9. Cod. Theod.

l verba Concil. 1. Arelat. cap. 13.

m vide Gregor. lib. 11. epiſt. 52.

n Adrian. I. Collect. cap. 4.

o verba Concil. 3. Carth. cap. 10.

p prouocatum non ei obſit, &c.

q Decretum reperimus ab Adriani I. Collect. Ingelramo datæ. c.

r Matth. 20. 28.

ſ Matth. 23. 11.

t verba Adriani I. eiuſd. Collect. cap. 14.

compro-

comprouincialium Epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas eorum: quia irrita erunt, et ipſe cauſam [u] *pro facto dabit.*

Epiſcopi vero per ſingulas prouincias obſeruent, [x] *ne poſteriores ſe prioribus ſuis præferant; nec eis inconſultis*, niſi quantum ad propriam pertinet parochiam, *aliquid agant*; ſed omnes de communibus eorum cauſis conſonam ſententiam proferant & determinent; quoniam [y] *aliter acta nullas vires habebunt, nec Eccleſiaſtica reputabuntur.*

u in Synodo pro.

x Statutum Concil. Mileuit. cap. 13. Cod. can. Afric. c. 86.

y phraſ. Adrian. I. Collect. c. 3.

Bonum eſſet, fratres, & valde (Deum timentibus & pie viuere volentibus) neceſſarium, ſi intra Catholicam Eccleſiã nullius mali aut infeſtationis alicuius, erga Domini ſacerdotes, aut iuſte & pie volentes viuere, germen exurgeret. Sed quia (præualente inuidia) quod deterius eſt ſurgit & creſcit, atque nimis ſe in omnes partes extendit, idcirco neceſſe eſt illud Eccleſiaſtico & [z] *Apoſtolico* abſcindi *mucrone*, ne *ſeruis* Dei ac Domini ſacerdotibus valeat nocere aut *perdere*.

Exhonorauit [a] enim *Dominus* (vt in Eccleſiaſtico legitur libro) *conuentus malorum, & deſtruxit* Deus *eos vſque in finem. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Radices gentium ſuperbarum areſecit Deus, & plantauit humiles ex ipſis gentibus. Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eos, & ceſſare fecit memoriam eorum* [b] de *terra. Perdidit Deus memoriam ſuperborum, & reliquit memoriam humilium ſenſu. Non eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum; ſemen autem hoc exhonorabitur hominum, quod præterit mandata Domini. In medio fratrum rector illorum in honore, & qui timent Dominum erunt in oculis illius. Gloria diuitum honoratorum & pauperum timor Dei eſt. Noli deſpicere hominem iuſtum pauperem, &* noli [c] *magnificare virum* pauperem *diuitem. Magnus eſt iudex, et potens eſt* [d] *honore, & non eſt maior illo qui timet Deum. Seruo ſenſato liberi ſeruient, & vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus, & inſcius non honorabitur. Noli te extollere in faciendo opera tua, & noli cunctari in tempore anguſtiæ. Melior eſt qui operatur & abundat in omnibus, quam qui gloriatur & eget pane. Fili, in manſuetudine ſerua animam tuam, & da illi hono-*

z *ſpiritualis mucronis* meminit Hieron. epiſt. 1. *gladij apoſtolici* Proſper in Chron. de Iuliano Aſſllanenſi loquens *mucronis Apoſtolici* Martinus I. in epiſt. ad Amandum.

a Eccl. 10. 16. &c.

b à terra.

c non magnif. virum peccatorem.

d in honore.

rem ſecundum meritum ſuum. Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuum, & eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in ſubſtantia? & qui gloriatur in ſubſtantia paupertatem vereatur.

e Eccl. 11. 1.

Sapientia [e] *humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſidere illum faciet. Non laudes virum in ſpecie ſua neque ſpernas hominem in viſu ſuo. Breuis in volatilibus* [f] *apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In veſtitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris, quoniam mirabilia opera altiſſimi ſolius & glorioſa & abſconſa, & inuiſa opera illius. Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portabit Diadema. Multi potentes oppreſſi ſunt valide, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Priuſquam interroges ne vituperes quenquam: & cum interrogaueris corripe iuſte. Priuſquam audias ne reſpondeas verbum, & in medio* ſeniorum [g] *ne adijcias loqui. De ea re quæ te non moleſtat, ne cæteris, & in iudicio* [h] peccatorum *ne conſiſtas. Fili* mi, *ne in multis ſint actus tui; & non effugies, ſi præcucurreris. Eſt homo laborans & feſtinans, & dolens, impius; & tanto magis non* abundet. [i] *Eſt homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate; & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius; &* [k] exaltabit *caput eius, & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Bona et mala, vita et mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt.* [l] *Datio Dei permanet iuſtis, et profectus illius ſucceſſus habebit in æternum. Eſt qui locupletatur parce agendo, et hæc pars mercedis illius; in eo quod dicit: Inueni requiem mihi, &* non *manducabo de bonis meis ſolus; et neſcit quod tempus prætereat* [m] illum, *et relinquet omnia* alius, *et morietur. Sta in teſtamento tuo, et in illo colloquere, et in* [n] opera *mandatorum tuorum veteraſce. Ne manſeris in operibus peccatorum; confide autem in Deo,* [o] *mane in loco tuo; facile eſt enim in oculis Dei ſubito honeſtari pauperem. Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in honore veloci, proceſſus illius* iuſtificat. [p] *Ne dicas, quid mihi eſt opus? & quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas ſufficiens mihi ſum, & quid ex hoc peſſimabor? In die bonorum ne immemor ſis malorum: & in die malorum ne immemor ſis* **bonorum:**

f eſt apis.

g ſermonum.

h peccantiũ.

i abundabit.

k exaltauit.

l hic omiſſi 2. verſus.

m præterea, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, &c.

n opere.

o & mane.

p fructificat.

bonorum; quoniam facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas. Malitia horæ obliuionem facit luxuria magnæ; & in fine hominis, denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quenquam, quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam; multæ enim inſidiæ ſunt doloſi. Sicut enim eructant præcordia [q] fœtantium, *& ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum; ſic & cor ſuperborum, & ſicut* [r] proſpector *videns caſum proximi ſui. Bona* [ſ] *in* malum conuertit inſidiator, *& in electis* [t] ponet *maculam. A ſcintilla vna* [u] augetur *ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis. Homo vero peccator ſanguini inſidiatur. Attende tibi à peſtifero; fabricat enim mala, ne forte inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet* [x] *in turbine, & abalienabit te à tuis propriis.*

Tales, chariſſimi, valde ſunt cauendi, vſque dum aut conuertantur, aut abſcindantur verbo diuino: [y] *Beatus* autem eſt ille, *qui non eſt lapſus* in *verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Felix qui non* [z] habet *animi ſui triſtitiam, & non* [a] abſcedit *à ſpe ſua.*

Scriptum eſt enim: [b] *Melior eſt vnus timens Deum, quam mille impij.*

Sapiens [c] vero *non eſt* omnis *qui nocet.*

Res quoque Eccleſiarum veſtrarum, & oblationes fidelium, quas ſignificaſtis [d] *à quibuſdam irruentibus vexari*, vobiſque & Eccleſiis veſtris auferri, indubitanter maximum peccatum, *teſtante* ipſa *ſcriptura quæ ait*, [e] *Qui abſtulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non eſſe peccatum, homicidæ particeps eſt.*

Pater [f] ergo *noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit:* & *mater noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter generauit.* [g] Et ideo *qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ* aufert [h] fraudat & rapit, *homicida in conſpectu iuſti Iudicis eſſe deputabitur*; [i] vnde ſcriptum eſt: [k] *Qui rapit pecuniam proximi ſui iniquitatem facit; qui autem pecunias vel res Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit.*

Vnde & Iudas, qui pecuniam fraudauit quæ vſibus

q fœtentium. r proſpectator. ſ Bona enim in mala conuertens inſidiatur. t imponet. u à ſcintilla enim vna augeſcit. x ſubuertet te. y Eccl. 14. 1. z habuit. a excidit. b Eccl. 16. 3. mille filij impij. c Sixti Pythag. ſen. 292. Ruffino interp. d vide ſup. Pſeudo-Pij epiſt. 2. Pſeudo-Vrban. epiſt. 1. e Prou. 28. 24 verba Bonifacij Mogunt. epiſt. 19. teſt. ſacra ſcript. f ead. habet Pſeudo-Anaclet. epiſt. 1. ex. g Greg l. 1. Indict. 10. epiſtol. 36. ergo qui. h fraudabit vel rapiet. i de quo quidam ſapientium dicebat. k b Hieron. ſcilic. cuius hæc verba ſunt: *Amico quippiam rapere furtum eſt, Eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt.* vide epiſtol. 2. quæ eſt ad Nepotianum data.

Eccleſiæ (id eſt pauperibus quos Eccleſia paſcere debet) diſtribuebatur iuſſu Saluatoris, (cuius vicem Epiſcopi tenent) *non* [l] ſolum *fur*, ſed *fur* & *ſacrilegus* factus eſt.

De talibus [m] enim, id eſt qui facultates Eccleſiæ rapiunt, fraudant vel auferunt, Dominus comminans omnibus, per Prophetam loquitur dicens, [n] *Deus ne taceas* tibi, *ne ſileas & non quieſcas, Deus, quia ecce inimici tui tumultuati ſunt, & qui oderunt te* [o] leuauerunt *caput. Contra populum tuum nequiter tractauerunt, & inierunt conſilium aduerſum arcanum tuum. Dixerunt, venite, & conteramus eos de gente, & non ſit memoria nominis Iſrael vltrà. Quoniam* tacuerunt corda [p] *pariter, contra te fœdus pepigerunt: tabernacula Idumeæ & Iſmaëlitarum, Moab & Agareni, Gebal & Ammon & Amalech, Palæſtina cum habitatoribus Tyri. Sed & Aſſur* [q] iunxit ſe *cum eis, facti ſunt brachium filiorum Loth.* [r] *Fac illis ſicut Madian* [ſ] ſicut *Siſaræ, ſicut Iabin in torrente Ciſon. Contriti ſunt in Endor, fuerunt quaſi ſterquilinium terræ. Pone duces eorum ſicut Oreb & Zeb, ſicut Zebee & Salmana, omnes principes eorum, qui dixerunt, Poſſideamus nobis pulchritudinem Dei. Deus meus, pone* [t] illos *vt rotam, quaſi ſtipulam ante faciem venti. Quomodo ignis comburit ſyluam, & ſicut flamma deuorat montes, ſic* [u] perſequeris *eos in tempeſtate tua, & in tuo turbine,* [x] *turbabis eos; imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Confundantur & conturbentur vſque in* [y] æternum, & *erubeſcant, & pereant; & ſciant quia nomen tuum* [z] *Dominus, ſolus tu excelſus ſuper omnem terram.*

Hæc fieri Prophetæ, hæc Apoſtoli, hæc ſucceſſores eorum, & omnium Catholicorum patrum vetant Decreta, & tales præſumptiones, ſacrilegium eſſe diiudicant. Quorum nos ſequentes exempla, omnes tales præſumptores, & [a] Eccleſiæ raptores, atque ſuarum facultatum alienatores, vnà nobiſcum à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ anathematizatos Apoſtolica authoritate pellimus & damnamus, atque ſacrilegos eſſe iudicamus. Et non ſolum eos, ſed omnes conſentientes eis: quia [b] *non ſolum qui faciunt* rei iudicantur, *ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Par enim pœna & agentes & conſentientes comprehendit.

l Auguſt. tract. 50. in Ioannem. *ecce fur eſt Iudas, & ne contemnas, fur ſacrilegus nõ qualiſcumq; fur,* &c.
m ad literam de populis Iudeæ vicinis, ſecũdum tropologiam de Eccleſia & hæreſibus loquitur pſaltes Hieron.
n Pſal. 82. interp. Hieron.
o eleuauerũt.
p tractauerũt corde.
q venit.
r Loth ſẽper.
ſ Madian & Siſaræ.
t eos.
u perſequere.
x conturba.
y ſeculum.
z tuum eſt.
a Hunc locũ citat epiſt. Concil. apud Chariſſiacũ ad Epiſc. Galliæ, & Hincmar. epiſt. 8.
b Rom. 1. 32.

Vos

Vos ergo, fratres, [c] *Vigilate & orate. Viriliter agite, & confortamini in Domino*;& *omnia veſtra* (iuxta Apoſtolum) *in charitate fiant*. A recta ergo fide & Apoſtolico tramite propter vllam perſecutionem nolite recedere;ſcientes quia (iuxta Saluatoris ſententiam) *beati* ſunt *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam*.

Hæc eſt [e] *Apoſtolorum viua traditio*, hæc vera charitas; *quæ* prædicanda eſt,& *præcipue diligenda* [f] ac *fouenda,atque fiducialiter ab omnibus* tenenda. *Hæc* [g] ſancta & *Apoſtolica, mater* omnium Eccleſiarum *Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam* [h] *à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauanda ſuccubuit; ſed vt* [i] in *exordio* normam *fidei* [k] Apoſtolicæ *percepit ab auctoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata fine tenus* manet *ſecundum ipſius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, qui diſcipulorum ſuorum principi in* ſuis *fatus eſt Euangeliis; Petre,* [l] *inquiens, ecce Satanas expetiuit vt cribraret vos, ſicut qui cribrat triticum; ego autem pro te rogaui vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Conſideret itaque veſtra,* [m] excellens prudentia, quam bonum ſit perſiſtere in diſpenſatione vobis credita, & in fide recta; atque hæreticis & æmulis Chriſti repugnare, & nunquam à veritatis tramite declinare; *Quoniam Dominus Saluator omnium, cuius fides eſt, qui* [n] pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos ſuo redemit ſanguine, *fidem B. Petri non defecturam promiſit*, & *confirmare eum fratres ſuos admonuit; quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper cunctis eſt cognitum. Quorum & pæſillitas mea, licet impar &* [o] *minima, pro ſuſcepto tamen (diuina dignatione) miniſterio pediſſequa cupit exiſtere. Væ enim erit* [p] nobis qui huius miniſterij onus ſuſceptum habemus, *ſi veritatem* Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, *quam A*poſtoli *prædicauerunt, prædicare* neglexerimus. *Væ erit* no-

c confundit impoſtor verba Domini Matth. 26. 41. & Pauli 1. Cor. 16. 3. vt ſupra Pſeudo.

d Matt. 5. 10. Sequentia ad finem epiſtolæ repetunt pſeudo Felix I. epiſt. 1. & Pſeudo Mar. epiſt. vnica, pauciſſimis quæ adnotabimus immutatis.

e verba epiſt. Agathonis ad Conſtantin. Aug. Concil. 6. act. 4. *Apoſt. Chriſti, Pſeudo-Felix, hæc vero Apoſt.*

f *Agatho* dilig atque fouenda & fiduc. prædic. nda eſt. *Pſeudo. Felix veraciter dilig.*

g Ibid. poſt lin. 13. *Hæc ſpirit. Mater veſtri tranquilliſſ imperij Apoſt Chriſti Eccl.*

h Pſeudo-Felix *& à tramite nec ab hæret.*

i Agatho *ab exordio.* k Idem & ex eo Pſeudo-Felix & Pſeudo-Marc. *fidei Chriſtiana.* l Agato *Petre, Petre,* Pſeudo-Marc. *inquit.*

m *Agatho.* veſtra tranquilla clementia, quoniam D. & Saluator &c.

n Agatho, & ex eo Pſeudo Marc. *qui fidem Petri &c.*

o Pſeudo-Marc. *infimae* p *Agatho*. Væ enim mihi erit ſi veritatem Domini mei quam illi ſinceriter prædicarunt prædicare neglexero. . Væ mihi erit ſi ſilentio texero veritatem quam &c. iuſſus ſum id eſt Chriſtianum populum &c.

bis, *ſi ſilentio veritatem* oppreſſerimus, *quam erogare nummulariis* iubemus, *id eſt* Chriſtianos populos *imbuere & docere. Quid*[q] *in ipſius Chriſti futuro* dicturi ſumus *examine, ſi*[r] *ſermonum*[ſ] *eius veritatem* confundimur *prædicare? Quid* erit *de* nobis, cum *de commiſſis* nobis *animabus*, & *de officio ſuſcepto rationem* iuſtus iudex Chriſtus Dominus noſter *diſtrictam exegerit?*

Ideo fratres,[t] *hortor dilectionem veſtram, obteſtor & moneo, vt qua*[u] *debetis & poteſtis ſolicitudine vigiletis ad inueſtigandos*[x] hæreticos & inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ,[y] *& à ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius diuulgetur, ſeueritate qua*[z] poteſtis pro viribus extirpetis: *Quoniam *vt habebit à Deo* dignæ *remunerationis præmium qui diligentius quod ad ſalutem*[a] *commiſſæ ſibi plebis proficiat fuerit executus; ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicunque plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire.*

Data Kal. Aprilis[b] Gallo & Voluſiano viris Clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

VERSIONEM Pſalmorum ab Hieronymo concinnatam ſequitur: Concilij 1. Arelatenſis 3. Carthaginenſis & Mileuitani Leonis, Gregorij, Agathonis, Adriani I. & Sexti Pythagoræi ſententias vſurpat: ſexto ante Lucij electionem menſe hanc epiſt. datam vult quicumque eam conſarcinauit.

q Agatho, *Quid dicam* Pſeudo-Felix, *futura Chriſti.*

r *Agatho.* Si hic (quod abſit, prædicare eius veritatẽ confundor. Quid de meipſo: quid de commiſſ. anim. ſatisfaciam, dum de officio &c.

ſ Pſeudo-Marcus *ſermonis.*

t verba Leonis epiſt. 2. *vnde hortor.* &c.

u Pſeudo-Felix *poteſtis & deb.*

x Leo *ad inueſtig. eos* Manich. ſcil.

y ibid. paulo ante. Pſeudo-Marc. *à ſanis membris.*

z Leo *qua poſſumus abſcindamus.*

* ibid. paulo poſt, *vt enim habebit à Deo ingens remunerat.*

a Pſeudo-Felix *commiſſa ſibi plebs,* &c.

b B. nos Gallum cum Voluſiano geſſiſſe Conſulatus aſſerit Baronius, annis nimirum 254. quo Cornelius Fabiano ſubſtitutus eſt. & 255. quo Martyrium conſummauit idem Cornelius Septemb. 14. Vacauit ſedes diebus 35. Succeſſit ergo Lucius Octobris 19. quem tamen 6. ante electionem menſe, Decretalem ſcripſiſſe fingit impoſtor infrunitus.

STEPHA-

STEPHANI PAPÆ

[a] Epiſtola I.

Dilectiſſimo fratri atque familiari amico Hilario, Stephanus Epiſcopus intimæ charitatis Salutem.

QVANQVAM [b] *ſperem, dilectionem tuam ad omne opus bonum eſſe deuotam, tamen*[c] pro familiaritate, qua nobis coniunctus eſſe cognoſceris, *vt tua efficacior* fiat *induſtria, congruum* nobis viſum eſt has fraternitatis literas tuæ dilectioni debere dirigere.

Monemus te, frater chariſſime, ſemper in bonis manere, & à malis cauere; cum bonis & rectæ fidei ac ſanctæ conuerſationis hominibus aſſidue eſſe, & à peruerſis ac fratrum inſidiatoribus, (niſi vt eos conuertas, & ad concordiam reducas) ſeparari: quoniam, vt ait Apoſtolus, [d] *corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Et ipſa per ſe veritas dicit; [e] *Si oculus tuus* ſcandalizauerit *te, erue eum & projice abs te. Et ſi manus tua ſcandalizauerit te, abſcinde eam, & projice abs te.*

Similiter & de pede agendum eſt; quia melius eſt tibi *luſcum* aut *claudum intrare in regnum* cœlorum, *quam duos oculos*, aut *duas manus*, aut *duos pedes habentem mitti in gehennam ignis.*

Et in Eccleſiaſtico inuenitur libro: [f] *In bonis viri, inimici illius in triſtitia; & in malitia illius amicus agnitus eſt.* [g] *In labiis ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueam.* Et [h] *qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Et qui communicauerit ſuperbo,* [i] induetur ſuperbia. *Pondus ſuper ſe* [k] tollit, *qui honeſtiori ſe communicat.* [l] *Ditiori te ne fueris ſocius. Quid communicabit cacabus ad ollam? Quando* [m] *ſe colliſerint* [n] confringentur. *Diues iniuſte* [o] aget *& fremet, pauper autem læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te, & ſi non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te. Si neceſſarius*

a Secunda verius dicenda fuit quandoquidē nota Menſtrua poſterius datam ſignificat.
b Verba Leonis epiſt 46. *licet ſperem.*
c vt tamen efficacior tua poſſit fieri induſtria, neceſſarium & congruū fuit, &c.
d 1. Cor. 15. 33.
e confundit verba Matth. 18. & Marc. 9.
f Eccl. 12. 9.
g ibid. verſ. 15
h Eccl. 13. 1. &c.
i Induet ſuperbiam.
k tollet.
l & ditiori.
m quando enim.
n confringetur.
o egit.

illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit narrans tibi bona, & dicet, Quid opus eſt tibi? & confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis & ter, & in nouiſſimo deridebit te?
p & poſtea. [p] *Poſtea videns, derelinquet te, & caput ſuum mouebit ad te. Humiliare Deo & expecta manus eius. Attende ne ſeductus in*
q ſtultitiam. ſtultitia [q] *humilieris. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. Aduocatus à potentiore, diſcede, ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne im-*
r ne eas. *pingaris, & ne longe ſis ab eo*, [r] & *eas in obliuionem. Ne reti-*
ſ nec credas. *neas ex æquo loqui cum illo*, & ne [ſ] *credas multis verbis illius.*
t tentabit te. *Ex multa enim loquela tentabit,* [t] *& ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius conſeruabit verba tua, & non parcet de malitia & de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum ſubuerſione tua ambulas. Audiens vero illa quaſi in ſomnis vide & vigilabis. Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in ſalute tua.* Omne *animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungitur, & omnis homo ſimili ſibi ſo*ciatur. *Si communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? Aut quæ*
u quæ pars diuiti. [u] pax bona *diuiti ad pauperem? venatio leonis onager in ere-*
x ſic &c. *mo; ſic* [x] *paſcua diuitum ſunt pauperes. Et ſicut abominatio eſt*
y ſic &c. *ſuperbo humilitas, ſic* [y] *execratio diuiti pauper. Diues commotus*
z amicis ſuis. *confirmatur ab amicis,* [z] *humilis autem cum ceciderit* [a] expel-
a expellitur. letur *& à notis Diuiti decepto multi recuperatores; locutus eſt ſuperba & iuſtificauerunt illum; humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur, Locutus eſt ſenſate, & non eſt datus ei locus. Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius vſque ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & dicunt. Quis eſt hic? Et ſi offenderit, ſubuertent illum. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia; & nequiſſima paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bona, ſiue in mala. Veſtigium boni cordis, & faciem bonam difficile inuenies, & cum labore.*

b N. phraſ.
c Eccl.18.30. *Hæc,* [b] frater, *caue tibi,* & [c] *poſt concupiſcentias tuas non vadas.*

d ſuperuacua ergo tua opera eſt, & informatio quã Hilario tuo non denegas.

Quod vero conſuluiſti ſedem Apoſtolicam, qui ſunt infames, aut qui ad gradus Eccleſiaſticos non ſunt admittendi, & [d] noſſe te credimus, & pro auctorita-

te ſedis Apoſtolicæ te informare non denegamus.

Infames[e] autem eſſe eas perſonas dicimus quæ *pro aliqua culpa notantur infamia*, id eſt, [f] omnes qui Chriſtianæ legis normam abiiciunt, & ſtatuta Eccleſiaſtica contemnunt.

Similiter fures, ſacrilegos, & omnes capitalibus [g] *criminibus irretitos.*

Sepulchrorum[h] quoque violatores; & Apoſtolorum, atque ſucceſſorum eorum, reliquorumque patrum ſtatuta [i] *libenter violantes*;

Et *omnes*[k] *qui aduerſus Patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur.*

Similiter[l] & *inceſtuoſos, homicidas* periuros, *raptores, maleficos, veneficos, adulteros*[m] de bellis fugientes; & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates Eccleſiæ abſtrahunt iniuſte; & [n] *qui* fratres calumniantur aut *accuſant & non probant*, vel [o] *qui contra innocentes principum animos ad iracundiam prouocant*; & omnes anathematizatos, vel pro ſceleribus ſuis ab Eccleſia pulſos.

Et [p] *omnes quos* Eccleſiaſticæ vel *ſeculi leges infames pronuntiant.*

Hos vero non ad ſacros ordines licet promouere, nec [q] ſeruos ante legitimam libertatem, [r] nec pœnitentes, nec [ſ] bigamos, Nec eos qui [t] curiæ deſeruiunt; vel

e verba Aniani in ſententiæ Pauli lib. 1. tit. 2. *Infames ſunt qui propter aliquam culpam notantur infamia.*

f vide Conſtit. 11. tit. 39. lib. 11. Cod. Theod.

g phr ſ. Côc. 2 Carth. c. 6.

h *de ſepulcrorum violat.* Vide Cod. Theod. l.b. 9. tit. 17.

i phraſ Pſeudo-Clem. epiſt. 1.

k verba Procli epiſt. ad Dominum Antioch. Côcil. Chalc. d. act. 14. Adrian. I. Collect. c. 71.

l Huius Catalogi facinoroſorum formam mutuatus videtur impoſtor ab Aniano in Conſtit. 8. lib. 9. tit. 38. Cod. Theod.

m *de deſertoribus militia.* Vide Cod lib. 7. tit. 18 Concil. 1. Arelat. cap. 3.

n Vide Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. ca. 11. Adrian. Collect. c. 48. impoſtor deſcripſit titulum c. 75. Concil. Eliberitani.

o verba Aniani in Conſti 3. tit. 39. lib. 9. Cod. Theod. *Calumniatores etiam ſunt, qui falſa deferentes contra cuiuſq; innocentis perſonam, principis anim ad irac. commouere præſumunt, &c.*

p Adrian. I. Collect. c. 19. Eccleſia proprie non inurit notã infamiæ, ſed ea per magiſtratum iuſtos pro infamibus habet.

q *de ſeruorum promotione*, vide can. Apoſt. 82. Conc. Nicæn. Can. Arab. 2. Concil. Aurelian 3. c 25 Aurel. 5 c. 6. Tolet. 4 c. 19 Leon. epiſt. 1. c. 1. Gelaſ. epiſt. 9. Martin. Bracar. Coll. c. 46.

r *de pœnitentibus.* vide Conc. Nicæn. c. 10. Conc. 3. Tolet. c. 2. Conc. 4 Carth. c. 68. Epaun. c. 4. Aurelian. 3 c. 3. Roman. ſub Hilaro c. 3. Tolet. 4. c. 19 53. Innocent. epiſt. 6 Mart. Brac. Collect. c. 23. Hilarum epiſt. 2. c. 4. Gelaſ epiſt. 9 Hormiſd epiſt. 25.

ſ *Digamorum ordinationes vetant* can. Apoſt. 17. Concil. 2. Arelat. c. 26. Andegau c. 22. Roman. ſub Hilaro c. 3 Epaun. c. 2. Arelat. 3. c. 9. Hiſpal. 2 c. 4. Tolet. 4. c. 19. Siric. epiſt. 1. c. 14 15. & epiſt. 4. Innocent. epiſt 4 c. 2. Celeſtin. epiſt. 2. Leo. epiſt. 1. c. 2. Hilar. epiſt 2. c. 4. Gelaſ epiſt. 9. Martin Bracar. Collect. c. 26. 43 Greg. epiſt. 25. lib. 2. Indict. 10.

t *Curiales non eligendos* decernunt, Conc. Tolet. 4. c. 19 Innocent. epiſt. 4. c. 3. & epiſt. 23 c 4. Gelaſ. epiſt. 9 &c. Greg loco citat. *eadem de ys qui ſe caſtrarunt* ſententia can. Apoſt. 21. 22. Conc. Nicæn. c. 1. Arelat. 2 c. 7 Martin. Brac. Collect. c. 21. *Mutilatos ab ordinib. ſacris arcendos cenſent* Conc. Tol. 4 c 19. Conc Rom ſub Hilaro c. 3. Innoc epiſt. 4. c. 1 Hil. epiſt. 2. c. 4. Gelaſ. epiſt. 9. *Amentes ſubmouent* Conc. Nicæn. Arab. c. 1. Gel. epiſt. 9. Greg. loco citato.

qui non ſunt integri corpore; aut ſanam non habent mentem aut intellectum, aut inobedientes ſanctorum Decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur.

Hi omnes nec ad ſacros gradus debent proueheri, nec iſti,[u] nec *liberti*, neque ſuſpecti, *nec* rectam fidem vel dignam conuerſationem *non habentes* ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare.

Sed &[x] *qualiter obedientia vel reuerentia ſit præpoſitis exhibenda, ex tuis quoque ſubiectis ipſe non ambigis. In qua re valde eſt vtile, ſi id quod diſciplina vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda ſeruauerit.*

Omnipotens[y] Deus, *in cuius manu ſunt omnia, de quo ſcriptum eſt,*[z] *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt concilium contra Dominum*; ipſe te tuoſque & diuina & Apoſtolicæ ſedis inſtituta illibata ſeruare; & nos atque omnes fideles ad[a] potiora ſemper conſcendere, & de die in diem deteriora cauere, & meliora ac Deo placita ſectari, atque perficere concedat.

Veſtimenta[b] vero Eccleſiaſtica quibus Domino miniſtratur, [cultuſque diuinus omni cum honorificentia & honeſtate à ſacerdotibus, reliquiſque Eccleſiæ miniſtris[c] celebratur;] & ſacrata debent eſſe, & honeſta.

Quibus[d] aliis inuſibus, [cum Deo eiuſque ſeruitio conſecrata & dedicata ſint] nemo debet *frui*, quam Eccleſiaſticis & Deo dignis officiis. Quæ[e] nec ab aliis debent contingi aut fieri niſi à *ſacratis* hominibus; Ne[f] vltio quæ Balthaſar Regem percuſſit ſuper hæc tranſgredientes, & talia præſumentes veniat diuina, & corruere eos faciat [diuinæ vltionis iuſtum flagellum] ad ima. Hæc illis partibus *quibus moraris*, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & obſeruare Apoſtolica mandato auctoritate: quia & noſtri nobiſque commiſſi in ſancta Apoſtolica &[g] *vniuer-*

u *Seruos, libertos proprios facinoroſos, infames, &c.* ad accuſationem non admittendos pronuntiat Concil. 7. Car. h. c. 2. & ex eo Adr. an. I. Collect. ca. 29. Idem de ſeruis & libertis ſanxerunt Impp. Cod. Theod. lib. 9. tit. 6. ſuſpectorum mentionem facit Adrian. Collect. c. 15. nemo vero præter impoſtorem noſtrum *digamos, Curiales, mutilos* ab accuſatione repelli[t].

x verba Gregor. epiſt 10. lib. 4. ab initio.

y verba eiuſd. epiſt. 34. eiuſd. libri--- *Dominus*.

z Prou. 21.

a ſic Pſeudo-Anter. epiſt. 1.

b Hunc locum cit. Anſelm. Lucenſ lib. 7. in VVi ber um pan ciſſ. omiſſis quæ his notis [ ] diſtinguemus.

c quo ritu?

d Vide pontificale Damaſi.

e vide ſi p Pſeudo Sixti I. epiſt. 2; Concil. Agath. c. 66. Aquiſgr. m. lib [illegible].

f Dan. 5. Iuſtum vltionis flagellum corruere fecit in Balthazar regem, non [illegible] qualemcunque vas ſum[illegible] ob contempt[illegible] laudab[illegible] (*ut Hieron [illegible]*) Deus ſuc[illegible] Dei Iudæorum.

g An Hi[illegible] commiſſi extra Eccleſiam vniuerſalem ſuerunt.

ſali-

ſali Eccleſia omnes hæc obſeruare nunc & futuris temporibus profeſſi ſunt.

His breuiter tuis,[h] *frater magnifice*, reſpondi literis. *Quibus tua dilectio*[i] ita *ſocietur, vt nihil in ijs quæ ad vniuerſalis Eccleſiæ ſtatum pertinent, aut dubie* agatur, *aut ſegniter;* [k] Et cum tali *moderatione* agantur *cuncta, vt nec beneuolentiæ partes nec iuſtitiæ negligantur; ſed abſque perſonarum acceptione diuinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod vt recta obſeruantia valeat cuſtodiri, Catholicæ primitus ſeruetur fidei integritas. Et quia per omnia anguſta &* [l] arcta *via eſt quæ ducit ad vitam, neque in ſiniſtram, neque* [m] in *dextram ab eius tramite deuietur.*

Data 5. Nonas Maij Valeriano [n] & Gallieno viris Clariſſ. Coſſ.

h Perpendat Lector, an his titulis Epiſcopos ornate ſolita ſit, Eccleſia Vetus.
i verba Leonis epiſt. 46.
k cum teſtificantibus vobis quibus executionem noſtræ diſpoſitionis injunximus, ea poſſint agi cuncta moderat. vt nec beneuol.
l ardua.
m ad dextrá.
n Valeriani cum Gallieno primũ cõſulatum Baron. ponit A. D. 217. quo ſcil coronatus eſt Lucius 4. Non. Martij Ceſſauit Epiſcopatus dies 35. Ita electus Stephanus Aprilis 9. feria prima.

CENSVRA.

VArias Leonis, Gregorij, Adriani I. Aniani, &c. ſententias deſcribit huius epiſtolæ conſarcinator: plurima veterum Synodorum & principum Decreta pro more ſuo interpolat: Claudos, digamos, &c. ab accuſatione Epiſcoporum ſummouendos fingit: Mendoſam ad finem conſulatus notam apponit, &c.

STEPHANI PAPÆ

Epiſtola II.

Stephanus, Sanctæ Apoſtolicæ & [a] vniuerſalis *Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus per diuerſas prouincias conſtitutis Epiſcopis, in Domino Salutem.*

PLVRIMVM [b] *gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipſius gloriamur*, quod fides veſtra per bona opera creſcit magnifice, & dilatatur ampliſſime. Sed nimis affligimur & tribulamur de veſtra oppreſſione, ſuper qua [c] *crebrior commeantium* vſque *ad nos* fratrum *ſermo* perlatus eſt. Non oportuerat quidem ab illis, à quibus ſuſtentari & *portari* at-

a de hoc titulo ſuprà ſæpius.
b Initium epiſt. 40. Leonis.
c Inf. Pſeudo Leo epiſt. 88. phraſis 7. veri Leonis initio epiſt. 87.

que honorari debueratis, tantis vos oppreſſionibus concuti. Quapropter neceſſarium eſt vt, [d] *remotis* talium [e] tergiuerſationibus *quibus.* venenoſa malitia reuelari atque *obſcurari* bonitas & *veritas ſolet*, [f] adminiculum non modicum vobis à fidelibus impendatur, atque ab hac Apoſtolica ſede *ſuffragetur, quos* per *diuinam gratiam* Chriſti *auxilio dignum eſt adiuuari; ne in totius Eccleſiæ perturbationem imprudens procedat* intentio, [g] & ea quæ à ſanctis prædeceſſoribus noſtris, & reliquis ſanctis Patribus dudum fuerant prohibita denuo reuiuiſcant.

Loci [h] namque *noſtri conſideratione compellimur ea quæ ad notitiam noſtram* emendanda [i] *peruenerunt propter* [k] Dominum non derelinquere, ſed digna emendatione corrigere.

Et [l] *ſi ſecularibus officijs ordo ſuus & tradita à Maioribus diſciplina* [m] ſeruanda eſt, *quis ferat Eccleſiaſticos ordines temeraria præſumptione confundi, audita negligere, & emendanda non* [n] opem ferendo *poſtponere?*

Audiuimus enim vos à quibuſdam accuſari, non tam pro veſtra culpa quam pro eorum libitu, vt veſtra rapere poſſint; & ideo vos nimis affligi & concuti, in tantum, vt etiam à ſedibus proprijs pellamini, & tali occaſione Eccleſiæ facultateſque veſtræ vaſtentur ac *deprædentur.* Iſta, chariſſimi, non oportet fieri, *nec* denuo *replicari*; tamen neceſſe eſt, vt quæ toties vſurpantur, ſæpius replicentur & prohibeantur.

Nam quicquid in ſacratis Deo rebus & Epiſcopis iniuſte agitur, pro ſacrilegio reputabitur; quia ſacra ſunt, & violari à quoquam non debent.

Nullus [o] enim Epiſcoporum dum *ſuis* fuerit *rebus expoliatus, aut à ſede* propria qualibet occaſione *pulſus*, debet [p] accuſari, aut à quoquam ei poteſt crimē obiici, priuſquam [q] *integerrime* reſtauretur; & *omnia quæ illi ablata quocunque ingenio* fuerant *legibus redintegrentur* [r] & ipſe proprie ſedi & *priſtino ſtatui regulariter reddatur*, ita vt [ſ] *omnes poſſeſſiones & cuncta ſibi* iniuſte *ablata, atque fructus o-*

d verba Leonis epiſt. 35. varijs acceſſionibus aucta.
e circumlocutionibus.
f veritas ſolet quid de incarnatione filij Dei à totius orbis probatis ſacerdotibus defenſum fuiſſet oſtenderent. Quos poſt diuinā gratiam Sancto veſtræ pietatis auxilio, &c.
g *contentio* intentionis voce pro cōtentione, vſi plurimi poſt A.D. 500.
h verba Gregor. lib. 12. epiſt. 11.
i *leg.* minime.
k propter Deum irrequiſita relinquere.
l Ibid. ab initio epiſt.
m ſeruatur.
n bene remittendo,
o verba Concil. Rom. 5. ſub Symmacho varie interpolata.
p iudicari.
q phraſ. Adrian. I. Collect. c. 5.
r verba Concil. Roma. 3. ſub Symm.
ſ Verba Concil. 5. ſub eod.

mnes,ante[t] cœptam accuſationem, Primates & Synodus Epiſcopo de quo agitur, [u]*funditus* reſtituant; quia hoc non ſolum Eccleſiaſticę ſed etiam ſeculi leges [x] fieri prohibent.

Nec aliquis eorum [y] aut Eccleſiarum Actorum, vel Defenſorum ad aliquos prius accuſari debet, quam ipſi *charitatine* bis aut ter ab eis qui ſe læſos exiſtimant, vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, *conueniantur*; vt ab eis aut familiarem emendationem aut iuſtam percipiant excuſationem. Quod qui præſumpſerit, *liminibus*[z] *arceatur Eccleſiæ* vſque ad condignam ſatisfactionem.

Accuſatores vero *& accuſationes,quas leges ſeculi non recipiunt*, & anteceſſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmouemus.

Nullus [b] enim alienigena, aut accuſator eorum fiat, aut Judex.

Vnde & de Loth ſcriptum eſt, [c] *Ingreſſus eſt vt aduena, nunquid vt iudices?*

Accuſator autem veſtrorum, *nullus* ſit *ſeruus* [d] aut *libertus,nullaque* [e] ſuſpecta *perſona* aut *infamis*.

Repellantur etiam [f] *cohabitantes inimicis*, & omnes [g] Laici; quia infeſtationem blaſphemiæ affectio amicitiæ incitare ſolet.

Nec illi in veſtra ſunt ſuſcipiendi accuſatione; [h] qui vos in ſua nolunt recipere infamatione.

Nullus anathema ſuſcipiatur, [i] nec à quoquam credantur quæ ab eis vel dicuntur vel conſcribuntur. Eos quoque dico anathematizatos eſſe, quos Epiſcopi ſuis ſcriptis anathematizauerunt, aut eorum ſtatuta anathematizant.

t ante conteſtatam litem
u Ibid. funditus reuocanda.
x Quæ leges in gratiam Epiſcoporũ à paganis latæ ad tempora Stephani.
y hæc depromplit impoſtor ex Conc. 5 Aurelian. cap. 17. vel potius ex Adrian I. Collect. Ingelram. datæ c. 2. is enim Concil. Aurelian. verba deſcripſit. Vide & ca. 5. eiuſd. Collect. ab initio.
z phraſ Concil 4. Aurelian. c. 21. 25. *à liminib.* &c. & Concil. Rom. 6. ſub Symmacho.

a Adrian. I. Collect c 11.
b *Peregrina iudicia* vetita legimus Cod. Theod. lib. 9. ti. 1. Conſtit. 10. accuſationem alienigenæ non ſuſpiciendam, commentum eſt impoſtoris mente capti.
c Gen. 19. 9 At qui ſcripſit; verba Sodomitarum Lotho inſultantium literis cõmendauit: quos quiſquis tecum canonum ſacrorum conditores laudat, digniſſimus eſt quem omnes omnium martyrum (quos pro ſaxis habere viſus) manus ſaxis obruant.
d Conc. 7. Carth. c. 1 & ex eo Adrian. Coll. c. 19.
e ſuſpectos ab accuſatione arcet Conc. 5 Rom ſub Symm.
f Ibid. cum inimicis immorantes repelluntur.
g Laicorum accuſationem non admittit Adrian. I Coll. c 68 ex Conc. 2. Rom. ſub Sylueſtro; at in *cauſis proprijs* omnes omnium accuſationes admitti poſſe cenſent Conc. Conſtant. c. 6. & Carth. 3. c. 7.
h Supra monuimus impoſtorem fingere ſacerdotes a Laicorum accuſatione ſubmotos Vide Pſ. u. lo.
i *in cauſis Eccleſiaſt,* ſcilicet ſic ſtatuit Concil. Conſtant. c. 6. Conc. 7. Carth. c. 1.

Per [k] ſcripta enim nullius accuſatio ſuſcipiatur, ſed propria voce, ſi legitima & condigna accuſatoris perſona fuerit, præſente videlicet eo quem accuſare deſiderat; quia nullus abſens aut accuſari poteſt aut accuſare. *

Nullus tamen [l] præfati ordinis vir accuſari poteſt, aut reſpondere ſuis accuſatoribus debet, priuſquam regulariter à ſuo primate vocatus ſit, [m] *locumque defendendi*, & inquirendi *accipiat ad abluenda crimina.*

Nulli [n] enim Metropolitani, aut alij Epiſcopi *appellentur Primates, niſi hi qui primas ſedes tenent*, & quorum ciuitates antiqui primates eſſe cenſuerunt. Reliqui verò *qui* cæteras *Metropolitanas ciuitates adepti ſunt, non Primates, ſed aut Archiepiſcopi, aut Metropolitani vocentur.* Vrbes enim & loca quibus Primates præſidere debent non à modernis, ſed etiam multis ante aduentũ Chriſti ſunt ſtatuta temporibus, quorũ *Primates* etiã *gentiles* [p] pro maioribus etiam negotiis appellabant. In ipſis vero vrbibus poſt Chriſti aduentum [q] Apoſtoli & ſucceſſores eorum *Patriarchas* vel *Primates* poſuerunt, ad quos Epiſcoporum negotia, ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate, & maiores cauſæ poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ. Et licet (Apoſtolo prohibente) [r] inter Chriſtianos non debeant accuſationes exerceri, ſed, ſi prohiberi non poterunt, [ſ] *accuſationes Epiſcoporum ad* memoratos *Primates* debent ab accuſatoribus *deferri*;

Studendum [t] *eſt* tamen *epiſcopis, vt diſſidentes fratres* [u] *magis ad pacem quam ad iudicium* [x] coerceantur.

Epiſcopus autem aliter non debet audiri [y] aut iudicari, niſi in præſentia omnium comprouincialium, & ab omnibus comprouincialibus Epiſcopis; quia ipſis abſentibus nec debet nec poteſt. *

k vide ſupra Pſeudo-Calixt. epiſt. 2.
* Sequentia ci at Hincmar. libri 55. capitum c.15.
l Adrian. I. Coll. c. 3 p.
m Ibid c.20.
n Hæc ſu, celioribus non cohærent, ſunt autem expreſſa ex cap.23. Coll. Adriani cui ſuas nanias adnexuit impoſtor.
o Commentum Pſeudo-Clem. epiſt. 1. Pſeudo-Anacl. epiſt. 2. &c. non negamus fuiſſe metropoles ſub Veteri Imp. Rom. ſed negamus earum regimen tale ab initio fuiſſe quale fingit ὑπερβολικῶς.
p tragelaphos pingit ſomniator.
q hoc de Apoſtolis & Apoſtolorum proximis ſucceſſoribus demonſtrari non poteſt, de poſterioribus non refragamur, quandoquidem Concil. Chalced. c.17. Ciuiles & publicas formas, Eccleſiaſticarum quoque parœciarum ordinem conſequi iuſſit. A.D 451.
r 1 Cor.6. ſ Statutum Concil.3 Carth.c.7. t verba Concil.4. Carth.c.26.
u fratres ſiue Clericos ſiue Laicos. x cohortentur.
y Adrian. I. Collect. c.25.27. ſupra à iudicibus duodecim à ſe electis, accuſatum audiendum pronunciauerat impoſtor hic ſententiam mutat. * huiuſque Hincm.

Quæ

Quæ vero perſonæ ad accuſationem eorum non ſunt admittendæ, & ſuperius ex parte iam dictum eſt, & latius tam hi, quam & infames perſonæ in epiſtola quam [z] dudum Hilario miſimus ſunt annumeratæ.

Vltrà [a] *prouinciæ vero terminos accuſandi licentia non progrediatur*; ſed *omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur*, [b] niſi ad Apoſtolicam ſedem fuerit appellatum.

Et [c] *neganda eſt accuſatis licentia criminandi, priuſquam ſe crimine quo premuntur exuerint*; quia [d] *non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni qui* [e] criminibus implicati ſunt, *niſi ſe prius probauerint innocentes*, quoniam *periculoſa eſt, & admitti non debet rei aduerſus quemcunque profeſſio.*

Familiares [f] vero & [g] *ſponte confeſſi* atque [h] *ſceleribus irretiti* non debent admitti, nec hi qui * *heſterna die*, aut pridie, aut *ante fuerunt inimici.*

Clericus ergo qui Epiſcopum ſuum accuſauerit, aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus; quia infamis effectus eſt, & à gradu debet recedere, aut [i] *curiæ tradi* ſeruiturus.

Laicis [k] quoque, *quamuis religioſi* ſint, nulli tamen *de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid* [l] reſpondendi *legitur vnquam attributa facultas.*

Scimus, [m] dilectiſſimi, quia ſemper *carnales* ſpirituales ſolent perſequi, & maleuoli beneuolos infamare & lacerare. Ideoque Apoſtoli & ſucceſſores eorum ac reliqui ſancti patres noluerunt [n] fieri facilem Epiſcoporum accuſationem, quoniam ſi facilis eſſet, aut nullus, aut vix aliquis modo inueniretur.

Throni [o] enim *Dei vocantur*: ideo non debent moueri, aut affligi vel perturbari. De ipſis ergo ait Propheta, [p] *cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.*

z vel falsâ te tempo is nota epiſtolam conſignaſſe fateatis tu eſſe eſt, vel falſo te affirmare Hilario dudum miſſam præcedentem epiſtolam cum hãc ſcriberes oportet, nos vtroque te nomine mendacij reum peragimus.

a verba Cod. Theod. lib 9. tit 1. conſtit. 10. & 16. & ex eo Adrian. I. collect. c. 10

b additam. impoſtoris.

c verba Cod. Theod. eiuſd. tit. conſt. 12.

d verba Aniani interp.

e qui in criminibus accuſantur.

f Concil. 7. Carth. cap. 4. Conc. Rom. 5. ſub Symmach.

g Ennod. epiſt. 4. lib. 1. C. Theod. lib. 9. tit. 1. c. 18.

h Concil. 2. Carth. c 6.

* Ambroſ. epiſt 64.

i Supra monuimus impoſtorem abuti conſt. 39. tit. 2. lib. 16. C. Theod. vide Pſeudo Pium epiſt 2.   k verba Concil. Rom. 4 ſub Symmacho, nulla.   l diſponendi.

m Scimus tibi omnes Laïcos carnales, omnes clericos ſpirituales eſſe. ſic enim ſub Pſeudo-Clem. & aliorum larua inſaniæ tuæ ſpecimen edidiſti.

n vnicus de presbyteri ſiue ætate, ſiue munere accuſatione locus extat. 1. Tim. 5. 19.

o verba Concil. Tolet. 11. c. 5.   p Pſal. 18. 1. imo de cœlis materialibus loquitur Propheta: licet eius verba de Apoſtolis Hieronymus, de ſanctis omnibus Auguſtinus allegorice intelligant.

Hi vero[q] *qui non ſunt bonæ conuerſationis*, & quorum vita eſt accuſabilis, *aut quorum fides*, vita[r] *& libertas neſcitur, non poſſunt* eos *accuſare*.

Primo[ſ] *ſemper accuſatorum perſonæ*, fides, *vita* & conuerſatio eſt enucleatim *inquirenda*; *& poſtcà quæ objiciunt fideliter ſunt pertractanda*, [t] quia nihil prius fieri debet, quam impetitorum perſonæ, *fides, vitaque* & *conuerſatio* diligenter diſcutiantur, ne alicuius inuidia, aut inimicitia vel intentione mala quiſquam vexetur.

Criminationes[u] *aduerſus doctorem nemo ſuſcipiat*; quia magis ſunt Doctores *portandi*, quam lædendi, aut infamandi. Vnde ait Apoſtolus; [x] *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*.

Charitas[y] autem *non eſt ambitioſa, non æmulatur, non inflatur, non quærit quæ ſua ſunt*, ſed[z] *quæ Ieſu Chriſti*.

Qui[a] *manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. Et qui in Deo manet, nulli vult nocere, ſed omnes deſiderat adiuuare & ſuſtentare; ſicut ipſe Dominus omnes venit ſaluare, [b] *& animam ſuam dare* in *redemptionem pro* nobis.

Eorum[c] autem *accuſandi Sacerdotes* vel *teſtificandi in eos vocem obſtruimus, quos humanis*[d] & *diuinis vocibus damnatos vel mortuos eſſe* agnoſcimus.

Præuidere ergo ſummopere debent omnes qui Sacerdotes Domini perſequuntur, tam occultè quam manifeſtè, ne ſubiectis Domini damnentur præceptis; [e] per Hieremiam autem Prophetam *talibus* comminando Dominus loquitur, dicens, [f] *Iniquitates veſtræ declinauerunt*[g] omnia, *& peccata veſtra amouerunt bona à vobis; quia inuenti ſunt in populo meo impij*, & loquentes vana *ſtatuerunt ad diſperdendos viros, & comprehenderunt; vt laqueus* venantis *plenus volatilibus, ſic domus eorum plena dolo*. Et per Dauid ait: [h] *Qui cogitauerunt malitias in corde, tota die verſati ſunt in prælijs; exacuerunt* linguas ſuas ſicut ſerpentes, *venenum* aſpidum *ſub labiis eorum* Et paulo poſt: [i] *cadent ſuper eos carbones* in igne; *dejicies eos in foueas, vt non conſurgant.*

q verba Adriani I. collect.c.15.
r vitæ liber-tas.
ſ Adrian. I. collect. c.15.
t vide eiuſd. collect. c.4. & 5.
u verba Adrian. I. collect.c 67.
x Gal.6 2. Pauli verba ad omnes pios pertinent non ad ſolos doctores.
y 1.Cor.13.4. 5.
z Phil.2.21.
a 1. Ioan. 4. 16.
b Matt.20.28 venit ſaluare omnes eos quos pater ipſi ſaluandos dedit, non omnes abſolute.
c verba Adriani I. collect.c.29.
d non humanis, ſed.
e Propheta non de Sacerdotes perſequentium, ſed de populi maligni, Prophetis, Sacerdotum denique ipſorum peccatis verba facit loco citato vide verſ 13. & 31.
f Hierem.5.25.ſecund.interp.70. g Hieron.& 70. Hæc. h Pſal 139.2.&c.Hieronym. interp.cum vulg. Miſta ab impoſtore.
i ibid. verſ. 11.

gant. Vir linguoſus non dirigetur in terra, virum iniuſtum *mala capient in interitu. Scio* quia *faciet Dominus cauſam inopis, iudicia pauperum.* Item idem, [l] *Muta fiant labia doloſa.* Et iterum per Michæam inquit; [m] *Omnes in ſanguine iudicantur, vnuſquiſque proximum ſuum tribulat,* [n] omnes *in malum manus ſuas præparant.* Hos Dominus præuidens, Apoſtolis præcepit, [o] ne facile ſerui ſui lacerarentur; ne forte *perderentur* aut in talem tentationem inciderent, quam ferre minime poſſent. Idcirco [p] ſancti Apoſtoli & ſucceſſores eorum Decretorum normas ſtatuerunt, ne talium vox (quæ magis perdere nititur innocentes & ſimplices quam ſaluare) facile reciperetur; ſed ipſi his iaculis pellerentur procul, & Domini diſcipulos iuxta voluntates & verſutias eorum minime perdere poſſent.

Vnde & ipſe Dominus ait; [q] *Excutite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis* Et alibi ipſa per ſe veritas de talibus dicit, Melius [r] *eſt illi vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris,* [ſ] *quam ſcandalizet vnum de puſillis iſtis:* & Iacobus Apoſtolus inquit, [t] *iudicium ſine miſericordia* fiet *illi qui non fecerit miſericordiam.*

Qua enim fronte quis peccatorum ſuorum veniam ſperat à Deo ſe impetraturum, qui delinquenti fratri nihil per pietatis & clementiæ officium vult condonare? Profecto neceſſe eſt vt æſtimet ſe talem in iudicio Deum experturum (cum ante iuſti iudicis tribunal fuerit cõſtitutus) qualem ſe fratri ſuo exhibuerit. Nam [u] *qua menſura menſi* fuerimus, eadem *remetietur* nobis. Et Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta ait, *Qui odit* [x] *fratrem ſuum homicida eſt; & ſcitis* [y] quia *omnis homicida non habet vitam æternam in* [z] ſe *manentem.*

Vos tamen (filij chariſſimi) hortamur vt patienter mala vobis illata Domini adminiculo [a] *portetis*; & his Apoſtolicis præceptis tales procul *pellite*, ne more canino vos lacerare aut mordere valeant. [b] *Memento te* etiam quia, *iuxta Pſalmographi* vocem, [c] *homo ſicut fœnum dies eius, & vt flos agri, ita florebit. Et Apoſtolus ait, Totus* [d] *mundus in maligno poſitus eſt:* Vnde precamur, ne tales

l Pſal. 30. 18.
m Mich. 7. 2. ſecundum verſ. 70.
n trib. lat. tribulatione. in malum &c.
o vbi proculeris locum, perſ. à tebis.
p de Apoſtolis falſum eſſe nemo ignorat.
q Marc. 6. 11.
r confudit impoſtor verba Matth. & Lucæ. Luc. 17. 2. vtilius Matt. 18. 6.
ſ Luc. loco cit.
t Iac. 2. 13.
u Matth. 7. 2. in qua.
x 1. Ioan. 4. 15.
y quoniam.
z ſemetipſo.
a N. Syntaxin.
b verba Bonifacij epiſt. 26
c Pſal. 102. 15. vulg. tanquam ſic eſt flos H. eron. ſicut, ſic flor.
d 1. Ioan 5. 19

multum timeatis, quia infames ſunt, & non multum vobis nocere poſſunt, quia [e] *eorum vox extincta eſt:* Quoniam [f] *ſic odit Deus eos qui aduerſus patres armantur, vt patrum inuaſores qui in mundo infamia ſunt notati.*

Armamini [g] ergo his Apoſtolicis *adminiculis* contra eos, & [h] *ſpiritu principali* roborate corda veſtra, vt *Deus, qui* vos paſtores *in populo* ſuo *vocari voluit*, non negligentes aut tepidos, [i] aut lupis ſuperuenientibus fugientes inueniat; *ſed exemplo boni paſtoris, agnos* [k] *pariter cum matribus* & *filiis* ac *filiabus* viriliter defenſantes, atque ſanctam matrem Eccleſiam fideliter *reportantes* ſemper inueniat.

Et quanquam [l] *dies* [m] *mali* ſint, vos tamen *nolite eſſe imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Quamobrem* [n] *confortamini, & ſtate in fide viriliter* agentes, ac *omnia veſtra in charitate fiant, &* ſecundum ſanctum *Euangelium, in patientia* [o] *veſtra poſſidebitis animas veſtras. Recordamini* quoq; *Sanctorum Apoſtolorum & Prophetarum;* & *quia* [p] *multum laborauerunt in Domino, ideo adepti ſunt præmia ſempiterna.* [q] Scitote etiam quoniam, *iuxta* Pſalmiſtæ vocem, *Multæ* [r] *tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.*

Quapropter, filij chariſſimi, hortamur vos & deprecamur, vt crebris *orationum* veſtrarum *precibus* Deum exoretis, [ſ] *vt liberemur* nos & vos, *iuxta dictum Apoſtoli, ab importunis & malis hominibus*, quia *non omnium eſt fides:* flagitate etiam, vt Deus & Dominus noſter, qui eſt [t] *refugium pauperum & ſpes humilium, ſanctam* ſuam [u] *Eccleſiam, pretioſo* videlicet *ſanguine redemptam*, & nos qui eandem ſanctam Eccleſiam docere, regere, [x] *portare* & tueri debemus, de prædictis oppreſſionibus *& tentationibus huius* [y] *ſeculi nequam*, atque *de* omnibus *neceſſitatibus noſtris* miſericorditer eruat, [z] *vt ſermo Dei currat, & glorificetur gloria ſuum Euangelium* Domini noſtri Ieſu *Chriſti*, [a] *& gratia eius in nobis vacua non fiat:* [b] ne *ſine fructu Euangely* (quod

e legit impoſtor interpr. Aniani verba ad conſt. 3. tit. 6. lib. 9. C. Theodoſ. *vocem talem extingui voluimus*, &c. ideo vocem infamia notatorum extinctã hic ſine iudicio ſcribit.
f verba epiſt. Procli ad Domnũ Antioch. & ex ea Adriani I. coll. c. 71.
g N. phraſ.
h abutitur impoſtor verbis Bonifac. Mogunt. epiſt. 25.
i forte tepidos.
k an differũt agni à filiis? lege, *cum matribus Eccleſiã ſcil. Cath. cum filiis & filiabus*
l verba Bonifacij epiſt. 25.
m Eph. 5. 16. 17. *ſ* ne: propterea nolite fieri imprud.
n 1. Cor. 16. 13. 14. agite.
o Luc. 21. 19.
p Rom. 16.
q ſempiterna & iuxta pſalmiſtam.
r Pſal. 33. 20.
ſ 2. Theſſ. 3. 2. vide Bonifac. epiſt. 25. ab initio.
t Pſal. 9. 10.
u phraſ. Concil. Rom. ſub Symmacho.
x N. phraſ.
y Gal. 1. vide Bonif. epiſt. 25.
z Theſſ. 3. 1.
a 1. Cor. 15. 10.
b vt omnino ſine fructu Euangel. ſterilis non moriar, & vacuus filiorum & filiarum num. non recertas, ne de abſc. &c. reus eſſe iudicer.

abſit)

abſit) ſteriles in conſpectu eius appareamus, *&* vacui *filiorum filiarumque numero* reuertamur, nec *de abſcondito* [c] *talento, Domino veniente*, rei *eſſe* iudicemur. Iſta enim ſemper inuidet Satan: & idcirco tales aduerſum nos ſuſcitat, qui nos premant & *ſuffocent*, vt Domini oues [d] *abſque nobis* rapiat, & in ima (non exiſtentibus paſtoribus qui [e] *eos* cuſtodiant & defendant) ruere faciat.

Vos igitur pro viribus laborate, & orate atque vigilate ne hæc fiant; ſcientes nos ſemper paratos eſſe, in omnibus, quibuſcunque poſſe Dominus dederit, modis vobis opem ferre, [f] licet nos ab ipſis æmulis ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris non ſimus excepti, & *tribulationes cordis noſtri* pro noſtra & veſtra tribulatione, [g] *ſiue ouium nobis commiſſarum*, admodum ſint *dilatatæ*.

Vos quoque obſecramus, vt iniunctum vobis à Domino famulatum non negligatis, & omnes oppreſſos, & cunctos Dei ſeruos, atque generaliter omnes Chriſtianos, prout Dominus poſſe dederit, [h] *adiuuare* ſtudeatis, *vt ante tribunal Chriſti mercedem* habeatis *perpetuam. Et* ſcitote, *quod memoria veſtra coram Deo eſt* aſſidue.

Nam quemadmodum dolentes cognoſcimus vos ab iniquis & ſceleſtis hominibus obturbari, ita continuò vobis compatimur, Deum orãtes pro *liberatione* ac ſubleuatione [i] veſtræ *afflictionis*, quæ vobis (vndè grauiter angimur) ab iniquis in dies irrogatur. Et [k] *ante corpora Apoſtolorum* pro vobis preces fiunt quotidie, vt & vos liberemini [l] *ab importunis & malis hominibus* Domini auxilio, & oues vobis commiſſæ [m] *ad paſcua æternæ vitæ* vna nobiſcum perueniant ſempiterna.

Vnitatem [n] *& communionem dilectionis veſtræ, valentem* atque *proficientem in ſalutem* omnium populorum *creator* omnium [o] *Deus omnipotens memorem noſtri æternaliter cuſtodiat.* Amen.

Data 9. Aprilis [p] Valeriano & Gallieno viris Clariſſ. Coſſ.

c Matth. 25.
d Not. phraſ.
e oues ſcil. N. ſolœciſm.
f ergo fruſtra neam operã polliceris. vide Bon. f. epiſtol. 25.
g ſi Epiſcopi omnes & ſinguli tuæ ſunt oues, *generalis* es omniũ *pater* nec vllus præter te veri nominis paſtor aut Epiſcopus dici po eſt.
h B. nifac. Mogũt. epiſt. 26.
i Nota phraſ.
k Gregorium imitatus videtur cuius hæ phraſes, *coram ſanctiſſimo B Petri corpore reſidere* epiſt. 44. lib. 4. *ante corpus B Petri conſilium facere*, epiſt. 54. eiuſd libri, *ad* vel *apud ſacratiſſimũ B. Petri corpus agere* epiſt. 40. lib 4. *orationibus incumbere*, epiſt. 19 lib. 5. *iureiurando ſatisfacere* epiſt 8 lib. 11. *Sacramenta prabe* e, epiſt. 18 lĩ 6. epiſt. 23. lib. 9 epiſt. 41. lib 11.
l 2. Theſſ. 3. 2.
m phraſis Gregorij epiſt. lib. 12. epiſt. 16.
n Bonifacij verba ad finem epiſt. 6.
o ſic reparatus ad finem epiſt. ad Ioannem ſecundum totius Africani Concilij nomine ſcriptæ *Vegetem te noſtrique memorem præſtes omnipotens Deus*, &c.
p A. D. 257. ipſo Stephani electionis die.

CENSVRA.

HIERONYMIANAM pſalterij verſionem; Conciliorum 2. 3 4. & 7. Carthaginenſium; 3 4. & 5. Romanorum ſub Symmacho, & Toletani II. Ambroſij, Procli, Leonis, Ennodij, Gregorij M. Adriani I. Cod. Theodoſiani, Aniani interpretis Bonifacij Mogunt. Decreta phraſeſque cœno ſuo commaculat ſacrilegus ὑποθέτης, huius epiſtolæ artifex.

Gallofranci ad Philenetum pro libertate reipub. Venet.| *Epiſtola.*

Vide cauſam 11. q. 1.

Horum canonum (*ſi quis Sacerdotum* &c. ex Pſeudo-Pij epiſt. 2. & *Clericus* ex Pſeudo-Stephani epiſt. 2.) fides iis ſuſpecta eſt, qui vel eorum temporum doctrinam, vel auctorum ſtylum, vel ſtatum Imperij, non ignorant, &c.

D. Auguſtinus alicubi ſcribit, *males quoſdam Clericos curiæ traditos fuiſſe.* An vt Curiæ ſeruirent? an vero (vt poſteà factum eſt) Imperiali brachio mancipati ſunt à Magiſtratibus ſecularibus puniendi? certe hæc verba (*tradi curiæ*) quam interpretationem recipere debeant, an illam quam Innocentius Papa III. dedit in canone *nouimus*. de verb. ſignif. in collectione decretalium à Gregorio IX. Pontifice facta, optime norunt ij qui Theodoſianas leges ex recto puriorum iuris interpretum ſenſu didicerunt, inter quas notanda conſtitutio in l. *ne quis officialium.* C. Theodoſ. tit. *de Decurionibus*, &c.

SIXTI II. PAPÆ

Epiſt. I.

Epiſcopus Sixtus, Grato coëpiſcopo Salutem.

a verba Leonis epiſt. 31. gaudere me plurimum & exultare in Domino, pietatis tuę ſcripta &c.
b diligas.
c quantum hæreticū deteſtaris errorem hæreſis quippe eſt nimia impia, & Euangelio veritatis &c.
d eiuſd. verba epiſt. 32.

LÆTARI & [a] *gaudere me plurimum in* Chriſto Ieſu *Domino* noſtro dilectionis *tuæ ſcripta fecerunt; quibus euidenter oſtenditur, quantum Catholicam* [b] diligis *fidem, & quantum* [c] prauorum hominum deteſtaris *errorem.* Omnis enim *hæreſis nimis impia eſt, &* Euangelicæ *veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa Chriſtianæ religionis conatur fundamenta conuellere.*

Memor [d] *enim ſum me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere,*

cuius

cuius à Domino [e]noſtro *Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cuius fides*[e] nullum vnquam fallit, ſed *omnes quidem hæreſes deſtruit.* [f] *Intelligo* autem *mihi* aliter *non licere; quam vt omnes conatus meos ei cauſæ, in qua vniuerſalis Eccleſiæ ſalus infeſtatur, impendam.*

Agnoſce, fili chariſſime; [g] *non ex tempore, neque poſt tempora* filium Dei *natum, ſed ante omnia tempora de paterno vtero inenarrabiliter generatum; ipſo Deo patre per Prophetam dicente,* [h] in ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te. *Quàm ſententiam & Eſaias Propheta dubiis atque incredulis euidenter expreſſit, dum non* [i] aliunde filium *quam de patre natum ineffabiliter oſtendit.* [k] In humilitate, *inquit*, iudicium eius ſublatum eſt. Natiuitatem [l] eius quis enarrabit? *Et in libro Iob*, [m] ſapientiam Dei, [n] ait, vnde inuenies? Latet enim ab oculis hominum & à volucribus cœli abſconſa eſt. *Expergiſcere paululum, & ſi lumen ſcientiæ in teipſum aliquantum habes,* [o] *inuenies cuius natiuitas à Propheta non potuit enarrari ex tempore;* vel, *vt adſtruere ipſe conaris, non potuit generari.* [p] In principio, *inquit Ioannes Euãgeliſta*, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ; hoc erat in principio apud Deum; Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. *Et iterum*, erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *In iſto igitur quod dicitur* [q] erat, *ſi tempus quærere volueris, non inuenies; quoniam ex quo pater, ex illo & filius; & quod pater eſt, id* eſt *etiam filius, Salomone dicente;* [r] Ego ex ore altiſſimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci vt in cœlo oriretur lumen indeficiens: & *ſicut* nebula texi omnem terram. Ego in [ſ] *altiſſimis habito*, & thronus meus in colũna *nubis*. Gyrum cœli circuiui ſola, & [t] profundum abyſſi penetraui. *In omnem terram ſteti*, & in populo *primatum* habui. *Item ibi*, cum [u] *præpararet* cœlum aderam illi & cum ſedem ſuam [x] *ſecerneret*. Quando ſuper ventos fortes faciebat in ſummo nubes, & cum certos ponebat fontes ſub cœlo; cũ fortis faciebat fundamenta terræ, ego eram cum illo componens, & ego eram cui adgaudebat, cum lætaretur orbe perfecto. *Et in pſalmo centeſimo primo*, Tu Domine in principio terram fundaſti; &

e addit. impoſtor s.

f deſtruit ſed maxime impietatem præſentis erroris expugnat, & intelligo mihi aliud non &c.

g verba Ithaci, lib. aduerſus Varimadum cap. 12. *cognoſce filiũ non ex tempore, &c.*

h in 109. pſalmo per prophet.

i . Illud de filio.

k Eſai. 53.

l natiuitatem.

m Iob 28.

n Dei patris vnde.

o attende & inuenies quo niam eius.

p Ioan. 1.

q verbo quòd dicitur.

r Eccl. 24.

ſ excelſis habitaui.

t & in profundum penetraui, & in omni terra ſteti & in omni gẽte & populo primatũ.

u pararet.

x ſegregaret.

opera manuum tuarum ſunt cœli; ipſi peribunt tu autem permanes: & [y] ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipſe es; [z] *& anni tui non deficient. Non enim erat* [a] ætas, aut aliquod tempus, *antequam de patre filius naſceretur: quoniam qui tempora vniuerſa propria poteſtate conſtituit, ex tempore, vel poſt tempora naſci non potuit.*

His paucis ſententiis breuiter conſultis tuis reſpondi, frater chariſſime. De cætero tuam moneo dilectionem, vt cunctos quos errare cognoueris ad Catholicam fidem & ad vnitatem recte credentium conuertere ſtudeas, & tu nunquam ab Apoſtolica tramite recedas. Si autem te non audierint, & errantes (quod abſit) permanſerint, nobis eos manifeſtare quam citius poteris, non tardes, vt Apoſtolica auctoritate aut cito ad Eccleſiam conuertantur, aut [b] ab Eccleſia ſeparentur.

Audiuimus etiam quod quidam erronei & conſentientes eis, te & reliquos infeſtent Epiſcopos; & Epiſcopos aliquos comprouinciales ad veſtram infamationem atque damnationem ſecum trahant. Quapropter [c] in hac S. ſede dudum à multis Epiſcopis conſtitutum erat, & modo ad veſtrum & cæterorum fratrum auxilium eſt denuo roboratum.

Vt [d] omnes epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur vel criminantur cauſis, quoties neceſſe fuerit libere Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant, vt ab ea ([e] ſicut ſemper fuit) pie fulciantur, defendantur, & liberentur: cuius diſpoſitioni *omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas & Epiſcoporum iudicia* antiqua Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum atque canonum auctoritas reſeruauit: quoniam [f] culpantur Epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam eiuſdem ſedis Papæ fieri placuerit.

Unde [g] placuit vt accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus, licenter [h] appellet & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per Vicarios ſuos retractari idem negotium procuret. Et [i] dum iterato iudicio pontifex cauſam ſuam

y & omnia ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut, &c.

z hæc verba omiſit hic.

a erat, vt ait, aliquid temporis.

b An ad ſolũ papam vnicum pertinet ius excommunicandi quoſcunq; e. c fumos vendit impoſtor.

d Id à Nicæna Synodo ſtatutum fingit Pſeudo-Iulius epiſt. 2. c. 2. vide Concil Sardic. c. 7.

e nil tale Apoſtoli, eorumque proximi ſucceſſores. vide Innocent. epiſt. 2. cap. 3. Leon. epiſt. 84. c. 1. Vigil. epiſt. 2.

f Culpantur ſcil. à Pſeudo-Sixto I. epiſt. 2. à Pſeudo-Victore epiſt. 1 & cæteris perſonatis hiſtrionibus.

g Ead. habent Pſeudo-Victor epiſt. 1. & Pſeudo-Iul. epiſt. 2. c. 3.

h Conc. Sardic. cap. 4.

i Conc. Idem c. 5. & 7.

ſuam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus; quoniam quanquam à comprouincialibus Epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non [k] tamen definiri inconſulto Romano pontifice permiſſum eſt, cum B. Petro non ab alio quam ab ipſo dictum ſit Domino, [l] *Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in* cœlo: *& quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in* cœlo.

Et, [m] *ſi quis putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem diœceſeos,* aut [n] penes vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Papam iudicetur.

Ait enim Iacobus Apoſtolus, [o] *iudicium ſine miſericordia illi* fiet, *qui non fecerit miſericordiam. Super* [p] extollit *autem* miſericordiam iudicio.

In omnibus [q] *ergo, fili dilectiſſime, cor cuſtodi, ſicut ſcriptum eſt,* Omni cuſtodia [r] *cuſtodi* cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. *Hæc breuiter pro* [ſ] *commemoratione reſcripſi; ſed peto vt pro me orare debeas, quatenus omnipotens Deus & à malignis me ſpiritibus, & à peruerſis hominibus cuſtodire dignetur: quia in hac vita mea peregrinatione mala me ſimul & multa circumdant; ita vt cum Pſalmiſta iure dicam* [t] in me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circumdederunt me ſicut aqua tota die, circumdederunt me ſimul. *Cæleſtis gratia & nos in vrbibus, & vos* [u] vbique *protegat, quia antiquus hoſtis terrarum locis à tentatione non excluditur; quia ſi in paradiſo hominem ſtrauit; quis locus extra paradiſum eſſe poteſt in quo* [x] mentes *hominum penetrare non valeat?* Antiqui enim hoſtis, (cuius *inuidia mors intreiuit in orbem terrarum*) ſunt ſemper oculi vigiles ad animos hominum illaqueandum, multoſque ſua prauitate ſecum in perditionem trahere cupit, qui ſuapte malitia à gloria lapſus eſt in miſeriam. *In ſola ergo creatoris noſtri protectione fidendum eſt, cui ex intimo corde clamemus:* [z] *Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum vt ſaluum me facias.*

Data Kal. Septemb. [a] Valeriano & Decio viris Clariſſ. Coſſ.

k hoc nunquam fuit in praxi veteris Eccleſiæ.
l Matth. 16. nihil promiſit Dominus Petro quod cæteris Apoſtolis non contulerit Matth. 18 & Ioan. 20.
m verba Adrian. I. Collect. datæ Ingelramo c. 6. ex Concil. Chalced. c. 9. & 17.
n additam impoſtor.
o Locus Iacobi II. non probat à Papa iudicandū appellā em.
p Super exaltat autem miſericordia iudicium.
q verba Gregorij epiſt. 45. lib. 8.
r Serua.
ſ pro charitatis.
t Pſalm. 87. pertranſierunt.
u in eremo.
x mentem.
y In ſolo, &c.
z Pſal. 70.
a Sixtus, Baronio teſte A.D. 260. 9. Kal. Septemb. electus eſt Valeriano Aug 4. & Gallien 3. Coſſ. Capite truncatus 8. Idus Augusti An. 261. Aurelio Memmio Fuſco, & Pomponio Baſſo Coſſ. perierat Decius An. 254. Primum Valerianus conſulatum inchoauit A. 256. cum Valerio Maximo, ſecundum A 257. cum Gallieno, tertium cum eodem A. 258. captus à Perſis imperare deſiit A. 262. Gallieno Aug. 4. & Petronio Voluſiano Coſſ.

CENSVRA.

PRimo Ithacij. Leonis, Gregorij M. Adriani I. verba ſententiaſque vſurpat; Secundo, Mendoſam fictitij conſulatus notam lectori obtrudit. Tertio, Pſeudo-Sixti I. Pſeudo-Victoris, Pſeudo-Iulij, ſimiliumque laruarum fumo farraginem ſuam obfuſcat tenebris.

SIXTI II. PAPÆ

Epiſtola II.

Dilectiſſimis fratribus per Hiſpaniarum prouincias conſtitutis, Sixtus Epiſcopus in Domino Salutem.

a verba Leonis epiſt. 54.

b phraſis Siricij epiſt. 1. c.1.

c phraſ. Leon. epiſt. 84.

d *Columnas Eccleſiæ* Epiſcopos vocat Sergi⁹ Epiſc. Cypri in epiſt. ad Theodor papam. & ex eo Pſeudo-Anacl. epiſt 2. Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 1. &c.

e Matth. 5.

f Rom. 1.

g verba Greg. epiſt. 36. li 4.

h terrarum atque maris ſpatia.

MAGNO [a] *munere miſericordiæ Dei, totius Eccleſiæ Catholicæ multiplicata ſunt gaudia*; cum Eccleſiarum ſtatus eo viget ordine quo Apoſtoli eorumque ſucceſſores illum ſtatuerunt. Et cum antiqui hoſtis aſtutia eum turbari cognoſcimus, non modico contriſtamur mœrore. Quam ob cauſam, fratres, hortamur vos, monemus & flagitamus, *vt à tramite* [b] Apoſtolicæ inſtitutionis nequaquam recedatis, *nec* [c] *à capite diſſideatis*; ſed fidem & ordinem, quem Apoſtoli & Apoſtolici viri ſtatuerunt, abſque hæſitatione teneatis. Nam ſi columnæ alicuius magnæ domus corruerint, ipſa poſtea domus minime ſtabit. Sic & vos, qui *columnæ* [d] Eccleſiæ eſtis, ſi labefactari cœperitis, ſancta Eccleſia (quæ per vos regitur) tabeſcet & labetur. Hæc, fratres, quæ dico valde timenda ſunt, & ſummo moderamine penſanda, atque ne fiant cauenda. Ipſa enim veritas per ſe dixit; [e] *Vos eſtis Sal terræ. Quod ſi Sal euanuerit, in quo ſalietur?* &c. Ideo vos chariſſimi, moneo, [f] quia vobis *debitor ſum*, & valde vos diligo. Et quando aduerſa nimis conturbor.

Ego [g] *vero, quamuis à vobis per longa terrarum* [h] interualla *diſiunctus ſim, ſum tamen omnino vobiſcum corde conne-*

ctus:

ctus [i] ideoque *de veſtra Beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cum me viciſſim diligitis, à me longe non eſtis.* Unde [k] *magis gratias referimus illi grano ſinapis*, [l] quod *ex modici deſpicabilíſque ſummis ſpecie ita* [m] *ramis ex eadem ſurgentibus atq; ſe diſtendentibus vſquequaq;* [n] diffuſum eſt, *vt in eis volatilia cœli* cuncta *nidificent: Gratiaque ſit fermento illi* quod [o] *tribus farinæ ſatis totius humani generis maſſam in vnitate conſperſit; atque paruo lapidi qui abſciſſus de monte ſine manibus occupauit vniuerſam faciem orbis terræ. Qui ad hoc* naturam noſtræ carnis, & ſtatus ſeruilis formam aſſumens, humiliter *ſe vſquequaque diſtendit, vt* [p] omni *humano genere in vnitatem redacto totius* [q] corporis, vnitum perficeret *Eccleſiæ; atque ita ad totius* compaginis [r] *pertineret commodum membrorum partialis iſta diſtinctio. Vnde nos quoque à vobis longe non ſumus, quia in illo qui vbique eſt vnum ſumus. Agamus ergo ei gratias,* [ſ] *qui ſolutis inimicitijs in carne* ſua, *fecit vt in omni orbe terrarum vnus eſſet grex & vnum ouile ſub* [t] *vno paſtore: ſemper memores* [u] quod vos *Veritatis prædicator admoneat, dicens* [x] *ſoliciti,* ſeruate *vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.*

Vinculum enim *pacis*, nemo ſeruat dum alium infeſtat, aut verbis aut factis perſequitur: [y] Ideo, fratres, iſta prætulimus, quia [z] audiuimus inter vos accuſationes exerceri, & pulſos à ſedibus Epiſcopos aut ſuis rebus expoliatos iudicari.

Quapropter ſtatutum eſt, *vt* [a] ſi quis *contra Epiſcopum vel actores Eccleſiæ ſe proprium crediderit habere negotium*, non *prius* adeat iudices quam *ad* eos recurrat *charitatis ſtudio, vt familiari colloquio* commoniti, *ea ſanare* debeant, *quæ in querimoniam deducuntur.* Quod ſi aliter egerit communione priuetur.

Nemo [b] pontificum deinceps aliquem Epiſcopum ſuis expoliatum rebus, aut à ſede pulſum excommunicare aut iudicare præſumat, quia [c] *non eſt priuilegium quo expoliari poſſit iam nudatus.*

Nullus [d] *Epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere, aut ordinare abſque eius voluntate, vel iudicare; quia ſicut irrita eius erit ordinatio, ita & dijudicatio; quoniam cenſemus* [e] nullum alterius iudicis niſi ſui ſententia teneri. *Nam*

i idque
k & magis.
l quia.
m ita eſt ramis ex ead. radice.
n diffuſis.
o quo.
p vt ex hum.
q corpus perficeretur.
r compagis.
ſ Eph. 2.
t ſub ſe vno.
u quid nos.
x Eph. 4. ſeruare.
y huc vſque Pſeudo Felix IIII epiſtol 1.
z Audimus te nugantem
a verba Adrian. I. Collect. Ingelramo datæ cap. 2. ex Concil. 5. Aurelian. c. 17.
b Item habet Pſeudo Sixt. I. epiſt. Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1. Pſeudo-Iulius epiſt. 2. cap. 8. Pſeudo-Ioan. I. epiſt. 1.
c Statutum Conc. Rom. 5. ſub Symmacho.
d verba Adrian I. Collect c. 16.
e verba Aniani in Conſtit. vnicum tit. 16 li. 4. Cod. Theod.

qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus poterit.

Iſta enim vobis deinceps tenenda, & fratres viciſſim adiuuare mandamus, fratres [f] verò, quos timore terreno iniuſte damnaſtis, ſcitote à nobis iuſte eſſe reſtitutos. Quibus ex ſancti Petri & Apoſtolica auctoritate omnia quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, *ſi non vultis* vos [h] & *principes veſtri à collegio noſtro* & membris Eccleſiæ *ſeparari.*

Iuſto [i] enim *iudicio Dei datur plerunque peccatoribus poteſtas qua ſanctos ipſius perſequantur; vt qui ſpiritu Dei iuuantur & aguntur fiant per laborum exercitia clariores.*

Illi tamen qui hoc agunt, nullatenus euadent pœnam; quia, vt ait Dominus, [k] *Væ illi per quem ſcandalum venit.* Et quanquam iuxta Saluatoris ſententiam, *neceſſe* ſit venire *ſcandala,* Væ tamen per quem veniunt. [l]

De occultis [m] enim *cordis alieni temere iudicare peccatum eſt: & eum, cuius non videntur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehendere; cum eorum quæ homini ſunt incognita, ſolus Deus iudex ſit iuſtus, qui* [n] *inſpector eſt verus.*

Unde ſcriptum eſt, [o] *incerta non iudicemus quo vſque adueniat Dominus, qui* & illuminabit *abſcondita tenebrarum* [p] & manifeſtabit *concilia cordium.* Et *quamuis* [q] *vera ſint, non* tamen *credenda ſunt, niſi* [r] *certis iudicijs* comprobentur, *niſi quæ manifeſto* iudicio [ſ] *conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur.*

Nullus [t] ergo *poteſt humano condemnari examine quem Deus ſuo iudicio reſeruauit.* Hæc omnia ſummoperè ſunt præcauenda, ne præſumptores eſſe videamur: & accuſatio, &c *vt infra ad finem Epiſt. 2. Pſeudo-Iulij c. 35. & 36.*

Data 17. Kalend. Auguſti, [u] Valeriano & Decio viris Clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

IMPOSTOR Siricij, Zoſimi, Bonifacij, Celeſtini, Leonis, Proſperi, Gregorij, Iſidori Hiſpalenſis, Adriani I. Concilij Aurelianenſis 5. & Romani 5. ſub Symmacho, Aniani denique ſententias

f fingit impoſtor quæ lubet.
g phraſ. Siricij epiſt. 1. c. 1.
h quos principes Hiſpanorum ſomniat impoſtor tempore Sixti II?
i hæc non probant excommunicandos inobedientes Papæ. Sunt autem Proſperi ſent. 23. ex Auguſtino in Pſalm. 118.
k Matth. 18.
l non probat ſequentia ſcandalizantes puniendos.
m Proſperi ſentent. 21. ex Auguſtin. in Pſam. 118.
n qui &
o ab Iſidoro Hiſpal. Synonym. lib. 2. c. 16.
p qui latentia producit in lucem, qui illuminat, &c. qui manifeſtat, &c.
q quamuis enim vera ſunt.
r niſi quæ demonſtrantur.
ſ examine.
t Verb. Conſtantini M. ad patres Syn. Nicænæ referente Adrian. I. Collect. c. 1 & 67.
u. Iam monuimus Notam conſularem mendacem eſſe.

& verba deſcribit, & variis additamentis deprauat: iiſque fictitij conſulatus notam ſuperaddit.

DIONYSII PAPÆ

Epiſtola I.

Dionyſius [a] *Epiſcopus Vrbano præfecto Salutem.*

SVMMVM [b] bonum eſt, amare amantes ſe: Et è contra, [c] *Peius malum non eſt, quam vt ciues ciuibus inuideant.* Gratias *ſiquidem* agimus tuæ charitati, quod *fideles Sancti Petri bene ſuſcipis* & adiuuas.

Unde ſcias, te & à nobis noſtriſque diligi; & tui tuorumque nôn modicam curam haberi. Quapropter tuam hortamur dilectionem vt bonum quod cœpiſti, &c. *vt infra* in epiſt. 2. Felicis IIII. nomine mendaciter prænotata.

Data 4. Nonas Februar. [e] Aureliano & Baſſo viris Clariſſ. Coſſ.

Indicia Pontificiorum.

Baron. ad A. D. 261. § 53. Iiſdem quoque Conſulibus (Fuſco & Baſſo) ſed mendosè poſitis data reperitur Dionyſij epiſtola ad Vrbanum præfectum hominem Chriſtianum; ſed cum 4. Non. Februarij data ponatur, niſi in Menſem error irrepſit; alterius potius quam Dionyſij eſſe conuincitur; nam eo tempore Sixtus pontifex adhuc ſuperſtes erat.

C E N S V R A.

PRAETER Syracidæ, & Gregorij verba quæ notis diſtinximus, cætera ſunt ægri ſomnia. Vide epiſt 2. Pſeudo-Felicis IV.

a cum præfectum ſiue nominis ſiue nominis ratione *Vrbanū* dictum nemo præter epiſtolę huius artificē Chriſto nomen dediſſe ſedēte Dionyſio aſſerat, id falſitatis ſuſpicione vacare nullo modo poteſt.
b Summum bonum *abſolutè* Deus eſt à ſummum hominis bonum fruitio Summi illius boni, fruitionis adiuncta amor: dilectio proximi cum ad Dei dilectionem ordinata ſit ſummum bonum eſſe non poteſt: bonos igitur redamare bonum eſt, ſed non ſummè bonum; Malorum amicitiam colere malę mentis indicium eſt: nedum ſummi boni poſſeſſione gaudentis.
c iiſdem verbis vtitur Pſeudo Damas epiſt. 4.
d hęc phraſis ætatem Dionyſij ferre nequit.
e A.D. 272. Dionyſij 12. Baron. legit Aurelio Mummio Fuſco, & Pomponio Baſſo, &c.

DIONYSII PAPÆ

Epiſt. II.

Dionyſius Epiſcopus Seuero Epiſcopo Salutem.

OLIM [a] *& ab initio* [b] *tantam percepimus à B. Petro Apoſtolorum principe fiduciam, vt habeamus auctoritatem* vniuerſali Eccleſiæ, auxiliante Domino, ſubuenire: & quicquid nociuum eſt auctoritate Apoſtolica corrigere & emendare.

Ad hoc [c] *enim diuinæ diſpenſationis prouiſio gradus & diuerſos conſtituit ordines eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordia fieret ex diuerſitate contextio, & recte officiorum* generaretur [d] *adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia vero* [e] *creatura in vna eademque* [f] æqualitate *gubernari vel viuere non poteſt, cæleſtium militiarum exemplar nos inſtruit: quia dum* [g] ſint *Angeli,* ſint *Archangeli, liquet* [h] quia *non æquales ſunt; ſed in poteſtate & ordine, ſicut* [i] noſti, *differt alter ab altero. Si ergo inter eos qui ſine peccato ſunt, iſta conſtat eſſe diſtinctio; quis hominum abnuat huic ſe libenter diſpoſitioni ſubmittere? Hinc etenim pax & charitas mutua ſe vice complectuntur, & manet firma concordiæ in alterna & Deo placita dilectione ſynceritas, quia* [l] *vnumquodque tunc ſalubriter completur officium: cum fuerit vnus ad quem poſſit* [m] recurrere *præpoſitus.* [n]

De Eccleſiis ergo parochianis, vnde Apoſtolicam ſedem conſulere voluiſti, qualiter ſint cuſtodiendę [o] *per Cordubenſem prouinciam*, ac diuidendæ Sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis videtur intimare, quam vt ſequaris quod nos in Romana Eccleſia nuper egiſſe cognoſcitur.

Eccleſias [p] vero ſingulas ſingulis *presbyteris* dedimus, *parochias, & cæmeteria* eis diuiſimus, & vnicuique ius

a verba Leonis epiſt. 24.
b in conciliis celebratis tantam nos &c.
c Greg. verba epiſt. 52. lib. 4.
d gereretur.
e quæque creatura.
f qualitate.
g ſunt.
h quod.
i noſtis.
k adde ex Gregorio, cui nouit etiam Angelos obedire? hinc.
l quia igitur.
m recurri.
n hucuſque Pſeudo-Bonifacius.
o Corduba nō caput, ſed ſub capite Bæticæ prouinciæ fuit, Hiſpali nimirum. Vide de Hiſpaniæ prouinciarū diſtinctione Garſ. Loaiſ. in Decretum Gundemari.
p Titulos in vrbe presbyteris ab Euariſto primum diuiſos refert in eius vita Pontificalis auctor cuius hoc loco verba deſcribit blatero.

proprium

proprium habere ſtatuimus, ita [q] videlicet vt nullus alterius parochiæ terras, terminos, aut ius inuadat, ſed [r] *vnuſquiſque ſuis terminis ſit contentus*; & taliter Eccleſiam & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat.

Hanc quoque normam, chariſſime, te & omnes Epiſcopos ſequi conuenit; & quod tibi ſcribitur, omnibus quibuſcunque potueris notum facias, vt non ſpecialis ſed generalis fiat iſta præceptio.

Crimina [ſ] vero quæ Epiſcopis *impingere* dicis, per alios non ſinas vllo modo fieri, niſi *per ipſos qui crimina intendunt*: ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint, & [t] *actis docuerint publicis omni ſe carere ſuſpicione* & inimicitia, & irreprehenſibilem fidem conuerſationemque ducere.

Nemini [u] enim *de ſe confeſſo* credi poteſt ſuper *crimen alienum*.

Quoniam [x] eius omniſque *rei* [y] confeſſio *periculoſa eſt, & admitti non debet*.

Similiter [z] alieni erroris ſocium, vel à ſui voluntariè propoſiti tramite recedentem, aut ſacris patrum regulis & conſtitutionibus inobedientem, ſuſcipere non poſſumus, nec debemus: nec impetere recte credentes, vel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus.

Quia [a] infames omnes eſſe cenſemus qui ſuam aut Chriſtianam præuaricantur legem, aut Apoſtolicam vel regularem libenter poſtponunt auctoritatem.

Hæc, [b] *itaque, frater chariſſime*, quæ pro affectu ſacerdotalis nominis & honoris impendimus, tibi tuiſque ſubditis, & omnib. tenenda, & aliis nuntianda atque prædicanda mandamus, *quibus & pietas ad vtilitatem, & ſit ad fructum dilectio*.

Vnde [c] *obiurgando, hortando, ſuadendo, blandiendo, conſolando prodeſſe quibus poſſumus feſtinemus. Lingua noſtra bonis*

q Concil. Turon. I. c. 9.
r verba Leonis epiſt. 89.
ſ ead. habent Pſeudo-Hygin. epiſt. I. Pſeudo-Lucius epiſtol. I. Pſeudo-Iulius epiſt. 2. c. 20. vide Adrian. I. collect. c 15 Conc. 2. Carthag. c. 6. Cõſtant nop. c. 6. Chalced. c. 21.
t verba Concil. I. Arelat. c. 13.
u Pſeudo-Iulius epiſt. 2. c. 18. ex Ennod. epiſt 4. lib. I.
x verba Adrian. I. collect. c. 64. ex Anian. interpr. conſtit. 12. lib. 9. tit. I. C. Theod.
y profeſſio.
z Ead. habet Pſeudo-Pius epiſt. I. Pſeudo-Hygin. epiſt. 2. Pſeudo Iulius epiſt. 2. c. 15.
a iiſdem verbis vtitur Pſeudo-Stephan epiſt. I. & Pſeudo-Iulius epiſt. 2. c 13. vide Cod. Theod. lib 11. tit. 39. conſt 11.

b *Verba Gregorij epiſt. 113 lib 7* hæc itaque, frater chariſſ. ratione perſpecta ſtudendum nobis eſt, ne (ſicut diximus) de mortuis affligamur, ſed affectum viuentibus impendamus, quibus &c. c proinde.

d tumids. e hortalu. *fomentum ſit, prauis aculeus.* [d] Timidos *retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, deſides* [e] exhortando *ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur; vt quia* f doctores dicimur. g aditus. h per deuia. [f] Doctores dicimus, *viam ſalutis gradientibus oſtendamus. Simus in cuſtodia vigilantes,* [g] aditum *contra hoſtis inſidias ſoliciti muniamus. Et ſi quando* [h] perditam *ouem de commiſſis gregibus error abduxerit, toto illam adniſu ad caulas Dominicas reuocare contendamus; vt de paſtoris nomine quod habemus, non ſupplicium, ſed præmium conſequamur. Quia ergo in his omnibus diuina gratia* i adiutorio. adiutorium [i] *opus eſt, omnipotentis Dei aſſiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hæc nobis operandi & velle tribuat, & poſſe concedat, atque in ea nos via cum* k fructu. [k] fructibus *boni operis quam ſe paſtor paſtorum eſſe teſtatus eſt, dirigat; vt ſine quo nihil* [l] agere poſſumus, *per ipſum implere* l facere nihil aſſurgimus. *omnia valeamus.*

m A.D.170. Dionyſij 10. Data 5. Idus Septembris [m] Claudio & Paterno viris Clariſſ. Coſſ.

CENSVRA.

CONCILII 1. Arelat. Leonis, Ennodij, Gregorij, Aniani &c. verbis & ſententiis abutitur quicunque hanc Dionyſio epiſtolam ſuppoſuit mercium Pſeudo-Iſidori ſedulus collector; quem poſt Bæticam occupatam, & regni ſedem Cordubæ à Sarracenis fixam vixiſſe palam eſt.

Garſ. Loaiſ. not. in Decretum Gundemari §. 2.

Omnium ciuitatum Epiſcopi templi Toletani antiſtitem, veluti vnicum Metropolitanum ſuſcipiebant. Cum enim adhuc non eſſet prouinciarum Hiſpaniæ ſingularis facta diſtributio, omnis auctoritas, & Patriarchalis Metropolitanaque iuriſdictio ad vnicam ſedem Toletanam referebatur. Quam formam & ſpeciem Eccleſia Hiſpanica vſque ad magnum Imperatorem Conſtantinum retinuit; cuius tempeſtate ſummam religio Chriſtiana tranquillitatem & pacem aſſecuta, longe lateque diffuſa eſt. Dilatatis vero Chriſtianæ religionis finibus, ſubſequitur Prouinciarum diſtributio, in quinque Metropolitanas Eccleſias, Carthaginenſem, Bæticam, Luſitanam, Tarraconenſem, & Gallœciam quæ Bracarenſis eſt. Sed primaria ſuper his ſedibus auctoritas Carthaginenſi prouinciæ, quæ Toletana Eccleſia eſt, ſemper delata fuit. Athanaricus, Gothorum rex, qui primus omnium anno 5. imperij Valentis in Hiſpania dominari cœpit, Eccleſiæ ordinem in quinque Metropolitas diſtinctum reperit: quas hic expugnauit prouincias, & impia Arianorum hæreſi, quam

Valentis

Valentis Imp. opera didicerat infecit. Ad hæc, cum eſſent aſſidua dimicatione à Romanis Gothi laceſſiti, eſſetque incertus belli exitus, pax qua religionis cultus & morum integritas continetur, omnino turbata ſublataque eſt. Imo & Epiſcopi regia potentia timidi, eorum gratiam adulatione & mendaci aſſentatione aucupantes, omnia ad voluntatem, nihil ad veritatem audentes loqui, vt canes muti, ſectas & hæreſes impias animo & ſermone ſequebantur. At Gothi poſtquam ſecundis vſi prælijs, Romanam potentiam fregiſſent, prouinciam vniuerſam, Ataulpho regnante, inter ſe partiti ſunt. Alanis Carthaginenſis Luſitanaque: Wandalis, qui etiam Silingui dicuntur Bætica contigit, Sueuis, & Wandalis nonnullis Gallœcia, Celtiberia vero quæ Tarraconenſis eſt in Romanorum ditione permanente. Seculari Hiſpaniæ imperio in Prouincias hac ratione veluti in partes ſciſſo, ſimili partitioni Eccleſiaſticus ordo ſubiacuit. Nam vnuſquiſque Rex in regni ſui nobiliori vrbe, Primatus & Metropolitæ ornamentum exigendum, ad imperij ſecularis auctoritatem retinendam vtile iudicabat. Præterea vt ſumma Pontificis auctoritate ſuffulta hæreſis quam ſequebantur, altius fixa hominum mentibus inhæreret, latiſſimeque nullo alio iudice propagaretur. Wandalis ergo Hiſpalis Bæticæ caput, Primatus nomine decoratur, ab Alanis in Carthaginenſi prouincia Toletum; Tarraco à Romanis; Bracara & Luco à Sueuis.

FELICIS I. PAPÆ

Epiſtola I.

Chariſſimo atque dilectiſſimo Paterno coëpiſcopo, Felix Epiſcopus in Domino Salutem.

G*AVDERE* [a] *me plurimum & exultare in Domino,* [b] dilectionis *tuæ ſcripta fecerunt; quibus euidenter oſtenditur, quantum Catholicam* [c] diligis *fidem, & quantum hæreticum* deteſtaris [d] *errorem. Hæreſis quippe eſt nimis impia, &* Euangelicæ *veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa Chriſtianæ religionis conatur fundamenta conuellere.*

a verba Leonis epiſt. 31.
b pietatis.
c dil'ig s.
d deteſteris.
e Euangelio.

Quoſcumque enim rapit ad ſe, non ſolum in *hoc vitium*, ſed in multa alia vitia ruere facit; & ipſo ſuadente antiquo hoſte, non ſolum perſecutores Eccleſiæ, ſed etiam Sacerdotum eius fiunt.

Vna [f] igitur *mente* corrigere curemus & *inſequamur* tales, & *ab hoſte ſuo* Eccleſiam ciuſque fideles & Sacerdotes Domini nitamur liberare. *Præſtabit vires omnipotens Redemptor noſter charitati atque iuſtitiæ, præſtabit nobis longe à* [g] *ſe poſitis vnitatem ſpiritus ſui, ipſe cuius artificio, quaſi in arcæ modum, quatuor mundi conſtructa lateribus, atque impu-tribilium lignorum compage & bitumine charitatis adſtricta* eſt Eccleſia, vt [h] *nullius aduerſitate ſpiritus, nullius venientis extrinſecus tumore fluctus perturbetur. Sed quemadmodum, illius gubernante gratia, petendum eſt vt nulla nos ſuperueniens exterius vnda conturbet; ita ex totis orandum eſt viſceribus*, frater chariſſime, [k] *vt ſua prouidentia dextra cumulum ſentinæ* [l] *nobis interioris exhauriat. Aduerſarius quippe Diabolus, qui contra humiles ſæuiens, ſicut* Leo rugiens, [m] circuit quærens quem deuoret, *non iam vt cernimus caulas* [n] circuiuit; *ſed ita validè in quibuſdam Eccleſiæ neceſſariis membris* [o] dentem *figit, vt nulli ſit dubium quia niſi vnanimiter,* [p] faciente *Domino*) *cunctorum prouida paſtorum turba concurrat, omne (quod abſit) citius ouile dilaniet.*

Quapropter detractores, [q] qui diuina auctoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum, ab Epiſcopali ſubmouemus accuſatione. Similiter ne ſummorum quiſpiam [r] minorum accuſationibus impetatur aut diſpereat.

Neque *in re* [ſ] *dubia certa* iudicetur *ſententia*; nec vllum [t] *iudicium* niſi *ordinabiliter habitum* teneatur.

Si [u] *quis ſuper quibuſlibet criminibus* Clericum [x] pulſandum crediderit, *in prouincia in qua conſiſtit ille qui pulſatur, ſuas* [y] exerceat *actiones*; *nec æſtimet eum accuſator* [z] *alibi aut longius pertrahendum ad iudicium. Illi vero qui pulſatus fuerit,* [a] *ſi* iudices ſuſpectos *habuerit, liceat appellare* Primates.

Primates quoque [b] *accuſatum* diſcutientes Epiſcopum *non ante ſententiam* proferant damnationis, *quam* [c] Apoſtolica freti auctoritate *aut reum ſe ipſe confiteatur*;

f *verba Greg. epiſt.36 lib.4.* vnit-, ergo mente in.equamur in homine malū ſuperbiæ, vt ab hoſte ſuo videlicet errore, prius ipſe homo liberetur, præſtabit &c.
g à vobis.
h adſtricta nullius.
i perturbetur Eccleſia, ſed.
k fratres chariſſimi.
l in nobis.
m 1.Pet.5.
n circuit.
o dentes.
p fauente.
q iiſdem verbis vtuntur Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 1. & Pſeudo-Iul. epiſt. 2. c. 28.
r vide Pſeudo-Clem. epiſtol. 1. Adrian. I. collect. c 19.
ſ verba Greg. epiſt. 30. li. 8 *graue eſt ſatis & indecens, vt in re dubia certa dicatur ſententia.*
t phraſ. Greg. epiſt. 52. li. 31.
u verba Adriani I. collect. c. 8. ſi quis Clericus.
x pulſatus fuerit.
y exerat vel exequatur.
z accuſ. ſuus.
a iudicem ſuſpectum.
b verba Aniani in conſtit. 1. lib. 9. tit. 40. Cod. Theodoſ. *Iudex criminoſum diſcutiens non ante, &c. proferat capitalem*
c quam aut reum.

aut per [d] *innocentes* & Canonice examinatos regulariter *teſtes conuincatur.*

Aliter, [e] *irritam eſſe* cenſemus & *iniuſtam Epiſcoporum damnationem*, & *idcirco à Synodo retractandam*: ita [f] vt oppreſſus ab omnibus, in cunctis ſubueniatur cauſis.

Caueant [g] *iudices Eccleſiæ, ne abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit*; [h] qui etiam rationem *pro* actione fratrum in præſentia dabunt.

Proditoris vero [i] *nec calumnia nec vox audiatur: nemo* [k] *enim* debitorem amplius *poteſt cognoſcere, quam ille qui iniuriam eiuſ*que *ſuſtinuit nequitiam.*

Omnes [l] ergo *qui in Chriſto volunt piè viuere, neceſſe eſt vt ab impiis & diſſimilibus patiantur opprobria, & deſpiciantur tanquam ſtulti & inſani, qui præſentia bona* [m] perdunt vt *inuiſibilia* & *futura* acquirant. *Deſpectio* tamen & *irriſio* talium *in* ipſos *retorquebitur* qui ipſos infeſtant; quia & *abundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia* tranſibit [n] *in confuſionem.*

Et *quicquid* [o] *iuſtis* aduerſitatum vel *malorum* [p] *irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis examen.*

Et ſicut aurum, quanto plus excoquitur, tanto melius efficitur: ſic iuſtus, quanto plus tribulatur [q] (ſi ipſam tribulationem patienter portauerit) multo purior & charior Deo redditur. Vnde ipſa per ſe veritas dicit; [r] *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* De talibus Dominus per Eſaïam loquitur dicens, [ſ] *Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt fratres veſtri odientes vos & abjicientes propter nomen meum, Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia veſtra, ipſi autem confundentur. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis. Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius, peperit maculum. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile? Nunquid parturiet terra in die vna? aut* parturietur *gens ſimul, quia parturiuit & peperit Sion filios ſuos? Nunquid ego qui* [t] *parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus?*

d aut conuictus, vel per teſtes vel per confeſſionis crimins ſui, aut homicidium, aut adulterium, aut maleficium commiſiſſe manifeſtius conuincatur.
e verba Concil. 4. Carth. c. 28.
f his verbis vtuntur Pſeudo Eleuther. epiſt. 1. Pſeudo Iulius epiſt. 2 &c.
g verba Concil. 4. Carth. c. 30.
h imo & cautam in Synodo pro facto dabunt.
i verba Aniani in conſt. 2. tit. 10. lib. 10. C. Theodoſ. *ſi quis proditor futurus eſt nec calumn. nec vox illius,* &c.
k verba conſtit. 3. eiuſd. tituli *nemo enim delatorẽ plus poteſt* &c. *per eius nequitiam ſuſtinuit.*
l Proſperi ſent 32 ex Auguſt. in pſal. 122.
m perdant, & inuiſibilia libi ac futura promittant. Sed hæc deſpectio & irriſio in impios retorq. cum & abund.
n tranſiet. o eiuſd. ſent. 53. ex Auguſt. de ciuit. Dei lib. 4. c. 3. p ab iniquis Dominis irrog. q vide ſup. Pſeudo-Alex. epiſt. 1. r Matth. 5.
ſ Eſai. 66. 5. verſio vulgata. t qui alios.

Si ego qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Lætamini cum Hieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea vniuerſi gaudio qui lugetis ſuper eam; vt ſugatis,& repleamini ab vbere conſolationis eius: vt mulgeatis,& delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius: quia hæc dicit Dominus, Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium quam ſugetis. Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis. Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Hieruſalem conſolabimini. Videbitis,& gaudebit cor veſtrum,& oſſa veſtra[u] ſicut *herba germinabunt. Et cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis. Quia ecce Dominus in igne veniet,& quaſi turbo* quadriga [x]*eius, reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis. Quia in igne Dominus* diiudicat, [y] *& in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino. Qui ſanctificabantur, & mundos ſe putabant in hortis, poſt Ianuam intrinſecus; qui comedebant carnem ſuillam,& abominationem, & murem, ſimul conſumentur dicit Dominus. Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis;& venient, & videbunt gloriam meam, & ponam in eis ſignum, Et mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad gentes in* [z]mari,*in* Africa,*in* Lydia,*tenentes ſagittam in Italiam & Græciam, ad inſulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus; & adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, &* [a] *quadrigis, & in lecticis, & in mulis,& in carrucis, ad montem ſanctum meum Hieruſalem, dicit Dominus; quomodo ſi inferant filij Iſraël munus in vaſe mundo in* domo *Domini. Et aſſumam ex eis in Sacerdotes,&* in *Leuitas, dicit Dominus: Quia ſicut cæli noui, & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus, ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum. Et erit menſis ex menſe, & Sabbathum ex Sabbatho, & veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur & videbunt cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur,& erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni*

Quid [b] *aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem* [c] flant, atque

u quaſi.
x quadrigæ.
y diiudicabit
z in mare, in Africam, in Lydiam.
a & in quadrig.
b hæc nullo modo cohærent ſunt autem Greg. epi. 45 lib. 8.
c ſufflant.

atque in oculos ſuos terram excitant? Et [d] *vnde plus detractionis perſlant, inde magis nihil veritatis* [e] vident?

Tales tamen, frater chariſſime, [f] *portandi* ſunt & corrigendi; quia [g] *cæci ſunt*, & *duces cæcorum*. His, chariſſime, reſpondi breuiter *conſultis* tuis, *quæ* te & omnes Epiſcopos regulariter *tenere mandamus*. Tuam tamen, frater, monemus prudentiam, vt pro ſtatu Eccleſiæ & Sacerdotum eius, pro viribus elaborare ſtudeas, & ordinem S. Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ per omnia teneas; & violari Sanctorum Decreta non permittas; ſed omnes quoſcumque potueris, inſtruas, vt [h] *fructuoſos manipulos* Domino repræſentes. Vale.

Data Nonis Iunij, Claudio & Aureliano viris Clariſſ. Coſſ. [i]

CENSVRA.

IMPOSTOR vulgatam Bibliorum verſionem ſequitur; Concilij 4. Carthag. Leonis, Proſperi, Gregorij, Adriani I. Cod. Theodoſiani & Aniani interpretis verba ſententiaſque deſcribit: falſam ad epiſtolæ finem Conſulatus notam apponit.

Extat fragmentum epiſtolæ Felicis I. ad Maximum Alexandrinum qui A.D. 264. Dionyſio ſucceſſit. vide act. 1. Concil. Epheſini ſub Cyrillo A. 431. habiti.

FELICIS I. PAPÆ

Epiſtola II. [a]

Felix Epiſcopus vniuerſis Epiſcopis per Galliæ prouincias conſtitutis, in Domino Salutem.

B*ONORVM* [b] *operum & ſpiritualium ſtudiorum Deum auctorem eſſe non dubium eſt, qui* [c] eorum *incitat mentes* & *adiuuat actiones*.

Vnde [d] *lætari me fecerunt ſcripta veſtra* ex bono ſtudio, & ex integritate fidei deuotionis veſtræ; ſed ex afflictione & contritione veſtra magna ex parte triſtatus ſum.

d vt vnde.
e videant.
f nota Idiotiſm. mercatoris.
g Matth. 15.
h hac phraſ. vſus Pſeudo-Soter epiſt. 1. Pſeudo Liber. epiſt. 12. &c.
i Claudij Conſulatũ ad A.D. 270. Dionyſij id. ponit Baronius: collegam Claudius habuit Quintum Paternum, non (vt ad marginem ſcripſit Binius) Marinianum: cuius vnicus cũ Quinto Paterno Conſulatus incidit in A.D. 269. Notabit autẽ Lector Baronium ex Caſſiodoro pro Mariniano Macrianum ſcribere.

a tertium locum occupare debuit, data enim fingitur 5. Idus Auguſti, ſequens vero Nonis Februarij Coſſ. Claudio & Paterno.
d verba Leonis epiſt. 32.
c quorum.
d phraſ. eiuſd. epiſt. 32.

Triſtis[c] enim *triſtes legi literas*[f] veſtras, *& ſcripta mœſta mœrore debito percurri; quia ſicut nos Eccleſiarum pax Sacerdotum*que eius *concordia* & *tranquillitas plebis audire facit gaudium*,[g] *ita nos affligit & deijcit fraterna*[h] afflictio.

Vos tamen nolite multum triſtari, quia ſicut *ipſa per ſe veritas* ait,[i] *ſi de hoc mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret; ſed quia de hoc mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus*; id eſt mundi amatores. Quicquid tamen hi loquantur aut aduerſum vos agant, vos tamen ſemper integram ſeruate fidem, & puram habetote conſcientiam,[k] *vt integer ſpiritus & anima ſeruetur in* die *Domini*.

Nos vero ad ſupplementum veſtrum fratres coepiſcopos noſtros vocauimus amplius quam[l] ſeptuaginta, cum quibus hæc quæ ſubter habentur inſerta regulariter tractanda decreuimus. Veſtris enim Epiſtolis in omnium audientia perlectis, quæ multas (vt noſtis)[m] *querimonias & oppreſſiones in ſe continebant* veſtras, Decretiſque quæ ſunt dè accuſationibus Epiſcoporum, *S.*[n] *Synodus dixit*;

Hæc[o] *ſunt quæ deinceps propter malorum hominum inſidias, qui in Eccleſiam &* in *Eccleſiaſticos*[p] ſæuiunt viros; *indifferenter* & *conſeruare firmiſſime volumus in ſecula.*

Si quis Epiſcopus ab illis accuſatorib. qui recipiendi ſunt fuerit accuſatus, poſtquam ipſe ab eis charitatiuè conuentus fuerit, vt ipſam cauſam emendare debeat; & eam corrigere noluerit; non olim, ſed tunc ad ſummos Primates cauſa eius Canonicè deferatur; qui in congruo loco intra ipſam prouinciam tempore[q] congruo, id eſt Autumnali vel Æſtiuo, *Concilium* regulariter *conuocare debebunt; ita vt ab omnibus eiuſdem prouinciæ Epiſcopis*[r] *inibi audiatur.*

Quo[ſ] *& ipſe* regulariter *conuocatus, ſi eum aut infirmitas aut alia grauis neceſſitas non detinuerit, adeſſe debebit.*

Quia[t] vltra prouinciæ terminos accuſandi ante licentia non *eſt, quam audientia rogetur.*

Nam ſi ſuis fuerit aut Eccleſiæ ſibi commiſſæ *rebus expoliatus, aut (quod abſit, quod alienum ab omnibus eſſe debet fidelibus) à ſede propria eiectus, aut in detentione aliqua*[u] *ſuis ouibus fuerit ſequeſtratus, tunc Canonicè antequam in*[x] priſtino ſtatu

reſtitua-

c in initium epiſt. Petri Epiſcopi Rauennatis Chryſologi dicti ad Eutychetem hæreſiarcham. Vide Concil. Chalced. parte 1. epiſt. 25.
f ſuis.
g *gaudium cœleſte* ſic Codex Bibl. ſtriſſ. Thuani & edit. Pariſ. An. 1623. at in actis Concil. Chalced. legitur *gaudere facit gaudio cœleſti*.
h diſſenſio.
i Ioan. 15.
Vide Greg. epiſt 45. li. 8.
k 1. Theſſ. 5.
l 70 Epiſcoſ. ſub Romana Metropoli fuiſſe docent veteres Notitiæ.
m nor. phraſ.
n Verba Adrian. I. Collect. Ingelramno datas c. 5.
o S. Synod. Rom.
p ſæuiſſet virus.
q à Canonib. præfixo Nicænis, Conc. Canonice conuoc.
r in eo.
ſ in quo.
ſ Co. Theod. lib. 9. tit. 1. Conſtit. 10.
u à ſuis.
x in priſtinũ reſtit. honorem, & ſua.

reſtituatur cum omni priuilegio ſui honoris, *& ſua omnia, quæ inſidijs inimicorum ſuorum ei ablata* [y] fuerunt, legibus *redintegrentur; nec conuocari, nec iudicari poterit, niſi ipſe pro ſua neceſſitate (minimè tamen iudicandus) aduenire ſponte elegerit.*

Nullatenus ergo [z] *à quoquam reſpondere* rogetur, *antequam integerrime,* [a] *omnia*, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius ab honorabili Concilio *legali* [b] *ordine* redintegrentur.

Præſul *vero cum omni honore* ſtatui priſtino reddatur; *& ipſe diſpoſitis ordinatiſque libere atque ſecure diu ſuis, tunc* regulariter infra quatuor, vel quinque, aut ſeptem menſes, iuxtà quod poſſibilitas ei fuerit, & non ante, [c] *conuocatus ad tempus Concilio in legitimo & Canonico veniat ad cauſam: & (ſi ita iuſte videtur) accuſantium propoſitionibus reſpondeat. Nam hoc ſummoperè prouidendum eſt, ne antequam hæc omnia fiant coactus reſpondeat; quia contentio ſemper vitanda eſt.*

Adimi [d] *namque Epiſcopo Epiſcopatum, antequam cauſæ eius exitus appareat, nulli Chriſtiano videri iure poteſt:* [e] quia talis præſumptio ſacrilegium, & au[illegible]or talium ſacrilegus.

Quod [f] *ſi ægrotans fuerit Epiſcopus, aut aliqua eum grauis neceſſitas detinuerit, pro ſe legatum ad Synodum mittat.*

Nec [g] à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum iudicum die ſtatuta literis euocatus, minimè occurrerit: hoc eſt [h] *niſi eum* aliqua [i] *præoccupauerit neceſſitas, infra ſpatium* prædictorum *menſium, & eo amplius, prout cauſa dictauerit.*

Quod ſi ex vtraque parte ad cauſam dicendam venerint; quia vnus abſque altero audiri non debet; quærendum eſt in iudicio cuius ſint conuerſationis & fidei atque ſuſpicionis accuſatores; aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debent niſi bonæ conuerſationis & rectæ fidei viri, hi videlicet qui omni ſuſpicione careant, & bona vita clareant, neque infames exiſtant.

Quod [k] ſi accuſatorum perſonæ *in iudicio Epiſcoporum* culpabiles *apparuerint*, ad arguendum non admittan-

y fuerant red.

z nec omnino à quoque reſp. cogatur.

a verb. Concil. Rom. 3. ſub Symmacho.

b legaliter redintegrentur ſeu redderentur: & ſtatui loci præſul regulariter prius ſtatui, &c. redderetur.

c Canonicè conuocatus ad tempus, &c.

d verba Concil. Afric. cap. 57.

e addit. impoſtoris.

f verba Adriani loco cit.

g verba Concil. 3. Carth. c. 7.

h Adrian. alias.

i Concil. Carth. infra ſpatium menſis Adri n. infra 2 vel 3. menſium ſpatiũ.

k Concil. Carth 3. ca. 7.

tur, niſi proprias cauſas aſſerere (non tamen *criminales*) *vel* Eccleſiaſticas voluerint.

Infamis[l] *enim perſona nec procurator eſſe poteſt nec cognitor.*

Abſente[m] *vero aduerſario non audiatur accuſator*; nec ſententia abſente parte alia à iudice[n] *dicta, vllam obtinebit* firmitatem: Neque,[o] *abſens* per alium *accuſari aut* accuſare poteſt, *nec affinis teſtis admittatur.*

Neminem[p] *ergo* exhiberi de prouincia *ad prouinciam vel* ad comitatum *oportet*, niſi ad relationem iudicis,[q] *ad quem* fuerit appellatum:[r] *id eſt vt* actor *ſemper* rei forum ſequatur.

Si quis[ſ] *autem iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.*

Peregrina[t] *vero iudicia generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt, vt ab externis iudicetur qui comprouinciales & à ſe electos debet habere iudices.*

Hæc,[u] fratres, ad veſtram & omnium coepiſcoporum opem & defenſionem in Synodo vnanimiter ſunt Decreta,[x] *vt ſi forte aliqui ſtultorum*[y] vos accuſare, qui Diabolicæ deceptionis *errore decepti ſunt*, voluerint, *dum iſta legerint* vel audierint, *reſipiſcant*, & ad vnitatis concordiam reuertantur; & quod prius erat in vltionem tranſibit in gloriam.

Nam proculdubio multi ſunt,[z] *qui (ſecundum Apoſtoli vocem)*[a] *prurientes auribus, à veritate auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur*, & ad nocumenta bonorum tranſeunt. *Ait*[b] autem idem *Apoſtolus de infidelium ignorantia, ſi cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Similiter ſi hi Dominum perfecte cognouiſſent & amaſſent, nunquam ſeruos eius perturbaſſent, nec verbis aut factis perſecuti eſſent.[c] Quod *vero idem Apoſtolus dicit*,[d] *ſi enim cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per*

l Adrian. loco citato, ex Aniano in ſent. Pauli lib. 1. tit. 2. his verbis vtente: --- *Nec procurator in cauſa aliena, nec procurator & Dominus vt pro re ſua agat infamis perſona fieri poteſt.*

m verba Aniani in ſent. Pauli lib. 5. tit. 5. ſent. 6.

n data nullam obtinet.

o Pauli verba ſent. lib. 5. tit. 16. *Neque accuſator per alium accuſare, neque reus per aliũ defendi poteſt, &c.*

p titulus Nouellæ primæ libri tertij.

q à quo.

r verba Nouellæ citatæ Martiani Aug. & Cõſt. 4. lib. 2. tit. 1. Cod. Theod.

ſ Adriani I. verba loco cit to ex Aniano in nouellam, *neminem exhiberi.*

t eiuſd. cap. 17. Collect. ex Conſtit. 10. tit. 1. lib. 9. Cod. Theod. u Hæc auctoribus ſols ne tibi de impoſtura bl[illegible]nd[illegible] [illegible] ſtituimus. x Verba Conc. [illegible]. Hiſpal. cap. 13. p. 329.

y Stultorum huius in[illegible] [illegible]ore decepti ſunt dum iſta legerint reſipiſcant, rectæque fidei veritatem firmi[illegible] te[illegible]ne[illegible]nt nam proculdubiò, &c. z ſunt ſtultorum. a 2. Tim. 4.

b Concil. 2 Hi[illegible]al. c. 13. p. 332. Nam quod ait Apoſt. de, &c. 1. Cor. 2.

c Concil. Hiſpa[illegible]. Ibid. poſt lin. 14. cum vero.

d Rom. 5. poſt mortem filij eius ſic dicitur Dei filius, &c.

mortem

mortem filij eius: cur inſequimur fratres? cur perturbamus ſtatum Eccleſiæ Dei, & eos qui ei ſeruire debent affligimus? Martyres enim paſſi ſunt, [e] *non tamen animæ* eorum *occiſæ ſunt in corporis paſſione, ore veritatis atteſtante:* [f] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Vbi agnoſci oportet*, quod *ſi animæ Martyrum corpore perempto ſupplicijs extingui non poſſunt*, nec animæ prædicatorum & Doctorum [g] *perſequi* debuiſſent aut perturbari, & à Dei famulatu auerti, quia cum corporibus non deficiunt.

Tales autem perturbatores Eccleſiæ non ſolum prędicta agunt mala, ſed [h] *& memorias Martyrum execrantur.* Quapropter in præfata conſtituimus Synodo, vobiſque & omnibus Eccleſiis tenendum & agendum mandamus, vt *ſuper* [i] *memorias Martyrum miſſæ celebrentur*, ne memoriæ eorum à talibus extingui aut veneratio poſſit prohiberi.

Vos vero, fratres, nolite multum turbari, [k] nolite *vexari*, ſed [l] *confortamini in Domino, & in potentia* claritatis *eius.* Habetote interim iſta ad ſuffragiū veſtrum Apoſtolica auctoritate Decreta; & ſcitote, nos ſemper paratos habere etiam (ſi neceſſe fuerit) vſque ad mortem, ad quæcunque vobis neceſſaria fuerint (Domino opem ferente) perficienda.

Illi tamen, auctore Deo, peribunt; & vos ſtabitis, ſi tamen [m] *labor veſter non* fuerit *inanis*, ſed [n] plenus fide & charitate.

Væ, [o] inquit propheta, *qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, &c.* *

Data 5. Idus Auguſti [p] Claudio & Paterno viris Clariſſ. Coſſ.

e verba Concil. 2. Hiſpal. ibid. Sic dicitur Dei filius mortuus, ſicut dicitur de martyribus paſſis ac mortuis quorum tamen non ſunt, &c.
f Matth. 10.
g not. barbariſm.
h vide Can. 20. Concil. Gangr. interp. Dionyſ.
i Memoriæ non ſolum ſepulchra martyrum ſed ædificia μνήμας χάριν erecta, teſte Auguſtino de Ciuit. Dei lib 22. ca 10. ea cum frequentare ſolitos ſciret veteres Chriſtianos impoſtor, pontificalis verba mutuatus fingit morē antiquum in legem verſū decernente Felice; quaſi vero non licuerit poſtea alibi conuenire quam in Martyrum monumētis. Vide Beda m hiſt. l b 2. ca.

CENSVRA.

IMPOSTOR Iulij, Leonis, Chryſologi, Gregorij, Martini I. Adriani I. Conciliorum Africani, Carthaginenſis 3. Romani 3

2. Gregorium decreti de miſſis ſuper corpora apoſtolorum celebrandis auctorem laudantem: & Ioan D ac lib 2. cap 20 vitæ Gregorianæ. k Quis velit vexari? l Eph. 6. m 1. Cor. 15. n labor plenus fide &c. o Abac 2.

* [vt infra in epiſtola prima Pſeudo-Felicis II ad Ægyptios.] p A. D. 270. Dionyſij 10. obiit Dionyſius A. 272. Decembris 26. ſucceſſit Felix eiuſdem menſis vltimo.

ſub Symmacho, Hiſpalenſis I I. Codicis Theodoſiani, Nouellarum, & Aniani interpretis, ſententias, Stercore ſuo obruit; Mendoſam ad finem conſulatus notam adiicit, &c.

Extingui Martyrum memorias pietas vetat, religioſam eis adorationem exhiberi ſyncera fides non patitur: Idolomaniam pontificiam execiabitur qui volet eſſe pius, ſanctorum in Domino quieſcentium contemptum vitabit, quicunque *mortem iuſtorum in conſpectu Domini eſſe pretioſam: alios de fortitudine fidelium exempla patientiæ*, & (vt Apoſtoli verbis vtar) διὰ πίστεως ἀποθανόντας ἔτι λαλεῖσθαι meminit. Hic ſequenda veteris Eccleſiæ praxis cuius teſtis locuples epiſt. Smyrnenſium ab Euſebio deſcripta Hiſt. lib. 4. cap. 15. τοῦτον (Chriſtum) μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ θεοῦ προσκυνοῦμεν, τοὺς δὲ μάρτυρας ὡς μαθητὰς τοῦ κυρίου καὶ μιμητὰς ἀγαπῶμεν ἀξίως. ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον: ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι. Audiendus eſt & Hieronymus lib. aduerſ. Vigilantium ad Riparium hæc ſcribens. *Nos, non dico martyrum reliquias, ſed ne Solem quidem & Lunam, non Angelos, non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim. & omne nomen quod nominatur & in præſenti ſeculo & in futuro colimus & adoramus, ne ſeruiamus creaturæ potius quam creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Honoramus autem reliquias Martyrum, vt eum cuius ſunt Martyres adoremus.* Ead. Auguſtini ſententia de Ciuit. Dei lib. 22. cap. 10. *Nos* (inquit) *Martyribus noſtris non templa ſicut Dijs, ſed memorias* ſicut hominibus mortuis; *quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus; nec ibi erigimus altaria in quibus ſacrificemus martyribus, ſed vni Deo & Martyrum & noſtro ſacrificium immolamus, ad quod ſacrificium ſicut homines Dei, qui mundum in eius confeſſione vicerunt ſuo loco & ordine nominantur: non tamen à Sacerdote qui ſacrificat* inuocantur; *Deo quippe non ipſis ſacrificat, quamuis in memoria ſacrificet eorum: quia Dei Sacerdos eſt non illorum*, &c. Vide lib. 20. aduerſ. Fauſtum c. 21. &c.

Pſalm. 115.
Leo epiſt. 97.
Heb. 11.

FELICIS I. PAPÆ

Epiſtola I I I.[a]

Dilectiſſimo fratri Benigno Felix Epiſcopus in Domino Salutem.

SVSCIPIENTES [b]*fraternitatis tuæ* epiſtolas, quibus me requiſiſti ſuper fidei documentis quæ ab aliis habebantur aliter quam rectæ fidei contineant Sacramenta, prout Dominus dedit pro fraternitatis amore reſpondere non refultauimus. Sem-

a Si fides habeatur notæ menſtruæ non tertia ſed prima dicenda eſt.

b initium epiſt. 5. Zachariæ Papæ.

Semper enim [c] *dubia & maiora negotia* terminum ab hac S. ſede à tempore Apoſtolorum, qui eam ſuis documentis inſtruxerunt, accipere conſueuerunt. Et ideo tu recte feciſti quod huius S. ſedis conſultis te cæteroſque firmari & inſtrui voluiſti.

c vide Vigil. epiſt. 2.

Continebant enim literæ tuæ fratrumque tuorum, quod quidam dicunt [d] *Filium non poſſe proprie videre Patrem; quia ſcriptum eſt, Deum nemo vidit vnquam.* Et alij fingunt, *Ideo* [e] *minor eſt Patre Filius*, quoniam *pater* illi perhibet *teſtimonium*. Quidam autem garriunt, quod ideo Patre minor eſt, [f] *quia inuiſibilis ipſe dicitur, Filius vero viſibilis* comprobatur. Hi enim ignorantes diuinarum ſcripturarum & Apoſtolorum *iura* ex proprio aut adulterino ſenſu talia fabricant, & ſeducere corda fidelium quærunt.

d titulus 18. cap. libri Ithacij duerſ. Varimadum.
e titul. 19.
f tit. 20.

Nos vero [g] *ad ipſius fontis originem redeamus, ex quo Filium Patrem ſemper videre potuiſſe vel poſſe, euidẽtioribus teſtimoniis,* [h] *Veteris & Noui* Teſtamenti *literis doceamus, Salomone dicẽte*; [i] Eſt tecum ſapientia quæ nouit opera tua, quæ affuit tibi, cum faceres orbem terrarum, & ipſa nouit quid ſit placitum *coram* oculis tuis. [k] *Et Dominus in Euangelio*, nemo nouit filium niſi pater, neque Patrem quis nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. *Et* [l] iterum, nemo Deum vidit vnquam, niſi vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe [m] *narrauit. Et iterum Iudæis*, [n] Vos non noſtis eum, ego autem noui eum; Quod ſi dixero quia non noui eum, ero ſimilis vobis, mendax. *Item ibi*, qui ex Deo eſt, hic nouit eum. *Et iterum*, ego noui eum, quia ab ipſo ſum. *Ecce docuimus, quia videt ſemper Filius Patrem. Quomodo* [o] aſtruunt *eum Patrem non poſſe videre*, in cuius ſinu noſcitur permanere?

g verba Ithacij cap. 18 *nunc igitur*, ad &c.
h de Vet. & Noui Inſtrumenti.
i Sap 9. & tecum.
k Matth. 11.
l Ioan. 1. & item.
m en rrauit.
n Iudæis dicit. Ioan. 8.
o vos aſtruitis.

Si [p] *ſereno ſenſu diuinas recenſeas ſcripturas, inuenies non ſolum patrem filio teſtimonium perhibentem, ſed totam ſimul inſeparabilem Trinitatem, ipſo Domino proteſtante,* qui ait; [q] Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me Pater. *Et iterum*; Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum verum eſt, quia ſcio vnde venio & quò vado. [r] *Et*

p Ithacij verba cap. 19.
q verba addita. Ioan. 8.

de Spiritu ſancto. Cùm venerit paracletus ſpiritus veritatis, ille teſtimonium perhibebit de me. Intende [f] *quæſo,* intende, *quoniam in quibus vna teſtificationis virtus oſtenditur, nullus ab* [t] aliquo *neque potior, neque inferior iudicatur.*

Sapius [u] *iſta iam diximus*, *quia ſecundum hominis formam Filius viſibilis dicitur; ſecundum verò Deitatis ſubſtantiam inuiſibilis prædicatur: Paulo* [x] atteſtante *Apoſtolo.* O altitudo, [y] *inquit*, diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam [z] *incomprehenſibilia* ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. *Et in Eſaia,* [a] Cui ſimilem *æſtimatis* [b] *eum*, cum ſit ipſe inuiſibilis? Et item *Apoſtolus*, [c] Mihi autem minimo omnium ſanctorum data eſt gratia hæc in gentibus, Euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit [d] *diſpoſitio* ſacramenti abſconditi à ſeculis, in [e] *quibus* omnia creauit. *Item ipſe,* [f] Qui eſt *ait*, imago Dei inuiſibilis. *Et ad Coloſſ.* Ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſſionibus [g] *meis pro vobis, & ſuppleo* [h] quę deſunt tribulationum Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia, [i] *cuius* factus ſum ego miniſter ſecundum diſpenſationem Dei, *in* miniſterium Chriſti, quod abſconditum fuit à ſeculis & à generationibus. *Item ibi,* [k] Vt *conſolentur* corda eorum in charitate, in omnes diuitias adimpletionis intellectus; in agnitionem myſterij, [l] quod eſt Chriſtus, in quo ſunt omnes theſauri Sapientiæ & ſcientiæ abſconditi. *Et in Pſalmo 76.* In mari *eſt* via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur. *Et in Salomone*, Sapientiam [m] Dei præcedentem omnia, quis *inueſtigabit?* [n] *Item ibi,* Radix ſapientiæ cui reuelata eſt? & aſtutias illius quis [o] *agnouit? Item ibi;* Diſciplina ſapientiæ cui manifeſtata eſt, & multiplicationem ingreſſus illius quis intellexit? *Item ibi;* Quoniam [p] mirabilia ſunt opera Domini ſolius, & glorioſa & abſconſa, & opera illius inuiſa [q] *hominibus. Ecce ſicut pater inuiſibilis eſt, ita etiam & Filius inuenitur. Quomodo* [r] ergo ab illis qui hoc dicunt quod mandaſtis, *in eo quod nobis carnaliter ſe videri dignatus eſt, patre inferior iudicatur?*

Talibus nolite credere vos, & alios ab eorum ſenſu auertere docete. Vos ergo. [ſ] *ſeruite Domino in timore*, ...

[f] intendite, quæſo, intendite.
[t] alio.
[u] eiuſd verba cap. 20.
[x] proteſtāte.
[y] Rom. 11.
[z] I. hac. inſcrutabilia.
[a] Eſai. 40.
[b] æſtimaſtis Dominū aut cui ſimilem æſtimaſtis.
[c] ait Apoſtolus. Eph. 3.
[d] diſpēſatio.
[e] in Chriſto qui omnia.
[f] Coloſſ. 1.
[g] verba addita ab impoſt.
[h] l. hac. & vulgata verſio adimpleo.
[i] cui factus.
[k] Coloſſ. 2. I. hac. conſoletur.
[l] myſterij Dei.
[m] Eccl. 1.
[n] inueſtigauit.
[o] agnouit.
[p] Eccl. 11.
[q] omnibus.
[r] Quomodo ã vobis in eo quod pro nobis &c.
[ſ] Pſal. 2.

& exultate ei cum tremore, apprehendite diſciplinam, ne pereatis de via iuſta.

Hæc vero Apoſtolorum eſt viua traditio, hæc vera charitas &c. [t]

Data Nonis [u] Februarij Claudio & Paterno viris Clariſſ. Coſſ.

t *vt ſupra in epiſto. a Pſeudo Lucij ad finem vſque.*

u A.D. 270. triennio antequam Dionyſio ſuccederet Felix.

CENSVRA.

INITIVM epiſtolæ Barbaro quiſquiliarum expoſitore digniſſimum, vt & notatio Conſulatus fallax, cætera Ithacio, Leoni, & Agathoni reſtituenda ſunt.

EVTYCHIANI PAPÆ Epiſt. I.

Chariſſimis fratribus Ioanni & omnibus per Bæticam prouinciam conſtitutis Epiſcopis Eutychianus Epiſcopus in Domino Salutem.

[a] HORTATVR *non æquitas poſtulationis, deſiderio fraternitatis tuæ gratanter innuere*; & conſultis tuis breuiter reſpondere.

[b] Et quamuis [c] *dilectionem tuam* [d] ſciam *ad omne opus bonum eſſe deuotam; vt tamen efficacior fiat*, ad illos qui ſanè non ſapiunt, qualiter eos de incarnatione Saluatoris noſtri informare debeas, mandamus.

[e] *Vnum igitur hoc* [f] *immobile fundamentum, vna hæc* [g] *felix fidei petra Petri ore confeſſa, Tu es, inquit, Chriſtus Filius Dei viui, tanta in ſe argumenta ſuſtinens veritatis; quantæ* [h] peruerſitatis *quæſtiones & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in cæteris diſpenſatio voluntatis paternæ* [i] ſit. Ergo *partus & corpus, poſtque crux, mors* [k] inferni *ſalus noſtra eſt. Humani enim generis cauſa Dei Filius natus ex virgine eſt: & Spiritu ſancto ipſo ſibi in hac operatione famulante, & ſua, Dei videlicet inumbran-*

a Initium epiſtolæ 5. Symmachi ad Cæſarium Arelatenſem.

b initium epiſt. 46. Leonis cuius verba vſurpant Pſeudo Stephanus epiſt. 1. Pſeudo-Ioannes epiſtol. 1.

c licet dil.

d ſperem.

e ſeqq. deſumpſit nebulo ex epiſt. 97. Leonis citantis Hilarium. vide lib. 2. de Trinit. p. 19. edit. Baſil. 1570.

f hoc eſt. g. hæc eſt. h peruerſitatum. i eſt. Virgo. k inferi.

l inſtruxit. *te virtute, corporis ſibi initia conſeuit, & exordia carnis* [l] inſti-
tuit, *vt homo factus ex virgine naturam in ſe carnis acciperet,*
m perquā. [m] *per* quam *huius admixtionis ſocietatem, ſanctificatum in eo*
n vt. *vniuerſi humani generis corpus exiſteret.* [n] Et *quemadmodum*
o in ſe. *omnes* [o] *in* ipſo *per id quod corporeum ſe eſſe voluit* [p] confide-
p conderen- rentur, *ita rurſum in omnes ipſe per id quod eius eſt inuiſibile*
tur. *referretur. Dei igitur imago inuiſibilis pudorem humani exordij*
non recuſauit, & per conceptionem, partum, vagitum & cunas,
omneſque noſtræ naturæ contumelias tranſcurrit. Quid tandem
q affectu. *dignum à nobis tantæ dignationis* [q] affectu *rependetur? Inenar-*
rabilis ergo *à Dei originis, vnus vnigenitus Deus in corporis*
humani formam ſanctæ Virginis vtero inſertus accreſcit: qui o-
r & intra. *mnia continet,* [r] *intra quem & per quem cuncta ſunt, humani*
partus lege profertur. Ad cuius vocem Archangeli atque Angeli
ſ reſoluſtur. *tremunt, cælum & terra & omnia huius mundi* [ſ] reſoluuntur
t vagitu. *elementa,* [t] vagitus *infantiæ auditur; Qui inuiſibilis & incom-*
prehenſibilis eſt, non viſu ſenſu tactuque moderandus, cunis eſt
u recolet. *obuolutus. Hæc ſi quis indigna Deo* [u] recolit, *tanto ſe maioris be-*
x confitebi- *neficij obnoxium* [x] confitetur *quanto minus hæc Dei* [y] con-
tur. uenerunt *maieſtati. Non ille eguit homo effici, per quem homo*
y conuene- *factus eſt; ſed nos eguimus vt Deus caro fieret & habitaret in*
rint. *nobis, id eſt aſſumptione carnis, vnus* [z] *interna vniuerſæ carnis*
z membra. *incoleret. Humilitas eius noſtra nobilitas eſt; contumelia eius, ho-*
nor noſter eſt: quod ille [a] *Deus in carne conſiſtens, hoc nos viciſſim*
a ille eſt. *in Deum ex carne renouati.*

b Leo ibid. ex Hilar. lib. 9. de Trinit. p. 116. Chalced. Syn. act. 2. Theodoret. Dial. 2. *Planè vitam* [b] *ſuam neſcit, qui Chriſtum Ieſum vt verum*
Deum, ita & verum ignorat hominem, & eiuſdem periculi res
eſt, Ieſum Chriſtum vel Spiritum Sanctum *Deum* non crede-
re, *vel carnem noſtri corporis* in Chriſto *denegare.* [c] *Omnis er-*
c Matth. 10. *go,* [d] ait, *qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego*
d inquit. *eum coram patre meo qui eſt in cælis.* [e] *Hæc verbum caro factum*
e ſeqq verba citant Hilar. & ex eo Leo. *Qui autē negauerit me,* &c. *loquebatur, & homo Ieſus Chriſtus Dominus maieſtatis docebat,*
Mediator ipſe in ſe ad ſalutem Eccleſiæ conſtitutus, & ipſo illo in-
ter Deum & homines mediatoris Sacramento; [f] vtrinque *v-*
nus exiſtens, dum ipſe ex vnitis in idipſum naturis, naturæ v-
f vtrumque. *triuſque res eadem eſt; ita tamen vt neutro careret in vtroque,*
ne forte Deus eſſe homo naſcendo deſineret, & homo rurſum Deus
manendo non eſſet. Hæc itaque humanæ Beatitudinis fides vera
eſt, Deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri:
neque

neque Deum neſcire quod homo ſit; neque carnem ignorare quod verbum ſit.

Natus [g] *igitur vnigenitus* Deus *ex virgine homo, & ſecundum* g Leo ibid. ex
plenitudinem temporum in ſemetipſo [h] *profuturus in Deum ho-* Hilario e-
minem, hunc per omnia Euangelici ſermonis modum tenuit, vt iuſd li. p. 117.
ſe Dei Filium credi doceret, & hominis Filium [i] *prædicaret & ad-* h prouectu-
moneret; loquens & gerens homo vniuerſa quæ Dei *ſunt,* [k] *lo-* rus.
quens & gerens deinde Deus *vniuerſa quæ hominis ſunt; ita ta-* i prædicari admoneret.
men vt in ipſo illo vtriuſque generis ſermone nunquam niſi cum k loquens deinde &c.
ſignificatione hominis locutus [l] *ſit &* Dei: [m] Hæc *itaque fallen-* l & Dei ſit.
di ſimplices atque ignorantes hæreticis occaſio eſt, vt quæ ab eo m ibid. Hinc.
ſecundum hominem dicta ſunt, dicta eſſe ſecundum diuinæ naturæ
infirmitatem mentiantur: & quia vnus atque idem eſt, loquens
omnia quæ loquitur de ſemetipſo, omnia eum de diuinitate *lo-*
cutum eſſe contendant: nec ſane negamus, totum illum qui [n] ei n eius.
manet naturæ ſuæ eſſe ſermonem. Sed ſi Ieſus Chriſtus & homo
& Deus, [o] *& neque cum homo ſit, tum primum* Deus, *neque* o eſt.
tum, *cum* & *homo* ſit & Deus, *tum non etiam &* Deus *neque*
poſt hominem in Deo, *non totus homo totus* Deus, *vnum atque*
idem neceſſe eſt [p] dicatur *eius eſſe Sacramentum quod generis.* p dictorum.
Et eum in eo ſecundum tempus diſcernis hominem à Deo, Dei
[q] tunc *atque hominis diſcerne ſermonem. Et cum* Deum *atque* q tem.
hominem in tempore [r] confiteris Dei tunc *atque hominis in* r confitebe-ris.
tempore dicta dijudica. Quum verò ex homine & Deo, *rurſum* ſ etiam.
totius hominis totius [ſ] iam Dei *tempus intelligis:* [t] ſiquidem t ſi quid a-liud.
illud *ad demonſtrationem* [u] *temporis dictum eſt, tempori coapta-* u eius tem-poris.
to quæ dicta ſunt; vt cum aliud ſit ante hominem Deus, *aliud ſit* x ei in Sacra-
homo & Deus, *aliud ſit poſt hominem &* Deum, *totus homo,* & mento.
totus Deus; *non confundas temporibus & generibus diſpenſatio-* y iam.
nis Sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum a- z manens.
lium [x] cum *Sacramento hominis neceſſe eſt ſermonem fuiſſe non* a hæc verba omiſimus θε-
nato, alium adhuc morituro, alium [y] etiam *æterno. Noſtri igitur* λήσεως, non ta-
cauſa hæc omnia Ieſus Chriſtus [z] gerens, *& corporis noſtri ho-* men omittens
mo natus, ſecundum conſuetudinem naturæ noſtræ locutus eſt. naturæ ſuæ eſſe quod Deus eſt
[a] *Nam tametſi in partu* [b] & *paſſione* [b] & *morte naturæ noſtræ* b leg ac.
rem peregerit, res tamen ipſas omnes virtute naturæ ſuæ geſſit. c Leo ibid. ex

Videſne [c] *ita* Deum *& hominem prædicari, vt mors homini,* Hilar. eiuſd. libri p. 119.
Deo *vero carnis excitatio deputetur? non tamen vt alius ſit qui* Chalc. Syn.
mortuus eſt, & alius ſit per quem mortuus reſurgit. Spoliata enim ibid. Theodo ret. Dial. 2.

[d] carne, *Chriſtus eſt mortuus: & rurſum Chriſtum à mortuis excitans, idem Chriſtus eſt carne ſe expolians, Naturam Dei in virtute reſurrectionis intellige; diſpenſationem hominis in morte* [e] agnoſce. *Et cum ſint vtraque ſuis geſta naturis, vnum tamen Chriſtum Ieſum eum memento eſſe, qui vtrumque eſt.*

Hæc [f] *igitur demonſtranda à me paucis fuerunt; vt vtriuſque naturæ formam tractari in Domino* [g] noſtro *meminiſſemus,* [h] *quia qui manens in forma Dei, formam ſerui ſuſcepit, ipſe diuinitatem nequaquam amiſit.*

Cæterum, fratres, hortamur vos vt moneatis [i] eos conuerti ad Deum: vnde ſcriptum eſt, [k] *fili* [l] *ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis, nihil proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas* [m] *in omni via. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Eſto firmus in via* [n] *Domini, & in veritate ſenſus tui, & ſcientia; & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei vt intelligas; & cum ſapientiâ* fer [o] *reſponſum. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo; ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati;* [p] *lingua vero imprudentis ſubuerſio* [q] illius. *Non appelleris ſuſurro, & lingua tua ne capiaris & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia;* & [r] denotatio *peſſima ſuper bilinguem: Suſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter:* [ſ] *Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium* [t] *enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus, & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut Taurus; ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedet, & fructus tuos perdet; & relinqueris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam* [u] diſperdit, *qui ſe habet, & in gaudium* inimici *dat illum, &* deducit *in ſortem impiorum.*

Talibus vos exhortationibus, fratres, viciſſim monetote & bona ſemper ſectamini, malaque vitate. [x] *Magnus* enim ſtudiis *(ſecundum beatum Apoſtolum) præcauendum eſt, ne fides & diſciplina Domini blaſphemetur.*

Etſi [y] *illa nonnunquam ſinenda ſunt, quæ (ſi cæterorum conſtet inte-*

d caro.
e cognoſce.
f Leo Ibid. ex eiuſd. lib. p. 120. Chalced. Syn. Ibid.
g Domino Ieſu Chriſto.
h Seg deſum pta ex Leone nam in Codice Hilariano hæc verba leguntur *qui in forma Dei manebat formam ſerui accepit: per quã obediens vſq; ad mortem fuit.*
i quos monetis?
k Ec 1 5. impoſtor non à verſionem ſequitur.
l non tardes.
m vulg *in omnem viam.*
n al. Dei.
o feras reſponſum verum profer.
p al *in lingua*
q eſt ipſius.
r vulg *denotatio.*
ſ cap. 6.
t al. *improp & contumel.*
u vulg. *diſperdet inimicus deducet.*
x verb Gelaſij epiſt 9.
y Gelaſij verba epiſt. 9. ad epiſc. Lucaniæ.

ſtet integritas) ſola nocere non valeant: illa tamen ſunt magnopere præcauenda quæ recipi[z] ſine *manifeſta decoloratione* non[a] poſſunt. At *ſi ea ipſa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda*[b] credentur, *vel rerum temporumque cogit intuitus, vel accelerata prouiſionis reſpectus excuſat: quanto magis illa* ſunt [c] *nullatenus mutilanda, quæ nec vlla neceſſitas, nec Eccleſiaſtica prorſus extorquet vtilitas?* Idcirco, fratres, iſta pærtulimus, vt hæ ſpecies quas non licet offerri ſuper altare iuxta conſtitutionem Apoſtolorum [d] eorumque ſucceſſorum, ad domum ſacerdotum deferantur, & ſacerdotibus benedicantur, & per ſimplicem benedictionem benedicta demum à populis ſumantur,[e] fabæ tantum & vuæ, & cætera, quæ Apoſtoli conſtituerunt ſuper altare offerantur.

Optamus[f] *igitur, fratres chariſſimi, & totis omnipotentem Dominum precibus exoramus, vt dilectionem veſtram in amoris ſui*[g] conſtantiam *faciat magis magiſque ferueſcere, atque in pace Eccleſiæ*[h] *in vna vos concedat*[i] manere *concordia.*

Admonemus[k] *etiam fraternitatem*[l] veſtram *vt in commiſſis*[m] vobis *animabus ſolerter*[n] inuigiletis, *animarumque magis lucris quam commodis vitæ præſentis*[o] intendatis. *In continendis vero ac diſponendis rebus*[p] *Eccleſiaſticis* diligentes cuſtodes exiſtatis, *vt ex omni parte ſuſceptum* vos condigne *geſſiſſe paſtoris officium venturus iudex, cum ad iudicandum venerit, debeas*[q] approbare.

[r] *Omnipotēs* autem *Deus ſua vos protectione cuſtodiat, honoremque*[ſ] à Deo vobis collatum *moribus ſeruare concedat*; atque cum[t] *multiplici fructu* animas vobis commiſſas ad *paſcua* æterna adducere, ſibique condigne repræſentare adiuuet; voſque inter ſanctos & electos ſuos collocare dignetur.

Data 2. Idus Aprilis,[u] Aureliano & Marcello viris Clariſſimis Conſulibus.

z niſi.
a poſſint, ac.
b creduntur.
c leg. null... mu...iunt.
d Can. 3. 4. 5. Apoſt. ex interpre. Dionyſ. Conc. il. Carth 3. can. 24.
e de fabis, nil Canon. vt ac enim ... offerri: permittit autem oblationem ſic i ... *in nouarum ſpicarum* v. vertit Dionyſ. aut *frumentorum* vt vult Holo ader. Cōſentiente Conc. Carth. can. 24 Turrianus & Gentianus legūt χιδρων quod cum præcedentibus canonis verbis pugnat, & Adriani I Epitome. Hoc loco impoſtor pontificalis nugas imitari voluit.
f verb Greg. M. epiſt. 52. lib. 4
g conſtantia.

h leg. in pace Eccl manere & in, &c. i leg. magnoperè retineri. k verba Greg. lib. 2. epiſt. 25. indict. 10. l tuam. m ſibi. n inuigilet &c. o intendat. p Eccleſiæ diligens inſiſtat vt omni ex parte ſuſceptum digne te geſſiſſe. q appellare.

r idem lib. 4 epiſt 50. ſ perceptum vos in.

t *Multiplicis fructus* ſæpius mentionem facit Gregorius. Vide epiſt. 52. libr. 7. & 48. & 127. *paſcuorum æter.* epiſt. 16. lib. 12.

u Nullus conſulatus Aureliani cum Marcello, ſed cum Marcellino, qui incidit in A. D. 276. Baronio.

Baronij iudicium de hac epiſtola, & ſequenti.

x Hæc ex Baronio Binius, vt ſolet.

Leguntur Eutychiani nomine duæ epiſtolæ quarum [x] [*prior aduerſus venena Pauli Samoſateni paratum antidotum habet.*] Vide ad A.D.283.§.17.

CENSVRA.

NEVTRAM Eutychiani, cuius nomen præfert, eſſe mox conſtabit: prior, ſi quod antidotum paratum habet, ex Hilario habet, agnoſcente Leone primo; cui ſi priſcorum pontificum Decretales notæ fuiſſent, nunq am vindicaſſet Hilario quæ Martyrem eumque (dum in viuis eſſet) Romano Eccleſiæ præfectum habuiſſent. Nota ergo, Lector, Pſeudo-Eutychianum verborum Hilarij deprauatorem, Leonis ipſius, Gelaſij, Symmachi, Gregorij diuitiis hinc inde corrogatis, onuſtum palam incedere: ideoque furem manifeſtarium.

Pontificale Baron. ad A. 283. 15.

Hic conſtituit fruges, fabas & vuas ſuper altaria benedici. Idque (ſi Baronio & Binio Baronij interpolatori credamus) vt magis obniteretur erroribus Manichæorum, &c.

CENSVRA.

ISIDORVM, Hyperbolimæum, Baronium, & in Baronio Binium, decepit pontificalis ſcriptor: quem forte Iſidori Hiſpalenſis ſeculo vixiſſe ſuſpicor.

EVTYCHIANI PAPÆ

Epiſtola II.

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis, Eutychianus.

a Epiſt. ad Epheſ. cap. 1. Impoſtor nec Italicam nec Hieronymianam verſionem per omnia ſequitur.

b Ital. *coram ipſo.*

c volg. *qui prædeſtinauit.*

BENEDICTVS [a] *Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto; ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, immaculati* [b] *in conſpectu eius in charitate;* [c] prædeſtinans *nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gra-*

tiæ

tiæ ſuæ: in qua[d] gratificatus eſt nobis *in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ*[e] abundauit *in nobis in omni ſapientia & prudentia, vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitum eius quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto quæ in cælis, & quæ in terra ſunt in ipſo. In quo etiam*[f] *ſorte vocamus ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum*[g] *eius qui omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ; vt ſimus*[h] nos *in laudem & gloriam eius, qui antè ſperauimus in Chriſto; in quo & vos cum audiſſetis verbum veritatis, Euangelium ſalutis veſtræ;*[i] *in quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis Sancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. Propterea*[k] *& ego, audiens fidem*[l] *veſtram in Domino Ieſu Chriſto, & dilectionem in omnes Sanctos, non ceſſo, gratias*[m] *agens pro vobis,*[n] *memoriam veſtri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti,*[o] *pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in*[p] agnitionem *eius,*[q] *illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ hæreditatis eius in Sanctis; &*[r] *quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos*[ſ] *qui* credidimus *ſecundum operationem potentiæ*[t] *virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, &*[u] *conſtituens ad dextram ſuam in cæleſtibus*[x] *ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & Dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed*[y] *& in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum*[y] *dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus*[z] eius, *& plenitudo eius, qui omnia in omnibus*[a] adimplet. [b] *Et vos*[c] *cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aëris huius, ſpiritus qui nunc operatur*[d] *in filijs diffidentiæ; in quibus & nos aliquando conuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtræ facientes*[e] volun-tatem *carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ ſicut & cæteri.*

d Italica & vulgata *gratificauit nos.*
e vulg. *ſuperabundauit.*
f vulg. *Nos ſorte, &c.* Ital. *in quo ſortiti ſumus.*
g Ital. *Dei qui vniuerſa creauit.*
h Ital. & vulg. *ſimus in laudem.*
i Ital. *veſtra credentes.*
k Ital. *propter exaudita, &c.*
l vulg. *veſtrã quæ eſt.*
m Ital. *agendo.*
n Ital. *commemorationẽ veſtri facere.*
o Ital. *pater claritatis.*
p Ital. *in agnitione* vulg.
q Ital. *Illum habere, &c. ad hoc vt ſciatis quæ eſt, &c. in Sanctos.*
r Ital. *quæ eſt excelſa Mag. eius in vos qui creditis.*
ſ *qui credimus* vulg.
t Ital. *fortitudinis.*
u Ital. *& collocauit ad dextram ſibi*
x vulg. *ſupra, etiam*

y *dedit ſuper* Ital. vulg. *ſuper omnia ipſi Eccleſiæ.* z Ital. *corp. & plenit.* vulg. *corp ipſius.*
a Ital. & vulg. *adimpletur.* b Cap. 2.
c vulg. *vos conuiuificauit.*
d vulg *in filios.* e vulg. *voluntates,* Ital. *voluptates carnis & conſiliorum eius.*

Modo, fratres, quia ex filiis iræ, ſua gratia, & gratuita miſeratione fecit nos Deus filios ſuos; & nos qui digni ſerui non eramus, nullis meritis præcedentibus, ſed ſua (vt diximus) gratia facti ſumus filij eius, [f] *in quo clamamus Abba Pater*; ſequentes eius exempla ſimus filij miſericordiæ & iuſtitiæ atque dilectionis, vt veri filij Dei & dici & eſſe ipſo auxiliante valeamus. [g] *Deponentes* (iuxta Petrum Apoſtolum) *omnem malitiam & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias & omnes detractiones.* Hi vero qui talia agunt, non filij Dei, ſed potius filij nequam eſſe comprobantur, ſicut Paulus ait Apoſtolus: [h] *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ,* [i] inuidia, *homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia; quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequentur.*

Graue, fratres, verbum & horrendum nimis quod ait, *quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequentur.* Et ipſa per ſe veritas dicit; *Quid prodeſt homini vniuerſum mundum* [k] lucrari, *animæ verò ſuæ detrimentum* pati? Grauia ſunt nimis quæ prætulimus, & [l] *perualdè* cauenda: quibus enim regnum Dei præcluditur proculdubiò & *Eccleſia denegatur.* De quibus Dominus in Euangelio, poteſtatem Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum annuncians, ait; [m] *Quorum dimiſeritis peccata, dimittuntur eis; & quorum alligaueritis alligata erunt:* id eſt, quibus *Eccleſiam interdixeritis*, [n] niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis & ianua regni cœleſtis clauſa erit.

Vnde iſta præcauentes & ſtultorum animos præuidentes, cura paſtorali cum omnibus Epiſcopis & [o] ſanctæ *Romanæ atque vniuerſalis* Eccleſiæ [p] *vtriuſque ordinis* fidelibus ſtatuimus.

Nunquam in Eccleſiaſticis agendum eſſe *negotiis, ſicut in ſecularibus. Nam in ſecularibus legibus poſtquam vocatus* quis *venerit, & in foro decertare cœperit, non licet ei ante peractam cauſam recedere: in Eccleſiaſticis verò, dicta cauſa recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.*

f Rom. 8.
g 1. Pet. 2. ſec. vulg. edit.
h Gal. 5. ſecund. vulg. verſ.
i inuidiæ.
k Matth. 16. Ital. *ſi vniu. mundũ*, vulg. *lucretur.*
l Nota floſculos orationis *peruadè* barbaræ.
m confundit ὑποδολάς duas Euangelij ſententias Ioan. 20. & Matth 18.
n no. phraſim.
o oppoſitum in appoſito.
p quos ordines intelligit Impoſtor? an [illegible] Eucharistiam ſtatuen[illegible] Clero & populo communicare voluiſſe? [illegible] verbis vtitur pſeudo Felix II. in epiſt. 1. ad Ægyptios [illegible] ſententia Leonis [illegible] 54. *aliam rerum ſecularium, aliam diuinarum rationem* vide Pſeudo-Victorem epiſt. 1.

Accu-

Accuſationis [r] vero *ordinem* [ſ] talem & dicimus,& *ſeruari iubemus*, [t] id eſt; Si quis Clericorum in crimine impeditur, *non ſtatim reus* exiſtimetur *qui accuſari potuit*, [u] *ne* ſuſpectam *innocentiam faciamus*; *ſed quiſquis ille eſt, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis* [x] arripiat, [y] cuſtodiat *ſimilitudinem, habita tamen dignitatis aeſtimatione* [z] potiatur. *Nec* [a] forte ſibi *nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij*.

Haeretici enim omnes, & ſuſpecti, & *excommunicati*, [b] *homicidae* quoque atque *malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos magoſque concurrerint nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi.*

Nulli [c] *infami* vnquam, *atque ſacrilego de quocunque negotio liceat aduerſus religioſum Chriſtianum; quamuis humilis ſeruiliſque perſona ſit, teſtimonium dicere; nec de qualibet re actione* vel *inſcriptione Chriſtianum impetere.*

Omnibus quoque ſimiliter [d] *accuſandi vel teſtificandi licentia denegetur qui Chriſtianae religionis & nominis dignitatem, & ſuae legis, vel ſui propoſiti normam aut regulariter prohibita neglexerint.*

Similiter prohibemus, vt [e] *nullae cauſae à iudicibus Eccleſiaſticis audiantur quae legibus non continentur, vel quae prohibita eſſe noſcuntur.*

Haec non ſolum Eccleſiaſticae, ſed & [f] ſeculi leges obſeruari praecipiunt. [g] Non enim [h] *paſſim vageque* Sacerdotum ac uſatio debet fieri. Nam ſi facile admitteretur, perpauci minis inuenirentur.

[i] Quia [k] *omnes qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem* patiuntur. *Beati* [l] tamen *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

r verba Codicis Theod. li.9.tit.1.cōſtit.vl. quae repetit pauciſſimis immutatis Adrian. I. ad Ingeltramum cap.7.
ſ ia idudum legibus inſtitutum.
t vt quicunque in diſcrimen capitis arceſſitur.
u aeſtimetur neſubiectā.
x accipiat.
y cuſtodiae.
z leg. patiatur.
a impunitam fore.
b Adrian. I. collect. Ingelramo datae cap.63. eadē verba repetunt Pſeudo-Euſeb. epiſt.3 pſeudo-Felix II epiſt.1.
c iiſdē verbis vtitur Pſeudo-Felix ibi. videtur antē reſpexiſſe ad ſententiam Pauli & interpret. Aniani aſſerentis, *infames ad agendas cauſas nec mandatū dare, nec ſuſcipere ab altero poſſe.* Anian in ſent. Pauli lib 1.tit.2 ſent.1. d verba Pſeudo-Anacleti epiſt.1. Pſeudo Felicis II. epiſt.1. quibus plagiarius corrupit interpretationem conſt.1.tit 7.1 b.10.C.Theodoſ Aniani interpretis verba haec ſunt, *vt teſtandi licentia denegetur qui Chriſtianae religionis & nominis dignitatem neglexerint.* e Pſeudo Felix II. ibid.
f quae ſeculi leges hoc ſtatuerant tempore Eutychiani & antiquiorum? hic ſe prodit ψευδολόγος. g hoc argumento vtuntur Pſeudo-Eleuther. epiſt.1. Pſeudo-Fabian. epiſt.2. Pſeudo-Euſeb. epiſt.1. h verba Concil.2.Carth.c.6.
i 2.Tim.3.12. k nota collectionem, an ſoli paſtores à Chriſto Patri commendati, aut perſequutionum iniuriis expoſiti? l Matth.5.

[m] Ioan. 17. ſecund. verſ. vulgatam.

Vnde & ipſa per ſe veritas ait, [m] Pater, *manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt, quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo; non pro mundo rogo, ſed pro eis quos dediſti mihi, quia tui ſunt: & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt vnum ſint ſicut & nos. Cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi cuſtodiui; & nemo ex his perijt niſi filius perditionis, vt ſcriptura* [n] *impleatur. Nunc autem ad te venio & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus odio habuit eos, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo: ſanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mũdum. Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me; vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint,* [o] *& mundus credat quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi dedi eis; vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis & tu in me, vt ſint conſummati in vnum; vt cognoſcat mundus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti. Pater quos dediſti, volo vt vbi* [p] *ego ſum & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Pater iuſte, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerũt quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum & notum faciam; vt dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit, & ego in ipſis.*

[n] Pſal. 40. & 108.

[o] vt credat mundus.

[p] ſum ego.

[q] Ioannis nullam hactenus mentionem feciſti, ſed *veritatis*: Ioãnes non veritas ſed Apoſtolus veritatis, id eſt miſſus ad teſtimonium de veritate perhibẽdum.

Et [q] idem Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta in prima epiſtola ſua loquitur dicens: [r] *chariſſimi, diligamus inuicem, quia charitas ex Deo eſt; & omnis qui diligit ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum,* [s] quia *Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per*

[r] 1. Ioan. 4. ſecundum verſ. vulg. quã ſubinde adulteras.

[s] Ital. *quia Deus dilectio* vulg. *quoniã.*

per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc [t] intelligimus *quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis,* [u] quantum *de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus & teſtificamur, quoniam pater miſit Filium ſuum Saluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognouimus & credidimus charitati quam habet Deus in nobis, Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij; quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas* [x] *mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui* [y] autem *non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus à* Deo, *vt qui diligit Deum diligat & fratrem ſuum.*

t Ital. & vulg. *cognoſcimus.*
u Ital. *quia* vulg. *quoniã.*
x Ital. *foras mittit,* vulg.
y Ital. & vulg. *qui enim.*

Omnis [z] *qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus & mandata eius faciamus. Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus; & mandata eius grauia non ſunt.*

[a] Et per Prophetam Dominus monendo ne lædantur diſcipuli ſui eorumque ſucceſſores, inquit, [b] *Circumdat Angelus Domini in gyro timentes eum, & eruet eos. Guſtate & videte quoniam bonus* eſt *Dominus. Beatus vir qui ſperat in eo. Timete Dominum* [c] omnes *ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Leones indiguerunt & eſurierunt; quærentibus Dominum non deerit omne bonum.* [d] Ambulate *Filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis eſt vir qui velit vitam,* diligit [e] *dies videre bonos? Cuſtodi linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Recede à malo, & fac bonum: quære pacem & perſequere eam. Oculi Domini* ſuper *iuſtos, & aures eius ad clamorem eorum. Vultus* autem Domini [f] in *facien-*

z cap. 5. ſec. veri. vulga 5.
a Propheta non loquitur de Apoſt. eorumque ſucceſſoribus, ſed de timentibus Deum, ſanctis, ſperantibus in Deo, cuiuſcũq; ordinis.
b Pſal. 33. ſec. verſionẽ Hieronymianã, cui aliena admiſcet.
c ex le 1.
d Italica *venite* Hieron.
e ex Italicâ.
f Ital. & Hieron *ſuper facientes mala.*

tes malum, *vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt* [g] iuſti, *& Dominus exaudiuit* eos, *& ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxta eſt Dominus contritis corde, & confractos ſpiritu ſaluabit.* Multa [h] mala iuſta, *& ex omnibus illis liberabit eum Dominus. Cuſtodit* [i] Dominus *omnia oſſa eius, vnum ex his non confringetur. Interficiet impium malitia, & odientes iuſtum culpabuntur. Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum,* & liberabit eos.

g ex Italica.
h It.l. multa tribul iuſtorũ Hieron mul ta trib. iuſti.
i ex Italica.

Vos ergo, fratres, ſuper Dominum [k] *ponite corda veſtra,* [l] *& ipſe enutriet* vos; quia *non dabit in æternum fluctuationem iuſtis. Deus autem* Dominus noſter *deducet* inimicos noſtros, iuxta Prophetæ vocem, *in puteum interitus,* quoniam *viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Vos autem ſemper ſperate in Domino, & *fiduciam habetote* in eo, quia ipſe liberabit nos. Ipſe eſt enim [m] Benedictus à ſeculo vſque in ſeculum, *& regni eius non erit finis.*

k Pſal. 47.
l Pſal. 54. miſcuit verſ. Hieron. cum vetere.
m Luc. 1.

Data [n] decimotertio Kal. Octobris, Caro ſecundo & Carino viris Clariſſ. Conſul.

n A.D. 283. quo ſcilicet Eutychi anus martyrij coronam adeptus eſt.

CENSVRA.

HÆc epiſtol. Eutychiani eſſe non poteſt. Nam 1. Honorij & Theodoſij iunioris conſtitutionem A.D. 423. Mariniano & Aſclepiodoto Coſſ. datam, impuro ſtylo conſpurcat, & ad libitum deſcribit. Sicut & 2. Aniani interpretationes legibus Theodoſianis & Pauli ſententiis additas A.D. 506. Alarici regis 22.

3. Adriani I. Decreta in gratiam Ingelrami Metenſis Epiſcopi A.D. 786. collecta interpolat.
4. Scripturas ex Hieronymi verſione citat.
5. Citatas imperite torquet, & quibus locis Spiritus S. de piorum ſocietate loquitur, de Epiſcopis & Clero verba nominatim fieri ſibi perſuadet.
6. Meminit legum ſeculi de Epiſcoporum priuilegiis.
7. Barbariſmis ſcatet, & ſcriptoris infantiam prodit.

Anton. Auguſt. Archiepiſc. Tarrac. in collect. Adriani I. cap 7.

Suſpicor ex conſtitutione vltima Honorij & Theodoſij lib. 9. tit. 2. Cod. Iuſtiniani, ſi tempora patiantur, ſumpta eſſe hæc omnia, aut eam conſtitutionem Eutychiani verbis conſcriptam eſſe.

CAII PAPÆ

Epiſtola.

Dilectiſſimo fratri Felici Epiſcopo Caius.

DIRECTAS[a] *ad nos tuæ charitatis epiſtolas plenas Catholicæ inquiſitionis ſolitudine gratanter accepimus, benedicentes*[b] Domini *noſtri clementiam; quia tales*[c] ab *extremis mundi partibus dignatur ſuis cuibus prouidere paſtores, per quos & paſcuis valeant ſalutaribus abundare, & ab*[d] iniqui lupi *rapacitate ſeruari*[e] vt *inſidias nequeant eius ſubreptionis incurrere. Vnde certum eſt, quia promiſſa vos beatitudinis gratia ſubſequatur, quando à vobis cæleſtium perfectio doctrinarum, tam votiua ſciſcitatione perquiritur. Scriptum*[f] *eſt enim,* Beati qui perſcrutantur teſtimonia eius, & in toto corde exquirunt eum.

Hoc ergo, frater chariſſime, propoſitum tuæ conſultationis tota mente tractantes, de te quoque prouenire[g] confidimus, *qui regulam Catholicæ fidei iiſdem ſtudes tenere veſtigijs quibus*[h] *in Apoſtolica* ſede *cognoſcis eſſe fundatam. Et quamuis*[i] ſonus eorum toto orbe diffuſus, & vſque ad fines orbis terræ verba eorum diſtenſa, *dilectionis tuæ corda Chriſto*[k] probauerunt *eſſe fidelia; tamen ſi quid ex his in Eccleſia, quæ tuæ gubernationi.* ([l] Domino *auxiliante) commiſſa eſt, necdum plena luce clarueret, ad eundem fontem de quo illa ſalutaris manarat lympha recurritis,* id eſt, *quod debita charitate ſumus amplexi; quia fiducialiter de his, vnde apud*[m] vos *obſeruantiam eſſe dixiſtis ambiguam, noſtra voluiſtis reſponſione firmari. Quapropter dilectionem tuam in Domino ſalutantes; de ſingulis quid iuxta Catholicam Diſciplinam teneat Apoſtolicæ ſedis autoritas, ſubiectis aliquibus etiam ſanctarum capitulis regularum, te credimus inſtruendum.*

Primo quidem ſcias,[n] Paganos & hæreticos, non

a Vigilij Papę epiſt. 2. ad Eutherium ab initio.
b Dei.
c in.
d antiqui hoſtis.
e &.
f Pſalm. 118.
g contendimus.
h eam in Apoſtolica fide.
i Pſalm. 18.
k probauerit.
l Deo.
m eos.
n hic ſuo ipſius iudicio perit Sorex: quia enim Eutychiani temporibus paganitatis nomine Sacrileges gentilium ritus deſignaui.? De v.cis vſu quam ferat Baronius ſententiam audimus: *Primus, inquit, quem inuenerim antiquorum qui Paganum pro Ethnico acceperit, eſt Optatus Mileuit. lib. 3. contra Parmenianum. & Auguſt lib. 2. retract. c. 43.* Vnde autem Pagani appellati ſunt cultores idolorum? *Opinor,* inquit idem, *à temporibus Chriſtianorum imperatorum eam vocem in eam tranſiſſe ſignificationem vt Pagani dicerentur gentiles; ea nimirum ex cauſa, quod legibus Imperatorum, clauſis idolorum delubris, ſacriſque*

poſſe Chriſtianos accuſare aut vocem eis infamationis inferre.

Deinde [o] nemo vnquam *Epiſcopum apud iudices* ſeculares aut alios clericos *accuſare* præſumat.

Et [p] *ſi quis Epiſcopus*, [q] *presbyter*, aut *Diaconus*, vel quilibet Clerici *apud* Epiſcopos (quia *alibi non oportet*) *à qualibet perſona*, quæ ritè recipienda eſt, *fuerint accuſati*, quicunque fuerit, *ſiue ille ſit ſublimis vir honoris, ſiue vllius alterius dignitatis qui hoc genus* illaudabilis *intentionis* [r] arripuerit, *nouerit*, probationis documenta *ſe debere inferre. Si quis ergo circa huiuſmodi perſonas non probanda detulerit, autoritate huius ſanctionis intelligat ſe* [s] *iacturam* infamiæ ſu-

vitiis, Gentiles ſic ſua ipſorum ſuperſtitione excluſi Pagos adirent, illicque ſuos Deos colerent, ac clandeſtina ſacra peragerent. In pagis enim & villis illorum ſuperſtitionis cultū fuiſſe frequentē, docet Cicero li. 2. de leg. Erāt enim illic celebria feſta, Paganalia dicta, feriaq; Paganica, quorum omnium meminit Varro lib. 5. de lingua Latina. Vnumquemque gentilium in ſuo agro habuiſſe partem aliquam dijs ſacratam, in qua eos colerent, autor eſt Cenſor in lib. de die natali cap. 1. Prædictis his omnibus ea conſentiunt quæ ſcribit Plinius in epiſto. ad Traianum, dum queritur iam ob cultum Chriſtianæ religionis, non tantum (*vt ait*) *in ciuitatibus, ſed & in vicis & agris ſacra Deorum eſſe intermiſſa: ſicque accidiſſe, vt Ethnicus homo quod in pagis Deos coleret diceretur Paganus. In hanc ſententiam Romanus Martyr apud Prudentium ſic ait*, Non erubeſcis, ſtulte pago dedite. *Idemque aduerſus Symmachum lib. 1. in fine hæc habet*, nec pago implicitos per debita culmina mundi, ire viros prohibet, &c. *Sicque* pago deditos, pagoque implicitos *gentiles ipſos vocat. Vſque etenim ad tempora Honorij Imp. quæ erat in pagis idololatria adhuc reſidua fuiſſe videtur.* teſtes [illegible] Baron. Auguſt. Serm. 6. de verbis Domini, Concil. Carthag. 5. can. 15. Zenon. Veron. in Pſalm. 49. Deinde ſubiungit. *in ſingulis pagis fuiſſe locum dicatum Dijs tutelaribus, actaque ibi feſta Paganalia dicta, teſtatur Dion Halicarn lib. 1. hiſt. Rom. quæ plura habet de orig. Paganorum* addit*que Paganis etiam olim militare fuiſſe conceſſum. Cum autem militia priuati eſſent, probro vertebatur aliquem dici Paganum. Vnde illud Taciti lib. 4. hiſt.* Mox infeſtus Piſo oris nis; vos inquit [illegible] ga 1. *Sub Chriſtianis vero imperatoribus Gentiles* (*vt dictum eſt*) *eiuſmodi nota ignominiæ affecti ſunt. Tunc vero ipſi extra militiam poſites à militibus ac cæteris Chriſtianis Paganos eſſe dictos, ſicque in poſterum eodem cenſitos eſſe nomine, facile contingere potuit.* Hæc in Not. Martyrol. [illegible] Ianuar. 3. Idem in Annal. Tom. 3. ad A. D. 51 [illegible] nos dictos a [illegible] Con[illegible] m [illegible] cuſantes qua [illegible] *ad paganitatem redacta eſt.* In [illegible] m commune nomen gentilium: [illegible] obſoleſcente priſca idololatrarum appellatione) gentilium, nomine [illegible] Cod. Theod. lib. [illegible] 14. Conſti[illegible] vn cà [illegible] ex Iuriſcon[illegible] ſcriptis. Non *quod nec in diuinis ſcripturis neque apud autores Ethnicos ante tempora Conſtantini, vel Conſtantis filij eius [illegible] vox Pagani eo ſenſu* [illegible] *reperiatur, id quidem* [illegible] credamus *cogit.*

o hæc è [illegible] The[illegible] lib. 6. tit. 2. Conſtit. 2. [illegible] *man[illegible] mansuetudinis noſtra* (inquiunt Impp.) *lege prohibemus in iudicijs Epiſcopos accuſari, &c.* quæ verba [illegible] in erp[illegible] Auianus: *S[illegible] ne quis [illegible] apud iudices publicos Epiſcopum accuſare* [illegible] *ſed in Epiſcoporum au[illegible] præferri non differat, &c.* [illegible] lex 9 Kal. Octob. Acc. Non. Octob. Arbitione & L[illegible] M. A. [illegible] A[illegible] 9. à Maſyrio C[illegible].

p C[illegible]. Theod. lib. 16. [illegible] 2. Conſt. 41. cuius verba [illegible] Adrian. I. Collect. Ingelramo d[illegible] cap. 22. [illegible] Vide & [illegible] III [illegible]

q [illegible] *presb. Diacon. & quicunque inferioris [illegible] Chriſtianæ legis miniſter apud Epiſcopum* [illegible] *ſiquidem.* r [illegible] *arripuerit, nouerit docenda pro [illegible] documentis*

ſ [illegible] iacturæ famæ propriæ ſubiacere.

ſunerc;

ſtinere, *vt damno pudoris*[t] æſtimationis *diſpendio diſcat ſibi alienæ* vel *verecundiæ impunè inſidiari ſaltem de cætero non licere.*

Nam[u] qualiter ad Concilium veniatur, aut qualiter *de ſuis rebus* expoliati vel eiecti à ſedibus propriis; aut qui accuſatores ſint recipiendi, quive non ſint; aut qualiter eiectis & expoliatis ſint omnia legibus redintegranda quæ eis ablata ſunt; & quia priuſquam hoc factum fuerit nullum crimen eis obiici poterit: & qualiter illis induciæ poſt integram inſtaurationem *anniverſariæ* vel ſex menſium indulgendæ ſint; & qualiter ſua omnia licenter & pacificè abſque vllius graui impedimento diſponere, & ſuorum amicorum & Eccleſiaſticorum patrum conſiliis vti debeant, ſufficienter [x] ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus ac noſtris prædeceſſoribus ſtatutum eſſe putamus. Super his autem non reor amplius nunc fore diſputandum, niſi ſi ſurrexerint talia quæ adhuc non ſunt manifeſta. Si eorum autem ſtatuta non habueritis, mittite[y] fideliſſimos ſcriptores qui hæc coram fidelibus teſtibus excipere, vobiſque reportare *ſub ſtipulatione* valeant.

Cæterum vt ſatisfaciam conſultis tuis de verbo incarnationis & veritatis: [z] *Quicunque* illi *ſunt ita obſecrati, & a lumine veritatis alieni, vt*[a] verbi *Dei à tempore incarnationis*[b] *denegent veritatem, oſtendant in quo ſibi Chriſtianum nomen vſurpent, & cum Euangelio veritatis qua ratione concordent, ſi*[c] *beatæ virginis partu, aut caro ſine Deitate aut Deitas eſt orta ſine carne. Sicut enim negari non poteſt (Euangeliſta dicente, quod*[d] verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis; *ita negari non poteſt, (B.*[e] *Apoſtolo Paulo prædicante) quod Deus* erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. *Quæ autem reconciliatio*[f] poteſt *eſſe, qua humano generi*[g] repropiciaretur *Deus,* ſi hominis *cauſſam mediator Dei hominumque* non *ſuſciperet? Qua vero ratione veritatem Mediatoris impleret, niſi qui in forma Dei æqualis eſt patri, in forma ſerui particeps eſſet & noſtri; vt mortis vinculum, vnius prævaricatione contractum, vnius morte (qui ſolus*[h] *morti nihil debuit)*

t exiſtimationis.

La... lex A. D. 412. Honorio IX. & Theodoſ. V. Augg. Coſſ. A. 11. à coronatione Caij.

u Hæc præcedentibus non cohærẽt, ſtylus arguit autorem coccyſmis ſuis infœlicibus inde.inem et eadem demurmurantem.

x vbi?

y vide Concil 6. Carth. c. 4 & 9.

z Sequentia Leonis epiſt. 97. contineri agnoſcit Surius: nos eius eſſe contendimus.

a verbo.

b adde humanæ carnis dereg

c leg. per B. Virg. partum.

d Ioan. 1.

e 2. Cor. 5.

f eſſe poſſet.

g propitiaretur Deus niſi omnium.

h Ergone Maria à peccati orig. reatu immunis contraxit debitum quod ſoluere teneretur?

ſolueretur? Effuſio enim [i] *iuſti ſanguinis Chriſti tam* [k] *fuit diues ad pretium, vt ſi vniuerſitas captiuorum in redemptorem ſuum crederet, nullum Diaboli vincula retinerent; quoniam, ſicut Apoſtolus ait,* [l] vbi abundauit peccatum ſuperabundauit & gratia. *Et cum ſub peccati præiudicio nati poteſtatem acceperint ad iuſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum libertatis quam debitum ſeruitutis. Quam itaque ſibi in huius Sacramenti præſidio ſpem relinquunt, qui in ſaluatore noſtro negant humani corporis veritatem? Dicant, quo ſacrificio reconciliati; dicant, quo ſanguine ſint redempti. Quis eſt (vt ait* [m] *Apoſtolus)* qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis? *Aut quod vnquam ſacrificium ſacratius fuit quam quod verus & æternus pontifex altari crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit.* [n] Licet *in conſpectu Domini pretioſa* iuſtorum *mors* fuit, *nullius tamen inſontis occiſio redemptio fuit mundi.* [o] *Acceperunt iuſti, non dederunt coronas.* [p] *De fortitudine fidelium exempla nata ſunt patientiæ non dona iuſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſoluit, cum* [q] Filius hominis, *vnus ſolus Dominus noſter Ieſus Chriſtus qui vere erat agnus immaculatus extiterit in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſunt ſuſcitati, De quibus ipſe dicebat,* [r] Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum, *fides etenim* [s] *iuſtificans impios, & creans iuſtos, ad humanitatis* [t] retracta participium *in illo acquirit ſalutem, in quo ſolo homo ſe inuenit innocentem, liberum habens per gratiam* Dei *de eius potentia gloriari; qui contra hoſtem humani generis in carnis noſtræ humilitate congreſſus, his victoriam ſuam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Licet ergo in vno* Domino noſtro *Ieſu Chriſto vero* Dei *atque hominis filio verbi & carnis vna perſona ſit, quæ inſeparabiliter atque indiuiſè communes habeat actiones; intelligendæ tamen ſunt ipſorum operum qualitates, & ſinceræ fidei contemplatione cernendum eſt ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo* [u] Deitatis: *quid ſit quod caro ſine verbo non agit; & quid ſit quod verbum ſine carne non efficit. Sine* [x] *verbo enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret; & ſine veritate carnis obuoluta pannis infantia non taceret, ſine verbi potentia non* [y] *adorarent Magi puerum ſtella*

i leg. pro iniuſtis ſanguinis iuſti Chriſti.
k leg. tam potens fuit ad priuilegiũ, tam diues.
l Rom.5.
m Epheſ.5.
n leg. Quamuis enim multorum Sanctorum in conſp. ... fuerit.
o Pſalm.115.
p & ce.
q leg. in ea filius hominum.
r Ioan.12.
ſ vera Iuſt.
t ſiue tracta participem.
u Diuinitatis.
x Luc.1. & 2.
y Matth 2.

ſtella indice declaratum, [z] ſine veritate carnis non iuberetur transferri in AEgyptum puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine verbi potentia, non diceret vox Patris miſſa de cælo, [a] Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipſum audite: & ſine veritate carnis non proteſtaretur [b] Ioannes, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine [c] verbi potentia nō fieret redintegratio debiliū, & viuificatio mortuorum: & ſine veritate carnis, nec cibus [d] ieiuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremò ſine verbi potētia non ſe [e] Dominus Patri profiteretur æqualem; & ſine veritate carnis non idem diceret; [f] Patrem ſe eſſe maiorem, cum Catholica fides vtrumque ſuſcipiat; vtrumque defendat, quæ ſecūdum confeſſionem B. [g] Petri Apoſtoli, vnum Chriſtum Dei [h] Filium & hominem credit & verbum. Quamuis itaque ab illo initio, quo in vtero virginis [i] verbum caro factum eſt, nihil vnquam inter vtramq; formam diuiſionis extiterit; & per omnia incrementa corporea vnius perſonæ fuerint totius temporis actiones; ea ipſa tamen, vt ita dicam, quæ inſeparabiliter facta ſunt nulla [k] permixtione confundimus, ſed quid [l] cuiuſque formæ ſit ex operum qualitate ſentimus. [m] Dicant ergo iſti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua formâ crucis ligno [n] Dominus maieſtatis affixus ſit; quid iacuerit in ſepulcro; & reuoluto lapide monumenti, quæ tertia die caro reſurrexerit: & in qua poſt reſurrectionē ſuam non credentes quoſdam diſcipulos arguebat, & hæſitationem cunctantium confutabat, cum diceret, [o] Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere; & Apoſtolo Thomæ, infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis; Quâ vtique manifeſtatione corporis ſui iam hæreticorum mendacia deſtruebat, vt vniuerſa Eccleſia Chriſti [p] innouanda doctrinis, hoc ſibi non dubitaret credendum quod Apoſtoli ſuſceperant prædicandum. At ſi in tanta luce veritatis tenebras ſuas hæretica obduratio non relinquit; oſtendant vnde ſibi ſpem vitæ polliceantur æternæ, ad quam niſi per [q] Mediatorem Dei & hominum hominem Ieſum Chriſtum non poteſt perueniri. Sicut enim ait B. [r] Petrus Apoſtolus, non eſt aliud nomen datum hominibus ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Nec eſt redemptio captiuitatis humanæ niſi in ſanguine eius [ſ] qui dedit ſemetipſum redemptionē

z & ſine.
a Matth 17.
b Ioan.1.
c Matth.11.
d Matth.4.& 8
e Ioan.10.
f Ioan.14.
g Matt.16.
h Dei viui.
i Ioan.1.
k commixtione.
l cuius.
m hic omiſſæ lineæ 4. edit. Pariſ. anni 1623 Col.498
n 1.Cor.2. Ioan.18 & 19 Matth.28. Luc.24. ibid.
o Ioan.20.
p imbuenda.
q 1.Tim.4.
r Act.4.
ſ 1.Tim.2.

pro omnibus: *& qui, ſicut prædicat Apoſtolus,* Cum in [t] forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens patri vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. *Cum ergo vnus ſit Dominus Ieſus Chriſtus, & veræ Deitatis, veræque humanitatis in ipſo vna prorſus eademque perſona ſit; exaltationem tamen qua illum (ſicut Doctor gentium dixit)* exaltauit Deus, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, *ad eam intelligimus pertinere formam quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, & inter genitorem atque* [u] genitum, *nulla erat in eſſentia diſcretio, nulla in maieſtate diuerſitas; nec per incarnationis myſterium aliquid deceſſerat verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem ſerui, per quam impaſſibilis Deitas* Sacramentum *magnæ* [x] pietatis *impleuit, humana humilitas eſt, quæ in gloriam diuinæ poteſtatis euecta eſt* [y] in tantam vnitatem, *ab ipſo conceptu virginis,* [z] Deitatis & humanitatis *concerta,* vbi *nec ſine homine diuina, nec ſine Deo agerentur humana. Propter quod ſicut* Dominus [a] maieſtatis *dicitur crucifixus, ita qui ex ſempiternitate æqualis eſt Deo, dicitur exaltatus; quia inſeparabiliter (manente vnitate perſonæ) vnus atque idem eſt, & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei Filius propter vnam cum Patre Deitatem. Quicquid* [b] ergo *in tempore accepit Chriſtus, ſecundum hominem accepit, cui quæ non habuit conferentur. Nam ſecundum potentiam* [c] diuinitatis, *indifferenter omnia quæ habet Pater, etiam habet Filius; & quæ in forma ſerui à Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipſe donauit. Secundum Dei enim* [d] *formam ipſe & Pater* [e] *vnum ſunt. Secundum formam autem ſerui* non [f] venit facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem eius qui miſit eum. *Secundum formam Dei;* ſicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo. *Secundum formam ſerui,*

t Phil. 2.
u vnigenitum.
x 1. Tim. 3.
y in tanta maieſtate.
z Deitate & humanitate conſerta, v. c.
a 1. Cor. 2.
b enim.
c Deitatis.
d formam enim Dei.
e Ioan. 10.
f Ioan. 5.

g Triſtis

[g] Triſtis eſt anima *eius* vſque ad mortem. *Et idem ipſe eſt,* g Matth. 26.
ſicut Apoſtolus prædicat, [h] *& diues & pauper. Diues, quia, Euan-* h 2. Cor. 8.
gelista dicente, [i] In principio erat verbum, & verbum erat i Ioan. 1.
apud Deum, & Deus erat verbum; hoc erat in princi-
pio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine
ipſo factum eſt nihil. *Pauper vero, quia* propter nos ver-
bum caro factum eſt, & habitauit in nobis. *Quæ autem*
eſt exinanitio eius, quæue paupertas niſi formæ ſeruilis acceptio
per quam verbi maieſtate velata diſpenſatio humanæ redemptio-
nis impleta eſt? Nam quia captiuitatis noſtræ reſolui originalia
vincula non poterant, niſi exiſteret homo noſtri generis, noſtræq;
naturæ, quem peccati præiudicia non tenerent, & qui immacula-
to ſanguine ſuo chirographum lethale dilueret, ſicut ab initio erat
diuinitus præordinatum: ita [k] *eſt in plenitudine temporis perfe-* k Gal. 4.
ctum, vt multis modis ſignificata promiſſio in diu expectatum
veniret effectum; nec poſſet eſſe ambiguum quod continuis teſtifi-
cationibus, ſemper fuerat nuntiatum. In magno autem ſacrilegio
ſe verſari hæreticorum manifeſtat impietas, cum ſub ſpecie [l] di- l Deitatis.
uinitatis *honorandæ, humanæ carnis in Chriſto denegant veri-*
tatem, & religioſe exiſtimant credi, ſi dicatur in Saluatore noſtro
verum non eſſe quod ſaluat: cum ita ſecundum promiſſionem, o-
mnia ſecula [m] præcurrentem *mundus* [n] *ſit Deo reconciliatus* m percurrentem.
in Chriſto, vt niſi verbum dignaretur caro fieri, nulla poſſet caro n 2. Cor. 5.
ſaluari. Omne enim Sacramentum Chriſtianæ fidei, magno (vt
hæretici volunt) decoloratur obſcuro, ſi lux veritatis ſub menda-
cio putatur latuiſſe phantaſmatis. Non ergo quiſquam ſibi eru-
beſcendum exiſtimet Chriſtianus de noſtri in Chriſto corporis
veritate; quia omnes Apoſtoli Apoſtolorumque diſcipuli, & præ-
clari Eccleſiarum quique Doctores, qui ad martyrij coronam, vel
ad confeſſionis meruerunt gloriam peruenire, in huius fidei lu-
mine ſplenduerunt, conſonis vbique ſententiis intonantes, quod
in Domino Ieſu Chriſto Deitatis & carnis vna ſit confitenda per-
ſona. Qua autem rationis ſimilitudine, quâ diuinorum volumi-
num portione hæretica impietas ſe exiſtimat adiuuari, quæ veri-
tatem negat corporis Chriſti; cum hanc non Lex teſtificari, non
Propheta [o] *præcinere, non Euangelia docere, non ipſe deſtiterit* o Prophetia.
Chriſtus oſtendere? Quærant per omnem ſeriem ſcripturarum
quo tenebras ſuas fugiant, non quo verum lumen obſcurent; &
per omnia ſecula ita veritatem inuenient coruſcantem, vt ma-

gnum hoc & mirabile Sacramentum ab initio videant creditum quod eſt in fine completum. De quo cum Sanctarum literarum nulla pars ſileat; ſufficit quadam conſona veritatis ſigna poſuiſſe, quibus diligentia fidei [p] *in* ſplendidiſſimam latitudinem *dirigatur &* [q] ſynceræ *intelligentia luce perſpicuat, quod in Filio Dei, qui ſe inceſſabiliter filium hominis & hominem profitetur, non ſit Chriſtianis erubeſcendum, ſed conſtantiſſime glorian-dum:* [r] *quoniam (ſicut* ait *B. Apoſtolus)* [ſ] *magnum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.*

De [t] Epiſcoporum vero & preſbyterorum, Diaconorumque & ſequentium Clericorum ordinationibus, Sanctos Apoſtolos & ſucceſſores eorum, & præcipuè [u] Anacletum, & prætereà alios, ſufficienter ſtatuiſſe cognoſcimus: & idcirco non eſt neceſſe nunc replicari, niſi quod illi non ſtatuerunt.

Illud tamen nos ſtatuentes vobis & omnibus ſeruare mandamus *vt* ad *ordines* Eccleſiaſticos *ſic aſcendant in Eccleſia* qui ordinari merentur: id eſt, [x] *ſi quis Epiſcopus* eſſe *meretur* ſit primo *oſtiarius*, deinde *lector*, poſtea *exorciſta*; inde ſacretur *Acolythus*, demum vero *ſubdiaconus*, deinde *Diaconus*; & poſtea *Presbyter*; *& exinde*, ſi mereatur, *Epiſcopus ordinetur.*

Et [y] regiones, ſicut in hac vrbe fecimus, per ſingulas vrbes quæ populoſæ fuerint Diaconibus diuidantur.

Et quæcunque [z] *difficiles quæſtiones* per ſingulas prouincias exortæ fuerint, *ſemper ad ſedem Apoſtolicam referantur.* Bene vale frater, & ora pro nobis. Data Kal. Martij [a] Diocletiano ſexto & Conſtantio ſecundo viris Clariſſimis Conſulibus.

Baron. ad A.D. 296. §. 2.

FERTVR *Caij nomine epiſtola hæc anno, iiſdemque Conſulibus ad Felicem Epiſcopum data.*

CENSVRA.

Fertur certè, ſed confictam à Pſeudo-Iſidoro non datam à Caio manifeſtum feci. Centonem ex Innocentij, Leonis & Vigilij epiſtolis

p ſplendidiſſima latitudine.
q Syncera.
r hic omiſit ὑπερβολῶς lin. 15. vide edit. Pariſ. col. 501. leg. quoniã ſicut docet B. Apoſt. Paulus.
ſ 1 Tim. 3.
t Auctarium Pſeudo-Iſidori Leonis puriſſimo ſermoni male ad textum.
u Pſeudo-Anaclet. epiſtol. 2.
x vide Concil. Rom. 3. ſub Syluestro cap. 4. Siricium epiſt. 1. cap. 9 & Pontificale Damaſi cuius hic verba mutuatus eſt Baſilinus.
y diuiſionem Vrbis in regiones à Syluestro factam aſſerit Concil. 2. ſub Syluest. cap. 10. actione 2.
z videtur hoc deſumptũ ex epiſt. Leonis 84. cap. 7. vel potius ex epiſt. 2. Innocentij iiſdem penè verbis vtentis & Vigilij epiſt 2.
a id eſt A D. 296 quo anno pro Chriſto paſſus eſt Caius.

ſtolis, & Impp. reſcriptis conſutum iam docui. Addo, ſtatuta nec ætati nec muneri Caij conuenire: Quis enim, niſi mentis impos, ſibi perſuaſerit, Diocletiano Eccleſiam premente, iuris Pontificij fuiſſe 1. Paganos & hæreticos infamia notatos à Chriſtianorum accuſatione ſubmouere. 2. Iudicibus publicis cognitionem cauſſarum Epiſcopalium adimere. 3. Leges de reſtituendis in integrum ſpoliatis ferre?

Diſputatio de incarnatione non congruit Caïo ſed Leoni, nec Samoſatenum directè ferit, (quod ſentire videtur Binius) ſed hæreticos, qui *ſub ſpecie Deitatis honorandæ humanæ carnis in Chriſto denegabant veritatem.* Tales erant non Pauliniſtæ, ſed Apolinariſtæ, & Apolinariſtarum ſequaces Eutychiani Leonis aduerſarij.

Minus vſitatum fuit ante A.D.400. ſingulares perſonas numero plurali alloqui.

Quæcunque in hac epiſtol. non ſunt è Leonis & Vigilij ſcriptis congeſta, aut è Codice Theodoſiano ſcriptorem arguunt, barbarum & ſemi-latinum.

MARCELLINI PAPÆ

Epiſt. I.

Marcellinus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romanæ, Salomoni coëpiſcopo in Domino Salutem.

[a] *QVAM laudabiliter pro Catholicæ fidei veritate moucaris, & quam ſollicitè Domino gregi deuotionem officij paſtoralis impendas, tradita nobis per Diaconum tuum fraternitatis tuæ ſcripta demonſtrant; quibus notitiæ noſtræ inſinuare curaſti,* [b] qui *errorũ* morbi *in regionibus veſtris* modo exorti ſunt. *Nam epiſtolæ ſermo, & commonitorij ſeries, & libelli* [c] *textus* eloquitur, quod quidam errore decepti dicunt, ideo Patrem maiorem *Filio eſſe, quia illi ſoli ſacrificium immolatur;* & quod Filius *nullam cum Patre communionis operam* habeat; & quod *illud* [d] *propheticum de ſolo Patre dictum* ſit, *ſciant gentes quoniam nomen tibi* Deus, *tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram:* ſiue quod *ideo minor eſt Filius, quia ipſe*

a verba Leonis epiſt 93. à vafro impoſtore corrupta.

b qualis in regionibus veſtris de antiquis peſtilentiæ reliquiis errorũ morbus exarſerit.

Nam & epiſt. c libelli textus demonſtrant.

d Pſal. 82.

in cruce pendens dixit, *Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti?* Quibus [e] *competens & congruum reddatur reſponſum*, quia *ſicut patri ita etiam filio, non ſolum Chriſtianis temporibus, verumetiam* [f] priſcis temporibus à *ſacerdotibus, varijs, multiſque modis probamus ſacrificium fuiſſe oblatum*, [g] *Daniele propheta dicente*, Non eſt locus (*inquiunt tres pueri*) ad ſacrificandum nomini tuo, & inuenire miſericordiam *tuam*, ſed in anima *contrita*, & *in* ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, & [h] holocauſtomata arietum & taurorum [i] agnorumque pinguium, ita fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie vt placeat tibi. *Et vt filium fuiſſe agnoſcas, cui hi tres pueri ſacrificium ſe* [k] confeſſi *ſunt obtuliſſe, ex ipſius regis ac Tyranni qui eos in fornacem ignis mitti præceperat confeſſione addiſce, qui ſe cum tribus quartum in ipſo æſtuantis camini incendio ſociatum prodidit conſpexiſſe*. Nonne, *inquit*, tres viros miſimus in fornacem vinctos? & dixerunt ei, Verè Rex: & dixit, Ecce, ego video quatuor viros ſolutos, & deambulantes in medio ignis, & adſpectus quarti ſimilis filio Dei eſt. *Idem Dei filius per* [l] *prophetam loquitur dicens*, [m] Tibi offerent reges munera. *Et vt hæc de filio Dei ſe dixiſſe doceret*, [n] dixit, Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei. *Et vt hæc omnia ſuperius deſignata*, [o] *filio Dei doceamus fuiſſe oblata: in natiuitate eiuſdem filij Dei, quæ ſecundum carnem facta eſt, probamus fuiſſe completa, Euangelio comprobante*, [p] Cum natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam dicentes; vbi eſt qui natus eſt Rex Judæorum? *& infrà*, & intrantes [q] domum inuenerunt puerum [r] *cum Maria matre* eius, & procedentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, [ſ] *Aurum, thus & myrrham. Sacrificium itaque, quod à Chriſtianis ſacris altaribus admouetur, non ſolum Deo patri, ſed etiam filio communi deuotione offertur: quoniam nec Patri ſine Filio poteſt offerri, neque Filio* [t] *ſine Patre* ſacrari.

[u] *Quod autem communem* [x] operationem *habeant pater & filius, hoc modo* docetur, dum *primi hominis plaſma* Deus *ad ima-*

[e] verba Ithacij aduerſus Varimadum cap. 51. Bibl. PP. Tom. 4. p. 631.
[f] à priſci temporis Sacerd.
[g] Dan. 3.
[h] & ſicut in holocauſtomate.
[i] & multitudine agnorum ping.
[k] faſſi
[l] hic omiſit impoſtor lin. 3.
[m] Pſal. 67.
[n] in alio Pſalmo loquitur dicẽs. Pſalm. 71.
[o] deſignata à patre.
[p] quod cùm, &c. Matth. 2.
[q] in domum.
[r] & Mariam matrem.
[ſ] hæc addita.
[t] à filio ſine patre ſancir.
[u] Ithacij verba cap. 52.
[x] operam docemus Deum.

ad imaginem D*ei communi operationis virtute feciſſe* [y] fertur, *Scriptura dicente*, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Item ibi*, [z] deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum. *Et*, [a] pluit Dominus à Domino ignem & ſulphur ſuper Sodomam. *Et in Euangelio*, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. [b] Similiter *& opera* quæ ego facio non ſunt mea, ſed eius qui miſit me patris, *Quæ omnia non diſcretam patris, & filij potentiam* [c] monſtrant, *ſed vnam* [d] diuinitatis *operationem annuntiant. Et is qui paternum opus exequitur, à paternis operibus alienus eſſe non creditur.*

Si [e] *autem ex Euangelio filium* D*ei cognoſceres altiſſimum nuncupatum, nunquam filio derogans, hoc de ſolo patre dictum poneres teſtimonium, cum ſcriptum ſit*, [f] Tu puer, Propheta altiſſimi vocaberis. [g] Et *vt filius cum Patre indiſcrete in altiſſimis habitaſſe credatur, Salomonis* [h] *teſtimonio comprobatur:* Ego ſapientia, *inquit*, habitaui in altiſſimis, & thronus meus in columna nubis. *Et in Pſalm.* [i] 92. Tu autem altiſſimus *es* in æternum, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt. *Nam cum* D*iabolus* [k] *thronum ſuum contra creatoris ſui thronum in altiſſimis* [l] collocaret, *elatus ſuperbia hæc* [m] auſus *eſt nefando ore* depromere. Ponam ſedem meam ad Aquilonem; aſcendam, *inquit*, ſuper ſidera cœli, ſedebo ſuper montes excelſos, & ero ſimilis altiſſimo. *Item in* [n] *Salomone*; Ne dixeris, peccaui, & quid accidit mihi triſte? Altiſſimus enim patiens eſt redditor. *Si auditum cordis tui ſcripturis non vis accommodare diuinis, quæ filium doceant altiſſimum* [o] *nuncupatum, vel* D*iabolo crede, qui contra opificis ſui thronum ſedem ſibi voluit collocare.*

Vt [p] enim *agnoſcatis filium à Patre (vt vos* [q] *ſuſcipiamini) non fuiſſe penitus derelictum, hoc de ſe* [r] *in Euangelio poſuit teſtimonium*, Pater qui me miſit, mecum eſt; *&* non [s] *reliquit* me ſolum, quia quæ placita ſunt ei facio ſemper.

Vnde [t] *pro ſurreptione mandamus, vt omnis cura* [u] atque *ſollicitudo inuigilet*, ne fides temeretur aut violetur. *Iam nullus* eſt *ignorantiæ locus, nullus vtatur ſimplicitatis excuſatione præterita; ſcienti peccare neceſſaria* [x] *eſt* confuſio: &

y referrur. Gen.1.
z hic omiſſa Lin.1. Gen.11.
a Gen.19.
b hic omiſſæ lin. 6. *Item ibi* Pater in me manens facit opera hæc. & quæcunque pater facit, eadem & filius facit ſimiliter, &c. quæ ego facio, &c.
Ioan.5.
Ioan.7.
c præſtant.
d deitatis.
e Iſthæc verba cap.53.
f Luc.1.
g Sed vt.
h Eccl.24.
i Pſal.91.
k vellet thronum.
l collocare.
m viſus. Eſai.14.
n Eccl.5.
o altiſſimum docerent.
p I. hac. cap. 5.
q Inaniter ſuſpic.
r de ſeipſo.
Ioan.8.
ſ dereliquet
t verba Hormiſdæ epiſt. 51.
u & ſollicitudo omnis inuigilet, & vt iam nullus ſit, &c.
x confeſſio eſt.

quod ore contraxit ſcientia reformetur. Iſta frater tene, & hæc doce.

y verba Hormiſdæ epiſt. 24.
z affectus.
a per ſcripta.
b venereris.

Vtinam[y] *ad plenioris*[z] affatus *ſatietatem præſentiæ tuæ nobis gaudia contigiſſent; vt gratularemur nos & colloquio & præſentia* tui *frui, quam ſumus ante*[a] ſcripto *complexi. Verumtamen probaſti, dilectiſſime frater, quo Chriſtianam fidem*[b] venereris *affectu, dum ea quæ ad regulas patrum pertinent & ad mandata Catholica, ſine aliqua cupis tranſgreſſione ſeruare*; & ſpreta erratica & nociua doctrina, Catholica & Apoſtolica tenere præcepta, & rectæ fidei regulas docere atque ſeruare.

c eiuſd. Hormiſdæ verba ex epiſt. 25. fratres chariſſimi.
d Pſalm. 77. Deut. 6. 7.
e Pſal. 1.
f Hoc & Magiſter.
g inſtituit, admonens.
h & ſubiiciens
i & doctrinæ inquit quia
k Hormiſdæ epiſt. 79.

Hæc,[c] frater chariſſime, *& alia quæ patrum regulis continentur, in labiis & cordibus noſtris indiuiſa retractatione meditemur: & ſicut ſcriptum eſt,*[d] *narremus ea filiis noſtris, vt ea meditentur in cordibus ſuis, ſedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque ſurgentes*; *quia*[e] Beatus *in Domino* qui in lege eius meditatur die ac nocte.[f] Hæc etenim *Magiſter gentium ſecutus, diſcipulum ſuum*[g] inſtruens admonet: Hæc meditare, in his eſto,[h] *ſubiiciens plenitudinem*, Attende tibi[i] *ac* doctrinæ; quoniam *ſi fidelibus ſine intermiſſione incumbimus inſtitutis, ſeparamur à vitiis, dum impenſa cura diuino operi humano locum non relinquit errori.*

Quod[k] *ſi ea quæ prædicta ſunt validis teneantur fixa radicibus, nec à paterna traditione receditur, & conſtanter quæſtionibus obuiatur*; ac prauorum intentio caſſatur, bonorumque fides & conſtanria roboratur. Dara 8. Idus Septemb.[l] Diocletiano 6. & Conſtantio. 2. viris Clariſſ. Coſſ.

l A.D. 296.

Baron. ad A.D. 296. §. 5.

Hæc verba repetit Bin. alieno loco nēm in Not ad epiſt. 1. Marcelli.

EXTAT eiuſdem Marcellini nomine inſcripta epiſtola hoc anno, 8. Id. Septemb. data ad Salomonem Epiſcopum, qui ipſum conſuluerat de hæreticis nuper emergentibus, & ex Pauli Samoſateni, paulo antè Antiochiæ damnari, ſchola progreſſis, qui Chriſti negarent diuinitatem, & æqualem cum Patre honorem & cultũ, &c.

CENSVRA.

Marcellini epiſtola non extat: extare vero vafri Impoſtoris farraginem è diuerſis Leonis, Ithacij & Hormiſdæ ſententiis auſu nefario corruptus male collectam, iam perſpicuum feci.

MARCEL-

MARCELLINI PAPÆ

Epiſtola II.

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Epiſcopis per Orientales prouincias conſtitutis, Marcellinus Epiſcopus.

QVID *tam dulce ſollicito*, [a] *quam quod mihi de vobis innoteſcunt illa quæ cupio? Quid tam religioſis conueniens inſtitutis, quam vt inter ſe Sacerdotes pacem quam* [b] *neceſſe eſt aliis pro officio annunciare conſeruent? Plena (fateor) gratulatione ſuſcepi, quod votiua mihi de charitate (quæ inter vos eſt) Eccleſiarum & pace* in *literis indicaſtis; ſponte mihi quicquid hortari poteram, quicquid monere, delatum eſt.* [c] *Confirmet hoc Deus, quod eſt operatus in nobis; & quæ præcepit pro animarum ſalute facienda, hæc ipſe qui præcepit, pro ea* qua [d] *nos redemit pietate faciat. Et his tam bonis nuntiis nos quoque* [e] religioſam ſanctorum *vicem reddimus nuntiorum. Quicquid cum Orientalibus, quos ad Eccleſiæ corpus vnitatemque reuocatos dudum Dei noſtri ope literis ſignificauimus deſtinatis, denuò cum aptum fuerit repetitis vobiſcum* [f] participamus *indiciis: mox* pro [g] noſtro edicto *ab Orientalibus miſſa legatio eſt. Certa ſperauit, certa conſuluit. Sed facimus, de his quæ* [h] fuerunt *dicenda*, compendia, *ipſi potius ad inſtruendam notitiam veſtram quæ* [i] *nobis ſunt reſponſa dirigentes, ne quid ſibi ſub ſpatio prolixiore terrarum aut opinio vendicet, aut error aſſumat, cum ad rerum fidem ipſam teneri* [k] ſufficit *veritatem. Quod autem ad continentiam* [l] noſtrarum *pertinet literarum, oportuit quidem deſideria plenius expedire.*

Quapropter ſcirote vos à perſecurione fratrum & ab omni litigio abſtinere debere, dicente ſcriptura, [n] *Seruum Dei non oportet litigare*, nec *quenquam nocere*; ſed omnes perſecutores Eccleſiæ ſeruorumque eius, veſtris redargutionibus corrigere, teſtante Apoſtolo, [m] *Argue, obſecra, increpa.*

Quæcumque [o] ergo contentiones inter Chriſtianos

a verba Hormiſdæ epiſt. 65.
b quam eos.
c Pſal. 67.
d quæ nos.
e religioſorũ vicem.
f participabimus.
g poſt noſtrorum reditũ.
h fuerant dicenda, compendium.
i à nobis.
k ſufficiat.
l veſtrarum.
m 2. Tim. 2.
n 2 Tim. 4.
o Concil. 3. Carthag. c. 9. vide f. p. pſeudo. Clem. epiſt. 1. pſeudo-Anicl. epiſt. 1 pſeudo Alexand. epiſt. 1.

ortæ fuerint *ad Eccleſiam deferantur*, *&* ab Eccleſiaſticis viris *terminentur*.

Maior [p] autem non poteſt à minote iudicari.

Nec [q] *Epiſcopi Pontifici, à quo conſecrari probantur, præiudicium* vllum *inferre poſſunt. Quod ſi præſumptum* [r] fuiſſe cognoſcitur, *viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter Eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri.*

Clericus [ſ] vero cuiuſlibet ordinis abſque Pontificis ſui permiſſu nullum præſumat ad ſeculare iudicium attrahere.

Nec [t] Laïco quemlibet Clericum liceat accuſare.

Detractiones tamen & accuſationes atque perſecutiones inter Chriſtianos oppido vitandæ ſunt; quia licet [u] *pauci* ſimus in *comparatione aliorum*: ſi tamen vnanimes fuerimus, facilius aduerſariis reſiſtemus.

[x] *Sanctus enim protomartyr Stephanus lapidabatur, ſed Ieſus ſuſcipiebat plagas*; [y] ideò vnicuique prouidendum eſt, ne aliquem iniuſte iudicet aut puniat, *ne Ieſum iudicet aut puniat*.

Et Dominus in Euangelio ait; [z] *Nolite iudicare, vt non iudicemini; quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.*

[a] Vnde & Doctor gentium loquitur, dicens; [b] *Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut* [c] *gentes ambulant, in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ in illis propter cæcitatem cordis ipſorum; qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ, omniſ*que *auaritiæ. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo* edocti *eſtis, ſicut eſt Veritas in Ieſu*, [d] deponere *vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem; qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo; quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare Diabolo. Qui furabatur iam non fure-*

p Pſeudo-Iulius epiſt. 2 ex Pſeudo-Clem. epiſt 1 & Gelaſio de vinculo anathem.
q verba Adriani I. c. 69. ad Ingelramum.
r præiud. inferre nullum fuerit.
ſ ſtatutum Conc. Agath. c. 32. Epaun. c. 11. Andegau. c. 2. Aurelian. 3. cap. 32.
t ſtatutum Cõcil. Róm. ſub Sylueſtro cap. 14. & pſeudo-Clement. epiſt. 1. &c. id autem ex profeſſo refuta Hincmar. Remenſis lib. cap. 55. c. 24.
u Hoc argumento vtitur Pſeudo-Victor epiſt. 2. Pſeudo-Alexand. epiſt. 2. pſeudo Felix epiſt. 1. pſeudo-Ioan. I. epiſt. 1.
x Hæc verba ſuperioribus non cohærẽt. iiſdem vſus Pſeudo-Pelag. II. epiſt. 1.
y hęc deſumpta ex cap. 66. Adriani I. ad Ingelramum.
z Matth.
a hæc non cohærent.
b Epheſ. 4.
c *ſicut &*, &c. Italic. vulg.
d vulg.

tur. Ma-

tur. Magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt *ad ædificationem*[e] *opportunitatis, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei in quo ſignati eſtis in*[f] diem *redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſpemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni*[g] & *miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.* [h] *Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi; & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet; ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus,*[i] *quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis; propter hæc enim venit ira Dei in Filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate (fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate) probantes quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem & redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis turpe eſt & dicere. Omnia autem quæ arguuntur à lumine manifeſtantur; omne enim quod*[k] *manifeſtatur lumen eſt. Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodo cautè ambuletis; non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus: quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei; & nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed im*pleamini *Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, gratias agentes*[l] *ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & Patri, ſubiecti inuicem in timore Chriſti.*

[m] *Omne enim quod irreprehenſibile eſt Catholica defendit Eccleſia.*

[n] *Non licet ergo imperatori vel cuiquam pietatem cuſtodien-*

e Ital.
f vulg.
g Ital. & vulg. *benigni miſeric.*
h Epheſ. c. 5.
i Ital.
k Ital.
l Ital.
m verba Cōc. Nicæni can. 9. à Concil. 6 ſub Symmacho citata, à Pſeudo-Calixto vſurpata epiſt. 2.
n verba Concil. Rom. 6. ſub Symmacho, à pſeudo Calixto ibidē vſurpata quæ ſanctis Dei martyribus vendicat Anſelm. Lucenſ. ad verſ. VVibertum lib. 2.

ti aliquid contra mandata diuina præſumere; nec quicquam quod Euangelicis propheticiſque, & Apoſtolicis regulis obuiat agere. *Iniuſtum enim iudicium & definitio iniuſta* regis [o] *metu vel iuſſu ordinata non* valeat: *nec quicquam quod contra* [p] Euangelicæ *vel* Propheticæ *aut* Apoſtolicæ doctrinæ *conſtitutionem*, ſucceſſorúmve *eorum*, *ſiue ſanctorum patrum actum fuerit ſtabit. Et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit omnino caſſabitur.*

o regio metu vel iuſſu à iudicibus ordinata non valet.

p contra Euangelicam vel Propheticam, aut Apoſtolicam doctrinam conſtitutionemque eorum.

q 1.Cor.16. & confortamini.

r Epheſ.3.

Vos autem *ſtate in fide, viriliter agite*, & [q] *omnia veſtra cum charitate fiant. Huius rei gratia*, vt ait Apoſtolus, [r] *flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem corroborari per ſpiritum eius, in interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo, longitudo, & ſublimitas & profundum: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus aut intelligimus, ſecundum virtutem quæ operatur in nobis, ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in* [ſ] omnibus generationibus *ſeculi ſeculorum. Amen.*

ſ Ital. & vulg. *omnes generationes.*

Data 5. Idus Septembr. Diocletiano 7. & Maximiano 6. viris Clariſſ. Coſſ. A.D. 299.

CENSVRA.

EPIST. artifex verſionem nouam ſcripturæ ſuo more ex veteri & vulgata deriuatam obtrudit: Conciliorum Nicæni I. & Rom. 6. ſub Symmacho verba reperit: fictitij ſchiſmatis inuidia Eccleſias Orientales onerat: Hormiſdæ, & Adriani I. ſententias aut interpolat aut fæcibus ſuis admiſcet.

MARCELLI

MARCELLI PAPÆ Epiſtola I.[a]

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Epiſcopis, per[b] *Antiochenam Prouinciam conſtitutis, Marcellus.*

[c] *SOLICITVDINEM omnium Eccleſiarum (iuxta Apoſtolum) circumferentes,*[d] *diuinæ circa nos gratiæ memores eſſe debemus, qui nos per dignationis ſuæ miſericordiam ob hoc ad faſtigium ſacerdotale prouexit, vt mandatis ipſius inhærentes in quadam ſacerdotum eius ſpecula conſtituti, prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus.*

Vndè directis per Bonifacium Diaconum noſtrum literis, admonemus vt[e] *quæ male pullulant* abſcindantur, & malefacta corrigantur, atque [f] bona *ſectentur*, & patrum noſtrorum exempla & ſtatuta *imitentur*. Rogamus ergo vos, fratres, vt non aliud doceatis *neque* ſentiatis, quam quod à B. Petro Apoſtolo, & à reliquis Apoſtolis & patribus accepiſtis; ipſe enim eſt[g] caput totius Eccleſiæ, cui ait Dominus, [h] *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, & reliqua. Eius enim ſedes primitus apud vos fuit, quæ poſtea (iubente Domino[i]) Romam tranſlata eſt; cui, adminiculante gratia diuina, hodierna præſidemus die.

Nec[k] ab eius diſpoſitione vos deuiare oportet,[l] ad quam cuncta *maiora* Eccleſiaſtica *negotia* (diuina diſponente gratia) iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur à qua ſumpſere principia.

Si veſtra vero Antiochena, quæ[m] olim prima erat, Romanæ ceſſit ſedi, nulla eſt quæ eius non ſubiecta ſit ditioni, ad quam omnes,[n] *quaſi ad caput*, iuxta[o] Apoſto-

a Secũda dicenda fuit, vide datam.
b Antiochenia *prouinciarum* caput nõ *prouincia*, imò totius *Orientis* ſuper *Diœceſim* (vt ait Innoc. epiſt. 18) nõ ſuper aliquam prouinciam conſtituta.
c initium epiſt. Acacij Cõſtantinopol. ad Simplicium; eodem initio epiſt. 2. inchoat pſeudo Pelag. II.
d initium epiſt. Hilari ad Aſcanium. vide Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 1. Pſeudo-Fabian. epiſt. 3. Pſeudo-Pelag. II. epiſt. 2.
e phraſ. Leonis epiſt. 1. c. 2.
f nota barbariſmos.
g vide ſup. Pſeudo-Anaclet. epiſt. 3. &c.
h Matth. 16.
i profer mãdatum.
k imitari videtur Leonem epiſt 4. c. 1.
l hæc deſumpta ſunt ex Innocent. epiſt. 2. cap. 3. Leon. epiſt. 84. Vigil. epiſtol. 2. Pſeudo-Alexand. epiſt. 1. Pſeudo-Sixt. I. epiſt. 2. Pſeudo-Felicem I. epiſtol. 3. &c.
m hoc probandum.
n Innocent. epiſtol. 4.
o hoc falſum.

lorum eorumque ſucceſſorum ſanctiones, Epiſcopi, qui voluerint vel quibus neceſſe fuerit, ſuffugere,[p] eamque appellare debent; vt inde accipiant tuitionem & liberationem vnde acceperunt informationem atque conſecrationem.

[q] Quod omnibus minimè conuenit denegare Epiſcopis, ſed abſque vlla cuſtodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione libere ire concedatur.

Simulque iidem (inſpirante Domino) conſtituerunt, vt [r] nulla Synodus fieret præter eius ſedis auctoritatem, [ſ] *nec vllus Epiſcopus niſi in legitima Synodo ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata ſuper quibuſlibet criminibus pulſatus audiatur vel* iudicetur.

Quia (vt paulò ſuperius prælibatum eſt) [t] *Epiſcoporum iudicia, & ſummarum cauſarum negotia*, ſiue [a] *cuncta dubia* Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſunt agenda & finienda.

Et [b] omnia comprouincialia negotia huius ſanctæ vniuerſalis & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſunt retractanda iudicio, ſi huius Eccleſiæ Pontifex præceperit.

Nec cui liceat ſine præiudicio *Romanæ Eccleſiæ* (cui [c] *in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri*) *relictis his Sacerdotibus qui in eadem prouincia Dei* [d] Eccleſias *nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias*, vel aliarum prouinciarum Epiſcoporum iudicium experiri, vel pati; ſed omnibus *eiuſdem prouinciæ Epiſcopus congregatus* [e] iudicium auctoritate huius ſedis *terminetur*.

Quod [f] tamen (vt præfatum eſt) per eius vicarios, ſi libuerit, erit tractandum; & quicquid iniuſtè actum eſt reformandum.

[g] *Paſtoralis* ergo *cura* officij *nos* admonet, & *destitutis* ſuccurrere, & cuncta neglecta vel male acta reformare: [h] *Vt ignis ille, quem Dominus veniens miſit in terram, motu* crebro emendationis, vel *crebræ meditationis agitatus, ſic* [i] caleſcat *vt ferueat; & ſic inflammetur vt luceat.*

[k] Sæpe enim dicendum & agendum eſt, quia mala

p Pſeudo-Melchiad. epiſt. 1 Pſeudo-Athan. epiſt. ad Felicem II. &c.
q Ibid. Videtur abuti nebulo Aniani verbis in 6 ſtit. 2. tit. 30. lib. 11. Cod. Theod.
r huius commenti aſſertores Pſeudo-Iulius epiſt. 1. Pſeudo-Athan. epiſt. ad Felic. Pſeudo-Pelag. II. epiſt. 8. & alij paſſim, ex Socrat. lib. 2. c. 8 Sozom. lib. 3. c. 9.
ſ verba Adriani I. collect. Ingelramo datæ cap. 3.
t eadem cantilena ex Vigilij epiſt. 2.
a Innocent. epiſt. 2. c. 3. Leo epiſt. 84. c. 1. & 7.
b Pſeudo-Caius in epiſtol. ad finem &c. ex Adriano I. ad Ingelramum cap. 39.
c verba Innocentij epiſtol. 2 cap. 3.
d eccleſiam.
e Iudicium termin.
f Adrian. I. cap. 39 ad Ingelramum. g verba Greg. epiſt. 51 lib. 7. & 76. lib. 1. & 1. lib 5
h verba Leonis epiſt. 97. i concaleſcat. k. quæcumque ad nauſeam vſque cantillas ab initio reſecanda fuerunt.

pullu-

pullulantia frarerna charitate oportet reſecari, vt bona creſcendi & augmentandi ampliſſimum locum inueniant.

Nolite ergo (vt [l] Iacobus Apoſtolus ait) plures fieri ma- [l Iac.3.]
giſtri, fratres mei, ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis: in multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir; poteſt [m] etiam freno circumducere totum corpus. [m vulg.]
Si autem in equorum ora frenos mittimus ad conſentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Ecce & naues, cum magna ſint, & à ventis validis minentur, circumferuntur autem à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit; ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam ſyluam incendit? & lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna. Omnes enim naturæ beſtiarum, & volucrum, & ſerpentum etiam cæterorum domantur & domita ſunt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipſa benedicimus Deum & Patrem; & in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore benedictio procedit & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid poteſt, fratres mei, ficus oliuas facere, aut vitis ficus? Sic neque ſalſa ducem poteſt facere aquam. Quis ſapiens &
diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione [n] opera [n Ital. operam ſuam, vulg. operationem ſuam.]
ſua in manſuetudine ſapientiæ. Quod ſi zelum auarum habetis, & contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non eſt [o] iſta ſapientia deſurſum [o non eſt enim.]
deſcendens; ſed terrena, animalis, & diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia &
fructibus bonis, [p] iudicans ſine [q] diſſimulatione. Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. [p Ital. diiudicans, vulg. nõ iudicans.] [q ſimulatione.]

Propter [r] quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij, perfecti,
ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam in reuelatione Ieſu [r 1. Pet. 1.]
Chriſti, quaſi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſiderijs, ſed ſecundum eum qui vocauit vos Sanctum,

vt & ipſi ſancti in omni conuerſatione ſitis; quoniam ſcriptum
f Leuit. 11. eſt. [f] *ſit, ſancti eritis quoniam ego ſanctus ſum. Et ſi Patrem inuoca-*
tis eum, qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vniuſ-
cuiuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini,
ſcientes quod non corruptibili *auro vel argento redempti eſtis*
de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo
t quaſi agni immacul. Chriſt. & incontam. *ſanguine* [t] agni quaſi incontaminati & *immaculati* Ieſu
Chriſti, præcogniti quidem ante conſtitutionem mundi, manife-
ſtati autem nouiſſimis temporibus, propter vos qui per ipſum fide-
les eſtis in Deo qui ſuſcitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam
u veſtra. *vt fides* [u] noſtra *& ſpes eſſet in Deo; animas veſtras caſtifican-*
x vulg. *tes in* [x] *obedientia charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex*
corde inuicem diligite attentius; renati non ex ſemine corrupti-
bili, ſed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis;
quia *omnis caro vt fænum, & omnis gloria eius tanquam flos*
fæni. Exaruit fænum, & flos eius decidit, verbum autem Domi-
ni manet in æternum. Hoc eſt autem verbum quod Euangeliza-
tum eſt in vobis.

y igitur. *Deponentes* [y] quidem *omnem malitiam, & omnem dolum &*
z 1. Pet. 2. z vulg. a ſine dolo lac. [z] *ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones ſicut modo ge-*
niti infantes, rationabile ſine dolo [a] *concupiſcite, vt in eo creſca-*
tis in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus, ad
quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem repro-
batum, à Deo autem electum & honorificatum, & ipſi tanquam
lapides viui ſuperædificamini domos ſpirituales, Sacerdotium
ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum
b Eſai. 28. *Chriſtum. Propter quod continet ſcriptura;* [b] *Ecce pono in Sion*
lapidem ſummum, angularem & electum pretioſum; & qui cre-
diderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credenti-
c Pſal. 117. *bus; non credentibus autem,* [c] *lapis quem reprobauerunt ædifi-*
cantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra
ſcandali, his qui offendunt verbo in quo *& poſiti ſunt. Vos au-*
tem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus ac-
quiſitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vo-
d 1. Pet. 4. *cauit in admirabile lumen ſuum.* [d] *Eſtote* ergo, chariſſimi, *pru-*
dentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam
in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas
operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicem ſine mur-
muratione, vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum il-

lam [e] *adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei; ſi quis miniſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum,* [f] *cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.*

Data Kal. April. [g] Maxentio & Maximo viris Clariſſ. Conſul. A.D. 309.

e *Ital.* miniſtrantes.

f *Ital.* Ieſ. Ch. Dominum.

g 74. dieb. à morte Marcelli, obijt enim 17. Kal. Februarij teſte Martyrol. Beda, Anaſtaſio &c.

CENSVRA.

BARBARISMI frequentes epiſtolæ artificem produnt; verſionis Hieronymianæ (cum libet) ſequacem: Innocentij, Leonis, Hilarij, Gregorij, Adriani I. Acacij ſententiarum exſcriptorem, pluribus ſeculis Marcello poſteriorem.

MARCELLI PAPÆ

Epiſt. II.

Marcellus Epiſcopus [a] Sanctæ & Apoſtolicæ, & Catholicæ vrbis *Romæ, Maxentio.*

MAGISTRA [b] *bonorum omnium charitas, quæ* [c] *nil* rapit *extraneum, nihil* agit *aſperum, nihil confuſum,* nihil factioſum, [d] nihil quod honori diuino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, oblita ſui, non quæ ſua ſunt ſed quæ Dei vel proximi quærens; nemini inuidens, omnibus conſulens non ſequens ſed compatiens; non rapiens ſed largiens, non murmurans, ſed omnia æquanimiter tolerans, ſi in te habitaret temperares animum à malis, ſæuire deſineres, Dei Eccleſiam ac ſanctos eius perſequi ceſſares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati inuigilares, modeſtiam amplectereris, & bonis potioribus frui ſatageres.

Charitas [e] enim [f] *exercet corda,* ſenſus *corroborat, vt nihil graue, nihil difficile,* [g] *ſed totum fiat dulce quod agitur;* [h] *dum eius ſit proprium nutrire* pacifica, *ſeruare* compoſita, *diſſo-*

a hæc non con eniunt Romæ ethnicæ, Babyloni myſticæ.

b verba Greg. epiſt. 114. lib. 7. indict. 2.

c ſapit.

d hic cornu copiæ fundit larua.

e verba Greg. loco cit.

f ita exercet corda & corroborat.

g difficile exiſtimet.

h Huius igitur cum ſit proprium nutrire concordiam ſeruare coniuncta.

ciata coniungere, praua dirigere, & virtutes [i] reliquas *perfectionis ſuæ munimine ſolidare.*

De ipſa ergo omnes monens Apoſtolus [k] ita loquitur dicens, *Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut* [l] æs *ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero* omnem *prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non* [m] *habeam, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non* [n] *habeam, nihil mihi prodeſt. Charitas* [o] patiens *eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non* eſt [p] ambitioſa, *non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia* [q] ſuffert, *omnia credit, omnia ſperat, omnia* ſuſtinet, *charitas nunquam* excidit.

Quiſquis [r] ergo *in eius* [ſ] radice *ſe inſerit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus inaneſcit, quia* [t] amore *fœcunditatis opus efficax non amittit.*

Licet modo charitas in perſecutoribus Eccleſiæ ſeruorumque Dei areſacta ſit, viget tamen in amatoribus eius, & in eis qui patiuntur propter iuſtitiam. De quibus ipſa per ſe veritas teſtatur, dicens, [u] *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* Et alibi, [x] *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Potius enim nos & omnes Domini ſacerdotes (qui eius videlicet ſunt veri ſacerdotes) eligimus propter iuſtitiam & veram fidem [y] *perſequi*, & pro Chriſti nomine pati quam multis diuitiis ditari, honoribuſque copioſiſſimis abundare, & cœleſti regno carere. [z] Iſta enim *temporalia* ſunt, illa *æterna*: iſta *caduca* & ad horam tranſeuntia, illa vero *perpetua* & ſine fine manſura.

Tu ergo qui nos ſuades cultum dimittere diuinum, & à recta fide recedere, diiſque immolare, melius tibi foret vt tu prius *mutabilem* te præberes, omneſque exhortareris fidei documenta & *diuini cultus miniſteria* ita *tenere* ſicut patres noſtri S. Apoſtoli ſibi tradita prædicauerunt & docuerunt. Boni enim principis ac regis eſt [a] Eccleſias contritas atque ſciſſas reſtaurare, nouas ædifi-

i virtutes reliquas.
k 1. Cor. 13.
l vulg.
m Italic. verſ.
n Ital.
o vulg.
p vulg.
q vulg.
m. n.
r Greg. verba eod. loco à Pſeudo-Cornel. vſurpata epiſt.
ſ radices.
t h..morem.
u Matth. 5.
x Ioan. 15.
y N. barbariſm.
z Ruricium imitatus videtur plagiarius l. 2. epiſt. 15. cuius hæc verba ſunt *pro minimis magna, pro caducis perpetua, pro temporalibus æterna ſibi retribuenda nō ambigit.*
a loquitur de fabricis non de piorum cœtu impoſtor, cui fr..s lapidea.

ædificare, & Dei Sacerdotes honorare atque tueri. Unde ſanctos Apoſtolos eorumque ſucceſſores ſub diuina conteſtatione [b] conſtituiſſe legimus, *non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni regis diſpenſatores*: [c] ſed ſi *qui expulſi fuerint*, aut ſuis rebus expoliati, primo *omnia legaliter reddi quæ eis ab* inimicis aut à perſecutoribus *ablata* ſunt; & ſedes proprias, cum omnibus ad ſe pertinentibus regulariter reſtitui, & poſteà tempore congruo vocari ad Synodum regulariter congregatam.

Nec [d] liceat *ei*, [e] priuſquam fiant hæc, de ſe (iuxta ſtatuta prædictorum) reſpondere, aut de ſuis impetitionibus, ſi ſe viderit prægrauari, reddere rationem. Sed his ritè per actis, ſuiſque omnibus libere diſpoſitis, *ſi* tum *iuſte videtur, ſuis reſpondeat* accuſatoribus; & [f] inducias (ſi ei neceſſe fuerit,) accipiat non modicas, vt explorare valeat ea quæ obiiciuntur ei, ne aliqua deluſus fraude innocenter ruat: Quoniam non oportet [g] *quenquam iudicari vel damnari priuſquam legitimos habeat præſentes accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina*. Unde ait Propheta, *Priuſquam agnoſcas non iudices quenquam*.

In hoc ergo quod Epiſcopi & reliqui ſerui Dei perſecutionem patiuntur, nō tantum ipſi perſecutionem patiuntur, [h] quantum ille cuius vice funguntur, ſicut ſcriptum eſt: *Qui vos tangit tangit pupillam oculi mei*: & alibi, [i] *Qui vos contriſtauit me contriſtauit*. Et, *qui facit iniuriam recipiet id quod inique geſſit*.

Vos [k] ergo, licet corpora noſtra poſſitis occidere, animas tamen non poteſtis occidere, nec *gradus* nobis diuinitus collatos poteſtis auferre.

Synodum [l] ergo, (abſque huius Sanctæ ſedis auctoritate Epiſcoporum (quanquam quoſdam epiſcopos poſſitis congregare) non poteſtis regulariter facere:

b vbi legiſti? annon ubiq; tripart. lib. 7. c 9. edictum Valentiniani & Valentis referente?

c Hæc per ſingulas propemodum epiſtolas inculcat ψευδο-βαλδος. Vide Adrian. I. Collect. Ingelramo datæ c. 5. Conc. 3. & 5. Rom. ſub Symmacho &c.

d nota ſolœciſm.

e cur non licet reddere rationem coram iniquo iudice ſpoliatis?

f de induciis vide Pſeudo-Eleuther. epiſt. Pſeudo-Caij epiſt. Pſeudo Felicis II. epiſt. 1. Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4.

g verba Adriani I. cap. 20 ad Ingelram. in quære rene unt Pſeudo-Felix epiſt. 2. Pſeudo-Stephan. epiſt.

a. Pſeudo-Iul. epiſt. 2 Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4. & 7 Vide Act Apoſt. cap 25. 16.

h Hoc argumento pene vbique vtitur Cocc[illegible]. vide ſup. Pſeudo-Alex c[illegible] 1 &c.

i 2. Corinth. 2. Coloſſ. 3. Impoſtor peruer[illegible] verba Pauli ad Corinth. quæ licet ſuo ordine referret, non probaret quod intendit, Deum ſcil. perſecutionem pati in piis.

k. hæc non cohærent. l. hæc item ἀσύνδετα.

nec vllum Epiſcopum qui hanc appellauerit ſedem Apoſtolicam damnare [m] antè quàm hinc ſententia finitiua procedat. Nam [n] ſi ſeculares *in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs*, quanto magis ſacerdotibus hęc eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt? de quibus [o] dictum eſt, *Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Et ideo [p] *nullus Epiſcopus, (niſi in legitima Synodo ſuo tempore Apoſtolica* aut regulari *auctoritate conuocata) ſuper quibuslibet pulſatus criminibus audiatur vel iudicetur*, ne innocens damnetur aut perdat communionem.

Quod Laïci [q] aut ſuſpecti epiſcopos nō debeant accuſare, neque accuſatoribus de *inimici domo prodeuntibus* credendum ſit, & à [r] B. Clemente (ipſis eum inſtruentibus Apoſtolis) legimus definitum; & nos eadem firmamus: quoniam iidem odio multoties incenſi [ſ] recte viuentes atque credentes perturbare nituntur.

Proptereà [t] *perſona*, fides, vita, *& conuerſatio* atque ſuſpicio *accuſantium enucleatim primo inquirenda* eſt, deinde *quæ obyciuntur fideliter pertractanda*; quia *nihil ante fieri debet quam impetitorum vita* & ſuſpicio atque odium inquiratur. Et ſi bonæ conuerſationis non fuerint, aut laïci, vel manifeſte inimici, aut odio reſperſi fuerint, nequaquam in Epiſcoporum recipiantur accuſatione.

Hæc vobis, à quibus nimis infeſtè *perſequimur*, ſcienda mandamus, vt ab his vos caueatis, & ceſſetis [u] *perſequi eos qui Deo miniſtrant: quorum orationibus, & terrena bella ſedantur*, & Deus peccatoribus conciliatur. Et ſi amplius nos elegeritis perſequi quam Deo placere; & nos magis eligimus ſuſtinere perſecutionem quam regulam confundi Eccleſiaſticam, hortante nos ipſa veritatis voce, atque teſtante ita: [x] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*; & iterum, [y] *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam*

m quaſi vero nullus damnari poſſit Epiſcopus niſi à Papa. abutitur impoſtor verbis cap.5. Sardic.

n argumentū elumbe, ſi probrorum laico litibus vacare, quanto magis clericos? longe aliter Conſtantinus M. teſte Optato lib.1. hic notetur phraſ. Caſſiodori lib.5.ca.34. hiſt. tripart.

o hoc falſum eſt, de Magiſtratibus loquitur Pſaltes.

p verba Adrian. I. collect Ingelramo datę cap. 3.

q Quaſi vero Laici omnes clericis ſuſpecti eſſe debeant?

r Pſeudo-Clem. epiſt. 1.

ſ Sicut non omnes clerici recte viuentes, ſic nō omnes Laici odio incenſi, aut inimici & malę conuerſationis.

t iiſdem verbis vtitur Pſeudo-Felix II. epiſt. 1. Vide & Pſeudo-Sixtum I. epiſt. 1. Pſeudo-Iul. epiſt. 2. Adrian. I. cap. 4. ad Ingelramum. u hæc verba Concilij Nicæni eſſe aſſerit infra Pſeudo-Felix II. epiſt. 1. cap. 20. ſunt autem Valentin. Valent. & Gratiani Impp. Vide Theodoret. lib. 4. cap. 7. & ex Theod. Hiſt. tripart. li. 7. c. 9. x Matth. 10. y Matth. 16.

propter

propter me, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis; & tunc reddet vnicuique ſecundum eius[z] opus. Iſta vobis valde timenda & cauenda ſunt, à quibus Eccleſia Dei eiuſque miniſtri vexantur, & perſecutionem patiuntur: [a] quibus Dominus per Prophetam minando loquitur dicens, [b] *homo in honore non commorabitur*, aſſimilatus *iumentis* [c] *exæquatus eſt. Hæc eſt via* [d] eorum, *inſipientia eorum, & poſt eos iuxta os eorum current.* [e] *Quaſi oues in inferno poſiti ſunt, mors paſcet eos. Et ſubycient eos recti in matutino, & figura eorũ conteretur in inferno poſt habitaculum ſuum. Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum aſſumpſerit me.* [f] *Noli timere cum ditatus fuerit vir, cum multiplicata fuerit gloria domus eius; neque enim moriens tollet omnia, nec deſcendet poſt eum gloria eius. Quia anima ſuæ in vita ſua benedicet; Laudabunt te, cum* [g] bene fuerit *tibi. Intrabit vſque ad generationem patrum ſuorum,* [h] *vſque* in *finem non videbit lumen. Homo cum in honore eſſet non* [i] commouebitur, aſſimilatus *iumentis*, exæquatus eſt.

Et alibi, *Quid gloriaris* [k] qui *potens? miſericordia Dei tota die. Inſidias cogitauit lingua tua, quaſi nouacula acuta faciens dolum. Dilexiſti malum magis quam bonum, mendacium magis quam loqui iuſtitiam.* [l] *Dilexiſti omnia verba ad deuorandum,* [m] lingua doloſa: *Sed Deus deſtruet te in ſempiternum, terrebit te, & euellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viuentium.* [n] Et *videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt. Ecce* vir *qui non poſuit Deum fortitudinem ſuam, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, confortatus eſt in inſidÿs ſuis. Ego autem ſicut oliua* [o] viuens *in domo Dei ſperaui in miſericordia Dei in ſeculum,* [p] & in æternum. *Confitebor tibi in ſeculum quoniam feciſti, & expectabo nomen tuum quoniam bonum in conſpectu Sanctorum tuorum.*

Iſta vobis omnia *ad interitum*, nobis autem ad confortationem ne pereamus dicta ſunt. Vobis ergo ideo hæc ſcribimus, quia debitores vobis ſumus, dicente Domino, [q] *Diligite inimicos veſtros, benefacite eis qui vos oderunt.* Et alibi ſcriptura loquitur dicens, [r] *Si eſurierit*

z Ital. & vulg. opera eius.
a Dominus hoc loco diuites ſeculi alioq iter non perſequentes, &c.
b Pſalm. 49. ſecund. verſ. Hieron *& ſimulatus eſt.*
c & exæq.
d via inſipientiæ eorum.
e current ſemper, quaſi grex.
f me ſemper.
g bene feceris.
h vſque ad
i intellexit comparatus iumentis & ſilebit ur.
k Pſalm. 51. Hieron. interp. in malitia potens.
l iuſtitiam ſemper.
m Hieron. & vetus interp. *linguam doloſam.*
n viuentium ſemper.
o virens.
p ſecul. ſempiternum.
q Matth. 5.
r Rom. 12. ex Prou. 25.

inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitit, potum da illi. [f] Hæc *enim faciens, carbones ignis* congregas *ſuper caput eius.*

His fulti auctoritatibus, [t] *bellum quod* aduerſum nos excitatis, *adeò feliciter dextera Domini* protegente nos, itaque pro nobis *pugnante*, [u] pacificè portare cupimus, *vt triumphante Chriſto omnium* [x] verorum fiat *vna victoria ſacerdotum, & coruſcante lumine veritatis ſola erroris tenebræ cum ſuis* [y] auctoribus pellantur.

Quia [z] *non eſt in hominis poteſtate conſilium* Dei. [a] *Iuſtus eſt enim Dominus, omnia iudicia eius iuſta ſunt, atque omnes viæ eius, miſericordia & veritas & iudicium.* [b] *In manu Dei poteſtas terræ, cui execrabilis eſt omnis iniquitas. In manu Dei poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribæ* [c] imponent *honorem ſuum.* Perdidit [d] *Deus memoriam ſuperborum* [e] *&* iniquè agentium, *&* [f] non dereliquit *memoriam humilium & bonorum hominum.* [g] *Hoc autem pro certo habet omnis qui rectè colit Deum, quia ſi vita eius in probatione fuerit,* [h] corroborabitur; *& ſi in tribulatione, liberabitur; ſi vero in correctione fuerit, ad miſericordiam perueniet.*

Tu ergo ne delecteris *in perditionibus noſtris; quia poſt tempeſtatem* facit Deus [k] tranquillitatem, *& poſt lacrymationem & fletum, exultationem* infundit. Benedictus Dominus *Deus patrum noſtrorum, qui cum iratus* fuerit *miſericordiã* faciet, *& in tempore tribulationis peccata* dimittit. [l] *Magnus eſt Dominus in æternum,* & *ipſe reget nos in ſecula,* quoniam regnum eius permanet in ſecula ſeculorum. Amen. Data [m] 16. Kal. Februar. Maxentio & Maximo viris Clariſſ. Coſſ. & A.D. 309.

f hoc congeres.
t verba Leonis epist. 54. depra. auſſima: *bellum quod pacis noſtra inimicus excitauerat adeo, &c.*
u pugnante confectum eſt, vt, &c.
x omnium eſſet vna.
y ſuis adſertoribus pellerentur.
z Tob. 3.
a verba Concil. 6. Rom. ſub Symmacho ex Tobiæ cap. 3.
b Eccl. 10.
c imponet.
d Perdit.
e iniqua gerentium.
f & relinquit memor.
g Tob. 3.
h coronabitur.
i ibid.
k tranquillum.
l Pſal. 47. 2. 15
m die ſcil. proxime ſeq. mortem Marcelli: ſepultus enim 17. Kal. Februar. vt iam diximus.

[l] *Baron. ad A. D. 308. §. 24.*

EXTAT eiuſdem Marcelli ad Maxentium hoc argumento ſcripta epiſtola; de qua haud ideò mirari quis debet ſi ipſe Marcellus Maxentium perinde ac hominem propemodum Chriſtianum compellet; quippe, (quod ſæpius repetendum eſt) Maxentius fidem Chriſtianam ſe percepiſſe ſimularat. Quod vero diuerſi ab ordinariis in ea Conſules ſcripti leguntur [ciuile inter imperatores conflatum bellum potuit eſſe in cauſa, vt quiſque trium Impp ex ſententia Conſules ſponte crearet, nec ea in re cum aliis conſentiret. Nam & ſecundi imo & quarti conſulatus Maxentij in lib. de Rom. pontificibus mentio habetur,] cum tamen nullus Maxentij Conſu-

Hæc verba repetit Bin. in Not.

Conſulatus ſcriptus reperiatur in faſtis. Sed in his non immoramur, quod aliis teſtificationibus acta Marcelli ſatis recta confirmataque habeantur. Cæterum [epiſtolam illam additamentum aliquod extrinſecus accepiſſe putamus, quod res ibi ſcriptæ parum ſibi cohæreant,] ſed hæc alijs relinquimus &c.

Hæc verba reperit Bin. in Not.

Bin. in Not. *Synodum ergo*) Hæc verba ſequentia, vſque ad hunc locum *Hæc vobis à quibus nimis infeſtè perſequimur*, *&c* aliunde addita & ſurreptitia eſſe videntur, ideo quod hac de re ad Maxentium nulla ſcribendi ratio aut occaſio fuerit, &c.

CENSVRA.

HANC vero Epiſtolam adſcititiis figmentis minimè corruptam, ſed merum indoctiſſimi fabulæ figmentum eſſe, ſequentibus argumentis euincitur. Scripturas impoſtor ex Hieronymi verſione eaque non pura vbique allegat: Pſeudo-Iſidori placita ſuis πιθανολογίαις nulla hiſtoriæ ratione habita adſtruere nititur: Leonis, Gregorij Adriani I. ſententias quiſquiliarum ſuarum cœno obuoluit.

EVSEBII PAPÆ

Epiſtola I.

Chariſſimis fratribus Domino & Deo dilectis, Epiſcopis omnibus per Gallicanas prouincias conſtitutis, Euſebius.

SCRIPTA [a] ſanctitatis veſtræ *cum* magna gratiarum actione *ſuſcepi*, gauiſus ſcilicet de veſtra ſoſpitate, ſed contriſtatus nimis de [b] *veſtra oppreſſione*, Quod ſignificaſtis [c] *enim*, quid de conuerſis hæreticis fieri debuiſſet; ſcitote nos eos [d] *qui in Sancta Trinitatis* fide baptizati ſunt, *per impoſitionem manus* ſuſcipere.

De accuſationibus vero clericorum, ſuper quibus mandaſtis, ſcitote à tempore Apoſtolorū in hac [e] *Sancta vrbe* ſeruatum eſſe, *Accuſatores & accuſationes quas* [f] exterrarum conſuetudinum *leges non adſciſcunt, à clericorum accuſatione* ſubmotas.

a Simile initium epiſt. 36. lib. 2. indict. 10. apud Greg.

b à quo oppreſſa Gallicana Eccleſia Conſtantino Imperij habenas moderante?

c Hæc non cohærent, nec veriſimile eſt Gallos Afrorum vnquam Anabaptiſmū probaſſe.

d Greg. epiſt. 61. lib. 9.

e Sancta Babylon ſcil.

f hanc crambem ſæpius recoquit impoſtor. Nota phraſim. Vide Adrian. I. collect. cap. 11.

Similiter [g] Laïcos non accuſaſſe Epiſcopos hactenus obſeruatum & conſtitutum eſt; quia eiuſdem non ſunt conuerſationis. Et oppido eis quidam infenſi exiſtunt, quippe cum vita eorum & conuerſatio debeat eſſe ſecreta, & à [h] *Laïcorum actibus* remota. Nec ab his impeti debeant quorum caſtitatem & grauitatem nolunt imitari; maxime cum nec hi eos in ſuis volunt recipere accuſationibus. De ipſis vero, ſuis videlicet *agricultoribus* atque miniſtris, Dominus laïcis & [k] cunctis eos perſequentibus ait, [l] *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* Et ipſa ſacra Scriptura dicit, [m] *Qui vos* tangit, tangit *pupillam oculi* mei. Talia enim & his ſimilia [n] ſancti patres prouidentes pericula, laïcos ſeculo militantes ab accuſatione Sacerdotum prohibuere.

Similiter *ſeruos* & *libertos*, atque cenſibus publicis vel priuatis ſubiugatos, omneſque *infames*, ab eadem accuſatione vel tergiuerſatione ſubmouerunt. Non enim oportet vt permittantur [p] *carnales ſpirituales* perſequi, nec [q] *ſceleribus irretiti* vel ſeculo militantes Epiſcopos infamare vel lacerare, aut crimen opponere.

Nam ſi hoc Apoſtoli aut ſucceſſores eorum permitterent, [r] perpauci remanſiſſent qui Domino in Sacerdotali ordine militaſſent.

Idcircò & nos ſequentes patrum veſtigia, pro ſaluatione ſeruorum Dei, *Quaſcumque* [ſ] *ad accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus. Et nullæ accuſationes à iudicibus audiantur Eccleſiaſticis, quæ legibus ſeculi prohibentur.*

Quapropter illi *quibus indita non eſt ad unguem polita perfectio*, talia ſilere debent; ita vt nec [t] *mutilentur* nec proponantur. Nec illi qui aut in fide Catholica, aut [u] inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem prædictorum admittantur; *quia* [x] *veritatem profeſſionis* infidelitas & inimicitia *impedire ſolet.*

g Audix aſſertio Pſeudo Clementis epiſt.1. & ex eo Mercatoris. pluribus locis eam ex profeſſo refutat Hincmar. lib. cap.15 c. 24.
h quid vocas laïcorum actus? an quicquid laïcus agit male agit?
i quando vero Clerici à Laïcorum accuſatione ſubmoti? hoc probandum fuit non fingendum.
k an omnes laïci inter perſequẽtes?
l Pſal. 104.
m Zach. 2.
n nullo hoc ſeculo verum fuiſſe, vero propius eſt.
o vide Conc. Carth 7. can. 2.
p his epithetis Clericos & plebem inſignire ſolet impoſtor, quaſi nemo è Clero carnalis, nemo è plebe ſpiritualis. Vide Pſeudo-Fabian. epiſt 2. &c.
q Conc. 2 Carth. c. 6.
r hoc argumento vtuntur Pſeudo-Eleuther. Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. Pſeudo-Eutychian. epiſt. 2.
ſ verba Ennodij citantis can. 2. Conc. Carthag. 7. in apolog. pro Symmacho.
t forte leg. ventilentur.
u vide Greg epiſt. 52. li. 11.
x impoſtor imitatur verba Anian. ad ſent. Pauli li. 5. tit. 15 ſent. 1. *Veritatis profeſſionem propinquitatis aſſectio impedire cognoſcitur.* Vide Pſeudo-Calixt. epiſt. 1. & Pſeudo Felic. II. epiſt. 1.

[y] Nec illi credendi ſunt aut admittendi, qui aliorum ſponte crimina confitentur.

Et[z] ideo replicāda ſolicitè eorum veritas, *quam ſpontè prolata in illis vox habere non*[a] poteſt; *hanc diuerſis cruciatibus & latrebris ſuis rigoroſius tortor*[b] exigere debet; *vt dum pœnis corpora*[c] ſubiiciuntur, *quæ geſta* ſunt fideliter & veraciter exquirantur. Vnde, *quæſo, primum ad leges publicas, deinde ad iudices ora conuertite, qui poſſunt* & volunt *in defenſione*[d] omnium iuſte loqui. *Nos enim (quos Dei ſeruitium* poſt[e] *iſtarum rerum* abiectionem *fecit ingenuos, qui*[f] tali[illegible] inſultationes aut *contumelias aut deſpicimus aut deridemus, quibus ſcriptum eſt de famulis* & vulgi hominibus *per Apoſtolum,* Mementote quia veſter & illorum Dominus in cœlis eſt) *ad hæc ſeculi mala reuocabimur? faciendum à nobis eſt, quod*[g] faciente altero *prophanum eſſe contendimus? Quod per miniſterium iuſſionis & manus alienæ inceſtaret adſpectum, noſtro peragetur imperio? Nolite hanc*[h] per *vniuerſas Eccleſias mentem, rapacium luporum more & naturâ, ſeruare: quia poſtquam nos* maculat[i] *forte pro deſideriis*[k] eorum *cruenta diſcuſſio, effectum in his quo*[l] tendunt *non* habebunt, *dicente nobis Propheta,* Ponamus circulum in naribus[m] *eorum* & frenum in labiis, & reducamus[n] *eos* in viam *rectam*; quia *eodem Propheta aſſerente,* [o] impugnantur *qui* dicunt, Erunt quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt [p] *nobis.*

Infames enim ſunt procul dubio [q] impugnatores Epiſcoporum, omneſque *qui aduerſus patres armantur,* & conculcatores Eccleſiarum, ſacerdotumque eius, & qui[r] de publicis fugiunt præliis, & mandata Dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamia aſperguntur: his omnibus impugnandi Epiſcopos, patrum ſequentes inſtituta, & nos ſubmouemus.

[ſ] *Quia ſic odit Deus eos qui patres perſequuntur vt patrum inuaſores, qui in omni mundo infamia notantur,* & ideo iuſtè & regulariter reſpuuntur.

y Pſeudo-Steph. epiſt. 2.
z Hæc nullo modo cohærent, ſunt autem Ennodij in apolog. pro Symmacho. *Sed credo, replicabitu veritatem quam,* &c.
a poterat.
b exegerit.
c ſoluerentur, quæ geſta fuiſſe nouerat anima nõ celaret: ſed quæſo.
d in defenſione ſua ſic eloqui.
e pro iſtarũ rerum abiectione. Epheſ 6.
f qui ſeruulorum inſultantium cõtumelias aut &c.
g quod facientem alterum.
h ad vniuerſas.
i maculaſſet.
k veſtris.
l quo tenditis non haberet, dicente vobis.
m veſtris.
n vos in viã qua veniſtis, qui.
o impugnamini qui dicit: p vobis: q vide ſupra Pſeudo-Anaclet. epiſt. 3. &c. ex epiſt. Procli ad Domin. Antioch. r vide Pſeudo-Stephan. epiſt. 1.
ſ his verbis iam vſus Pſeudo-Alexand. epiſt. 1. ſunt autem Procli in epiſt. ad Domin. Antioch. Concil. Chalced. act. 14.

t Ennod verba in apol.
u operi de cuius.

[t] *Nunc longa non opus eſt admonitione iam perditis, odium debemus* [u] operire, *de* quibus *iam non ſupereſt quod damnetur auctoribus.*

x Eſa. 30. ex heb.
y vulg. calumnia, tumultu. ſuper eo.
z Pſal. 57. ex Heb.
a adulteri fornicariæ.
b dilataſtis os, & &c.
c Pſal. 33. ſecundum verſ. Hieron. ex Heb.

De quibus Dominus per Prophetam [x] loquitur, dicens, *Reprobantes verbum ſperaſtis in* [y] calumniam *& in* tumultum, *& innixi eſtis* in eo: *propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio.* Rurſus etiam de talibus Propheta [z] clamat dicens, *Accedite huc ſemen* [a] adulterij *&* fornicarij, *ſuper quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis,* [b] *& eieciſtis linguam? Nunquid non vos filij ſceleſti* eſtis, *ſemen mendax?* Ceſſent impij commentitia aduerſus ſimplices iam fraude mentiri. *Cuſtodi,* inquit [c] Propheta, *linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Recede à malo, & fac bonum; quære pacem & perſequere eam. Oculi Domini ad iuſtos, & aures eius ad* clamorem *eorum. Vultus* autem *Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Et paulo poſt, *Interficiet impium malitia, & odientes iuſtum culpabuntur.*

d 1. Ioan. 4.

Nos quanquam multa patiamur à talibus, [d] *diligamus nos, chariſſimi, inuicem,* quoniam *charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt & cognoſcit Deum. Qui non diligit non nouit Deum,* quia *Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc* intelligimus *quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur quoniam pater miſit filium ſuum, Saluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos agnouimus, &* credimus charitati, *quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij; quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor pœnam habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum; & fratrem ſuum oderit, mendax eſt.*

eſt. Qui autem *non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum à Deo habemus, vt qui diligit Deum diligat & fratrem ſuum.*

Omnis [e] *qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo. In hoc* cognouimus *quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus; & mandata eius grauia non ſunt, quia omne quod natum eſt ex Deo vincit mundum. Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Quis eſt qui vincit mundum niſi qui credit quoniam Ieſus eſt Filius Dei? Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus; non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt, qui teſtificatur quoniam Chriſtus eſt Veritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant,* [f] *ſpiritus,* ſanguis, & aqua; *& hi tres vnum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt,* quia *teſtificatus eſt de Filio ſuo. Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit Filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt de Filio ſuo Deus. Et hoc teſtimonium eſt, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius eſt. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis quoniam vitam habebitis æternam, qui creditis in nomine Filij Dei. Et hæc fiducia quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem eius* audiet *nos. Et ſcimus quia audit nos quicquid petierimus; Scimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum non ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo non peccat; ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus* enim *quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus Deum verum, & ſimus in vero Filio eius. Hic eſt verus Deus & vita æterna.*

Propter [g] mala ſua *multi potentes oppreſſi ſunt valdè, &*

e 1. Ioan. 5.

f hic omiſſus verſus ab impoſtore.

g Eccl. 11.

h ibid. *glorioſi traditi ſunt in manus alterorum.* [h] *Benedictio* autem Dei *in mercedem iuſti feſtinat, & in honore veloci proceſſus illius fructificat.* [i] *Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.*

i Eccl.14.

Scitote, [k] chariſſimi, *pro ea pietate quæ vobis* Dei famulis impendenda eſt, *omnes ſuggeſtiones veſtras fidei catholicæ profuturas* [l] me *dignanter* ſuſcepiſſe; *vt* ipſarum *quoque* opera, *& pax Chriſtiana reparari, & error impius poſſit aboleri.* [m] Et *ſi amplius de* talibus aut de his ſimilibus aliquid *fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, vt pertractata qualitate horum, noſtra quid obſeruari debeat ſolicitudo conſtituat.*

k *verba Leonis epiſt.46.* Qui (Impp. ſcil.) pro ea pietate, qua ſe Dei famulos eſſe gloriantur, omnes &c.
l profuturas dignanter accipiens, vt ipſorum quoque ope.
m Ac ſi de aliquibus amplius fuerit.
n fictitius Conſulatus.

Data 6. Kal. [n] Auguſti Conſtantino Conſ.

CENSVRA.

HVIVS epiſt. & ſequentium, nulla apud Baronium mentio. Pſeudo-Iſidorus, ſeu quis alius artifex, Procli, Leonis, Ennodij, Aniani ſententias exſcripſit, contra hiſtoriæ fidem quæcunque libuit effutiuit, verſione Hieronymiana abuſus eſt; mendax denique ſcriptum ſuppoſititij nota Conſulatus obſignauit.

EVSEBII PAPÆ

Epiſtola II.

Euſebius Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus, dilectiſſimis in charitate Chriſti vnanimis, *charitatis glutino connexis fratribus,* [a] per Alexandriam & Ægyptum *Domino militantibus, & rectam fidem tenentibus, in Domino ſalutem.*

a Quaſi vel plures eodem tempore Epiſcopi Alexandrini, vel Alexandria regio fuerit non vrbs.
b 2.Cor.1.

BENEDICTVS [b] *Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis; qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur* [c] *ipſi à* Deo. *Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum*

c & Ipſi.

Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione & ſalute, quæ & operatur tolerantiam earundem paſſionum quas & nos patimur. Et ſpes[d] veſtra *firma eſt pro vobis, ſcientes* quoniam *ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.* d noſtra.

Vetera[e] (dilectiſſimi) *tranſierunt, & ecce facta ſunt noua omnia. Omnia autem ex* Deo, *qui reconciliauit nos ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis; quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum; & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam* Deo *exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini* Deo. *Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia* Dei *in ipſo. Adiuuantes*[f] *autem exhortamur ne in vacuum gratiam* Dei *recipiatis. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum; ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut* Dei *miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate* & [g] *ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute* Dei, *per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatẽ, per infamiam & bonam famam, vt ſeductores & veraces, ſicut qui ignoti & cogniti; quaſi morientes, & ecce viuimus; vt caſtigati & non mortificati; quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes; ſicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Os noſtrum patet ad vos,*[h] *Corinthij; cor noſtrum dilatatum eſt. Non anguſtiamini in*[i] carnalibus, *anguſtiamini autem in*[k] ſpiritualibus. *Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filijs dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ*[l] autem *participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem conſenſus templo* Dei *cum idolis? Vos enim eſtis templum* Dei *viui, ſicut dicit* Dominus: *Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo; & ero illorum* Deus, *& ipſi erunt mihi*

e 2 Cor. 5. 17. 18.

f 2. Cor. 6.

g in ſuauitate.

h oblitus eſt impoſtor ſe ad Ægyptios ſcribere, non ad Corinthios.
i in nobis.
k in viſceribus veſtris.
l enim.

populus. Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini de medio eorum, *dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis, et ego recipiam vos, et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens.*

Has [m] igitur *habentes promiſſiones, chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore* Dei. Errorem [n] veſtrum corrigite (fratres) & ab omni erroris macula vos cuſtodite, vt purum Deo munus offerre valeatis. Seruos Dei nolite perſequi, Epiſcopos nolite infamare, neque accuſare; quia [o] Deus *eos ſuo iudicio voluit reſeruari.* Quod enim non ab [p] *humanis* aut prauæ vitæ hominibus eos deprauari aut accuſari voluit, ipſe dedit exemplum, [q] quando *per* ſeipſum, & non per alium negotiantes eiecit ſacerdotes de templo, & *menſas nummulariorum proprio euertit flagello* & eiecit de *templo*: & *ſicut* alibi ait, Deus *ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem* Deus *diſcernit.*

Dei [r] *ergo ordinationem accuſat, qui epiſcopos* accuſat vel *condemnat, dum minus ſpiritualia quam terrena ſectatur.*

Cauſa [ſ] enim *fidei* & dilectionis, quibus *ſalus Chriſtiana conſiſtit, multa me ſolicitudine laborare compellit metuentem ne prauitas quæ in ſuis fuerat amputanda principijs, proceſſu temporis & pertinacior fiat & altior.*

Nam [u] *inimicum nimis eſt atque incongruum, eos qui* [x] Epiſcopos vel reliquos veros ſacerdotes *ſua perſecutione* vexant, *Catholicorũ nominibus ſine diſcretione miſceri, cum damnatam impietatem non deſerentes ipſi* [y] *ſua prauitate* condemnantur, *quos conuenit percelli pro perfidia, aut* [z] liberari *pro venia.*

Quia [a] *ſicut plenum pietatis eſt, oppreſſis charitatem Dominicam* [b] reddi, *ita iuſtum eſt omnia* [c] perturbantis auctoritatem amputari.

Miror, [d] chariſſimi, quare *tam citò* mouemini, atque à veſtro ſenſu *transfertmini*, cum ſcriptum ſit, [e] *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si praſtes*

m 2 Cor. 7.
n Quo errore pollu a Ægyptus Euſeb. j ſecu'or an Meletij ſchiſma inſinuare voluit impoſtor?
o hoc vero pernegamus.
p non, h. mani homines aut prauæ vitæ.
q His verbis vſus eſt Pſeudo Anaclet. epiſt. 2. Pſeudo-Pius epiſt. 1. Pſeudo-Iulius epiſt. 2. ſunt autem deſumpta ex Greg Moral. lib. 25. cap. 14. & ex Iſid. ſent. lib. 3 ca. 39.
r Iſid Ibid. & ex eo Pſeudo Teleſphorus.
ſ verba Leonis epiſt. 34. ab initio.
t in qua.
u verba Leonl epiſt. 40. cap. 3.
x qui innocentes & Cathol. ſua perſecuti vexarunt.
y ipſi ſe ſua prauitate condemnent.
z laborare.
a Verba Leonis eiuſdem epiſtol. cap. 2.
b redhiberi.
c omnia perturbationis auctoribus impu ari.
d Galat. 1.
e Eccleſ. 18.

anima

animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec [f] in modicis; adeſt *enim commiſſio illorum. Ne fueris medíocris in contentione ex fœnore, & non eſt tibi nihil in ſeculo: eris enim inuidus vitæ tuæ.* [g] *Operarius ebrioſus non locupletabitur; & qui ſpernit modica paulatim decidet. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos; & qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam. Putredo & vermis hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito leuis corde eſt, & minorabitur: & qui delinquit in animam ſuam inſuper habebitur. Qui gaudet iniquitate denotabitur; & qui odit correptionem minuetur vita: & qui odit loquacitatem extinguit malitiam. Qui peccat in animam ſuam pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. Amico & inimico noli enarrare ſenſum tuum, & ſi eſt tibi delictum noli denudare. Audiet enim te, & cuſtodiet te; & quaſi defendens peccatum odiet te, & ſic* [h] adhærebit *tibi ſemper. Audiſti verbum aduerſus* [i] *proximum? commoriatur in te, fidens quoniam non te diſrumpet. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis, ſic verbum in corde ſtulti. Corripe amicum ne forte non intellexerit, &* cum fecerit iniuriam & non intellexerit, *dicat Non feci; aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum ne forte non dixerit; & ſi dixerit ne fortè iteret. Corripe amicum, ſæpe enim fit commiſſio, & non omni verbo credas. Eſt qui labitur* in lingua ſua, *ſed non ex animo. Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? Corripe proximum antequam commineris: & da locum timori altiſſimi, quia omnis ſapientia* & ſcientia *timor Dei: & in illa* eſt *timere Deum, & in omni ſapientia diſpoſitio legis. Non eſt ſapientia,* [k] neque ſcientia, *& non eſt cogitatus* bonus niſi in illa. *Peccatorum prudentia eſt nequitia, & in ipſa execratio; & eſt inſipiens qui* imminuitur [l] *ſapientia. Melior eſt homo qui* deficit *ſapientia; & deficiens ſenſu in timore* Dei, *quam qui abundat ſenſu & tranſgreditur legem altiſſimi. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua; & eſt qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Eſt qui nequiter humiliat ſe, et interiora eius plena ſunt dolo. Et eſt* enim *iuſtus qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate: et eſt iuſtus qui inclinat faciem, et*

f in modicis, aſſidua enim eſt com.
g Eccl.19.
h aderit.
i proximum tuum.
k nequitiæ diſciplina.
l minuitur.

fingit [m] *non videre,* ſed *quod ignoratum eſt. Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex viſu cognoſcitur vir, et ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, et riſus dentium, et ingreſſus hominis enuntiant de illo.*

m ſe non videre quod.

Eſt [n] correptio *mendax in* [o] *ore contumelioſi, et eſt indicium quod non probatur eſſe bonum; et eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Quam bonum eſt arguere, quam iraſci, et confitentem in oratione non prohibere? Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam; ſic qui facit per vim iudicium iniquum. Quam bonum eſt* [p] correpto *manifeſtare pænitentiam? ſic enim effugiet voluntarium peccatum. Eſt tacens qui inuenitur ſapiens; & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens non habens ſenſum loquelæ; eſt & tacens tempus ſciens apti temporis. Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens non* [q] ſeruabit *tempus. Qui multis vtitur verbis* [r] lædit *animam ſuam; & qui poteſtatem ſibi* [ſ] aſſumit *iniuſte, odietur. Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detrimentum. Eſt datum quod non eſt vtile, & eſt datum cuius retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio; & eſt qui ab humilitate leuabit caput. Eſt qui multa redimat modico pretio, & eſt reſtituens ea* [t] *ſeptuplum. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur.* Datum [u] *inſipientis non erit vtile tibi, oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio eſt. Hodie* [x] fœnerat *quis, & cras expetit, & odibilis* [y] *homo huiuſmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit* [z] gloria *bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt. Quoties & quanti irridebunt eum? Neque enim quod habendum erat directo ſenſu diſtribuit, ſimiliter & quod non erat habendum. Lapſus falſæ linguæ quaſi à pauimento cadens, ſic caſus malorum feſtinanter venient. Homo ingratus fabula vana in ore indiſciplinatorum aſſidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit illam in tempore ſuo. Eſt qui vetatur peccare* [a] ab *inopia, & in requie ſua ſtimulabitur. Eſt qui perdet animam ſuam* [b] pro *confuſione, & ab imprudenti perſona perdet eam, perſonæ autem acceptione perdet ſe. Eſt qui præ confuſione* [c] *promittit pro amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indi-*

n correctio. Eccl. 20.
o ira.
p correptum
q ſeruabunt.
r lædet.
ſ ſumit.
t in ſeptuplum.
u Datus inſipientis.
x fœnerat r.
y eſt homo.
z. gratia.
a præ inopia
b præ confuſione.
c promittit amico.

oro indiſciplinatorum aſſiduè erit. [d] Laudat furem *aſſiduitas viri mendacis; perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium ſine honore, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.*

Vos (fratres) admonemus profutura hominibus inuicem indeſinenter ſectari in charitate Chriſti. Similiter obſecramus *vos in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ; vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus & pater omnium qui* [f] *ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit,* [g] Aſcendit *in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? Qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit* [h] ſuper *omnes cælos vt* adimpleret *omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores; ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum in aſtutia ad circumuentionem erroris.*

De [i] *occultis* enim *cordis alieni temere iudicare* iniquum *eſt; & eum cuius non videntur niſi opera bona* peccatum *eſt ex ſuſpicione deprehendere.*

Oues [k] ergo, *quæ paſtori ſuo commiſſæ* [l] ſunt, *eum nec reprehendere (niſi à recta fide exorbitauerit)* [m] debent, *nec vllatenus accuſare* poſſunt, quia facta *paſtorum oris gladio* ferienda *non ſunt, quanquam* recte reprehendenda videantur.

Ideo iſta dicimus, quia in ſcriptura veſtris reperimus quoſdam Epiſcopos veſtris in partibus à propriis ouibus accuſatos; aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione; & idcirco quoſdam eſſe *rebus*

d Potior fur quam aſſid.
e Epheſ. 4.
f qui eſt.
g Pſal. 67.
h ſupra impleret.
i verba Proſper. ſen. 21. vide Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 1. Pſeudo Sixt. II. epiſt. 2. Pſeudo-Ioan. I. epiſt. 1.
k verba Côc. Rom. 5. ſub Symmacho.
l fuerint.
m præſumát, nec vllatenus pro quacunque re alia niſi pro ſua iniuſtitia accuſare audeant; quoniam paſtorũ actus gladio oris non ſunt feriẽdi, quãquam rectè reprehendi æſtimentur: nec vllos Epiſcopos ſuis rebus expoliatos, vel à ſedibus, vi aut dolo, aut quocumque ingenio pulſos, liceat & vos de nobis iudicaſtis, aut ad Synodum vẽ prouincialẽ q̃ generalẽ poſſe conuocare aut in aliquo iudicare antequam &c.

ſuis expoliatos, quoſdam vero à propria ſede *pulſus*. Quos ſciatis nec *ad Synodum* comprouincialem, nec ad *generalem poſſe* vocari, nec *in aliquo* iudicari *antequam cuncta quæ eis ſublata ſunt legibus poteſtati eorum* [n] *redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & Eccleſias quæ eis ſublatæ ſunt cum omni priuilegio* [o] ſibi *reſtitui; & poſtmodum, non ſub anguſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium eis indulgeatur quantum expoliati vel expulſi eſſe videntur, antequam ad Synodum conuocentur, & ab omnibus* [p] quibuſque *ſuæ Prouinciæ Epiſcopis audiantur. Nam nec conuocari ad cauſam, nec dijudicari poteſt expoliatus vel expulſus, quia non eſt priuilegium quo expoliari poſſit iam nudatus. Vnde & antiquitus decretum eſt*, vt omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atque fructus cunctos ante litem conteſtatam percepto[q] [vel Primas] poſſeſſori reſtituat. *Et alibi ſcriptum habetur*, Ille qui violentiam pertulit, vniuerſa in ſtatu quo fuerant recipiat; & quæ poſſidet ſecurus teneat. *Et alibi in Synodalibus patrum decretis, &* [r] *regum edictis legitur ſtatutum*, Redintegranda ſunt omnia expoliatis vel eiectis Epiſcopis [ſ] præſentialiter, ordinatione Pontificum, & in eorum vnde abſceſſerunt [t] *loca* funditus [u] reuocanda, quacumque conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quaſcunque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ vel proprias, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur ante accuſationem, aut regularem ad Synodum vocationem eorum, *& reliqua. Eſt etiam in antiquis Eccleſiæ ſtatutis Decretum*, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione omnia reſtituat. *Vnde & in Euangelio ſcriptum eſt*, [x] Quod ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum; *& in legibus ſeculi cautum habetur*, Qui rem ſurripit alienam, illi cuius res direpta eſt in decuplum quæ ſublata ſunt reſtituat. *Et in lege diuina legitur*, [y] Maledictus omnis qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen. *Talia ergo non præſumantur abſque* [z] *vltione, nec exerceantur abſque ſua damnatione.*

Pacem [a] & non damnum, aut iniuſtitiam alicuius *ſectamini* inuicem, & *in omnes* [...] *ritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus; ex quo*

n pacificè per omnia redintegrentur decrevimus. Prius &c.

o ſuo.

p quiſque.

q hæc verba adiectitia videntur forte legendũ *primo* iudicet Lector.

r quæ regum edicta in ſecundo Epiſcoporum ante Euſebij tempor.

ſ leg. videtur *per ſententiam & ordinationem Pont.*

t poteſtatem.

u leg. videtur *reuocãdi quicunque &c. captiuitate aut ſeueritate*

x Luc. 19.

y Deut. 27.

z abſque vltione. Huc vſque Pſeudo-Ioã. l. ex Symmacho.

a Heb 12.

b Epheſ. 4.

quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem, in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

De[c] *cætero* (chariſſimi) *gaudete & perfecti eſtote; exhortamini; idem ſapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.* Dominus cuſtodiat vos [d] *& nunc & in die æternitatis. Amen.*

Data 9. Kal. Octob. [e] Conſtantino Clariſſ. Conſule.

c 2. Cor. 13.
d 2. Pet. 3.
e Euſeb. ſedit ab A.D. 309. ad 311. quo tempore Côſules Maxentius Aug 4. & Iunius Maximus Maximianus 8. & Licinius, Conſtantius vel Conſtantinus nemo.

CENSVRA.

IMPOSTOR hiſtoriarum fidem labefactat; Hieronymi verſionem ſequitur; Leonis Proſperi, Symmachi, Iſidori ſcripta expilat.

EVSEBII PAPÆ

Epiſtola III.

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Epiſcopis per Campaniam & Tuſciam conſtitutis, Euſebius.

BENEDICTVS [a] Dominus *Deus noſter*, *qui per miſericordiam ſuam* [b] Romanam Eccleſiam B. Petri Apoſtolorum principis ſacerdotio ditauit, *nobiſ*que *viam* monſtrandam *circa nos* ([c] propter vniuerſalem curam quæ nobis eſt propter priuilegium eiuſdem Eccleſiæ) *inuicem charitatis indulſit; vt qui cohæremus firmitate fidei, iungamur quoque* votiui [d] *iucunditate colloquij, quo facilius, dum per literarum miniſteria ad vos vſque pertendimus, etiam corda veſtra ad religioſum cultum Apoſtolicis admonitionibus incitemus; & dum dilectionis noſtræ* [e] ſpei *reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monſtremus affectum. Iungamus ergo, dilectiſſimi fratres, continuas & humiles preces; &* [f] Deum *noſtrum oris & cordis lacrymis ſupplicantes, iugi deprecatione poſcamus vt* [g] *inſtitutione & opere illi, cuius eſſe membra cupimus, hæreamus; nec vnquam ab illa via qua Chriſtus eſt, deuio tramite declinemus, ne ab eo iu-*

a verba Hormiſdæ epiſt. 25. Benedicta Trinitas Deus &c.
b Romanæ reip. per vniuerſas partes, ſic pacis tranquillitate diffuſa, nobis quoque viam demonſtrandæ circa &c.
c additamentum plagiarij.
d votiua.
e pignus reddimus.
f Dominum noſtrum.
g vt &c.

ſtè, quæ nos impie relinquimus, deſeramur infelices. *Quod* [h] *ſupernι fauoris auxilio ea nobi poteſt ratione contingere, ſi Apoſtolica dogmata, ſi Patrum mandata* [i] ſeruamus. *Dicit enim Dominus noſter,* [k] Qui diligit me ſermonem meum ſeruabit; & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus *Et licet hæc poſſint generaliter dicta ſufficere, vt vel declinemus errata, vel cuſtodiamus catholica;* [k] ab Apoſtolis tamen, eorumque ſucceſſoribus nouimus cõſtitutum, *criminationes* [l] *aduerſus Doctores non debere ſuſcipi.* Nec [m] *peregrina iudicia* fieri. Nec [n] *quenquam* alterius *iudicis* quam ſui *ſententiâ* debere *conſtringi.*

Caput [o] enim *Eccleſiæ Chriſtus eſt; Chriſti autem vicarÿ Sacerdotes* ſunt, [p] qui vice Chriſti *legatione funguntur* in Eccleſia. Idcirco quicquid ad eorum ſit iniuriam ad Chriſtum pertinet, qui dixit, [q] *Qui vos audit me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit; & qui ſpernit me, ſpernit eum qui me miſit.*

Iſta (fratres) terribilia ſunt, & *oppidò diligenter* conſideranda & cauenda, & tam propter eos qui ſeipſos aut cupiditate, aut auaritia, aut inuidia perdere moliuntur, (ne in profunda labantur, aut in talia incidant mala) quam propter [r] *perſecutiones* Eccleſiæ ſeruorumque eius, *qui,* iuxta Veritatis vocem, [ſ] *oculos habentes non vident, & aures habentes non audiunt,* nec intelligunt quæ placent Deo.

Sequentes [t] *itaque in omnibus Apoſtolicam* [u] regulam, *& prædicantes eius omnia conſtituta,* ob cuſtodiam Epiſcoporum qui [x] *columnæ Eccleſiæ* à Deo dicti ſunt, & cæterorum verorum Sacerdotum, firmantes cana patrum ſtatuta; ſtatuimus iterum cum omnibus qui nobiſcum ſunt Epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus; vt [y] *homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri,* inceſti, *venefici,* ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, periuri, & *qui raptum fecerunt vel falſum teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad ſacrilegos diuinoſque concurrerunt,* ſimileſque eorum, *nullatenus ad accuſationem vel teſtimonium* ſint *admittendi,* quia infames ſunt; & iuſtè repellendi, quia funeſta eſt vox eorum.

h quod cum.
i ſi ſeruemus.
k Ioan. 14.
l hoc ita acceptũ à Sixto philoſ. ſent. 250. & ab Adriano I. cap. 67. ad Ingelramũ. vide Pſeudo-Calixtum e piſt. 1. &c.
m C. Theod. li. 9. tit. 1. cõſtit. 10. Vide Pſeudo-Anaclet. epiſt. 1. &c.
n C. Iuſtin Lib. 7. tit. 48. conſt. 4 vide Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 1. &c.
o verba Hormiſdæ epiſt. 25.
p hoc ſubinde repetit Mercator.
q Mat. h. 10.
r nor. ſolœciſm.
ſ Pſal. 113.
t verba Ioan. Cõſtan inop. in libello ad Hormiſdam. epiſt. 12. eiuſdẽ Hormiſdę ſubnexo.
u ſedem.
x fortè alludit ad dictũ Pauli de Petro Iacobo, & Ioanne Gal. 2 vide inf Pſeudo Melchiad. epiſt. Decret. & Pſeudo-Iulium epiſt. 1.
y verba Pſeudo-Eutychiani epiſtol. 2. ex Adriani cap. 63. ad Ingelramum.

Vocem [z] *enim funeſtam* in omnibus [a] interdici *potius quam audiri oportet.* Periculum ergo quod Doctoribus imminet ſummoperè ſemper cauendum eſt & declinandum; & [b] *illi ſunt à cunctis* [illegible] *&* cuſtodiendi, dicente Domino, [c] *Quod vni ex mi*[illegible]*nis meis feciſtis mihi feciſtis.*

Prima [d] enim *ſalus eſt rectæ fidei* [e] regulas *cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenus deuiare* [f] Nec *poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia, dicentis,* [g] Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. *Et hæc quæ dicta ſunt rerum probantur effectibus, quia in ſede Apoſtolica extrà maculam ſemper eſt catholica ſeruata religio.*

z verba Cod. Theod. lib. 9. tit. 6. conſtit. 3. & C. Iuſtin. lib. 6. tit. 1. conſtit. 20.
a intercidi.
b nota phraſim ſolemnē Pſeud. Iſid.
c Matth. 25.
d verba Hormiſdæ in regula fidei poſt epiſt. 9. & epiſt 51.
e regulam.
f & quia non poteſt.

Ideo, chariſſimi, & vos iuxta Sanctam ſcripturam [h] *diſcite benefacere,* & [i] *mala declinare,* & patrum regulis imbui, ſicut ſcriptum eſt, [k] *Fili, ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Memor eſto quoniam mors non tardat, & Teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt tibi, Teſtamentum huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis à* [l] *die* bona, *& particula boni doni non te prætereat. Nonne alijs relinques dolores & labores tuos? In diuiſione ſortis da & accipe, & iuſtifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quia non eſt apud inferos inuenire cibum. Omnis caro ſicut fænum veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur & alia dejiciuntur; ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet; & qui illud operatur ibit cum illo. Et omne opus electum iuſtificabitur; & qui operatur illud, honorabitur in illo. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia* [m] *meditabitur,* & *in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. Qui excogitat vias illius in corde ſuo, & in abſconſis* illius *intelligens* erit, *vadens poſt illam quaſi inueſtigator, & in vijs illius conſiſtens. Qui reſpicit per* [n] feneſtram eius, *& in* [o] ianuam *illius audiens. Qui requieſcit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum, ſtatuet caſulam ſuam ad* [p] manus *illius, & requieſcent in caſula illius bona per æuum. Statuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis eius morabitur; Protegetur ſub* [q] ramis *illius à feruore, & in gloriâ eius requieſcet.*

g Matth. 16.
h Eſai. 1. 16.
i Prou. 16. 17
k Eccl 14.
l vulg. die bono.
m iuſtitia ſua
n feneſtras illius.
o ianuis.
p manum.
q tegmine.

Qui timet [r] Dominum, & *faciet illud; & qui continens eſt*

r Deum. Eccl. 15.

iuſtitiæ apprehendet illam; & obuiabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum: cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur; & continebit illum, & non confundetur; & exaltabit [f] cum apud proximos ſuos. Et in medio Eccleſiæ aperiet os eius, & [t] implebit eum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſtola gloriæ veſtiet illum. Iucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines ſtulti non apprehendent illam, & homines ſenſati obuiabunt illi. Homines ſtulti non videbunt [u] illam; longe enim abeſt a ſuperbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, & [x] acceſſum habebunt vſque ad inſpectionem Dei. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, quoniam à Deo profecta eſt ſapientia. Sapientiæ enim Dei [y] ſtabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris per [z] Dominum abeſt; quæ enim odit [a] non feceris. [b] Non dicas, Ille me implanauit; non enim neceſſarij ſunt [b] illi homines impij. Omne execramentum erroris odit [c] Deus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui; adiecit mandata & præcepta ſua. Si volueris mandata, [d] conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placidam [e] facere. Appoſuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei dabitur illi, quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſione. Oculi Domini ad timentes eum, & ipſe [f] cognoſcit omnem operam hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. [g] Ne iucunderis in filijs impijs ſi multiplicentur; nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei cum [h] illis. Non credas vitæ illorum, & non [i] reſpexeris in labores eorum. Melior eſt enim vnus timens Deum quam mille filij impij. Et vtile [k] mori ſine filijs, quam relinquere filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria, & a tribu impiorum deſeretur. Multa [l] alia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea. In ſynagoga peccantium exardebit ignis, in gente incredibili exardeſcet ira. Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti. Et non pepercit peregrinationi illorum, ſed percuſſit eos, & execra-

f illum.
t adimplebit illum.
u eam.
x ſucceſſum.
y adſtabit.
z Deum.
a ne.
b ei.
c Dominus.
d mandata ſeruare.
e placitam.
f agnoſcit.
g Eccl.16.
h in illis.
i ne reſp.
k vtile eſt.
l talia.

execratus eſt illos *præ ſuperbia verbi illorum: non miſertus eſt illis, totam gentem perdens, &* [m] extollentes *ſe in ſuis peccatis.* m extolleatem.
Et ſicut ſexcenta millia peditum qui congregati ſunt in duritia cordis ſui; & ſi vnus fuiſſet ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immunis. Miſericordia enim & ira eſt cum illo, potens exoratio, & effundens iram, ſecundum miſericordiam ſuam ſic correptio illius hominem ſecundum ſua opera [n] iudicabit. *Non effugiet in rapina* n iudicat.
peccator, & non retardabit ſufferentia facientis miſericordiam. Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius. Non dicas à Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoſcar. Quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce cœlum & cœli cœlorum, abyſſus,
[o] *vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commouebuntur, montes ſimul & colles, & fundamenta terræ; Et cum conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his eſt inſenſatum cor; & omne cor intelligitur ab illo, & vias illius quis intelligit, & procellam, quam nec oculus* [p] vidit *hominis?* o abyſſus & p videbit.
Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis; ſed opera iuſtitiæ [q] illius *quis* enarrabit, *aut quis ſuſtinebit? Longe enim eſt Teſtamentum à quibuſdam; & interrogatio* hominum [r] *in conſummatione eſt. Qui minoratur corde, cogitat mala; & vir imprudens & errans cogitat ſtulta.* q eius qui enunciabit. r omnium.

[ſ] *Omnis* ergo (fratres) *ſermo malus* [t] de *ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus* eſt *ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus; Et nolite contriſtare ſpiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.* ſ Epheſ. 4. t Ital. & vulg. ex.

[u] *Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, et ambulate in dilectione, et ſicut Chriſtus dilexit nos, et tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem et hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem et omnis immunditia, aut auaritia* [x] ne *nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos; aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hære-* u Epheſ. 5. x nec nomin.

ditatem in regno Chriſti et Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hac enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; vt filij lucis ambulate (fructus enim lucis eſt in [y] *bonitate & iuſtitia et veritate) probantes quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt et dicere. Omnia autem quæ arguuntur à lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur lumen eſt. Propter quod dicit, Surge qui dormis, et exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodo cautè ambuletis ; non quaſi inſipientes , ſed vt ſapientes, redimentes tempus , quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu ſancto , loquentes vobiſmetipſis in pſalmis et hymnis, et canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti , Deo & patri ſubiecti inuicem in timore Chriſti.*

[z] *Crucis* ergo *Domini noſtri Ieſu Chriſti*, quæ nuper nobis gubernacula ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tenentibus [a] *quinto Nonas Maij inuenta eſt*, in prædicto Calendarum die , inuentionis feſtum vobis ſolenniter celebrare mandamus.

Similiter [b] & hæreticos omnes quicunque Dei gratia conuertuntur, & [c] *in ſancta Trinitatis nomine* credentes baptizati ſunt, Romanæ Eccleſiæ regulam tenentes, *per manus impoſitionem* reconciliare præcipimus.

[d] Manus quoque impoſitionis Sacramentum magna veneratione tenendum eſt , quod ab aliis perfici non poteſt [e] niſi a ſummis ſacerdotibus. Nec tempore Apoſtolorum ab aliis quam ab ipſis Apoſtolis legitur aut ſcitur peractum eſſe; neque ab aliis (ſicut iam dictum eſt) quam ab illis qui eorum locum tenent vnquam perfici poteſt aut fieri debet. Nam [f] *ſi aliter præſumptum fuerit*, irritum habeatur & vacuum, *nec inter Eccleſiaſtica*, vnquam *reputabitur* Sacramenta De. [g] *cætero (fratres).*

y I al. vulg. omni boni tate.
z verba pontificalis. nota Sur j. Hoc quidem eſt contra conſenſum omnium hiſtoricorum , vt etiam ſupra dictum eſt: aliunde igitur hic loco aſſutum eſt.
a hoc ſibi diſplicere profitetur Anton. Auguſt. emendat. Gratian. libr. 1. Dial. 6.
b An alia fuit campanorũ & Tuſcorum praxis?
c hæc deſumpta ex epiſt. 61 lib. 9. apud Gregori. m. videnda & Gennad de Eccl. dogm. ca. 52. & pontifi alis auctor. & Syn. 1. Arel. cap. 8.
d de qua manus impoſitione loquitur? Sexto plicem enim agnoſcit Binius in not. ad epiſt. Melchiadis.
e vide Innocent epiſt. 1. Iſidor de offi. lib. 2. cap. 26. Greg. epiſt. 26. lib. 3.
f Adrian. I. collect. c. 3.
g 2. Cor. 13 11.

tres) gaudete & [h] *exultate in Domino*, vt Sancti ſpiritus gratiâ *illuminati*, & *confortati* vos ad *paſcua æternæ vitæ peruenire*, veſtroſq; perducere adminiculante Domino, *valeatis*. [i] *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſpiritus Sancti ſit ſemper cum omnibus* nobis. *Amen*. Data 8. Kalend. Septemb. [k] Conſtantino Clariſſimo Conſule.

h Pſal. 32. 1. Hebr. 4. 4. Coloſſ. 1. 11. phraſ. Greg. lib. 12. epiſt. 16.
i 2. Cor 13.
k mendax nota Conſulatus.

Binius in Notis.

CRVCIS *ergo, &c.* Crucem Domini tempore Euſebij Papæ non fuiſſe inuentam, ideoque ea quæ hoc loco Epiſtolæ huic adduntur, (vt ait Surius in Not. marginalibus) ſurreptitia eſſe, & extrinſecus addita fuiſſe certiſſima coniecturâ ſtatuere licet. Nam teſte Euſeb. libr. 3 cap. 46. conſtat, Helenam poſt Conſtantinum Chriſtianam religionem amplexatam eſſe. Si igitur hoc tempore Euſebij Papæ Conſtantinus nec dum Chriſtianus fuerit, quomodo Helena deorum adhuc cultrix inueniendæ crucis Chriſti adeo ſtudioſa eſſe potuit? Accedit, quod communis Patrum & Hiſtoricorum ſententia affirmet poſt Nicænum Concilium ab Helena octogenaria in ſomnis diuinitus admonita, à Iudæis antiquiſſimis, Chriſtianis adiutoribus, conſultoribus & indicibus inſtructa, magno gaudio quærentium 14. Septembr. crucem Domini repertam, miraculosè à latronum crucibus diſcretam eſſe. Ita ex Patribus Sanctus Paulinus epiſt. 11. ad Seuerum, S. Hieronymus epiſt. ad Paulin. de inſtit. Monach. S. Ambroſ. orat. in funere Theod. S. Chryſoſt. homil. 84. in Ioannem, Andreas Cretenſis homil de exalt. S. Crucis. Et demum his antiquior Cyrillus Hieroſol. epiſt. ad Conſtant. Idem ex hiſtoricis Euſeb. in Chronico, & lib. 3. de vita Conſtantini cap. 29. Hieron. in Chronic. Proſper in Chron. Sulpitius lib. 2. ſacræ Hiſtoriæ, Ruffin. lib. 1. cap. 7. & 8. Theodor. lib. 1. Hiſt. cap. 18. Sozomenus libr. 2. cap. 1 Socrates libr. 1. cap. 17. Gregor. Turon. lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 26. Nicephor. lib. 8. cap. 29. Iuſtinian. Imp. Nouell. 28. Taceo mille alios recentiores. Vide Baron. Ann. 311. num. 41. Item Ann. 326. num. 42. & ſeqq. Gretſerum lib. 1. de cruce cap. 54. & ſeqq. Antonin. Chron. part. 1. tit. 8. c. 1. § 8. Chronologia Monachi Altiſidorienſis f. 47. b.

Hoc commentum hiu ſit è pontificali Dam ſi q icunque hanc epiſtolam Euſebio ſuppoſuit.

Inuentionis feſtum. Hoc feſtum, quod Latina Eccleſia 3. Maij celebrat; quo auctore & inſtitutore celebretur incertum eſt, &c. Vide Baron. in Not ad Martyr. Rom. 3. Maij, Bellarm. lib. 2. de confirm. cap. 7.

CENSVRA.

PRÆTER ea quæ Binius adnotauit, addo, Epiſtolæ conſarcinatorem, Eccleſiaſtici, Hormiſdæ, Sixti Philoſophi Adriani I.

Codicum Theodoſiani & Iuſtiniani verbis impudenter abuti. Nouam Epiſt. ad Epheſios verſionem cudere ex vulgata; Conſulares nouos comminiſci, quiſquilias denique Pſeudo-Iſidori venales exponere.

MELCHIADIS PAPÆ

Epiſtola.

De primitiua Eccleſia & munificentia Conſtantini Magni imperatoris erga eandem.

NEMO qui diuinas Scripturas legit, ignorat quod in principio naſcentis Eccleſiæ diſcipuli in vnum *congregati ſunt* [a] cum *multitudine credentium*, in quibus *erat cor vnum & anima vna*; [b] quique *vendentes* prædia & *poſſeſſiones* ſuas *afferebant pretia*, & *diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat*. [c] Futuram namque Eccleſiam in gentibus Apoſtoli præuidebant, maximéque quia Dominus illis prædixerat: [d] *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium.* Vel [e] quia expellendos ſe nouerant à Iudæa, & in gentibus diſpergendos, Eccleſiamque congregandam ex rudi populo: idcirco prædia in Iudæa minime ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fouendos egentes.

At verò cum inter turbines & aduerſa mundi ſucceſceret Eccleſia, eo vſque peruenit, vt non ſolum gentes ſed etiam [f] Romani principes, qui penè totius orbis Monarchiam [g] *tenebant*, ad fidem Chriſti & baptiſmi Sacramenta concurrerent. E quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus [h] *primus* [i] fidem veritatis patenter adeptus, [k] licentiam dedit per vniuerſum orbem ſub ſuo degentes imperio fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricare Eccleſias, & prædia tribuere poſſe conſtituit.

a Act. 2.
b Act. 4.
c Villa inc. de rat. ſtudij Theol. lib. 4. cap. 3. obſ. 4. Euincunt verba can. ibi falſo Melch. nomen vſurpari, quandoquidem fit in can. illo mentio donationis Conſtantini, &c.
d Matth. 28. Marc. 16.
e hæc verba citat Hincmarus Dial. de ſtatu Eccl.
f Quot Romani principes ante Conſtantinum ad fidem concurrerunt?
g hinc conſtat impoſtorem ſcripſiſſe poſt dilacerationem imperij.
h Hinc item conſtat vixiſſe poſt Conſtantini M. tempora.
i Nemo fidem patenter adipiſcitur, ſed profitetur.
k Vide Euſeb. lib. 10. cap. 5. vide & Pſeudo-Vrbani epiſt. aſſerentis ſuo tempore Eccleſias oblationibus piorum, & poſſeſſionibus ditatas.

Denique idem præfatus princeps donaria immenſa contulit, & [l] fabricam templi [m] primæ ſedis B. Petri principis Apoſtolorum inſtituit; adeo vt [n] ſedem imperialem quam Romani principes poſſederant relinqueret, & B. Petro ſuiſque *præſulibus* profuturam concederet.

Idem vero [o] præſidens in Sancta Synodo quæ apud Nicæam congregata erat, cum querelam quorundam conſpiceret coram ſe delatam ait, [p] *Vos a nemine dyudicari poteſtis, quia ſolius Dei iudicio reſeruamini. Dij etenim vocati eſtis, idcirco non poteſtis ab hominibus iudicari.*

Ab *illo* [k] etenim *tempore & deinceps* viri religioſiſſimi non ſolum poſſeſſiones & prædia quæ poſſederant, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt. Ædificantes Baſilicas in ſuis fundis *in honore* ſanctorum Martyrum per ciuitates; & [q] *monaſteria innumera*, in quibus cœtus Domino ſeruientium conueniret.

Denique [r] reges, & Præſides ac Magiſtratus non ſolum hanc licentiam tribuere, ſed etiam ipſi propria largiti ſunt *per vniuerſa regna* terrarum, vnde alerentur egentes, qui nihilum in mundo poſſidebant, Eccleſiæque Dei fabricarentur atque reſtaurentur, Deoque & Eccleſiæ eius rite famulantibus ſeruiſque illius ſupplementa (vt abſque *neceſſitate* eſſent) tribuerentur: vt hæc accipientes poſſent (ſecundum monita Apoſtoli [ſ] *orationes* hominibus, *poſtulationes, obſecrationes, gratiarumque actiones facere pro omnibus, pro regibus, & qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam* habeant. Et hoc *bonum & acceptum* eſſe *coram Deo* idem Magiſter gentium proteſtatur, cui [t] *ſollicitudo omnium Eccleſiarum* incumbit, quique [u] *Epiſcopos regere* per Spiritum Sanctum conſtituit *Eccleſiam Dei*: Quibus ait, [x] *Paſcite qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontè ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia ſed voluntarie*: Quibus & dicebat, *Nemo* [y] *militans Deo implicat ſe negotiis ſecu-*

l Id hauſtum ex Actis Sylueſtri.
m prima Petri ſedes Anno hic.
n Conſtantinus Romam reliquit, ex indignatione aduerſus gentiles vrbicus concepta, A. 324. teſte Baron. 5. 137. 138. & . Iam vero diem vltimum obiebat Melchiades Anno 314
o habita Nicæna Synodus Anno 325. huic autem Sylueſtrium per legatos præfuiſſe conſentiunt aduerſarij.
p alijs verbis vſum Conſtantinum teſtantur Ruffin. lib. 1. cap. 2. Theodoret. lib. 1. c. 11. Sozom. lib. 1 cap. 16.
q hinc conſtat Pſeudo-Melchiadem Synodo Nicæna longè poſteriorem, tum enim Antonius Monachorum pater A. D. 358.

r hinc [illegible] epiſt. [illegible] poſt Imperij lacerationem a barbaris factam vixiſſe. ſ 1 Tim. 2. t 2 Cor. 11. u Act. 20. P[illegible] Eccl. regere. [illegible] Sp. S. ſed Sp. S. conſtituit Epiſcopos, & Sp. S. inſtitutor miniſterij Paulus organum Spiritus ſancti. x Hoc [illegible] Paulus ſed Petrus 1 epiſt. cap. 5. y 2 Tim. 2.

lariis. Quæ autem ſint negotia ſecularia ſancti Canones manifeſtant & inhibent, dum perſpicuè docent, Quod [z] *quidam, qui in clero* videntur electi, *propter lucra turpia conductores alienarum poſſeſſionum fiant, & ſecularia negotia ſub cura ſua recipiant, Domini quidem miniſterium paruipendentes, per ſecularium vero domos diſcurrentes, & propter auaritiam patrimoniorum ſollicitudinem ſumentes.* Decreuit namque ſupradicta *ſancta Synodus, nullum deinceps clericum aut poſſeſſiones conducere, aut negotijs ſecularibus ſe miſcere, niſi propter curam pupillorum & orphanorum ac viduarum; aut ſi fortè Epiſcopus ciuitatis Eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat.* Vbi liquido patet, quia alia ſunt negotia ſecularia, alia Eccleſiaſtica.

Nonne [a] *Moſes* in ſeculo erat, cum *crebro tabernaculum* [b] intraret & exiret, *qui intus contemplatione* [c] raptus *foris infirmantium negotijs* [d] vrgebatur, *intus* Dei *arcana* [e] conſiderans, *foris onera carnalium* portabat?

Cuius typum ſacerdotes in Eccleſia agere debent, *vt* dum foras exeunt ad exercenda negotia pro neceſſitatibus ſubditorum, intus *ad ſe redeant* per contemplationem mandatorum; ſicut [f] Paulus qui *cæleſtibus ſecretis inſeritur; & tamen per condeſcenſionis viſcera carnalium cubile perſcrutatur.* Sic & [g] *Iacob aſcendentes & deſcendentes angelos vidit, quia* [h] videlicet rectores Eccleſiæ *non ſolum* Deum *contemplando* ſuperna *appetunt, ſed deorſum quoque ad membra illius miſerando condeſcendunt.* Et Domini ſacerdotes horum facta imitantur, & ſe cuſtodiunt, & ſubditorum *onera portant*; & videntur tales eſſe, quales idem egregius prædicator præcepit, vt [i] *qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur*; [k] *& qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non poſſidentes.*

z Concil. Chalcedon. can 3.
a verba Gregorij epiſt. 24 lib. 1. & Paſtoral. lib. 2 cap 5.
b Intrat & exit.
c rapitur.
d vrgetur.
e conſiderat. portat. qui de reb⁹ quoque dubiis ſemper ad tabernaculũ recurrit; & coram teſtamenti arca Dominum conſulit, exẽplum procul dubio rectoribus præbẽs, vt cum foris ambigunt quid diſponant, ad mentem ſemper quaſi ad tabernaculum redeant, &c.
f ibid. paulo ante.
g ibid. poſt lin. 17.
h quia ſcil. prædicatores recti non ſolum ſurſum ſanctum caput Eccleſiæ videl. Dominum contemp.
i Gal. 6.
k 1. Cor. 7.

Baronij Cenſura. A. D. 312. §. 80.

NON innitimur iis quæ Iſidorus collector, ſeu potius compilator ſub nomine Melchiadis Papæ perperam collocauit in ea epiſtola cuius (quod magis credimus) ipſe auctor extitit; cui, præter mentionem habitam de Nicæno Concilio, attexuit tertium Canonem Concilij Chalcedonenſis, & nonnulla ex epiſtola Gregorij Papæ: his inquam (quantumlibet veris) quod prodantur

falſo

falſo titulo, non innitimur, ſed antiquioribus ac verioribus teſtimoniis.

Binius in Notis. Falſo titulo ac nomine Melchiadis prænotatam fuiſſe (epiſtolam) inde conſtat, quia mentionem faciat Nicæni Concilij; quod, omnium conſenſu poſt obitum Melchiadis Papæ, poſtque baptizatum Imperatorem, non ſub Melchiade, ſed ſub Syluestro pontifice anno Chriſti 325 qui eſt Conſtantini vigeſimus, celebratum eſſe omnes ferè (vt infra patebit) hiſtorici conſentiunt. Verius igitur fortaſſe fuerit, ipſum Iſidorum, compilatorem potius quam collectorem, auctorem eſſe huius epiſtolæ, quam ex 3. can. Concilij Chalcedonenſis, ex fragmento quodam epiſt. 24. libr. 1. Gregorij Papæ, & Nicæni Concilij hiſtoria compilatam eſſe conſtat, &c.

Cenſores Gregoriani Decreti.

Collectores Melchiadem citant auctorem (*cap. futuram* 12. *q.* 1.) quod conſtare non poſſe rectè animaduertit auctor gloſſæ: fit enim in hoc capite mentio Nicænæ Synodi, quo tempore (vt ex ipſa Synodo, Euſebio, & cæteris hiſtoricis apppatet) iam Melchiades obierat.

Cuſan. concord. Cathol. lib. 3. *cap.* 2.

Textus qui adſcribitur Melchiadi Papæ, qui habetur 12. q 1. *futuram*, &c. non eſt Melchiadis Papæ ſecundum glo. quandam, & etiam rei veritatem, quia Melchiades præceſſit Syluestrum, vt patet in Cata¹. Rom. pont. & ſi Conſtantinus baptizatus fuit à Syluestro, &c, tunc patet titulum illius textus falſum, &c.

Did. Couarruu. Practic. quaſt. cap. 31. §. 1.

Nec enim Melchiades Papa potuit mentionem agere conuerſionis Conſtantini eiuſve donationis in Eccleſiam collatę, nec aliorum quæ *in d. cap. futuram* commemorantur, cum poſt ipſius Melchiadis obitum ſub Papa Syluestro contigerint.

Idem Varr. reſol. lib. 4. *c.* 16. Probauimus *in practicis qq. cap.* 31. §. 2. illius cap. titulum falſo tribui Melchiadi Papæ, ex eo quod illic relata contigerint poſt ipſius Melchiadis obitum; & quia Melchiades occiſus fuerit, & Martyrium paſſus eſt Maximini iuſſu, qui Conſtantinum in imperio præceſſit.

MELCHIADIS PAPÆ

Decretalis Epiſtola.

Dilectiſſimis fratribus Marino, Benedicto, *Leontio*, *&* *cæteris* Hiſpaniarum, ac in illis partibus *Epiſcopis*, Melchiades.

a Initium epiſt. 1. Cœleſtini ad Gallos ſem pelagianiſ fautores.

APOSTOLICI [a] *præcepti verba ſunt, apud Iudæos atque gentiles ſine offenſione nos eſſe debere. Hoc, quiſquis Chriſtianus eſt, tota animi virtute cuſtodit. Quod cum ita ſit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detractat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos (qui neminem perire volumus) iſta contriſtent, quæ auctoribus Chriſtianis percellunt animos Chriſtianos, Dominicus in Euangelio ſermo teſtatur. Ait enim ipſe Saluator,* [b] *quod* expediat ſcandalizanti vnum de puſillis, in maris profundum demergi. *Ideò quæ ſit eius iam pœna quæramus, cui tale ſupplicium legimus expedire.*

b Matth. 18.

Quapropter iſta, chariſſimi, verba valdè ſunt ponderanda & cauenda, ne [c] *pro temporalibus æterna, & pro caducis* manſura, & pro paruiſſimis temporalibus perdantur (quod abſit) *perpetua* gaudia. Vnde vos rogamus & obſecramus, vt nullus alteri noceat, neque infeſtus aut nocens exiſtat; ſed (iuxta Apoſtolum) [d] *alter alterius onera portet, vt legem Chriſti adimpleat.* Et [e] nolite *iudicare inuicem; ſed* (iuxta eundem Apoſtolum) *hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.* Primo ſemper antè omnia diligenter inquirite, vt cum iuſtitia & veritate definiatis. Neminem condemnetis ante verum & iuſtum iudicium. Nullum ſuſpicionis arbitrio iudicetis; ſed primum probate, & poſtea [f] *charitatiuam* proferte ſententiam. Et [g] *quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.* Mementote ſermonis Domini ſemper, qui ait; [h] *Nolite iudicare, &* *non* iudicabimini: *nolite condemnare, vt non condemnemini; in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini.* Epiſcopos nolite iudicare, nolite condem-

c ſic Ruricius epiſt. lib. 2 epiſt. 15. pro minimis magna, pro caducis perpetua, pro temporalibus æterna &c.
d Gal 6.
e Rom. 14.

f vox Pſeudo Iſidori familiaris
g Tob. 4.
h Matth. 7. vt non iudicemini.

condemnare [i] abſque ſedis huius auctoritate. Quod ſi feceritis, irrita erunt veſtra iudicia, & vos condemnabimini. [k] Hoc enim priuilegium huic ſanctæ ſedi a temporibus Apoſtolorum ſtatutum eſt ſeruare, quod [l] illæſum manet vſque in hodiernum diem. Epiſcopos ergo, quos [m] ſibi Dominus tanquam oculos elegit, & columnas Eccleſiæ eſſe voluit, quibus etiam [n] ligandi & ſoluendi dedit poteſtatem, ſuo iudicio reſeruauit, hocque priuilegium [o] *beato clauigero* Petro ſua vice [p] *ſolummodo* commiſit. Quod eius iuſtè *prærogatiuum* ſucceſſit ſedi, futuris *hæreditandum* atque tenendum temporibus.

Quoniam [q] *& inter Beatos Apoſtolos* [r] *fuit quædam diſcretio poteſtatis: &* [ſ] licet cunctorum *par electio* foret, B. *tamen* Petro conceſſum *eſt vt* aliis *præemineret*; eorumque quę ad querelam venirent cauſas & interrogationes prudenter diſponeret. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum eſſe credimus, ne omnes poſterorum cuncta *ſibi vendicarent, ſed* ſemper maiores cauſæ, ſicut ſunt Epiſcoporum & potiorum curæ negotiorum, *ad vnam B. principis Apoſtolorum Petri ſedem confluerent;* vt inde ſuſcipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium inſtitutionum, ne quandoque *à ſuo* diſcreparent *capite.*

Si vero ſe viderit quiſquam veſtrum prægrauari, hanc ſedem appellet, huc recurrat, [t] vt ſemper inſtituta fuit conſuetudo; quia & voluntariè eis compatiemur, & libenter, prout Dominus dederit adminiculum, feremus. Nec à quoquam, fratres, [u] inhibeatur, aut obiurgetur qui noſtræ conſors communionis eſſe voluerit, ſed magis ei veniendi auxilium præſtetur, quia [x] *ſufficit* vnicuique *obiurgatio quæ fit* à pluribus, *vt* (iuxta Apoſtolum) *magis donetis, & conſolemini, ne forte abundantiori tri-*

i ſe Pſeudo-Anicetus, Pſeudo-Victor epiſt. 1. Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 1.

k hoc placitũ Mercatoris non priuilegium Epiſcopis vibus.

l hoc nunquã ſeruatũ fuit.

m Zach. 2. ſic Pſeud-Clemens epiſt. 1. & ex eo alii.

n Matth. 16. & 18.

o h[illegible] nemo Petrum ante A. D. 500 inſigniuit.

p hoc falſum, nec [illegible] verum eſſet) ad Papatem [illegible] nidem.

q verba Leonis epiſt. 84.

r in ſimilitudine honoris fuit, &c.

ſ cum omnium pareſſet electio, vni tamen datum eſt vt cęteris præemineret. De qua forma Epiſcoporũ quoque eſt orta diſtinctio, & magna diſpoſitione prouiſum eſt ne omnes omnia ſibi vendicarent, ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli quorum inter fratres haberetur prima ſententia: & rurſus quidam in maioribus vrbibus conſtituti ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſquam à ſuo capite diſſideret.

t vix vnum aut alterum exemplum huius conſuetudinis occurrit ante Nic. Concil. tempora, idque palam improbatum à Cypriano epiſt. 55.

u vide Pſeudo-Marcell. epiſt. 1.

x 2. Cor. 2. impoſtor abutitur verbis Paulinis.

ſtitia abſorbeatur qui in anguſtia eſt. *Propter quod obſecro vos,* vt ipſe ait, *vt confirmetis in* illo *charitatem.*

Eorum[y] enim *os accuſandi Sacerdotes*, vel *teſtificandi in eos obſtruimus, quos non humanis ſed diuinis vocibus mortuos eſſe ſcimus.*

Quoniam[z] *infidelis homo mortuus eſt in corpore viuente.*

Nec[a] *in ſuſpicionem veniat* homo fidelis, *vt dicat aut faciat ea quæ pati non vult.* Si[b] quis fidelis eſt, videat ne falſa loquatur, aut cuiquam inſidias ponat. Facile[c] *eſt* ergo hominem *fallere, non tamen Deum.*

Sapiens[d] *non eſt qui nocet* Et[e] *nihil mali vult qui eſt fidelis.*

In his enim fidelem & infidelem hominem cognoſcere poſſumus in nocendo & adiuuando, vt ipſa Veritas ait, [f] *Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bona; et malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur.*

Pro nobis enim dicit Dominus per Prophetam, [g] *Eos vero qui* iudicant vos *ego iudicabo*: & iterum ad ſeruos ſuos dixit; [h] *Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis.* De talibus quoque Propheta canit dicens, [i] *Non ſic impij, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus; proptereà non reſurgent impij in judicio, neque peccatores in congregatione iuſtorum. Quoniam nouit Dominus viam juſtorum, & iter impiorum peribit.*

Quare[k] conturbatæ ſunt *gentes, &* plebes *meditabuntur inania? conſurgent reges terræ, & principes tractabunt pariter aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Diſrumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis* iugum[l] ipſorum. *Habitator cœli ridebit*, & *Dominus ſubſannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.*

Et ibi *dixit*. [m] *Scelus impij in medio cordis eius*, [n] *non eſt timor Dei ante oculos eius. Quoniam doloſe egit* [o] *aduerſus eum in oculis* eius, *vt inueniret iniquitatem eius ad* odium. [p] *Verba oris eius iniquitas & dolus; ceſſauit cogitare vt bene* faceret.

y verba Adrian I. cap. 29. collect. Ingelramo data eadem repetiit Pſeudo-Alex. epiſtol. I Pſeudo-Stephan. epiſt. I.

z ſen. 6. Sixt. Pythag. quã vſurpat Pſeudo-Calixt. epiſt. I.

a eiuſd. ſent. 158 169 caſſ. habent Pſeudo Pius epiſtol. I. Pſeudo-Pontian. epiſt. 2.

b hæc eadem verba ſuis epiſt. inſeruerunt Pſeudo-Alex. epiſt. 3. & Pſeudo-Calixt. epiſt. I.

c ſent. Sixti 176. repetita à Pſeudo-Alexandro epiſt. 3. Pſeudo Zephyrin. epiſt. I. Pſeudo-Anthero epiſtol. I Pſeudo-Cornel. epiſt. 2

d Pſeudo Lucius epiſt. vnica. Pſeudo-Alex. epiſt. 3. hæc verba repetiit, quæ ſunt Sixti ſent. 392.

e eiuſdem ſent. [illegible] quam [illegible] nituntur Pſeudo-Alex. epiſt. 3. Pſeudo-Calix. epiſt. I Pſeudo Pont[illegible] epiſt. 2. f Matth. 12. Luc. 6

g Eſai 49. [illegible] h Eſa. 51 ex verſ. Hieronym.

i Pſal. I. ex verſ. Hieronym. k Pſal. 2 ex ead. verſ. non pura.

l vulg. m Pſal. 35 verſio mixta. n vulg.

o Hieronym. p vulg.

q *Iniquitatem cogitat in cubili ſuo, ſtabit in via non bona, malum non abjiciet. Domine in cœlo miſericordia tua; fides tua vſque ad nubes.* r *Iuſtitia tua* ſicut montes Dei, *judicia tua abyſſus multa.* Homines & iumenta *ſaluos facies, Domine: quam pretioſa miſericordia tua* Deus! *Et filij Adam in vmbra alarum tuarum ſperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum potabis eos. Quoniam tecum eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Attrahe miſericordiam tuam ſcientibus te, & juſtitiam tuam rectis corde. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus impiorum* non *me commoueat. Ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulſi ſunt & non potuerunt ſurgere.*

Audiuimus t à quibuſdam fratribus, quibus infeſti eratis nimis, quod iurgia & diſcordiæ ſint inter vos. Proptereà iſta ſcripſimus vobis, mãdantes vt ita teneatis, ſicut & ab Apoſtolica ſede vobis tenenda mandantur. u Vnde & Domini præcurſor in Euangelio militibus interrogantibus reſpondit, dicens; x *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed contenti eſtote ſtipendijs veſtris.* Concutit enim hominem qui illum iniuſte conturbat. De his hæc vobis interim ſufficiant: y ſi autem maioribus indigueritis, *vita comite mittite,* & mittentur vobis.

De his vero ſuper quibus *rogitaſtis* vos informari; id eſt, vtrum maius eſſet Sacramentum manus impoſitio Epiſcoporum, aut Baptiſmus; ſcitote vtrumque magnum eſſe Sacramentum. Et ſicut vnum à maioribus fit, id eſt, à ſummis Pontificibus, quod à minoribus perfici non poteſt, z ita & *maiori veneratione* venerandum & tenendum eſt. Sed ita cõiuncta ſunt hæc duo Sacramenta, vt ab inuicem (niſi morte præueniente) nullatenus poſſint ſegregari, & a vnum ſine altero ritè perfici non poteſt. Nam vnum (præueniente morte) ſaluare ſine altero poteſt; aliud autem non poteſt b Vnde ſcriptum eſt, *In diebus illis (dicit Dominus) effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Aduertamus* c ſummas *diuitias bonitatis* Dei. *Quod* d *in confirmandis neophytis manus impoſitio tribuit ſingulis, hoc tunc ſpiritus Sancti deſcenſio in credentium populos.* e *donauit vniuerſis. Sed quia diximus quod manus*

q Hieron.

r vulg.

t hi commentitij interſerit ſuas epiſt. ſolet impoſtor.
u non cohæren præced.
x Luc 3.
y decerpſit e Lector floſculos erudit. Tullianæ.
z impudens aſſertio, quaſi vero traditiones humanæ diuinis præponderare debeant.
a te tuo gladio iugulas ſceleſte, ſi *nullatenus ſeparari poſſunt nec ſeparatim perfici,* falſum e *vnum ſine altero ſaluare.*
b ſeq. non cohærent, tua enim non ſunt ſed Euſebij ſiue Emiſſeni ſiue Gallicani. homil. de Pentecoſte ab initio.
c ſummæ.
d quod nunc in.
e populo.

impoſitio & confirmatio [f] ad Baptiſmi perfectionem pertineat; & *qui iam regeneratus in Chriſto eſt* [g] confirmare *liquid poſſit; forte cogitat ſibi aliquis, Quid mihi prodeſt poſt myſterium baptiſmatus* [h] myſterium confirmationis? At, *quantum video, non totum de fonte ſuſcepimus, ſi poſt fontem adiectione noui generis indigemus? Non ita* [i] *dilectiſſimi. Attendat charitas veſtra.* [k] Sicut *exigit militaris ordo, vt cum Imperator quemcumque in militum receperit numerum non ſolum ſignet receptum, ſed etiam armis competentibus inſtruat pugnaturum: ita in Baptizato benedictio illa munitio eſt. Dediſti militem, da ei* adiumentum [l] *militiæ. Nunquid prodeſt ſi quiſquam parentum magnam* [m] pupillo *conferat facultatem, niſi prouidere ſtudeat & tutorem?* Itaque *paracletus regeneratis in Chriſto cuſtos & conſolator & tutor eſt. Ideo dicit ſermo diuinus,* [n] Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilãt qui cuſtodiunt eam. *Ergo Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam.* Et *quia in hoc mundo tota ætate victuris, inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam; in baptiſmo abluimur; poſt Baptiſmum roboramur.* [o] At ſi *continuò tranſituris* [p] ſufficiant *regenerationis beneficia, victuris* [q] tamen *neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat mox in pace beati ſeculi recipiendos; confirmatio autẽ armat & inſtruit ad agones mundi huius & prælia reſeruandos. Qui autem poſt Baptiſmum, cum acquiſita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte; quia* [r] *non poteſt peccare poſt mortem. Hic ſi fortè illud etiam requirere velimus, poſt paſſionem & reſurrectionem Chriſti quid Apoſtolis profuerit aduentus Spiritus ſancti, ipſe Dominus eis* [ſ] *euidenter exponit.* [t] Quæ dico (inquit) vobis, non poteſtis ea portare modo. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, ipſe docebit vos omnem veritatem. *Vides, quia cum ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur? Itaque ante deſcenſionem Spiritus ſancti vſque ad negationem Apoſtoli deterrentur; poſt viſitationem vero eius vſque ad martyrium contemptu ſalutis armantur. Secundum* hoc [u] *per Chriſtum redimimur, per Spiritum vero ſanctum dono ſapientiæ ſpiritualis illuminamur,*

f confirmatio
ei qui iam renatus.
g conferre.
h miniſterium confirmationis.
Aut.
i ita eſt.
k ſic enim exigit.
l adiumenta.
m paruulo.
n Pſal. 126.
o ac ſic.
p ſufficiunt.
q autem.
r quia iam.
ſ eis hoc.
t Ioan. 16.
u hæc per.

minamur, ædificamur, erudimur, inſtruimur, conſummamur, vt illam ſancti Spiritus vocem audire poſſimus. [x] Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via qua gradieris. *De Spiritu ſancto accipimus vt ſpirituales efficiamur,* [y] *quia* animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. *De Spiritu ſancto accipimus, vt ſapiamus inter bonum malumque diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere; vt malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, vt luxuriæ ac diuerſis illecebris, & fœdis indignisque cupiditatibus reſiſtamus. De Spiritu ſancto accipimus vitæ*[z] amorem *& gloriæ* ardorem, vt *ſuccenſi* diuinitus *erigere à terrenis mentem ad ſuperna & diuina valeamus.*

x Pſal. 31.
y 1. Cor. 2.
z vitæ amore & gloriæ ardore ſuccenſi vt erigere.

Ieiunium [a] vero Dominici diei & quintæ feriæ nemo celebrare debet, vt inter ieiunium Chriſtianorum & gentilium veraciter credentium atque infidelium & hæreticorum vera & non falſa diſcretio habeatur.

a vide Clem. c n. tit. lib. 5. ca. vlt. & P nt ficale. h nc locum c a c videtur Micrologis ca. 50.

Vnde [b] ſcriptum eſt, *Quæ* [c] pars *Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Quæ* autem *participatio iuſtitiæ cum iniquitate?* Et iterum, *Nolite iugum ducere cum infidelibus.*

b 2. Cor. 6.
c I al. vulg. conuentio.

De cætero, fratres, *videte* [d] *ne quis vos decipiat* inanibus verbis, neque *per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum: quia in* [e] Chriſto *habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter; & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis; in quo & circumciſi eſtis circumciſione non manu facta, in expoliatione corporis carnis,* ſed *in circumciſione Chriſti, conſepulti ei in Baptiſmo, in qua* [f] *reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis. Et vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta, delens quod* aduerſum vos [g] *erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis; & ipſum tulit de medio,* & *affigens illud cruci, expolians principatus & poteſtates tradux it confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Nemo ergo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbathorum; quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti. Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per* [h] nexum & coniunctionem *ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum* fidei. [i] *Si ergo*

d Coloſſ. 2.
e in ipſo.
f in quo &.
g aduerſus nos.
h nexus & coniunctiones.
i augm. Dei.

mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis, Ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis; quæ ſunt omnia in [k] interitu *ipſo vſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum, quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ, in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.*

k in interitum.

l Coloſſ.3.

Igitur [l] *ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam & auaritiam; quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei* [m] in *filios incredulitatis, in quibus & vos ambulaſtis aliquando, cum viueretis* [n] *cum illis. Nunc autem deponite & vos* [o] omnem *iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius qui creauit* eum. *Vbi non eſt Iudæus & gentilis, circumciſio & præputium, barbarus & Scytha, ſeruus & liber; ſed omnia, & in omnibus Chriſtus. Induite ergo vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti; viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis: ſi quis aduerſus aliquem habet querelam; ſicut &* [p] Chriſtus *donauit vobis, ita & vos.* [q] *Super autem omnia charitatem* habentes, *quod eſt vinculum perfectionis. Et pax Chriſti* vigeat [r] *in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote. Verbum* [ſ] Dei *habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia; docentes & commonentes vobiſmetipſos pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini* noſtri *Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.*

m ſuper filios.
n in illis.
o omnia.

p Dominus donauit.
q ſuper omnia autẽ hæc charitatẽ habete.
r exultet in.
ſ verbum Chriſti.

t 2.Theſſ.3.

Vos, chariſſimi, [t] *nolite deficere benefacientes. Quod ſi* aliquis fuerit qui non obedierit verbis Apoſtolicis, *hunc notate, &* non *commiſceamini cum illo; vt confundatur. Et nolite*

lite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Deus autem pacis [u] *det vobis idipſum ſapere in alterutrum*, & omnes; & ipſe ſit ſemper vobiſcum *in omni loco*. Amen.

Data [x] Kal. Martij, Voluſiano & Rufino viris Clariſſ. Coſſ.

u Rom. 13.

x obiit vero Melchiades A.D. 313. Decemb. 10 Cõſtantino 3. & Licinio Coſſ. ſucceſſerat eidem Sylueſter Calend. Febr. A. 314. Data ergo epiſtola tertio menſe a morte Melchiadis. vide Martyr. l. ad 10. Decemb. Anaſtaſ. in Pontifi all. Baron. ad A. 313 §. 47. & 48. & 314 §. 1.

CENSVRA.

HANC epiſt. Melchiadis eſſe non poſſe inde conſtat, 1. Quod data poſt obitum ipſius. 2. Quod verſionem Hieronymi ſequitur. 3. Quod Celeſtini, Leonis, Euſebij Gallicani, & Sexti Pythagoræi ſententias mutuatur. 4. Quod putida Mercatoris commenta ineptis & barbaris phraſibus exprimit.

SYNODI NICÆNÆ

ad Silueſtrum Papam Epiſtola.

Beatiſſimo Papæ vrbis Romæ, cum omni reuerentia colendo Silueſtro, Oſius Epiſcopus prouinciæ Hiſpaniæ ciuitatis [a] *Cordubæ, Macarius Epiſcopus Eccleſiæ* [b] *Hieroſolymitanæ,* [c] *Victor & Vincentius Presbyteri vrbis Romæ ordinati ex directione tua, &* [d] *cæteri Epiſcopi CCCXVIII. in Domino ſalutem.*

a Cordubenſis.

b Conſtantinopolitanæ.

c Vitus.

d clauſula hæc deeſt in variis codicibus; Mendoſa etiam videtur, nam ſi cum Oſio & Macario ſcribunt 318. Patres, Epiſcopos 320. ad Synod. Nicæn. conueniſſe neceſſe eſt: quod falſum.

QVONIAM omnia [e] corroborantur diuinis myſteriis Eccleſiaſticæ vtilitatis cauſa; quæ ad robur pertinent S. Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ, ad ſedem tuam Romanam explanata, & de Græco redacta *ſcribere confitemur:* nunc itaque ad [f] veræ fidei [g] augmentum *accurrimus roborari.* Itaque cenſeat veſtra Apoſtolica doctrina, [h] *Epiſcopos totius veſtræ Apoſtolicæ vrbis* in vnum conuenire, veſtrumque habere [i] concilium: ſicut docet myſtica veritas,

e corroborata.

f veſtræ ſedis. g argumentum. h An tunc plures vrbis Romanæ Epiſcopi? i Concilium.

confirmet [k] noſtra ſancita, [l] vt gradus fixos [m] connexa ordinationi tuæ ſanctimoniæ noſtra poſſit habere regula: quoniam decet numerum dictorum cœpi copoprum a te diſcere gradus conformes [n] conſcendere verbi. Quicquid autem conſtitutum [o] in Concilio Nicæno, precamur veſtro *oris conſortio* confirmetur. Oret beatitudo tua pro vniuerſo Concilio. Dat. 8. Kal. [p] Iul. Accept. 13. Kal. Nouemb. Paulino & Iuliano *ſummis* Coſſ.

k vt firmet, vel firmetur. l ſanctimonia, gradusque. m contexa Al vel textus ordinationis. n fornices conſtruere vbi Aliàs vel ordines conſtituere vrbis, *locus deprauatus.* Bin. o conſtituimus. p & hic quoque mendum irrepſiſſe videtur: forte ſcriptum fuerat Septemb. *Binius.*

Binij Nota.

EPISTOLA hæc à Surio primum edita fuit, ex vetuſto libro Colonienſi, quæ repetitur, etiam in antiquis Codicibus MSS. Creſconianæ collectionis, ſed vbique valde corrupta.

CENSVRA.

Synodi Nicænæ patres ad Syluestrum ſcripſiſſe ſine ratione negari non debet: hanc vero epiſtolam exaraſſe ſine temeritate aſſeri non poteſt. Certè quicunque eam dedit, non contentus noſtro (id eſt humano) more loqui, altius quiddam aggreſſus videtur; phraſis enim eius tenebroſa, ne dicam barbara, ex qua ſanum ſenſum vix exculpere liceat. An vero, & quo modo Synodorum Oecumenicarum Decreta à Pontifice Romano confirmanda fuerint, alibi diximus.

SILVESTRI PAPÆ

reſcriptum ad Synodum.

Silueſter Epiſcopus ſedis Apoſtolicæ, & S. Eccleſiæ catholicæ reuerendæ religionis vrbis Romæ, *Fratribus & coëpiſcopis qui in Nicænum Concilium conuenerunt in Domino, ſalutem.*

Notabile Lector quæ diuerſo charactere expreſſimus.

GAVDEO promptam vos benignitatem ſeruare. Nam & confirmo *ſigoque* ad doctrinæ veſtræ reclamantes, de myſterio vel vnitate Trinitatis, chriſmatis vos (ſecundum dicta & do-

& doctrinam Euangelicam) ſancta accepiſſe gratiam: De *quo examinationis probo*, vera fuiſſe & eſſe manſura quæ in *veſtrum noſtrum*que manauere *myſterium*, meum chirographum offero, & diſcipulorum meorum offero in veſtro ſancto Concilio quicquid conſtituiſtis, vnà parem dare conſenſum. Atque in gremio veſtræ Synodi parua propter diſciplinam Eccleſiæ alligabo *præcepta*; propter Victorinum qui arbitrio ſuo quicquid vellet affirmabat, & Cyclos Paſchæ pronuntiabat fallaces, & *cum Epiſcopis totius vrbis Italiæ* examinatam vniuerſitas veſtri S. Concilij dignetur accipere veritatem. *& alia manu.* Oret pro nobis Beatitudo veſtri ſancti Concilij, trecentorum decem & octo, vt charitatis quæ vobis data eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur augmentum.

Data 5. Kalend. Nouembris, accepta 4. Idus Februarij, * Conſtantino ſepties, & Conſtantio Cæſare 4 Conſule.

* Conſtantini Conſulatus 7. incidit A.D. 326. Conſtant. j 4. in 379. quo anno Conſtantinus octies Conſul.

Baronij Cenſura A.D. 325. §. 171.

HVIC (præced. ſcilic. epiſtol. Synodi ad Siluestrum) habetur coniuncta Silueſtri epiſtola ad Synodum, ſed mendoſiſſima; quæ & ob Coſſ. perperam poſitos commentitia reputatur, vtpote quæ data & accepta habeatur ſub Conſulatu Conſtantij 4. cum Conſtantini 8. ſiue 7. qui eſt ab hoc annus quintus, &c.

Bin. in Not. ad 3. Syn. Rom. ſub Silueſtro.

Silueſtri epiſt. ad Synodum reſcripta idem firmiſſime atteſtaretur, ſi non ob Conſulatum Conſtantij 4. & Conſtantini 8. perperam in ea poſitum mendoſiſſima & fere commentitia reputaretur.

ÆGYPTIORVM EPISTOLA ad Marcum Papam.

Domino Sancto & Apoſtolici culminis venerando *Marco, S. Rom. & Apoſtolicæ ſedis atque vniuerſalis Eccleſiæ Papæ, Athanaſius & vniuerſi Aegyptiorum Epiſcopi.*

AD vos perueniſſe non dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis, & maximè ab Arianis, quotidie patimur; quoniam [a] *in tantum* ab eis *perſequimur, vt etiam viuere* iam *nos tædeat*. Nam *inſtanti tempore* ſubitò & *inſperate* in nos irruentes, noſque, iuxta præceptum Domini qui ait, [b] *Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam*, fugiendo propter cladem populi eos declinantes nos comprehendere non valuerunt, [c] ſed omnia depopulati ſunt. In tantum enim noſtra vaſtauerunt, vt nec libros, nec veſtimenta Eccleſiaſtica, aliaque ornamenta, nec reliqua vtenſilia nobis dimitterent. Libros verò noſtros vſque ad minimum incendentes, nec iota vnum relinquentes, propter veritatis fidem, etiam *Nicænam Synodum*, [d] *quo*modo clerus & populus imbuebatur, & maximè iam imbuti erant, in contumeliam noſtram & omnium Chriſtianorum *incenderunt*. Quapropter precamur (pater Beatiſſime) quia non dubitamus apud vos [e] plenaria eſſe Nicæni Concilij exemplaria, vt nobis illa quæ ſanctæ recordationis prædeceſſoris veſtri Syluestri fuerunt [f] *ſub* tuta mittatis *ſtipulatione*. Nam quando prædicta Synodo cum Beatæ memoriæ Alexandro digno Deo Pontifice noſtro, id eſt, Alexandrinæ magnæ ciuitatis Epiſcopo, in Diaconatus interfuimus officio ſub noſtræ præſentiæ teſtimonio, per Beatos viros [g] Victorem & Vincentium preſbyteros Apoſtolicæ ſedis *Apocriſiario* miſſa ſunt prædicto Papæ Syluestro, cum *adſtipulatione* ſubnexa capitula ſeptuaginta.

a [H]is verbis vſus P[ro]... du- Ath[a]n[a]ſ[ius] [i]n epi[ſ]t. ad Fe- li[ce]m II.

b Mat h[...].

c hoc ſub M[a]rco n[o]n con[ti]gi[t] ſed ſub Liberio A D 355 à Marci dormitione 19. Syriano in orthodoxos graſſante.

d not. phraſ.

e forte pleniora.

f phraſis Cōcil. 6. Carth. c. 4 & 9. vide & e[pi]ſt[o]las Cyril[l]i Alex & At[ti]ci Cōſtan[t]inop. ad patres Africanos.

g Vi[ncentiu]s non Victor à Sylueſtro miſ ſus.

Sane

Sane præſentibus nobis [h] octoginta capitula in memorata tractata ſunt Synodo, ſcilicet quadraginta à Græcis, Græca edita lingua: & quadraginta à Latinis, ſimiliter Latina edita lingua. Sed viſum eſt CCCXVIII. patribus ſancto Spiritu repletis, in prædicto Concilio congregatis, & maximè iam dicto Alexandro & Apoſtolicæ ſedis Apocriſariis, vt decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis infererentur; & *ad* [i] *formam ſeptuaginta diſcipulorum*, vel potius *totius orbis terræ linguarum*, ſeptuaginta tanti & tam excellentis Concilij fierent capitula, quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem, & omnes ſub *ſacerdotali & Chriſtiano nomine* degentes, vna fides & vna Sacerdotalis atque clericalis regeret norma, nec quiſquam [k] *a ſuo diſſideret capite*.

Nunc ergo, quia (vt prædictum eſt) ab inimicis S. Dei Eccleſiæ, & maximè ab Arianis, a quibus quotidie expugnamur, conterimur & opprimimur, præfata ſeptuaginta Nicæni Concilij capitula, quæ (præfata Synodo iam facta) iubente Domino meo Alexandro, decreto omnium Epiſcoporum attuli, quæ etiam coram omnibus recitaui atq; tranſcripſi, ſunt igne combuſta; Optamus, vt à veſtræ [l] *ſedis* auctoritate, *quæ eſt mater & caput* omnium Eccleſiarum, ea ad correctionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præſentes Legatos mereamur, quatenus [m] *ve-*

h *Tom. 1 Concil. part. 1 p. 328. Alphonſi Piſani vel Biny de 80. Canon. [illegible] ſentis [illegible].* Vetus pro 4[illegible] Canonib. Nicæni Latinorum, de qu[illegible] A[illegible] n[illegible] [illegible] 4. an. à [illegible]dio citati epiſt. 2 ſimul [illegible]m Sardicenſ[illegible]ram & Sardicenſes f. ide[illegible] tetat r quæ[illegible] [illegible] Concilij an[illegible] præfatio in tomis Conciliorum. Pro Nicænis autem ibid. 40 Græcis, quorum etiā meminit ſuperius Athanaſius, nobis deſunt 20. vt legati ex Concillio Carthag. 6. ſumpti vna cum Antiochenis, qui cum ſint numero 25. ſi adiungantur 20. vulgatis à numero 40 non multum recedunt. Arabicum quidem exemplar habens 80. canones & Græcos & Latinos complexum ſuiſſe videtur, id autem an verum [illegible] aliorum eſto iudicium. Cenſur. vtraq. coniectura falsa. Prioris nunquam aſſertor fuerit qui aduerterit Marci dormitionem contigiſſe A. D 336 Antiochenam vero Synodum A. 341. Sardicenſem 347. demum habitam. Poſteriorem nemo propugnauit qui meminerit canones Arabicos 80. vix ante 60 annos in lucem prodiiſſe. M[illegible] (vt quod ſentio [illegible]) probabilis v[illegible] detur epiſt. huius [illegible] [illegible] pro Nicænis & Apoſtolicis 70. [illegible]nonibus Adriani cap 72 Ingelramo Metenſi collect. [illegible] proponere voluiſſe. Maxime enim horum capitum patres vel patres Nicænos vel Apoſtolos auctores facit [illegible] ſæpius [illegible]que. Vide epiſt. 1 Pſeudo-Zephyrini [illegible] Eg[illegible] nè commentum, linguarum non 70. ſed 72. meminere Clem. [illegible] rom lib 1. Epiphan. initio Panarij & in hereſi Sethianorum. Hieron. in Matth 26 & Pſal. 44 Auguſtin. de Ciuit Dei lib. 16. cap. 3. Proſper de vocat. gentium lib. 2. cap 4 Arnobius in Pſal. 104. Beda li[illegible] de 6. tempor[illegible]bus, Ado in Chron.

k Imitatur impoſtor Leonis verba epiſt. 84. l [illegible] mater Eccl. non eſt ſed matris Cathedra enim prima inter Eccleſiæ dotes teſte Optato lib 2.

m Nota phraſim familiarem Mercat[illegible].

ſtra fulti auctoritate, veſtriſque precibus roborati, illæſi à memoratis æmulis ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris euadere, nobiſque commiſſos eruere valeamus.

[n] *Verè* [o] nouimus *Apoſtolatus veſtri cor gratia Sancti ſpiritus in tantum eſſe* [p] accenſum, vt omnibus oppreſſis ſuccurratis; quanto magis nobis, qui licet [q] exigui ordinis, tamen veſtri ſumus, & ſemper eſſe volumus? Ideò decet & oportet vos nobis hæc quæ rogamus, & alia (quæ neceſſaria *iuxta* [r] *ſapientiam, quam vobis præſtitit altiſſimus*, eſſe cognoueritis) abſque tarditate præſtare, [s] *vt tantæ miſeriæ ſquallores à fidelium mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori infixum*, [t] auditu tantæ *miſeriæ obſcerato, ſalutari curetur antidoto*; vt *diuino freti iuuamine*, veſtraque auctoritate atque auxilio roborati, aduerſantium tergiuerſationes euadere valeamus: atque inconcuſſo *vultu, non fraude cuiuſquam perculſi, aſſiſtere æterno iudici mereamur, & vocem audire inquientem*, [u] Euge, ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui. *Et ſubſcriptio.* Orantem pro nobis ſanctum Apoſtolatum veſtrum [x] *longæuis Dominus conſeruet temporibus.*

n verba Concil. Rom. ſub Gregorio II. natiu. 4. id est, A. D. 721.
o cognouicimus.
p ſuccenſum vt iudicius tantæ miſeriæ.
q Si tibi ex igni 2. ſed s Epiſcopi, quis magnus eſſe poteſt?
r imitatur impoſtor verba Concilij Afric. ad Bonifac. Papam.
s Concil. Rom. verba.
t editu talis miſeriæ.
u Matth. 25.
x phraſ. I an. II Papæ in epiſt. ad Iuſtinianum.

MARCI PAPÆ

Epiſtola.

Dominis venerabilibus fratribus Athanaſio, & vniuerſis Aegyptiorum Epiſcopis, Marcus Sanctæ Romanæ Apoſtolicæq; ſedis & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus.

DOLEO fratres, & nimium contriſtor ſuper afflictione veſtra, ſed oppido conſolor quod [a] *vento agitata* non eſtis *arundo*, ſed recti in fide inter omnes procellarum & turbinum colluctationes inceſſanter perduratis.

[b] *Lectis* ergo *fraternitatis* [c] veſtræ *literis vigorem* conſtantiæ

a Matth. 11.
b verba Leonis epiſt. 85
c fr. tern. tuæ lit. vig. fidei tuæ q. am.

ſtantiæ veſtræ, quem *olim noueramus, agnouimus. Congratulanter* [d] vobis *quod ad* cuſtodiendum Chriſti gregem, *paſtoralem curam vigilanter* [e] inſequimini; *ne lupi, qui ſub ſpecie ouium ſubintrarunt, beſtiali ſæuitia ſimplices quoſque dilacerent,* [f] qui non ad hoc ſubintrarunt vt aliqua *correctione proficiant, ſed* vt *ea quæ ſunt ſana corrumpant.*

Quapropter [g] *moneo, & hortor dilectionem veſtram*, *vt* bonum quod incepiſtis adminiculante diuina gratia, vſque ad finem perducere ſatagatis, veritatis voce monente, [h] *Beatus qui perſeuerauerit vſque in finem. vnde* enim *Beata* [i] *perſeuerantia, niſi de virtute patientia? Nam* iuxta [k] *Apoſtolum*, Omnes qui volunt pie viuere in Chriſto perſecutionem patientur: *quæ non in eo tantum computanda eſt, quod contra Chriſtianam pietatem aut ferro aut ignibus agitur, aut quibuſcunque ſupplicijs; cum perſecutionum ſæuitiam ſuppleant & diſſimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum: quibus conflictationibus* [l] communia *ſemper membra* pulſantur, *& nulla piorum portio* [m] conflictatione *ſit libera, ita vt* nec *periculis, nec* [n] otio *careant nec* labore.

Nam hæc [o] *&* omnia *incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſque in finem perſeuerantia*, [p] atque *bonæ voluntatis* incrementa *ad Chriſti gratiam* [q] ſemper ſunt referenda, vt in omnibus quæ agimus Deus omni perfectè laudetur tempore.

De capitulorum namque veritate & numero Nicæni Concilij, [r] cui vos interfuiſſe literis veſtræ fraternitatis ſignificaſtis, à noſtris qui vobiſcum vna interfuerunt diligentioribus requiſiuimus collocutionibus; qui ita vt veſtræ teſtatæ ſunt literæ, omnem nobis ordinem expoſuerunt, & veſtram epiſtolam *per omnia* [ſ] *veſtram* eſſe teſtificati ſunt: non vt nos aliquid ſiniſtrum veſtra ex parte arbitremur; ſed nos & vos, illoſque abſque vlla in poſterum titubatione vnum ſentire optaremus; & Sancta Romana Eccleſia, quæ [t] ſemper immaculata manſit & Domino prouidente, & (B. Petro opem ferente) in futurum manebit, ſine vlla hæreticorum inſultatione firma & immobilis omni tempore perſiſteret.

d tibi quod ad cuſtodiã gregum Chriſti.
e exequeris.
f dilacerent, & non ſolum ipſi nulla correctione proficiant, ſed etiam ea.
g Leo epiſt. 2.
h verba Leonis epiſt. 92.
i beata erit.
k ſecundum Apoſtolicam prædicationem.
l cum omnia ſemper Eccleſiæ membra pulſentur.
m hic a' cu-tatione ſit.
o otia labores.
o verba Cœleſtini ep. 11. ad Gallos.
p & bona volunt. ex reſia.
q gratiam referre docuerunt.
r hoc ſcil. Ignorabat Marc. a.
ſ forte veram
t Regina ſedeo, & vidua luctum non videbo. Apoc. 18.

His itaque peractis, diligenter requirentes in u Sanctæ noſtra & Apoſtolicæ ſedis ſcrinio eadem quæ Sanctæ recordationis prædeceſſori meo Syluestro ſunt directa, ſeptuaginta (ſicut ſignificaſtis) capitula illæſa inuenimus. Ipſa enim vobis, propter auctoritatem & ſubſcriptionem tantorum Patrum & eius magni Concilij minimè miſimus; ſed pro eiſdem coram Apocriſarijs veſtris alia ſimilia, eundem numerum, eademque verba, & ipſam ſubſcriptionem continentia vobis reſcribere, & *ſub* certe x *ſtipulatione* & confirmatione mittere curauimus.

u omnia tibi Sancta e iam ſtra ...es.

x de hac phraſi ſupra dixi s.

Et y *quis eſt, qui fratribus ſuis* talia *negare* audeat? Nam non negligenda nobis hæc per Sancti Spiritus gratiam Dominus docuit, ſed fideliter exercenda & fratribus contradenda & docenda diſtribuit.

y verba A trici in epiſtol. ad Patres Concil. Carth. ſub Boniſa. 10. A.D. 422.

Hæc Apoſtolorum viua traditio. Hæc eſt vera charitas, &c. *

* Seqq. ad finem epiſtolæ habent Pſeudo-Lucij epiſt. & Pſeudo-Felicis epiſt. 1.

Datum z 10. Kal. Nouemb. Nepotiano, & ſecundo viris Clariſſ. Coſſ.

z Nullus Nepotiani Conſulatus cum Secundo ſed cum Facundo. contigit autem A. D. 336. quo anno Marcus ſedit à 16. Ianuarij ad 7. Octobris. Data ergo Epiſtola 16 die à morte Marci.

Baron. ad A. D. 336. § 58. &c.

HOc anno iiſdem Conſulibus 10. Kal. Nouemb. data legitur Marci nomine epiſt ad S. Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum, & ad cæteros Ægypti Epiſcopos: cuius argumentum ex ſcripta ſuperius & ibi poſita epiſtola Athanaſij & aliorum eiuſdem Prouinciæ Epiſcoporum ad eundem Marcum facilius intelligitur; Nempe Ægyptios dira Arianorum perſecutione vexatos inter alia diſpendium paſſos eſſe Nicænorum Canonum, qui vnà cum omnibus aliis libris ab iiſdem incenſi fuerint: quorum exemplar a Romana Eccleſia, iiſdem datis ad Marcum Papam literis, poſtulant impertiri. Quibus quidem literis, tum Ægyptiorum tum Marci, Nicænorum Canonum numerus definitur; nimirum ab eadem magna Synodo ſtatuta fuiſſe 70. ſecundum (vt aiunt) numerum diſcipulorum capitula.

1 59. Mirum certè cum diu multumque inter Eccleſiam Africanam & Romanos pontifices Zoſimum ac Bonifacium agitata ſit controuerſia de numero Nicænorum Canonum, ipſos eiuſmodi epiſtolas præteriiſſe. At Mercatoris merces nonnihil ſuſpectæ redduntur, vtpote quæ germano rectæ rationis temporis ſigno minimè

2 inueniantur eſſe ſignatæ. Quonam pacto (quæſo) ſub dictis Coſſ. potuit Athanaſius Alexandria ad Marcum ſcripſiſſe, qui iam

3 exul hoc anno agebat in Galliis? Et quænam ſub Conſtantino A-

rianorum

rianorum contigit in Ægypto, cum non Marci tempore A. D. 355. ſed multo poſt, quando Conſtan.i.s Georgium in locum Athanaſij ſuborgauit, paſſa ſit Eccleſia Alexandrina violentam Arianorum vaſtationem? Sed & quonam pacto Marcus potuit 10. Kal. Nou. 4
ſcripſiſſe ad Athanaſium, cum hoc ipſo anno Nonis Octobris reperiatur eſſe defunctus? Eum quidem nonniſi 8. menſes ſediſſe S. Hieronymus teſtatur in Chronico. Videat hæc, qui eas citat, Marianus Scotus, & pariter contendit, nonniſi 8. menſibus ſediſſe Marcum. quonam modo fieri potuit, eam datam eſſe ab ipſo Marco epiſtolam, ſi iam ante ipſe ex humana vita deſierat?

60. Quicquid ſit, vnum eundemque eſſe putamus auctorem, qui has concinnauit literas cum eo qui ſinxit epiſtolam i lam Bonifacij Papæ ad Bulaclum Epiſcopum Alexandrinum, de reſtitura communione Eccleſiæ Africanæ: de qua conſule quos diximus in noſtris ad Rom. Martyrologium notis. Voluit ille ſapiens architectus bene eſſe conſultum aſſertioni Zoſimi & Bonifacij, de Nicæno canone extra vicenarium numerum allegatum: homo ille ad fictionem confugit, qui ignorauit ex apertiſſima veritate ſolutioné afferre: de quo ſuperius dictum eſt, cum egimus de numero Nicænorum (anonum. Procul abſit ab Eccleſiaſtico tractatore omnis turpis ſuſpicio fictionis & impoſturæ, qui pura luce tantummodo gaudeat veritatis; præſtat enim ingenuè ignorantiam fateri magis, quàm ex mendaciis emendicatam ſcientiam affectare.

Bellarmin. de Rom. Pontif. lib. 2. c. 25.

QVOD illi can. (Nicæni ſcil.) non ſint omnes, probant nonnulli ex epiſt. Athanaſij ad Marcum Papam, in qua petit exemplum Nicæni Concilij ex Rom. pont. ſcrinio, aſſerens exempla, quę erant Alexandriæ fuiſſe cremata ab Arianis.

Sed hoc argumentum ridetur à Magdeburgenſibus, & verè non eſt ſolidum. Nam illa incenſio librorum accidit tempore Conſtantij Imp. quando Athanaſio expulſo Georgius quidam Arianus in locum eius ordinatus eſt, vt ipſe Athanaſius teſtatur in epiſt. ad omnes orthodoxos: conſtat autem ex Chron. Hieronymi, Marcum 5
Papam eo tempore iam fuiſſe defunctum. Deinde ſi Marcus Papa exemplum miſiſſet ad Alexandrinos ex Romano ſcrinio, certè conueniſſent deinceps inter ſe exemplaria Romanum & Alexandrinum. Quomodo ergo in exemplari à S. Cyrillo ex Alexandria ad Africanos miſſo, deerant iſti canones tres, qui inueniebantur in Romano? Omiſſa ergo iſta Athan. epiſt. probatur canones illos non eſſe integ ros. &c.

Idem de Scriptur. Eccleſ. in Athanaſio. De Epiſtolis Athanaſij ad Marcum Papam, & Marci Papæ ad Athanaſium, con-

ſtat ex ratione temporis, eas epiſtolas eſſe ſuppoſititias, vt dicemus infra in obſeruatione ad Gratianum.

Idem in Gratiano.

Gratianus id vnum habet, quod reprehendi poſſe videtur; quod non habuit delectum auctorum ex quibus Decreta collegit. Annotabo hic aliqua loca per modum exempli.

Primo diſtinct. 16. canone *ſeptuaginta* citatur epiſt. S. Athanaſij Epiſcop. Alexandrini de canonibus Nicænis incendio conſumptis, ad Marcum Papam. Sed Card. Baronius Tom. 3. Annal. demonſtrat eo tempore Athanaſium fuiſſe exulem in Galliis, & incenſionem illam canonum Nicænorum contigiſſe diu poſt obitum Marci Papæ; & ipſum Marcum defunctum iam fuiſſe quando ſcribitur reſpondiſſe ad Epiſtolam Athanaſij: vt vndique mutet fundamentum harum epiſt. & 70. canonum Nicæni Concilij.

Poſſeuin. in Appar. Ad Marcum Papam Epiſtola, & Marci reſcriptum ſine dubio non ſunt Athanaſij, &c.]

Et in verbo Marcus De epiſt. ipſi Marco Papæ adſcripta, &c. conſule Baron. Card. Tom. Annal. 3. pag 428 & ſeq. primæ Rom. edit. Quin p. 676. refellit quorundam hiſtoricorum de ea commentum.

Binius in Not. ex Baronio & Bellarmino.

Hanc ſurreptitiam, & ab aliquo confictam quinque rationes euidenter oſtendunt. 1. 2. & 4. *ex Baronio*, 3. *ex Baronio & Bellarmino*, 5. *ex Bellarmino hauſta ad verbum, ideò hic non repetimus.*

Eaſd. epiſt. *Petrus Nannius* in 3. claſſem relegauit cum cæteris ſuppoſititiis libris quos Athanaſij non putauit. Vide eius præfat. ad Anton. Perenotum Attrebatenſem Epiſc. Athanaſij operibus præfixam.

CENSVRA.

His omnibus addo, vnum eundemque (ſi me non fallit coniectura) vtriuſque epiſt. artificem, eumque anno D. 721. poſteriorem fuiſſe: certè eum ex variis Attici, Celeſtini, Leonis, Symmachi, Gregorij I. Agathonis & Gregorij II. male conſutis locis epiſt. ſuas concinnauiſſe perſpicuum eſt.

Hincmar. libri aduerſ. Hincmar. Laudun. cap. 20.

Quod in epiſtola ex nomine Athanaſij, & Epiſcoporum Ægyptiorum ad Marcum ſucceſſorem Syluestri habetur 80. fuiſſe capitula, 40. ſcilicet à Græcis Græca edita lingua, & ſimiliter 40. à Latinis Latina edita lingua & ab Epiſcopis 318. in 70. redacta fuiſſe capitula; ſi numerantur illa quæ in epiſtola Iulij deſignantur, & illa

quæ

quæ deſignata prætermittuntur, ſed & illa quæ in Epiſtola Felicis leguntur, plura quam 70. & *inter ſe diuerſa* inueniuntur, & in eiſdem epiſtolis non inueniuntur memorari minime autem connumerari illa capitula quæ ex Nicæno Concilio ſumpta ſeruauit antiquitas, & hactenus tenet ac veneratur Eccleſia.

Et cap. 21. Regulas connumeratas à cap. 20 Nicæni Concilij ſi quis per ſingula conſequentia Concilia ex ordine numerauerit, in Antiocheno Concilio loca prælatorum numerorum tenere inuenies. Vnde manifeſtum eſt nonniſi tantum 20. quæ habemus capitula fuiſſe in Nicæno Concilio conſtituta, verum & longiſſimarum ætatum ex antiqua conſuetudine prolixa tempora, per quæ ipſius Concilij hæc tantum 20. capitula fuere ſuſcepta, verbis præfati hiſtoriographi indubitabilem faciunt fidem, &c. *c ...t Hincmar. hiſt. tripat. lib. c. Rufin. hiſt Eccl. lib. c. Carthag. Concil. epiſtolas Cyrilli, Attici, & Afrorum, Concil. Chalced. act. 12. canones Antioch no. & regulas 95. & 96. appellans.*

Et cap. 24. Contra auctoritatem veterum qui veraci atteſtatione confirmauit non plura fuiſſe capitula ſacri Nicæni Concilij, quam illa quæ ex antiqua conſuetudine Catholica tenet & veneratur Eccleſiæ, his acquieſcere nolens contende, &c.

IVLII PAPÆ

Epiſtola I.

Venerabilibus fratribus, vniuerſis Orientalibus Epiſcopis, Iulius.

DECVERAT vos, fratres, alios Eccleſiaſticis inſtruere diſciplinis; & non talibus *arguere machinamentis*, dicente Ioanne Baptiſta. [a] *Neminem concutiatis neque calumniam faciatis*; & reliqua. De qua re & [b] Apoſtolus Paulus nos inſtruit, dicens; *fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hominem huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris*; & reliqua. Et alibi [c] Petrus Apoſtolus ait, *Omnes vnanimes in* [d] oratione eſtote, *compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo*, [e] vel *maledictum pro maledicto; ſed è contrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis. Qui*

a Luc. 3. Ioannes milites alloquebatur tu vero Epiſcopos.
b Gal. 6.
c 1. Pet. 3.
d in fide.
e nec maled.

enim vult vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia [f] ſua *ne loquantur dolum: declinet à malo, & faciat bonum; inquirat pacem, & ſequatur eam: quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum; vultus autem Domini ſuper facientes mala.*

cias.

Quid peius eſt, fratres, quam vt Sacerdotes Domini, qui ab omni mala coinquinatione & à nocumento omnium Chriſtianorum (quanto magis à fratrum & coëpiſcoporum?) alieni debent exiſtere, quos tueri & ſubleuare ab inſidiis debent, & quos fouere & diligere ſummopere oportet, perſequantur eos, & communione *priuari decertent*? Nec recordamini ſapientiam, quæ ait, [g] *Peruerſæ enim cogitationes ſeparant* homines *à Deo.* Si peruerſæ cogitationes ſeparant homines à Deo, quantò magis opera iniqua? Quid enim nequius eſt quam vt illos de quibus Dominus ait, [h] *Qui vos* tangit, *tangit pupillam oculi mei*, quiſquam auertere, perſequi, deſtruere nitatur? [i] *Probata autem virtus* [k] portat, protegit & conſolatur oppreſſos, & docet *inſipientes.*

g Sap. 1.

h Zach. 2. vide ſup. Pſeudo-Clem. epiſt. 1. &c.

i Sap. 1.

k virtus corripit inſip.

Eſt enim *Deus teſtis cordis* hominis, *ſcrutatorque verus* ſingularum conſcientiarum, & linguarum ſingularum *auditor: quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis.* Et aliàs idem ipſe ait; [m] *Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas; non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi* [n] *Deus dilexit nos, & nos debemus* [o] inuicem *diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc* [p] intelligimus *quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis; quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur quoniam pater miſit filium ſuum Saluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo; & nos cognouimus & credidimus* [q] charitatem *quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt & nos ſumus in hoc mundo..*

l Sap. 1.

m 1. Ioan. 4. Imo alius. ſupe ior. enim ſunt Pſeudo-Salomonis.

n ſi ſic.

o alterutrũ.

p cognoſcimus.

q charitati.

*mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras
mittit timorem, quoniam pœnam timor habet. Qui autem timet
nō eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam
Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, &
fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem
ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt dili-
gere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum di-
ligat & fratrem ſuum* Nam & ipſa ſapientia ait, [r] *Lingua* r Prou 15.
*ſapientium ornat ſcientiam, os fatuorum ebullit ſtultitiam. In o-
mni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Lingua
placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata eſt conteret Spi-
ritum. Domus* [ſ] *iuſti plurima fortitudo, & in fructibus impij con-* ſ ibid.
*turbatio. Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam, cor ſtultorū
diſſimile erit. Victimæ impiorum abominabiles erunt Domino,
vota iuſtorum placabilia. Qui ſequitur iuſtitiam diligitur* [t] à t ab eo.
Domino. Item alibi, [u] *Labia iuſti conſiderant placita, os im-* u Prou. 10.
piorum peruerſa. [x] *Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſubplan-* x Prou. 11.
tatio peruerſorum vaſtabit [y] eos; *juſtitia rectorum liberabit eos,* y illos.
& in inſidijs ſuis capientur iniqui. Iuſtus de anguſtia [z] liberabi- z liberatus
tur, *& tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum* eſt.
ſuum, juſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtorum [a] exal- a exultabit.
tabitur *ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Bene-
dictione iuſtorum exaltabitur ciuitas.*

Nec conſideratis, qui fratres perſequi non ceſſatis,
qualia Iob patientiſſimus inter cætera exorſus loqui-
tur: [b] *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimo-* b Iob. 29.
nium reddebat mihi, [c] *quod liberaſſem pauperem vociferantem,* c eo quod.
*& pupillum cui non eſſet adiutor. Benedictio perituri ſuper me
veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. Iuſtitia indutus ſum, &
veſtiui me ſicut veſtimento & diademate judicio meo. Oculus fui
cæco, & pes claudo; Pater eram pauperum, & cauſam quam neſ-
ciebam diligentiſſimè inueſtigabam: conterebam molas iniqui,
& de dentibus illius auferebam prædam.* Et paulo poſt: [d] *Si ne-* d Iob. 31.
gaui (inquit) *quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expe-
ctare feci; ſi comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupil-
lus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de v-
tero egreſſa eſt mecum.*

Nam ſi quis hæc recto omnia conſiderauerit oculo,
nequaquam [e] *fratres nocere*, ſed liberare feſtinabit, quia e N. phraſ.

[f] nihil deterius eſt quam ciues ciuibus inuidere, & fratres fratribus inſidiari aut calumnias facere. Talibus enim refragari volentes inſidiis Patres ſancti, Synodum congregauerunt generalem in Nicæa, *vitam* [h] *corrigere hominum* cupientes *in Eccleſia commorantium*: Licet dudum inſtituta ſanctorum [i] *multa* Patrum eſſent conſcripta, poſuerunt [k] *leges quas ſacros canones appellamus*, quibus multa pernecesſaria ad ſtatum Eccleſiæ ſanctæ Dei & ſupplementum *columnarum eius, id eſt Epiſcoporum qui eam proprijs humeris geſtant*, ſunt decreta, & nocumenta eorum prohibita; ita vt qui talia agere tentauerint, aut eis nocere præſumpſerint, [m] *ſiquidem Clerici fuerint, à proprio gradu decidant; qui verò Monachi aut Laici fuerint anathematizentur.*

Quibus armati exemplis, oportere [n] *arbitrati ſumus, ab omni potente Deo inſpirati*, [o] vt hanc *accenſam diſcordiæ flammam extinguere* Apoſtolica debeamus auctoritate; *& non concedere eam vlterius animas depaſci humanas.* [p] *Quapropter* vnà [q] cum omnibus Apoſtolicæ ſubiectis regulæ *ſancimus*; ne quiſquam deinceps Chriſtianorum talia perpetrare, aut Epiſcopis temere nocere præſumat: cum & Doctor gentium idipſum prohibeat, [r] dicens, *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem*; & reliqua.

Bonum [ſ] *eſt namque proculdubio, & omnibus timentibus Deum deſiderabile, cohibere diſſenſiones & altercationes*, fratribuſque ſubuenire, & inuicem non inuidere ſed adiuuare. Audite, inquam, iam factam *in Nicæa ciuitate* Synodum, *cui & ego ipſe* [t] *conſcientiæ meæ cultum decenter exhibui, nihil aliud volens quam concordiam omnibus* [u] fabricare, *& præ cunctis arguere & remouere hanc* inſidiantium altercationem; quas præuidentes ſancti Patres inſidias & illicitas altercationes, [x] vnanimiter in prædicta Nicæna ſtatuerunt Synodo: Vt [y] *nullus Epiſcopus niſi in legitima*

f hoc argumẽto viſus Pſeudo Dionyſ. epiſt. 1. Pſeudo-Dam. ad. epiſt. 4.
g huc commentum adſtruere conatur Pſeudo Athan. epiſt. ad Felicem II.
h verba Sozom. lib. 1. c. 22. ex hiſt. tripertita lib. 2. c. 14.
i enumera multa illa inſtituta ante A.D. 325. ſcripta.
k verba hiſt. Tripart. li. 2. cap. 14.
l hæc repetit Pſeudo-Athanaſ. epiſt. 1. ad Felicem II.
m extrema verba canon. 2. Chalced. 27.
n verba Typi Conſtantis Imp. editi in gratiam Monothelit. Concil. Later. conſult. 4. p. 450.
o ſicut talem.
p Quapropter ſancimus nobis ſubiectos.

q an plebis eſt ſancire regulas Eccleſiaſticas? r hoc non prohibet ſed ne iuniores Epiſcopi faſtu turgidi poteſtate abutantur.
ſ verba Synodi loco citato: iiſdem abuſus Pſeudo-Alex. epiſtol. 2.
t verba Conſtantini M. epiſt. ad Alexandrinos. Socrat hiſt. lib. 1. cap. 6. μεθ' ὧν καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐγὼ ὁ συνθεράπων ὑμέτερος καθ' ὑπερβολὴν ἔτι χαίρων. vide hiſt. Tripartitam lib. 3. c. 22.
u fabricari. x hoc falſum.
y verba Adriani I. cap. 3. collect. Ingelramo datæ.

Synodo,

Synodo, & *ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata*, *ſuper* [z] quibuſdam criminationibus *pulſatus audiatur:* id eſt, iudicetur *vel* [a] damnetur. *Sin aliter præſumptum à quibuſdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter Eccleſiaſtica vllo modo reputabitur.* Ipſi verò *primæ ſedis Eccleſiæ* [b] *conuocandarum generalium Synodorum iura*, & iudicia Epiſcoporum *ſingulari priuilegio*, Euangelicis & Apoſtolicis atque Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis; quia ſemper [c] *maiores cauſæ* ad ſedem Apoſtolicam multis auctoritatibus referri præceptæ ſunt.

Nec vllo modo poteſt *maior à minore iudicari.*

Ipſa namque omnibus maior & [e] *prælata eſt Eccleſiis*, [f] quæ non ſolummodò Canonum & ſanctorum Patrum Decretis, *ſed Domini Saluatoris noſtri voce* ſingularem *obtinuit* [g] principatum. *Tu es*, inquit, [h] *Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, & reliqua. *Et quæcunque ligaueris ſuper terram & ſolueris, erunt ligata & ſoluta in cœlo & in terra.*

Porro dudum à ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribuſque eorum, in præfatis [i] antiquis decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſancta & vniuerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportet [k] *præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari*, nec Epiſcopum damnari; quoniam ſanctam Romanam Eccleſiam primatem omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt. Et ſicut B. Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum; ita & hæc Eccleſia ipſius nomine conſecrata, [l] Domino inſtituente, *prima* [m] *& caput* ſit cæterorum, & ad eam quaſi ad matrem atque apicem omnes [n] *maiores Eccleſiæ cauſæ & iudicia Epiſcoporum* recurrant, eiuſque iuſta ſententia terminum ſumant; [o] *nec extra Romanum quicquam ex his debere decerni Pontificem:* quatenus non ita proteruè, & pro libitu cuiuſpiam, ſuo proprio arbitrio quibuſque Metropolitanis, ſicut [p] agere ſolebant, liceat inconſultò Romano Pontifice aut maiores Eccleſiæ *cauſas deturbare*, aut E-

z quibuſlibet criminibus.

a vel impetratur, ſi aliter.

b hoc repetit Pſeudo-Pelag. II. epiſt. 8.

c Innocent. epiſt. 2. c. 3. Vigilius epiſt. 2.

d verba Pſeudo Clement. epiſt. 1

e hæc deſumpſit impoſtor ex Decreto Gelaij de apocr. ſcripturis, eadem habet Pſeudo-Anaclet. epiſt. 3.

f nulli. Synodicis conſtitutis ed Euangelica voce [illegible]

g obtinuit primatum.

h inquit cenſis:

i Quæ tam antiqua ſtatuta memoras inſanientis cerebri figmenta ſunt.

k hoc aſſerit Socra. lib. 2. c. 8. & 17. ſed nihil tale Iulius in epiſt. nec Athanaſius in Apologia 2.

l hoc falſum. vide ſupra Pſeudo-Anaclet. epiſtol.

m Adrian. I. collect. c. 3. n Vig epiſt. 2. o Sozomeni ſententiam vero carentem fundamento, hic pro lege obtrudit impoſtor. vide li 3 c 9. p quid proteruè agere ſolebant Metropolitani Apoſtolorum ſeculo? digere crapulam impoſtor.

piſcopos damnare; ſed [q] *communi* Sanctæ Rom. ſedis Epiſcopi *concilio*, *& concordi actione* quæcumque ſunt Chriſti zelo agenda, diſponant vnanimiter, rectéque ſentiant, & ea quæ ſenſerint non ſibimet diſcrepando, ſed Deo placita perficiat.

Eſt etiam in iam fata Nicæna concorditer ſtatutum [r] Synodo, *accuſatores & accuſationes, quas ſeculi leges non* admittunt, à ſacerdotali funditus auerti nocumento. *Ecce*, [ſ] inquit Propheta, *quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum: illi vero non in vnum habitant qui à fratrum ſe ſolatio ſubtrahunt, aut fratribus inſidias præparant.*

Non [t] *alieno vos, fratres, patiamini peccato grauari, quia quod (neceſſe eſt nos dicere) veremur* id eſt, *ne cuius religio diſſipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerenter adſpicite B. Petri gloriam, & cum ipſo communes omnium Apoſtolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas,* qui pro fratrum non deſtructione, ſed confirmatione & veritate in Chriſto paſſi ſunt.

Nos [u] *ergo, qui Domini diſcipuli & dici & eſſe volumus, portare crucem Chriſti & compati fratribus debemus*, & non perſequi. [x] Subtrahite (rogamus) actus cogitationeſque à talibus nocumentis, ſi non vultis ipſam in vos ſuſcipere vltionem; quoniam [y] *talionem meretur, qui fratri foueam præparat.*

Et nos ſcitote [z] *hunc typhum deinceps non eſſe paſſuros*, vt ea quæ ad hanc ſpecialiter ſanctam pertinent ſedem, ſicut [a] *iudicia, Epiſcoporum & maiores Eccl. cauſæ*, vt paulò ſuperius prælibatum eſt, vos patiamur [b] nobis inconſultis inuadere abſque veſtri ſtatus periculo. Sed ſi quis, ab hodierna die & deinceps, Epiſcopum præter huius ſanctæ ſedis ſententiam damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit, ſciat ſe [c] *irrecuperabiliter eſſe damnatum*, & proprio carere perpetim honore; eoſque qui abſque huius ſedis ſunt eiecti ſententia vel damnati, huius ſanctæ ſedis auctoritate, ſcitote priſtinam recipere communionem & in propriis reſtitui ſedibus; quoniam & prius, [d] à tempore ſcilic. Apoſtolorum, hæc huic ſedi ſanctæ conceſſa ſunt, & poſtea in memorata Nicæna Synodo,

q vide Adriani I. col. ect. c. 41.

r falſ m dicit impoſtor: hoc ſtatuit Concil. Carthag. 7. c. 2. & ex eo Adrian. I. cap 11 collect. Ingelramno datæ.

ſ his verbis vſus eſt Pſeudo-Alexand. epiſt. 2.

t verba Leonis epiſt. 25. nec alieno peccato patiamini vos.

u hæc verba repetit Pſeudo Alexand. epiſt. 2.

x minatum Orientalibus Iulium ſcribit Sozom. li. 3. c. 9. hinc illæ impoſtoris næniæ.

y Ibid.

z verba Patrũ Conc. Afric. in epiſt ad Bonifac.

a vide Vigil. epiſt 2.

b an te conſulto fratres inuadere licet ſine periculo?

c diuum ſibi poſcit honorem demens, & non imitabile fulmen ſimulat.

d Quæ Romanæ ſedi conceſſa aſſeris, nec à tempore Apoſtolorum, nec à Nicæna Synodo collata ſunt.

Synodo, propter prauorum hominum infeſtationes, atque hæreticorum perſecutiones, & inſidiantium molimina fratrum, ſunt concorditer ab omnibus corroborata; vt magis ſinguli prouideant ne talia audeant perpetrare; & caueant, ſi non propter Deum & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum, ruborem ſuum atque canonicam vltionem; ſaltem hæc timore & verecundia compreſſa ſilentioque comprimantur,[c] *amputato*, ſcil. *totius vſurpationis exceſſu*: quia nullus debet præſumere quæ ſibi non videntur eſſe conceſſa.

Quam[f] *culpam nullo modo potuiſſetis incidere, ſi vnde conſecrationem honoris*[g] accipitis, *inde legem totius obſeruantiæ ſumeretis; & B. Apoſtoli Petri ſedes, quæ vobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Vnde*[h] *ſicut multum nos ea quæ à*[i] vobis piè rectéque *ſunt* acta *Lætificant: ita nimium ea quæ ſunt perperam geſta contriſtant*: quoniam[k] *neceſſe poſt multarum* talium *experimenta cauſarum*, hæc in poſterum *ſollicitiùs proſpici & diligentius præcaueri, quatenus* ea quæ ſunt ab Apoſtolis[l] eorumque ſucceſſoribus ſtatuta *nulla deſidia negligantur, nulla diſſenſione violentur,*[m] *nulla concertatione turbentur.*

Nam[n] *ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis vnam ſanitatem, vnam pulchritudinẽ facit: & hac quidem connexio totius corporis vnanimitatem requirit; ſed præcipuè exigit concordiam Sacerdotum; quibus etſi dignitas communis non*[o] *eſt, tamen ordo generalis* eſt: *Quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos, in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cum omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt vt cæteris præemineret. De qua forma Epiſcoporum*[p] *quædam* orta *eſt diſtinctio, & magna*[q] ordinatione *prouiſum ne omnes ſibi omnia vindicarent; ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia; & rurſum quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſollicitudinem* eius *ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam B. Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſquam à ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibuſdam*[r] *prapoſitum, non*

c verba Leonis epiſt. 84.
f eiuſd. epiſt. 4 can. 7.
g accepiſtis.
h eiuſd. epiſt. 84.
i à te piè ſunt curata.
k & neceſſe eſt.
l ibid. c. 11.
m interiacẽt lin. 4.
n ibid. poſt lin. 6.
o non ſit. eſt.
p Epiſc. quoque.
q diſpoſitione.
r eſſe præpoſitum.

moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum; ſed obedientiam quam exigit etiam ipſe dependat.

f Hebr. 13.
t Ital. & vulg. peregrinis.

Nolite itaque errare, fratres mei dilectiſſimi; [f] *Doctrina varijs &* [t] extraneis *nolite abduci.* Et inſtituta Apoſtolicorum virorum canoneſque habetis, his fruimini, his *circumdamini*, his delectamini, his armamini; vt his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis.

u verba Gelaſij epiſt. 9. cap. 10.
x obſeruantiam.
y ſatiſque cõueniens ſit.
z quam illic vigere conſpiciat vbi.
a Cant. 2. 1. Cor. 14. Pſalm. 47.
b atque iterum.
c & diſtribuite gradus eius vt.
d verba Siricij epiſt. 1. quia pro officij noſtri.
e vltimus Maximiani Conſulatus incidit in A. D. 311. F Ilicianus cum Titiano magiſtratum geſſit A. 337.

Satis [u] enim *indignum eſt, quenquam vel Pontificum vel ordinum ſubſequentium hanc* regulam [x] *refutare, quam B. Petri ſedem & ſequi videat & docere.* [y] Multum enim conuenit, *vt totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet,* [z] quæ inde auctoritatem habet *vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum, dicente ſcriptura,* [a] Ordinate in me charitatem: *& item,* Omnia cum ordine fiant. *Iterumq;* [b] *Pſalmiſta prædicante,* Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda veſtra in virtute eius, [c] vt enarretis in progenies alteras, quoniam hic eſt Deus, Dominus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſecula.

Officij [d] enim *noſtri conſideratione non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas, quibus maior cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit;* ne per taciturnitatem aut fauere aut conſentire videamur fratrum nocumentis.

Data Kalend. Octob. [e] Feliciano & *Maximiano* viris Clariſſ. Coſſ.

Binius in Notis.

HANC epiſt. Feliciano & Titiano Coſſ. datam anno Chriſti 337. ex prima Romana Synodo ſub Iulio habita à Pontifice nomine *ſuo* ſcriptam fuiſſe his rationibus ſic ſatis euidentibus ſtatuere licet. Primum, eodem Conſulatu Feliciani & Titiani hæc Epiſtola atque Romana Synodus conſignata ſunt. Secundo, quod de iniuſta Athanaſij & Marcelli Ancyrani condemnatione & relegatione facta redarguantur ab his qui ſe hunc ob finem conueniſſe in actis Synodi apertè profitentur his verbis, *Pro fratrum oppreſſione tractantes laboremus; quia dum illi tam grauiter affliguntur, nos nec reſpirare nec quieſcere poſſumus.* Anno Chriſti 336. Athanaſium ſuis conuenticulis aliquoties condemnatum relegauerant. Quæ cum citra Rom. pontif. ſcitum & conſenſum contigiſſent, iure meritoque de nullitate facti, & Eccleſiaſticarum conſtitutionum violatione reprehenduntur. An

citra

citrà Rom. pont. conſenſum & approbationem Concilia celebrare liceat, ſuprà multis in locis attigimus.

CENSVRA.

RATIONES quas *euidentes* putas, friuolas eſſe contrariis rationibus demonſtro. Quatuor. ad minimum falſa ſupponis. 1. Romæ in cauſa Athanaſij Synodum congregatam Feliciano & Titiano Coſſ. 2. Eius acta extare. 3. Eiuſdem Patres Athanaſij & Marcelli ærumnis condolere. 4. Horum damnationem iniuſtam, quia citra Romani Pontificis conſenſum ſcitumque facta eſt, &c. Ego vero 1. acta, quorum teſtimonio niteris, commentitia eſſe aſſero. 2. Eadem Conſulatu Maximi vel Maximiani, qui Feliciani collega non fuit, mendoſe conſignata eſſe moneo ex Baronio, cuius hæc verba ſunt ad A.D. 337. §.67. *His quoque Coſſ. Feliciano & Titiano conſignata reperitur Rom. Synodus ſub Iulio Papa centum & 16. epiſcoporum; in qua tamen Maximus Conſul cum Feliciano ponitur, cum Caſſiodori & Græcorum Faſtorum conſenſu Feliciano nonniſi Titianus collega iungatur. Quod autem ſpectat ad Synodum dictis Coſſ. adnotatam, cum triplici & inter ſe diuerſa Chronographia ſignetur, mendum in notas numeri irrepſiſſe facile eſt intelligere; primum enim Anno 4. dictorum Augg. rurſum indictione 6. atque demum nominatis Coſſ. ponitur eadem Synodus celebrata.* Indictio 6. contigit A.D. 333. vel 348. Conſtantij annus 4. incidit in A.D. 348. Indict. 13.

3. Sententiam in Athanaſium pronuntiatam, eo nomine quod citra conſenſum Rom. pontificis lata fuerit, viribus caruiſſe nego. Ideò enim nulla fuit, quia à iudicibus Athanaſio falſis criminibus obruto infenſiſſimis, nulla veritatis, æquitatis, fidei ratione habitâ, dictata; veriuſque proſcriptio quam Epiſcopale iudicium fuit.

4. Iulius (Athanaſio ipſo prohibente) non ante ad Orientales ſcripſit, quam ipſi arbitrium cauſæ, tam ab Euſebianis accuſatoribus, quam ab Athanaſio reo delatum fuit. Conſtat autem Euſebianos Iulium conueniſſe A.D. 339. eos ergo citauit Iulius A.D. 340. non Feliciano & Titiano ſed Acyndino & Proculo Coſſ.

5 Qui epiſt. ſuppoſuit Iulio, veritate hiſtoriæ neglecta, quicquid in buccam venit euomuit verius quam elocutus eſt: phraſis ineptiſſima mendaciſſimis placitis conſperſa eſt; quibus admiſtæ aliquot ſententiæ Concil. Chalced. & Carthag. 7. Siricij, Africanorum patrum, Leonis, Gelaſij, Martini I. Adriani I. quin & Typi Conſtantis Aug. in gratiam Monothelitarum, vt de plagiario dici poſſit, eum Flectere ſi nequeat ſuperos, Acheronta mouere.

ORIENTALIVM EPISTOLA ad Iulium Papam.

Domino [a] Beatiſſimo & honorabili *Patri Iulio*, *Apoſtolicæ ſedis venerabili Epiſcopo*, *Euſebius*, [b] *Theognius*, *Theodorus & Berinthus*, [b] *vna cum reliquis fratribus & coëpiſcopis noſtris in* [c] *Antiochia congregatis.*

LICET circa omnes Romanam *Eccleſiam* ſciamus *eſſe munificam*, & [d] *Apoſtolicam* habere *curã*, & ſemper *matrem* exiſtere *pietatis*; *quanquam ab oriente ad eam prædicatores* pietatis *aduenìſſent*, tamen optaremus vos nobiſcum concordare; & quos à communione ſuſpendimus à vobis eſſe ſuſpenſos; & quos in ordine confirmamus Epiſcoporum à vobis eſſe confirmandos, nec [e] *nos ſecundo loco habendos*, cum ex his [f] partibus ad vos vſque dogmatizantes Apoſtoli peruenerint. Nec enim nos veſtris reſultauimus, quamuis hoc agere potuiſſemus, quando [g] *Nouatianus à Romana* pulſus eſt *Eccleſia*; quoniam (vt iuxta vulgarem conſuetudinem loquamur) [h] inimicitias *quærit* omnis *qui vult recedere ab amico.*

Nec [i] *crimine carere poteſt* qui alterius excommunicatum abſque eius licentia, à quo communione eſt priuatus, in communionem ſuſceperit; canonibus ſcilicet iubentibus vt [k] *excommunicatus ab alys, ab alys non ſuſcipiatur viuentibus illis à quibus communione priuatus* eſſe di-

a hos titulos lege in epiſt. Victoris Carthag. ad Theodorum Papã inter acta Concil. Later.n. ſub Martino I. Conſult. 2.

b impoſtor audiuit Theodorum Perinthium ſiue Heracleotam ſed ſe inter factionis ſigniferos: hinc illi nata occaſio Berin hum ſuſi inter Theodori complices recenſendi.

c Synodus Antiochena anno 341 qui fuit 4. à conſulatu Feliciani, congregata eſt.

d verba hiſt. Tripert. lib. 4 cap. 16. ex Sozom. lib. 3 cap. 7. ὡς Ἀποστόλων φροντιστήριον … εὐσεβείας μητρόπολιν, &c.

e huius querelæ meminit Sozom. lib. 3. cap. 7. eandem habent Synodicæ Arian. literæ in conciliab. Sardic. in fragm. Hilar. p. 2. p. 18.

f hoc refert Sozom. loco citato, probat vero Baſilius Magnus epiſt. 69. & 70. vide & epiſt. orientalium ad Symmachum.

g Vide epiſt. Iulij ab Athanaſio deſcriptam in Apolog. 2. Synodic. Arian in Conciliab. Sardic. fragm. Hilar. p. 2 p 25 Sozom. loco cit.

h Prouerb. 18.

i Vide epiſt. Arianorum in Conciliabulo Sardic. in fragm. Hilar. p. 18. lib. 2. Sozom. loco cit.

k Can. Apoſtol. 12. 33. Concil. Nicæn. cap. 5. Concil. Antioch. cap. 6. Concil. Carthag. 2. cap. 7.

gnoſcitur. Nec ſolum in his *nobis contumeliam irrogatis*, ſed etiam in his quod [l] *Concilia* noſtra diſſoluitis, neque ea rata ſinitis eſſe.

Suntnamque à nobis, & maximè à totius [m] Orientis Epiſcopis damnati Athanaſius Alexandrinus, Paulus Conſtantinopolitanus, Marcellus Ancyræ, *Aſclepius* Gazæ, *Lucianuſque* Adrianopolites pro certis criminibus quibus aduerſarij ſunt apud nos inſcripti, quæ (per præſentes huius Epiſtolæ latores) omnia ſub certa relatione veſtræ *innoteſcere* non omittimus Sanctitati.

Quibus agnitis, ſi noſtris placitis magis quam eorum machinationibus *aſſentire*, & *ordinatos* [n] *Epiſcopos in damnatorum* loco *firmare* eligitis, *pacem* vobiſcum *& communionem habere* volumus. *Si verò* aliter egeritis, & eis amplius quam nobis aſſentire iudicaueritis, *contraria celebrabimus*, & vobiſcum deinceps nec congregari, nec [o] *vobis obedire*, nec vobis veſtriſque fauere volumus; ſed per nos, (quicquid melius elegerimus) agere conabimur. Nam *nullus eſt in hac parte terrarum ætatem habens*, qui ignoret prædictorum molimina ſeductorum; propter eos enim multa ſunt mala peracta, multa Concilia [p] *diuerſis & aſperis temporibus* celebrata, multæ ſeditiones, multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa quæ enumerare perlongum eſt. Nam ſi his conſentire eligitis, tunc liquet, quod nos perdere vultis, & non [q] *vt pater filios* fouere.

Dicunt enim & affirmant [r] *tam ciues iſtorum, quam etiam Sacerdotes eorum*, hos fouere vos velle, [ſ] homicidas,

l vide epiſt. Iulij & Athan. fragm. Hilarij p. 2. Sozom. loco citato.

m Synodus Tyria Athanaſium depoſuit A.D. 335. Conſtantinopolitana Marcellum A.D. 336. At Paulus in locum Alexandri Conſtantinop. ſuffectus eſt A.D. 340. quo anno iubente Conſtantio ab Arianis eſt depoſitus, ſede pulſus anno 4 a Feliciani Conſula u. Male impoſtor Lucium deprauat nomine *Lucianum* vocari abſurdius eſt quod Lucium Feliciano Conſule epiſcopatu abdicatum ſcribit: certe Eutropius Lucij decessor Eccl. Adrianopolit. adminiſtrauit ad A. 340. quo ab Euſebianis gradu motus eſt, cum Euſtathio Antiocheno & Aſclepa Gazensi quem inepte Mercator huius epiſt. artifex, *Aſclepium* vocat. Vide Athanaſ. in epiſt. ad Solitar. vitam agentes. Socrat. lib 1. cap. 35. 36. & lib. 2. cap. 6. 12. 13. 15. Theodoret. lib. 1. cap. 30. & lib. 2. cap. 5. 7. 8. Sozom. lib. 2. cap. 24 31. & lib. 3. cap. 3. 7.

n verba hiſt. tripert. lib. 4. cap 16. Marcello ſtatim ſucceſſor datus Baſilius. Athanaſio Gregorius A. 341. Paulo Euſebius Nicomed. A 340 Aſclepæ Quintianus eod. anno, Lucio nemo ante Concilium Sardicenſe congregatum A D. 347.

o An antea obedientiam polliciti erant? porro de conditionibus pacis Iulio oblatis, & minis in eum intentatis hæc Sozom. lib. 3. c. 7. [illegible] &c. hæc ſcripta A. 341. non 337 vt vult impoſtor.

p quæ aſperitas temporum Arianis vbique triumphantibus audacter fingis Mercator, ſed imperite. q Ariani nunquam Rom. pont. agnouerunt Patrem. r phraſ. ſ vide Athan Apol. 2 & ad Solit. vitam agentes, Hilarij fragm. Rufin. l. 1. Soc. l. 2 Theod. l. 1. Soz. l. 2. à c. 17. & lib. 3.

ſtar ex ratione temporis, eas epiſtolas eſſe ſuppoſititias, vt dicemus infra in obſeruatione ad Gratianum.

Idem in Gratiano.

Gratianus id vnum habet, quod reprehendi poſſe videtur; quod non habuit delectum auctorum ex quibus Decreta collegit. Annotabo hic aliqua loca per modum exempli.

Primo diſtinct. 16. canone *ſeptuaginta* citatur epiſt. S. Athanaſij Epiſcop. Alexandrini de canonibus Nicænis incendio conſumptis, ad Marcum Papam. Sed Card. Baronius Tom. 3. Annal. demonſtrat eo tempore Athanaſium fuiſſe exulem in Galliis, & incenſionem illam canonum Nicænorum contigiſſe diu poſt obitum Marci Papæ; & ipſum Marcum defunctum iam fuiſſe quando ſcribitur reſpondiſſe ad Epiſtolam Athanaſij: vt vndique nutet fundamentum natum e piſt. & 70. canonum Nicæni Concilij.

Poſſeuin. in Appar. Ad Marcum Papam Epiſtola, & Marci reſcriptum ſine dubio non ſunt Athanaſij, &c.]

Et in verbo Marcus De epiſt. ipſi Marco Papæ adſcripta, &c. conſule Baron. Card. Tom. Annal. 3. pag 428 & ſeq. primæ Rom. edit. Quin p. 676. refellit quorundam hiſtoricorum de ea commentum.

Binius in Not. ex Baronio & Bellarmino.

Hanc ſurreptitiam, & ab aliquo confictam quinque rationes euidenter oſtendunt. 1. 2. & 4. *ex Baronio,* 3. *ex Baronio & Bellarmino,* 5. *ex Bellarmino hauſta ad verbum, ideò hic non repetimus.*

Eaſd. epiſt. *Petrus Nannius* in 3. claſſem relegauit cum cæteris ſuppoſititiis libris quos Athanaſij non putauit. Vide eius præfat. ad Anton. Perenotum Attrebatenſem Epiſc. Athanaſij operibus præfixam.

CENSVRA.

HIs omnibus addo, vnum eundemque (ſi me non fallit coniectura) vtriuſque epiſt. artificem, eumque anno D. 721. poſteriorem fuiſſe: certè eum ex variis Attici, Celeſtini, Leonis, Symmachi, Gregorij I. Agathonis & Gregorij II. male conſutis locis epiſt. ſuas concinnauiſſe perſpicuum eſt.

Hincmar. libri aduerſ. Hincmar. Laudun. cap. 20.

Quod in epiſtola ex nomine Athanaſij, & Epiſcoporum Ægyptiorum ad Marcum ſucceſſorem Syluestri habetur 80. fuiſſe capitula, 40. ſcilicet à Græcis Græca edita lingua, & ſimiliter 40. à Latinis Latina edita lingua & ab Epiſcopis 318. in 70. redacta fuiſſe capitula; ſi numerantur illa quæ in epiſtola Iulij deſignantur, & illa

quæ

quæ deſignata prætermittuntur, ſed & illa quæ in Epiſtola Felicis leguntur, plura quam 70. & *inter ſe diuerſa* inuenientur, & in eiſdem epiſtolis non inueniuntur memorari; minime autem connumerari illa capitula quæ ex Nicæno Concilio ſumpta ſeruauit antiquitas, & hactenus tenet ac veneratur Eccleſia.

Et cap. 21. Regulas connumeratas à cap. 20 Nicæni Concilij ſi quis per ſingula conſequentia Concilia ex ordine numerauerit, in Antiocheno Concilio loca prælatorum numerorum tenere inuenies. Vnde manifeſtum eſt nonniſi tantum 20. quæ habemus capitula fuiſſ: in Nicæno Concilio conſtituta, verum & longiſſimarum ætatum ex antiqua conſuetudine prolixa tempora, per quæ ipſius Concilij hæc tantum 20. capitula fuere ſuſcepta, verbis præfati hiſtoriographi indubitabilem faciunt fidem, &c. *citauet..t Hincmar. hiſt. tripat. lib. c. Rufin. hiſt Eccl. lib. c. Carthag. Concil. epiſtolas Cyrilli, Attici, & Afrorum, Concil. Chalced. act. 12. canones Antioch noi & regulas 95. & 96. appellans.*

Et cap. 24. Contra auctoritatem veterum qui veraci atteſtatione confirmaur non plura fuiſſe capitula ſacri Nicæni Concilij, quam illa quæ ex antiqua conſuetudine Catholica tenet & veneratur Eccleſiæ, his acquieſcere nolens contende, &c.

IVLII PAPÆ

Epiſtola I.

Venerabilibus fratribus, vniuerſis Orientalibus Epiſcopis, Iulius.

DECVERAT vos, fratres, alios Eccleſiaſticis inſtruere diſciplinis; & non talibus *arguere machinamentis*, dicente Ioanne Baptiſta. [a] *Neminem concutiatis neque calumniam faciatis*; — a Luc. 3. Ioannes
& reliqua. De qua re & [b] Apoſtolus Paulus nos in- — milites allo-
ſtruit, dicens; *fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo* — quebatur tu
delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hominem huiuſmodi in — vero Epiſco- b Gal.6.
ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris; & reli- — pos.
qua. Et alibi [c] Petrus Apoſtolus ait, *Omnes vnanimes in* — c 1. Pet. 3.
[d] oratione eſtote, *compatientes, fraternitatis amatores, mi-* — d in fide.
ſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, [e] vel — e nec maled.
maledictum pro maledicto; ſed è contrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis. Qui

enim vult vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia [f] ſua *ne loquantur dolum: declinet à malo, & faciat bonum; inquirat pacem, & ſequatur eam: quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, vultus autem Domini ſuper facientes mala.*

f eius.

Quid peius eſt, fratres, quam vt Sacerdotes Domini, qui ab omni mala coinquinatione & à nocumento omnium Chriſtianorum (quanto magis à fratrum & coëpiſcoporum?) alieni debent exiſtere, quos tueri & ſubleuare ab inſidiis debent, & quos fouere & diligere ſummopere oportet, perſequantur eos, & communione *priuari decertent*? Nec recordamini ſapientiam, quæ ait, [g] *Peruerſæ enim cogitationes ſeparant* homines *à Deo.* Si peruerſæ cogitationes ſeparant homines à Deo, quantò magis opera iniqua? Quid enim nequius eſt quam vt illos de quibus Dominus ait, [h] *Qui vos* tangit, *tangit pupillam oculi mei*, quiſquam auertere, perſequi, deſtruere nitatur? [i] *Probata autem virtus* [k] portat, protegit & conſolatur oppreſſos, & docet *inſipientes.*

g Sap. 1.

h Zach. 2. vide ſup. Pſeudo-Clem. epiſt. 1. &c.

i Sap. 1.

k virtus corripit inſip.

Eſt enim *Deus teſtis cordis* hominis, *ſcrutatorque verus* ſingularum conſcientiarum, & linguarum ſingularum *auditor: quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis.* Et aliàs idem ipſe ait; [m] *Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas; non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi* [n] *Deus dilexit nos, & nos debemus* [o] inuicem *diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc* [p] intelligimus *quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis; quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur quoniam pater miſit filium ſuum Saluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo; & nos cognouimus & credidimus* [q] charitatem *quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt & nos ſumus in hoc mundo.*

l Sap. 1.

m 1. Ioan. 4. imo illius ſuperiori enim ſunt Pſeudo-Salomonis.

n ſi ſic.

o alterutrũ.

p cognoſcimus.

q ad charitati.

mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras
mittit timorem, quoniam pœnam timor habet. Qui autem timet
nō eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam
Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, &
fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem
ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt dili-
gere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum di-
ligat & fratrem ſuum. Nam & ipſa ſapientia ait, [r] *Lingua* r Prou. 15.
ſapientium ornat ſcientiam, os fatuorum ebullit ſtultitiam. In o-
mni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Lingua
placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata eſt conteret Spi-
ritum. Domus [ſ] *iuſti plurima fortitudo, & in fructibus impij con-* ſ ibid.
turbatio. Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam, cor ſtultorũ
diſſimile erit. Victimæ impiorum abominabiles erunt Domino,
vota iuſtorum placabilia. Qui ſequitur iuſtitiam diligitur [t] à t ab eo.
Domino. Item alibi, [u] *Labia iuſti conſiderant placita, os im-* u Prou. 10.
piorum peruerſa. [x] *Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſubplan-* x Prou. 11.
tatio peruerſorum vaſtabit [y] eos; *juſtitia rectorum liberabit eos,* y illos.
& in inſidijs ſuis capientur iniqui. Iuſtus de anguſtia [z] liberabi- z liberatus
tur, *& tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum* eſt.
ſuum, juſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtorum [a] exal- a exultabit.
tabitur *ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Bene-*
dictione iuſtorum exaltabitur ciuitas.

Nec conſideratis, qui fratres perſequi non ceſſatis,
qualia Iob patientiſſimus inter cætera exorſus loqui-
tur: [b] *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimo-* b Iob. 29.
nium reddebat mihi, [c] *quod liberaſſem pauperem vociferantem,* c eo quod.
& pupillum cui non eſſet adiutor. Benedictio perituri ſuper me
veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. Iuſtitia indutus ſum, &
veſtiui me ſicut veſtimento & diademate judicio meo. Oculus fui
cæco, & pes claudo; Pater eram pauperum, & cauſam quam neſ-
ciebam diligentiſſimè inueſtigabam: conterebam molas iniqui,
& de dentibus illius auferebam prædam. Et paulo poſt: [d] *Si ne-* d Iob. 31.
gaui (inquit) *quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expe-*
ctare feci; ſi comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupil-
lus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de v-
tero egreſſa eſt mecum.

Nam ſi quis hæc recto omnia conſiderauerit oculo,
nequaquam [e] *fratres nocere*, ſed liberare feſtinabit, quia e N. phraſ.

[f] nihil deterius eſt quam ciues ciuibus inuidere, & fratres fratribus inſidiari aut calumnias facere. Talibus [g] enim refragari volentes inſidiis Patres ſancti, Synodum congregauerunt generalem in Nicæa, *vitam* [h] *corrigere hominum* cupientes *in Eccleſia commorantium*: Licet dudum inſtituta ſanctorum [i] *multa* Patrum eſſent conſcripta, poſuerunt [k] *leges quas ſacros canones appellamus*, quibus multa pernecesſaria ad ſtatum Eccleſiæ ſanctæ Dei & ſupplementum *columnarum eius, id eſt Epiſcoporum qui eam propriis humeris geſtant*, ſunt decreta, & nocumenta eorum prohibita; ita vt qui talia agere tentauerint, aut eis nocere præſumpſerint, [m] *ſiquidem Clerici fuerint, à proprio gradu decidant; qui verò Monachi aut Laici fuerint anathematizentur.*

Quibus armati exemplis, oportere [n] *arbitrati ſumus, ab omni potente Deo inſpirati*, [o] vt hanc *accenſam diſcordiæ flammam extinguere* Apoſtolica debeamus auctoritate; *& non concedere eam vlterius animas depaſci humanas.* [p] *Quapropter* vnà [q] cum omnibus Apoſtolicæ ſubiectis regulæ *ſancimus*; ne quiſquam deinceps Chriſtianorum talia perpetrare, aut Epiſcopis temere nocere præſumat: cum & Doctor gentium idipſum prohibeat, [r] dicens, *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem*; & reliqua.

Bonum [ſ] *eſt namque proculdubio, & omnibus timentibus Deum deſiderabile, cohibere diſſenſiones & altercationes*, fratribuſque ſubuenire, & inuicem non inuidere ſed adiuuare. Audite, inquam, iam factam *in Nicæa ciuitate* Synodum, *cui & ego ipſe* [t] *conſcientiæ meæ cultum decenter exhibui, nihil aliud volens quam concordiam omnibus* [u] fabricare, *& præ cunctis arguere & remouere hanc* inſidiantium altercationem; quas præuidentes ſancti Patres inſidias & illicitas altercationes, [x] vnanimiter in prædicta Nicæna ſtatuerunt Synodo: Vt [y] *nullus Epiſcopus niſi in legitima*

f hoc argumẽto vtitur Pſeudo Dionyſ. epiſt. 1. Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4.
g hoc commentum adſtruere conatur Pſeudo Athan. epiſt. ad Felicem II.
h verba Sozom. lib. 1. c. 22. ex hiſt. tripartita li. 2. c. 14.
i enumera multa illa inſtituta ante A.D. 325. ſcripta.
k verba hiſt. Tripart. li. 2. cap. 14.
l hæc repetit Pſeudo Athanaſ. epiſt. 1. ad Felicem II.
m extrema verba can. 2. Chalced.
n verba Typi Conſtantis Imp. editi in gratiam Monothelit. Concil. Lateran. conſult. 4. p. 450.
o ſicut talem.
p Quapropter ſancimus nobis ſubiectos.
q an plebis eſt ſancire regulas Eccleſiaſticas? r hoc non prohibet ſed ne iuniores Epiſcopi faſtu turgidi poteſtate abutantur.
ſ verba Synodi loco citato: iiſdem abuſus Pſeudo-Alex. epiſtol. 2.
t verba Conſtantini M. epiſt. ad Alexandrinos. Socrat. hiſt. lib. 1. cap. 6. μεθ' ὧν ὡς εἷς ἐξ ὑμῶν ἐγὼ ὁ συνθεράπων ὑμέτερος καθ' ὑπερβολὴν, ἐπῇ χαίρων. vide hiſt. Tripartitam lib. 3. c. 22.
u fabricari. x hoc falſum.
y verba Adriani I. cap. 3. collect. Ingelramo datæ.

Synodo,

Synodo, & *ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata*, *ſuper* [z] quibuſdam criminationibus *pulſatus audiatur:* id eſt, iudicetur *vel* [a] damnetur. *Sin aliter præſumptum à quibuſdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter Eccleſiaſtica vllo modo reputabitur.* Ipſi verò *primæ ſedis Eccleſiæ* [b] *conuocandarum generalium Synodorum iura*, & iudicia Epiſcoporum *ſingulari priuilegio*, Euangelicis & Apoſtolicis atque Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis; quia ſemper [c] *maiores cauſſæ* ad ſedem Apoſtolicam multis auctoritatibus referri præceptæ ſunt.

Nec vllo modo poteſt *maior à minore iudicari.*

Ipſa namque omnibus maior & [e] *prælata eſt Eccleſiis*, [f] quæ non ſolummodò Canonum & ſanctorum Patrum Decretis, *ſed Domini Saluatoris noſtri voce* ſingularem *obtinuit* [g] principatum. *Tu es*, inquit, [h] *Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, & reliqua. *Et quæcunque ligaueris ſuper terram & ſolueris, erunt ligata & ſoluta in cælo & in terra.*

Porro dudum à ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribuſque eorum, in præfatis [i] antiquis decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſancta & vniuerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportet [k] *præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari*, nec Epiſcopum damnari; quoniam ſanctam Romanam Eccleſiam primatem omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt. Et ſicut B. Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum; ita & hæc Eccleſia ipſius nomine conſecrata, [l] Domino inſtituente, *prima* [m] *& caput* ſit cæterorum, & ad eam quaſi ad matrem atque apicem omnes [n] *maiores Eccleſiæ cauſæ & iudicia Epiſcoporum* recurrant, eiuſque iuſta ſententia terminum ſumant; [o] *nec extra Romanum quicquam ex his debere decerni Pontificem:* quatenus non ita proteruè, & pro libitu cuiuſpiam, ſuo proprio arbitrio quibuſque Metropolitanis, ſicut [p] agere ſolebant, liceat inconſulto Romano Pontifice aut maiores Eccleſiæ *cauſas deturbare*, aut E-

z quibuſlibet criminibus.
a vel impetratur, ſi aliter.
b hoc reperit Pſeudo-Pelag. II. epiſt. 8.
c Innocent. epiſt. 2. c. 3. Vigilius epiſt. 2.
d verba Pſeudo Clement. epiſt. 1.
e hæc deſumpſit impoſtor ex Decreto Gelaſij de apocr. ſcriptu. c. 1, eadem habet Pſeudo-Anaclet. epiſt. 3.
f nulli. Synodicis conſtitutis ed Euangelica voce D.
g obtinuit primatum.
h inquiſitentis.
i Quæ ta antiqua ſtatuta memoras inſanientis cerebri figmenta ſunt.
k hoc aſſerit Socra. lib. 2. c. 8. & 17. ed nihil tale Iulius in epiſt. nec Athanaſius in Apologia. 2.
l hoc falſum. vide ſupra Pſeudo-Anaclet. epiſtol.

m Adrian. I. collect. c. 3. n Vig. epiſt. 2. o Sozomeni ſententiam vero carentem fundamento, hic pro lege obtrudit impoſtor. vide li. 3. c. 9. p quid proteruè agere ſolebant Metropolitani Apoſtolorum ſeculo? dige te crapulam impoſtor.

piſcopos damnare; ſed [q] *communi* Sanctæ Rom ſe[dis] Epiſcopi *concilio, & concordi actione* quæcumque ſunt Chriſti zelo agenda, diſponant vnanimiter, rectéque ſentiant, & ea quæ ſenſerint non ſibimet diſcrepando, ſed Deo placita perficiat.

Eſt etiam in iam fata Nicæna concorditer ſtatutum [r] Synodo, *accuſatores & accuſationes, quas ſeculi leges non* admittunt, à ſacerdotali funditus auerti nocumento. *Ecce*, [ſ] inquit Propheta, *quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum: illi vero non in vnum habitant qui à fratrum ſe ſolatio ſubtrahunt, aut fratribus inſidias præparant.*

Non [t] *alieno vos, fratres, patiamini peccato grauari, quia quod (neceſſe eſt nos dicere) veremur* id eſt, *ne cuius religio diſſipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerenter adſpicite B. Petri gloriam, & cum ipſo communes omnium Apoſtolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas,* qui pro fratrum non deſtructione, ſed confirmatione & veritate in Chriſto paſſi ſunt.

Nos [u] *ergo, qui Domini diſcipuli & dici & eſſe volumus, portare crucem Chriſti & compati fratribus debemus*, & non perſequi. [x] Subtrahite (rogamus) actus cogitationeſque à talibus nocumentis, ſi non vultis ipſam in vos ſuſcipere vltionem; quoniam [y] *talionem meretur, qui fratri foueam præparat.*

Et nos ſcitote [z] *hunc typhum deinceps non eſſe paſſuros*, vt ea quæ ad hanc ſpecialiter ſanctam pertinent ſedem, ſicut [a] *judicia, Epiſcoporum & maiores Eccl. cauſæ*, vt paulo ſuperius prælibatum eſt, vos patiamur [b] nobis inconſultis inuadere abſque veſtri ſtatus periculo. Sed ſi quis, ab hodierna die & deinceps, Epiſcopum præter huius ſanctæ ſedis ſententiam damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit, ſciat ſe [c] *irrecuperabiliter eſſe damnatum*, & proprio carere perpetim honore; eoſque qui abſque huius ſedis ſunt eiecti ſententia vel damnati, huius ſanctæ ſedis auctoritate, ſcitote priſtinam recipere communionem & in propriis reſtitui ſedibus; quoniam & prius, [d] à tempore ſcilic. Apoſtolorum, hæc huic ſedi ſanctæ conceſſa ſunt, & poſtea in memorata Nicæna

q vide Adriani I. col. ect. c. 41.

r falſ m dicit impoſtor: hoc ſtatuit Concil. Carthag. 7 c. 2. & ex eo Adrian. I. cap 11 collect. Ingelramno datæ.

ſ his verbis vſus eſt Pſeudo-Alexand. epiſt. 2.

t verba Leonis epiſt. 25. nec alieno peccato patiamini vos.

u hæc verba repetit Pſeudo Alexand. epiſt. 2.

x minitum Orientalibus Iulium ſcribit Sozom. li. 3. c. 9. hinc illæ impoſtoris næniæ.

y ibid.

z verba Patrũ Conc. Afric. in epiſt ad Bonifac.

a vi e Vigil. epiſt. 2.

b an ſe conſulto fratres inuadere licet ſine periculo?

c diuum ſibi poſcit honorem demens, & non imitabile fulmen ſimulat.

d Quæ Romanæ ſedi conceſſa aſſeris, nec à tempore Apoſtolorum, nec à Nicæna Synodo collata ſunt.

Synodo,

Synodo, propter prauorum hominum infeſtationes, atque hæreticorum perſecutiones, & inſidiantium molimina fratrum, ſunt concorditer ab omnibus corroborata; vt magis ſinguli prouideant ne talia audeant perpetrare; & caueant, ſi non propter Deum & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum, ruborem ſuum atque canonicam vltionem, ſaltem hæc timore & verecundia compreſſa ſilentioque comprimantur, [c] *amputato*, ſcil. *totius vſurpationis exceſſu*: quia nullus debet præſumere quæ ſibi non videntur eſſe conceſſa. c verba Leonis epiſt. 84.

Quam [f] *culpam nullo modo potuiſſetis incidere, ſi vnde conſecrationem honoris* [g] accipitis, *inde legem totius obſeruantiæ ſumeretis; & B. Apoſtoli Petri ſedes, quæ vobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Vnde* [h] *ſicut multum nos ea quæ à* [i] vobis piè rectèque *ſunt* acta *lætificant: ita nimium ea quæ ſunt perperam geſta contriſtant*: quoniam [k] *neceſſe poſt multarum* talium *experimenta cauſarum*, hæc in poſterum *ſollicitiùs proſpici & diligentius præcaueri, quatenus* ea quæ ſunt ab Apoſtolis [l] eorumque ſucceſſoribus ſtatuta *nulla deſidia negligantur, nulla diſſenſione violentur,* [m] *nulla concertatione turbentur.* f eiuſd. epiſt. 4 cap. 7. g accepiſtis. h eiuſd. epiſt. 84. i à te pie ſunt curata. k & neceſſe eſt. l ibid. c. 11. m ſ interiacēt lin. 4.

Nam [n] *ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis vnam ſanitatem, vnam pulchritudinē facit: & hæc quidem connexio totius corporis vnanimitatem requirit; ſed præcipuè exigit concordiam Sacerdotum; quibus etſi dignitas communis non* [o] *eſt, tamen ordo generalis* eſt: *Quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos, in ſimilitudine honoris fuit quadam diſcretio poteſtatis; & cum omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt vt cæteris praemineret. De qua forma Epiſcoporum* [p] *quædam orta eſt diſtinctio, & magna* [q] ordinatione *prouiſum ne omnes ſibi omnia vindicarent; ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſentētia; & rurſum quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſollicitudinem* eius *ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam B. Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſquam à ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibuſdam* [r] *prapoſitum, non* n ibid. poſt lin. 6. o non ſit, eſt. p Epiſc. quoque. q diſpoſitione. r eſſe præpoſitum.

moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum; ſed obedientiam quam exigit etiam ipſe dependat.

f Hebr. 13.
t Ital. & vulg. peregrinis.

Nolite itaque errare, fratres mei dilectiſſimi; [f] *Doctrina varijs &* [t] extraneis *nolite abduci.* Et inſtituta Apoſtolicorum virorum canoneſque habetis, his fruimini, his *circumdamini*, his delectamini, his armamini; vt his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis.

u verba Gelaſij epiſt. 9. cap. 10.
x obſeruantiam.
y ſatiſque cōueniens ſit.
z quam illic vigere conſpiciat vbi.
a Cant. 2. 1. Cor. 14. Pſalm. 47.
b atque iterum.
c & diſtribuire gradus eius vt.
d verba Sirlcij epiſt. 1. quia pro officij noſtri.
e vltimus Maximiani Conſulatus incidit in A. D. 311. Felicianus cum Titiano magiſtratum geſſit A. 337.

Satis [u] enim *indignum eſt, quenquam vel Pontificum vel ordinum ſubſequentium hanc* regulam [x] *refutare, quam B. Petri ſedem & ſequi videat & docere.* [y] Multum enim conuenit, *vt totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet*, [z] quæ inde auctoritatem habet *vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum, dicente ſcriptura,* [a] Ordinate in me charitatem: *& item*, Omnia cum ordine fiant. *Iterumq;* [b] *Pſalmiſta prædicante*, Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda veſtra in virtute eius, [c] vt enarretis in progenies alteras, quoniam hic eſt Deus, Dominus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſecula.

Officij [d] enim *noſtri conſideratione non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas, quibus maior cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit*; ne per taciturnitatem aut fauere aut conſentire videamur fratrum nocumentis.

Data Kalend. Octob. [e] Feliciano & *Maximiano* viris Clariſſ. Coſſ.

Binius in Notis.

HANC epiſt. Feliciano & Titiano Coſſ. datam anno Chriſti 337. ex prima Romana Synodo ſub Iulio habita à Pontifice nomine *ſuo* ſcriptam fuiſſe his rationibus ſic ſatis euidentibus ſtatuere licet. Primum, eodem Conſulatu Feliciani & Titiani hæc Epiſtola atque Romana Synodus conſignata ſunt. Secundo, quod de iniuſta Athanaſij & Marcelli Ancyrani condemnatione & relegatione facta redarguantur ab his qui ſe hunc ob finem conueniſſe in actis Synodi apertè profitentur his verbis. *Pro fratrum oppreſſione tractantes laboremus; quia dum illi tam grauiter affliguntur, nos nec reſpirare nec quieſcere poſſumus.* Anno Chriſti 336. Athanaſium ſuis conuenticulis aliquoties condemnatum relegauerant. Quæ cum citra Rom. pontif. ſcitum & conſenſum contigiſſent, iure meritoque de nullitate facti, & Eccleſiaſticarum conſtitutionum violatione reprehenduntur. An

citrà Rom. pont. conſenſum & approbationem Concilia celebrare liceat, ſuprà multis in locis attigimus.

CENSVRA.

RATIONES quas *euidentes* putas, friuolas eſſe contrariis rationibus demonſtro. Quatuor, ad minimum falſa ſupponis. 1. Romæ in cauſa Athanaſij Synodum congregatam Feliciano & Titiano Coſſ. 2. Eius acta extare. 3. Eiuſdem Patres Athanaſij & Marcelli ærumnis condolere. 4. Horum damnationem iniuſtam, quia citra Romani Pontificis conſenſum ſcitumque facta eſt, &c. Ego vero 1. acta, quorum teſtimonio niteris, commentitia eſſe aſſero. 2. Eadem Conſulatu Maximi vel Maximiani, qui Feliciani collega non fuit, mendoſe conſignata eſſe moneo ex Baronio, cuius hæc verba ſunt ad A.D. 337. §. 67. *Hu quoque Coſſ. Feliciano & Titiano conſignata reperitur Rom. Synodus ſub Iulio Papa centum & 16. epiſcoporum; in qua tamen Maximus Conſul cum Feliciano ponitur, cum Caſſiodori & Græcorum Faſtorum conſenſu Feliciano nonniſi Titianus collega iungatur. Quod autem ſpectat ad Synodum dictu Coſſ. adnotatam, cum triplici & inter ſe diuerſa Chronographia ſignetur, mendum in notis numeri irrepſiſſe facile eſt intelligere; primum enim Anno 4. dictorum Augg. rurſum indictione 6. atque demum nominatis Coſſ ponitur eadem Synodus celebrata.* Indictio 6. corrigit A.D. 333. vel 348. Conſtantij annus 4. incidit in A.D. 348. Indict. 13.

3. Sententiam in Athanaſium pronuntiatam, eo nomine quod citra conſenſum Rom. pontificis lata fuerit, viribus caruiſſe nego. Ideò enim nulla fuit, quia à iudicibus Athanaſio falſis criminibus obruto infenſiſſimis, nulla veritatis, æquitatis, fidei ratione habitâ, dictata; veriuſque proſcriptio quam Epiſcopale iudicium fuit.

4. Iulius (Athanaſio ipſo prohibente) non ante ad Orientales ſcripſit, quam ipſi arbitrium cauſæ, tam ab Euſebianis accuſatoribus, quam ab Athanaſio reo delatum fuit. Conſtat autem Euſebianos Iulium conueniſſe A.D. 339. eos ergo citauit Iulius A.D. 340. non Feliciano & Titiano ſed Acyndino & Proculo Coſſ.

5 Qui epiſt. ſuppoſuit Iulio, veritate hiſtoriæ neglecta, quicquid in buccam venit euomuit verius quam elocutus eſt: phraſis ineptiſſima mendaciſſimis placitis conſperſa eſt; quibus admiſtæ aliquot ſententiæ Concil. Chalced. & Carthag. 7. Siricij, Africanorum patrum, Leonis, Gelaſij, Martini I. Adriani I. quin & Typi Conſtantis Aug. in gratiam Monothelitarum, vt de plagiario dici poſſit, cum Flectere ſi nequeat ſuperos, Acheronta mouere.

gnoſcitur. Nec ſolum in his *nobis contumeliam irrogatis*, ſed etiam in his quod [l] *Concilia* noſtra diſſoluitis, neque ea rata finitis eſſe.

Sunt namque à nobis, & maximè à totius [m] Orientis Epiſcopis damnati Athanaſius Alexandrinus, Paulus Conſtantinopolitanus, Marcellus Ancyræ, *Aſclepius* Gazæ, *Lucianuſque* Adrianopolites pro certis criminibus quibus aduerſarij ſunt apud nos inſcripti, quæ per præſentes huius Epiſtolæ latores) omnia ſub certa relatione veſtræ *innoteſcere* non omittimus Sanctitati.

Quibus agnitis, ſi noſtris placitis magis quam eorum machinationibus *aſſentire*, & *ordinatos* [n] *Epiſcopos in damnatorum* loco *firmare* eligitis, *pacem* vobiſcum *& communionem habere* volumus. *Si verò* aliter egeritis, & eis amplius quam nobis aſſentire iudicaueritis, *contraria celebrabimus*, & vobiſcum deinceps nec congregari, nec [o] *vobis obedire*, nec vobis veſtriſque fauere volumus; ſed per nos, (quicquid melius elegerimus) agere conabimur. Nam *nullus eſt in hac parte terrarum ætatem habens*, qui ignoret prædictorum molimina ſeductorum; propter eos enim multa ſunt mala peracta, multa Concilia [p] *diuerſis & aſperis temporibus* celebrata, multæ ſeditiones, multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa quæ enumerare perlongum eſt. Nam ſi his conſentire eligitis, tunc liquet, quod nos perdere vultis, & non [q] *vt pater filios* fouere.

Dicunt enim & affirmant [r] *tam ciues iſtorum, quam etiam Sacerdotes eorum*, hos fouere vos velle, [ſ] homicidas,

l vide epiſt. Iulij & Athan. fragm. Hilarij p. 2. Sozom. loco citato.

m Synodus Tyria Athanaſium depoſuit A.D. 335. Conſtantinopolitana Marcellum A.D. 336. At Paulus in locum Alexandri Conſtantinop. ſuffectus eſt A.D. 340. quo anno iubente Conſtantio ab Arianis eſt depoſitus, & ſede pulſus anno 4 a Feliciani Conſula u. Male impoſtor Lucium depravatum nomine *Lucianum* vocat: abſurdius eſt quod Lucium Feliciano Conſule epiſcopatu abdicatum ſcribit: certe Eutropij & Lucij deceſſor Eu[illegible] Adrianopolit. adminiſtrauit ad A. 340 quo ab Euſebianis gradu motus eſt, cum Euſtathio Antiocheno & Aſclepa Gazenſi: quem inepte Mercator huius epiſt. artifex, *Aſclepium* vocat. Vide Athanaſ. in epiſt. ad Solitar. vitam agentes. Socrat. lib 1. cap. 35. 36. & lib. 2. cap. 6. 12. 13. 15. Theodoret. lib. 1. cap. 30. & lib. 2. cap. 5. 7. 8. Sozom. lib. 2 cap. 24 31. & lib. 3. cap. 3. 7.

n verba hiſt. tripert. lib. 4. cap 16. Marcello ſtatim ſucceſſor datus Baſilius. Athanaſio Gregorius A. 341. Paulo Euſebius Nicomed. A. 340 Aſclepæ Quintianus eod. anno, Lucio nemo ante Concilium Sardicenſe congregatum A D. 347.

o An antea obedientiam polliciti erant? porrò de conditionibus pacis Iulio oblatis, & minis in eum intentatis hæc Sozom. lib. 3. c. 7. [illegible], &c. hæc ſcripta A. 341. non 337. vt vult impoſtor.

p quæ aſperitas temporum Arianis vbique triumphantibus? audacter fingit Mercator, ſed imperite. q Ariani nunquam Rom. pont. agnouerunt Patrem. r phraſ. ſ vide Athan Apol. 2. & ad Solit. vitam agentes, Hilarij fragm. Rufin. l. 1. Soc. l. 2 Theod. l. 1. Soz. l. 2. à c. 17. & lib. 3.

ſacrorum templorum euerſores, virginum ſtupratores, [t] ſacrorum librorum incenſores, [u] ſacrorumque vaſorum ac *cæterorum ſacrorum miniſteriorum fraudatores* officiorum neglectores, Imperatorum inſidos, *gentis & patriæ proditores*, & inter [x] ſacerdotes maximam generantes diſcordiam, [y] *eo quod conſubſtantialitatis vocem* quę ſcripta non inuenitur, in fidei doctrina poſuiſſent.

Quid plura enumerare neceſſe eſt, cum propter eos nobis & cunctis [z] *huius regionis* habitatoribus ſcientibus tanta cædes hominum ſit perpetrata, vt amplius quam * *mille* homines ſint proſtrati?

Talibus autem fauere quid aliud eſt quam ſceleribus eorum conſentire? cum ſacra Scriptura hæc prohibeat dicens, [a] *Non ſolum qui faciunt* culpabiles exiſtunt, *ſed etiam qui conſentiunt facientibus.*

Talibus enim vos obſiſtere totis viribus oportet, ne inuoluamini in peccatis eorum, & excommunicationem eorum ne ſuſcipiatis. Tales enim à vobis procul abiicite, ne propter animoſitatem talium hominum infirmæ animæ & ignari populi ſacrilega diſſenſione diſpereant. [b] *Itaque oportet* vos *improbis probè reſiſtere.*

Quapropter ſi neglexeritis [c] *deturbare peruerſos*, liquet quod eorum protegatis errorem. *Nec vero caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui* manifeſtè facinoribus *deſinit obuiare.*

Decet enim vos, *ad arguendam proteruiam* eorum, linguam veſtram exacuere, & velut venenoſos à vobis repellere, ne eorum veneno vos veſtrique in aliquo ſauciemini. [e] *Igitur ſufficiunt nobis querimoniæ contra eos* delatæ; *quoniam derelinquet nos tempus*, [f] ſecundum *quod ait Apoſtolus*, [g] *ſi voluerimus omnium* [h] obloquentium *oblatas contra eos producere querelas*; *maximè* cum [i] *hæc nobis ſufficiant quæ ſuperius* [k] dicta *ſunt.* Nec nobis neceſſe eſt iterum eorum diuulgare mala, cum ipſa per ſe prodeant, & maximè omnes Orientales teſtes ſuper eorum malis exiſtant. *In* [l] *ore* enim (*iuxtà quod* ſcriptum [m] *eſt*) *duorum*

t vide epiſt. Concilij Sardicenſis.
u hæc crimina finxit impoſtor.
x hoc obiectum ſoluitur eius epiſt. ab Athan. recitata
y nunquam hoc nomine accuſati Athan. & reliqui: qui enim eos gradu deiecerant, orthodoxi videri volebant.
z Orientis non *regio* ſed regiones.
* Arianorum Synodica obiicit Paulo Côſtantinop. in Eccl. mille homicidia. Vide fragm. Hilar. pag 2. p 21.
a Rom. 1.
b verba Martini I. conſ. 1. Conc. Later. p. 433. oportet Catholicos.
c verba Felicis III in epiſt. ad Acacium. Negligere cum poſſis deturb. peru. nihil eſt aliud quã fouere. Non caret, &c.

d qui euidenter facinori. e verba Martini I. loco citato. f ſupra quod. g Heb. 11. h penè orthodoxum obl. i dum & hæc. k recitata ſunt vt eorum hæreſim diuulgemus, & oſtendamus omnibus ſub accuſatione eam & reprehenſione merito exiſtentem. in ore enim. l Deut. 17. Matth. 18. m dictum.

vel trium

vel trium teſtium ſtabit omne verbum; [n] quantò magis in multitudine *tantorum Sacerdotum & populorum, Abbatum vel Monachorum, in ſcripto & ſine ſcripto, contra* [o] horum prauitatem nos quotidie vox *acclamantium*? Nos vero diu *expectauimus* eos per multam patientiam *vt crearent vuas*, ſed illi è contrario [p] *fecerunt labruſcas*. Vos ergo [q] *non oportet de cætero negligere & differre* tales; *ne (quod abſit) memoratis criminibus* [r] eorum ſubmittamini, *irrationabiliter* eos Epiſcopos ponentes. Ipſi enim niſi citò corrigantur (iuxta quod B. Apoſtolus [ſ] proteſtatur) *ſecundum duritiam* eorum *& cor impœnitens, theſaurizant ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius*. [t] Qui corrigendi ſunt, *ne per temporalem delectationem*, & per mendacia atque figmenta ſua, vobis aſſenſum præbentibus *æterna perdant præmia, quæ per veram pœnitentiam conſequi potuerunt*. Nec hæc quæ prædicta ſunt ſolummodo *Athanaſio* & ſequacibus eius irrogamus, ſed etiam quod contra *regulam* egerit *quam* nos decreueramus; quia [u] *non* Decreto *communis Concilij Epiſcoporum* recepit *Sacerdotium, ſed ſibimet arrogando Eccleſiam fuiſſet ingreſſus*, & *in ſede reſediſſet*, cum dudum [x] decretum fuiſſet, nullum à pauciore numero reſtitui debere quam depoſitum fuiſſe conſtaret. Deinde [y] *quoniam eius aduentu ſit turba generata, plurimique ſeditione ſint mortui*; & non ſolum hæc per eum, *& propter eum* ſunt peracta, ſed etiam quidam iam à dicto *Athanaſio cæſi, iudicibus* dicuntur *eſſe contraditi*. Hæc & alia innumerabilia ſunt ab eo ſuiſque ſequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos, communioni (vt audiuimus) [z] contra regulam in contumeliam omnium Orientalium ſociaſtis.

Præfato [a] *itaque debita ſalutationis officio*, propter B. Petri honorem [b] impenſo poſtulauimus *vt deinceps ad veſtras*

n vt non dicatur multitudo tantorum &c.
o huiuſmodi prauitatem nouitatem ad Apoſt. noſtram ſedem accl.
p Eſai 5.
q Mat. 10. ibid.
r ſubmittamur irrat. poſt. ponẽ eos, & ex eccantes, &c.
ſ Rom 2.
t hæc verba videntur Gregor. Magni.
u verb. Caſſiodori hiſtoriæ Tripart. lib. 4. cap 9. & l. b. 10. cap. 17 ex Socrat. hiſt. lib. 2. c. 3. & 8. [Greek marginal note, largely illegible] ...παρεχον... Εὐσέβιον ... διαβάλλειν αὐτὸν βασιλεῖ ... κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἐπισκόπων ... καταλαμβάνειν.
S zom. l. b. 3. c. 2. ad finem idem habet. c n igit hoc A 338.

x Imo hoc Decretum A. D. 341. vide Synod Antioch. c. 12. y hæc omnia Athan. obiecta teſtantur Synodica Concilij Alexandrini ab Athan. ipſo deſcripta. fragm. Hilar. p. 2. p. 11. Socrates, cuius verba deſcribit impoſtor lib. 2. c. 5. Sozom. lib. 3. cap. 5 hiſt Tripart. lib. 4. c. 9. z Sozom. lib. 3. cap. 7. Iulius ipſe ad Oriental. fragm Hilarij p 2. p. 24. hiſt. Tripart. lib. 4. cap. 16. Crimen Iulio imponebant, eo quod Athanaſij ſectatoribus communi aſſe videretur, & tanquam ipſorum Concilio contumelias irrogaſſet, &c. a verba patrum Afric. in epiſt. ad Celeſtinum. b impendio deprecamur.

hinc venientes aures non[c] tam facile *admittatis*, *neque à nobis excommunicatos*[d] *vltrà velitis excipere*, ne canonum transgreſſores inueniamini; ſed magis[e] *ſalua fraterna* charitate erratum hoc in poſterum *minime* patiamini.

Et ſubſcriptio,[f] *Orantem pro nobis* Apoſtolatum veſtrum, *Dominus aduo cuſtodiat longiore*, Beatiſſime Pater. Amen.

c facilius admitt.
d in communionem vltrà
e ibid. ſalua fraterna charitas vlterius in Africa ni nime ſuſtinere patiatur.
f ibid. Dom. noſter ſanctitatem veſt à zuo longiore orantē pro nobis cuſtodiat Domine frater. vide ſubſcriptiones epiſt. Epiſcoporū Tarraconenſis Prouinciç ad Hilarum Papam.

Iudicia Pontificiorum.

BARON. *ad A.D.* 341. §.59. Extat epiſtol. quædam Arianorum nomine ad Iulium Papam data; ſed (vt rectè intuenti apparet) videtur eſſe ex iis quæ Socrates atque Sozomenus tradunt conſarcinata; nam quæ qualeſve eſſent, eædem Euſebianorum ad Iulium ſcriptæ, eiuſdem Iulij literæ ad eos redditæ, & ab Athanaſio recitatæ apertè ſignificant. multa enim in illis deſiderantur quæ ex Iulij literis producuntur ab eiſdem ſcripta eſſe, compluraque ineſſe noſcuntur aliter quam à Iulio relata ſint, diuerſaſque cum ex nominibus, tum ex rebus, prudens quiſque indagator inueniet: vt merito ex ipſę quę ibidem habentur recitatæ tunc à Iulio Papa ad Arianos redditæ, eadem quoque ſuſpicione laborent. Nam quæ veræ & legitimæ ſint literæ Iulij ad illos reſcriptæ, Athanaſius qui eas verbatim deſcripſit recitatque in 2. ſua Apologia, abſque controuerſia vlla declarat. Porro has literas hoc anno ex Antiochena Synodo datas, anno ſequenti potius Romam perlatas eſſe, & eo ipſo tempore quo Iulius acceptis iis quæ geſta erant in Eccleſiam Alexandrinam literis Athanaſium accerſiuit, teſtatur Socrates. Liquet enim ex his quæ dicta ſunt ſuperius eas ab illis eſſe datas ex Antiocheno Concilio, eodemque confecto; & Iulium ad eos reſcripſiſſe anno ſequenti poſt denuntiatam Romæ cladem Alexandrinam, vt quæ ſuo loco dicemus ex eiuſdem Iulij literis demonſtrabunt.

Binius in Notis.

Ex epiſt. Iulij ad Orientales ſcripta, quam recitat Athanaſ. apol. 2. quæque infra quarto loco hic ſubditur, certiſſime conſtat Arianos poſt Concilium Antiochenum acerbius, ac maiore cum faſtu, ſuperbia & contentione quam decebat ſcripſiſſe: Ita enim exorditur: *Legi epiſt. veſtram quam mihi presbyteri mei Elpidius & Philoxenus attulerunt*, &c. Veram & germanam non extare præter auctoritatem Baronij An. 341. num. 54 illud aſſerentis, ea quæ ſupra in principio epiſtolarum Iulij annotaui, confirmant: Quæ hic 2. loco poſita Orientalium nomen præfixum habet, ex Sozomeno & Socrate ab incerto quodam auctore compilata eſſe videtur; tum quod multa deſiderari, nonnulla etiam in rebus & nominibus in ea expreſſis variari aduertes,

uertes, ſi eam cum reſponſoria Iulij quam recitat Athanaſ. Apol. 2. diligenter conferas, &c.

CENSVRA.

Quæcumque ex Socrate & Sozomeno nullo habito, ſiue rerum ſiue temporum delectu hauſit impoſtor, ſuis locis indicauimus. Latine ſcripſiſſe docent verba Patrum Concil. Afric. ad Celeſtinum Papam, Felicis I I I ad Acacium Conſtantinopolit. & Martini I. in Concil. Lateran. quæ ſingula diuerſo charactere expreſſimus.

IVLII PAPÆ

Epiſtola I I.

Iulius ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus, [a] *Theognio, Theodoro,* Berintho, *& cæteris Orientalibus Epiſcopis.*

DECVERAT vos aduerſus ſanctam Eccleſiam & Apoſtolicam [b] *limate*, & non *ironicè* loqui, quoniam & ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus [c] eam decenter allocutus ait, *Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam; & tibi dabo claues regni cælorum*. Habet enim poteſtatem [d] *ſingulari priuilegio* ſibi conceſſam, aperire & claudere ianuas regni cœleſtis *quibus voluerit*. Nam ſi ei detrahere quæ Domini orè ſacrata atque deſuper exaltata eſt, non renuiſtis, nec mirum ſi fratribus iniurias irrogare minime ceſſatis.

Vnde iam ſilentio non teguntur, [e] *quæ veſtro* in *concilio turbulenter atque cum tempeſtate decreta* [f] ſunt. *Apparet e-*

a Theognis Nicænam Eccleſiá rexit, Theodorus Heracleſem: Be in hi nomẽ fictitium eſſe iam monuimus.

b limatũ non opponitur Ironico ſed rudi, notandum vero, impoſtorem adludere ad Sozom verba lib. 3 hiſt. c. 7. quæ ſic latine reddidit Epiphan. hiſt. Tripart. lib. 4. cap. 16. *reſcripſerunt epiſtolã ornato quidẽ ſtylo compoſitam, ironia vero maxime plenam*, &c.

c Dominus Petrum allocutus eſt, non Romanos Petro vix de nomine notos, Petrus vero Eccleſiæ figura fuit teſte Auguſtino.

d hoc falſum tam de Petro quam de Romana Eccleſia.

e verba Conſtantini M. in epiſt. ad Concilium Tyri coactum. quam ſuis hiſtoriis inſeruere Socrat. lib. 1. cap. 33 Sozom. lib. 2. cap. 27. Athan. apol. 2. Caſſiodorus hiſt. Tripart. lib. 3. cap. 7. *Ego quidem ignoro quæ veſtro*, &c.

f ſint.

nim [g] quoniam *tumultuoſa quadam indiſciplinatione veritas* eſt *oppreſſa: vobis* quippe in *conſiderantibus quæ placent Deo, propter iurgia quæ contra proximos veſtros habetis, & vota veſtra ineuincibilia eſſe contenditis. Sed erit opus diuinæ prouidentiæ*, [h] quatenus è contrario *apertè deprehenſa* poſſint *euacuari*, & quic*quid illic conuenientes* ſine *qualibet gratia*, odio *aut inimicitiarum cauſa geſſiſtis*, funditus repelli. *Quapropter cum omni feſtinatione vos omnes ad* [i] huius S. ſedis *reuerentiam volo concurrere*, quatenus *geſtorum apud vos integritatem per vos ipſos poſſitis oſtendere.*

Nam [k] *nec* dubitare vos credo *Athanaſium* ſacræ *legis* Doctorem, non ſolum à nobis, ſed etiam à Nicæna Synodo veræ fidei cultorem eſſe comprobatum: qui [l] *defuncto Alexandro mirabili ſene, qui Arij proſtrauerat blaſphemias, poſt quinque menſes Nicani Concilij Alexandrinorum Eccleſiæ ſuſcepit præſulatum.* Aduerſus quem eiuſque ſectatores multa [m] *mendacia texentes, & nudas* valde *calumnias quaſi veras accuſationes componentes*, nobis [n] *multorum malorum* eum *cauſam* & caput *eſſe* perhibuiſtis; *& non ſolum* apud *AEgyptum, ſed etiam* apud *Paleſtinam, & Phœnicem, vicináſque gentes* ſcriptis veſtris illum perturbatorem eſſe ſignificaſtis.

Qua de re, [o] *Eccleſiaſticam* ſequentes regulam, vos & illos Romę *regulariter ad iudicium* die ſtatuta non ſub anguſto temporis ſpatio (vt excuſatio locum non inueniat) literis & Apocriſariis euocauimus: illique vocatione *ſuſcepta* ad diem præſtitutum venere; ſed vos, ne veſtris mendaciis caperemini, veſtraq; calumnia enudaretur, venire diſtuliſtis. Nec his machinationibus ſolummodo contenti eſtis. *ſed* etiam *videntes oues paſtoribus deſolatas*, [p] lupos *pro* paſtoribus *ſuper eas* poſuiſtis. Decuerat ergo ad regularem veniretis conuocationem,

g quod quadam tum .lc. &c. veritas ſit opp. vobis videlicet non conſid.

h vt & hæc contentio ap. dep. poſſit euac. atque nobis palā ſi ri ſi quid illic conu. ſiue &c.

i ad meam reuer. volo concurr. vt geſt. &c.

k verba Conſtantini iunioris ad Alexandrinos ex Theodoreti lib. 2. c. 2. Socrat. lib. 2. c. 3. Sozom. lib. 3. cap. 2. Athan. apol. 2. in hiſt. Tripart. lib 4. cap. 2. relata. *Neque veſtrā ſacratiſſ. mentem arbitror ignorare Athanaſium adorādæ legis prædicatorem* &c.

l verb hiſt. tripart. lib 3 c. 4. ex Theodor. li. 1. cap. 26. Socrat. li. 1. cap. 15 Sozom. lib 2. c. 16 *interr. à Alex* &c.

m eiuſd. hiſt. verba lib 1 cap 5. ex cod. Theodoreto lib. 1. cap. 30. *mend. tex. & quadam commenta fingentes, & nudas n 'modum &c. ſibimet compon.*

n verb. hiſt. Tripart. lib. 4 cap. 5. Theodor. li. 2. c. 3. *reuerſionem Athanaſii mult cauſ aſſerebant eſſe malorum; & non ſol Æg ſed etiam Palæſt & Phœnic vicin gent. ſuæ gratia dicebant eſſe turbatorem* o ibid cap 6. ex cod. Theod. loco citato. *Qui Iulius, Eccleſiaſticam ſequens legē etiam ipſos Romam venire præcepit. & venerabilem Athanaſium ad iudicium regulariter euocauit: ille continuo cum vocatione ſuſcepta venit, calumniarum vero concinnatores Romam quidem profecti non ſunt ſcientes facile ſuum capi poſſe mendacium. Sed videntes, &c.* p Lupum ſuper eas pro paſtore conſtituerunt.

qualiter

qualiter de his & aliis veſtris præſumptionibus veram redderetis rationem.

Quoniam [q] *occurreret veritas ſi falſitas diſpliceret.*

Et [r] *nullus dubitat quod ita iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodum qui eſt innocens vt abſoluatur* *requirit. Nec ſuſpicione caret qui alium calumniis derogat falſa dixiſſe, cum ipſe ad iudicium vt probet quæ intulit euocatus venire diſtulerit.

Vellem enim vos magis ad iam dictam canonicam conuenire vocationem, vt coram [ſ] *vniuerſali* concilio redderetis rationem, cur Synodum ad ſtatum Eccleſiarum & fratrum [t] *in Antiochia* ſubuertendum, & *Nicæni* magni *concilij deſtructionem* feciſtis; aut cur nobis inconſultis Epiſcopos in eam conuocaſtis, *ad quam* nec *maximus Hieroſolymitanus* venit, *nec* noſtra *interfuit* legatio; [u] *canonibus* quippe in Nicæna Synodo *iubentibus*, non debere *præter ſententiam Romani Pontificis* vllo modo *Concilia celebrari*, nec [y] Epiſcopos damnari; aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteros poſuiſtis antequam penes nos, aut [y] *Apocriſarios* noſtros eorum cauſa canonice eſſet examinata, finemque perciperet rectum. Iſti enim qui ad memoratam regulariter venere vocationem, videntes vos à prædictis ſubtrahere calumniis, multa aduerſum vos lacrymabilia & *doloribus plena* referunt: accuſantes vos, & dicentes multa ſe [z] *importabilia* à vobis eſſe *paſſos*. Vobis [a] ergo refugientibus venire, illiſque perſeuerantibus in vera ratione, [b] *ſuaſq; calumnias reclamantibus*, ſuper quibus & [c] *A Egyptiorum* Epiſcopi literis nobis miſſis proteſtantur ſuis *falſa eſſe quæ contra Athanaſium* ſuoſque ſectatores machinantur, cun-

q verba Celeſtini epiſt. 1. ad Gallos.

r verba Bonifacij epiſt. 2. ad Gallos.

* quærit.

ſ Concilium à Iulio indictum vniuerſale non fuit ſed Romanæ prouinciæ, el 50. ſciliter Epiſcopos interfuiſſe teſtatur Athan. apol. 2. p. 575. cógregatum id Concil. A. D. 342. Antiochenum vero (cótra quam ſcribit impoſtor) A. 341.

t verba hiſt. Tripart. li. 4. c. 9. ex Socrat. lib. 2. c. 8. *Egit vt in Antiochia Syriæ Synodus fieret. &c. in veritate autem ad ſubuerſionem atque deſtructioně Nicæni Concilij: ad quam Synodū conuenerunt ex ciuitatibus diuerſis Epiſcopi 90. Maximus tamen Hieroſ Macarij ſucceſſor non adfuit, cogitans quod ipſi poſſet ſubripi, vt in damnationem ſubſcriberet Athanaſii. Sed neque Iulius interfuit Maximæ Romæ præſul, neque in locum ſuum aliquem deſtinauit, cum vtique regula Eccleſiaſtica iubeat non oportere præter,* &c.

u hæc verba arripuit impoſtor ex hiſt. tripartit. lib. eod. cap. 19. quod autem Synodum Nicænam ſtatuti de Conciliis præter Rom. Pontif. ſententiam non celebrandis promulgatricem laudat, pro innata temeritate facit, nihil enim tale decreuerunt patres Nicæni.

x hac de ſuo addit ὑποβολιμαίους. y nota vocem. z hac phraſi vſi ſunt Ægyptiorum Epiſcopi in epiſt. ad Leonem Aug. a vide Iulij epiſt ab Athanaſio deſcriptam.

b Not. phraſ. c hiſt. Tripart. lib. 4. cap. 19. ex Socrat. lib. 2. cap 17. *cognoſcens Arianorum inſidias aduerſus Athanaſium machinatas &c. ſuſcepit etiam literas Epiſcoporum Ægyptiorum aſſerentium falſa &c. dicebantur.*

ctaque Arianorum [d] *machinata* blaſphemiis, & talibus plena figmentis, liquet eos eſſe [e] *inculpabiles*, voſque culpabiles: quia ſi de [f] *vera* conſideretis innocentia, nullo modo à iam dicta vos canonica ſubtraheretis euocatione, quæ non ſubitò ſed [g] *ſpecioſe* denuntiata eſt; ſed omni ſubducta Apologia, abſque *traditione* venire & cauſas reddere feſtinaretis.

Quibus ita geſtis [h] ſcripſi vobis, & omnibus *qui in* Antiochiam cõtrà Apoſtolicam canonicamque regulam nobis inconſultis fueratis *congregati*, arguens vos *primum de iniuriis literarum: deinde cur* Athanaſium ſuoſq; conſectatores *ad* veſtrum concilium conuocaſſetis, *canonibus* ſcilicet præcipientibus *nihil* extra *Romanum decerni Pontificem*; cui hæc & [i] *maiora Eccleſiarum negotia*, tam [k] ab ipſo Domino quam ab omnibus vniuerſorum [l] *Conciliorum fratribus* ſpeciali (vt iam dictum eſt) priuilegio contradita ſunt. Vobis vero refugientibus, & ad concilium toties conuocatis adeſſe nolentibus, illis quoque in ſua reclamatione & iuſta ratione perſiſtentibus, veſtraque [m] cognoſcentes *crimina*, & illorum iuſtam examinantes rationem, *omneſque eos Nicano Concilio* comperientes, & noſtris Apoſtolicis iuſſionibus obtemperantes, viſum eſt nobis ac vniuerſo Concilio, vt vos [n] *Diuinis præceptis & Apoſtolicis monitis* [o] informati, qui *pro omnium Eccleſiarum ſtatu impigro* [p] vigilare debemus *affectu, ſi quicquam reprehenſioni vſquam inuenitur obnoxium celeri ſolicitudine* [q] *ab ignorantiæ imperitia aut à præſumptionis vſurpatione reuocemus.*

Cap. I.

His taliter conſideratis atque diſcretis, [r] *tanquam omnium curam* gerentes, *propter ſedis propriæ dignitatem*, ſuſcepimus *eos in communionem, ſinguliſque* cum [ſ] ſuis (au-

d machinamenta.

e hiſt. tripar. lib. 4 cap. 15. ex Sozom. li. 3. cap. 7. *ſcripſit Iulius, Epiſcopis, culpãs quod non recte tractaſſent viros inculpabiles*, &c.

f forte leg. *veſtra*

g forte *ſpatio ſc. tardatione*

h hiſt. Tripart. lib. 4. c. 19. ex Socrat. lib. 2. cap. 17. *Quo facto Iulius reſcripſit eis qui fuerãt in Antiochia cõgregati culpans eos primum de iniuriis literarũ; deinde cur ſe ad Synodum ſuam non vocaſſent canonibus ni srũ iubentib præter Rom nihil, decerni pont* vide Sozom. lib. 3. cap. 9.

i vide Vigil epiſt 2. ad finem.

k nota figmẽtum im oſtoris multiplex.

l not. phraſ.

m verba hiſt. Trip. tr. lib. 4 ca. 15 ex Sozom. lib. 3. cap. 7. *Cognoſcens ergo Romanus Epiſcopus crimina ſingulorum, & omnes Nicano concilio concordare comperiens, eos in communionem ſuſcepit, tanquam omnium curam gerens*, &c. n verba Leon epiſt. 4. ab initio.

o In ſtiamur. p vigilemus affectu ſi quid &c. q aut ab ignor.

r verba hiſt Tripart. lib. 4. cap. 15. ex Sozom. lib. 3 c 7. *eos in commun ſuſcepit tanquam omn. cur. gerens propter &c ſingulisque ſuas reddidit Eccleſias*, &c. vide Socrat. lib. 2. cap. 15.

ſ not additam. impoſtoris.

ctoritate huius S. Sedis) rebus proprias reddidimus *Eccleſias*. Quoniam huic [t] S. ſedi propter prauorum hominum inſidias, ipſo Domino inſtituente, & ſanctis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus per ſingula concilia roborantibus, hoc ſemper licuit licebitque Domino auxiliante in perpetuum. Vnde [u] *qui ſe ſcit* aliis *eſſe prapoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed* [x] obtemperantiam *quam* ab aliis requirit gratis & *ipſe dependat.*

Quapropter [y] increpando vobis ſcribo, quia *non recte* tractaſtis *viros* inculpatos, & à [z] nobis minime examinatos, *de ſuis Eccleſiis* communione priuatos pellentes, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ iniuriam irrogantes, conſtitutumque *Nicani Concilij minime* ſeruantes, talia indiſciplinate agere non formidaſtis. Idcirco quoniam dudum venire [a] *vocati renuiſtis*, modo *ad* certum *diem*, id eſt [b] quinto decimo Kalend. Nouembr. vos iterum regulariter literis miſſiſque euocamus, *vt coram* vobis oſtendamus non iuſtam in eos protuliſſe ſententiam, *&* de cætero *non* talia eſſe paſſuros.

Eſt [c] etenim *in antiquis Eccleſiæ ſtatutis decretum, vt aliena qui inuadit non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione* [d] *reſtituat. Vnde & in Euangelio ſcriptum eſt, Quod ſi aliquid defraudaui reddo quadruplum.* In [e] lege quoque *cautum* eſt, *Maledictus omnis qui transfert terminos proximi ſui; & dicet omnis populus, Amen.*

Quare miror vos tam audaces eſſe, & tam impudenter egiſſe, & terminos ac iura B. Petri Apoſtolorum principis inuaſiſſe. Sui enim (vt paulò ſuperius [f] comprobatum eſt) iuris erat, vt [g] abſque eius ſanctæ ſedis auctoritate nullus deberet aut *concilia celebrare*, aut [h] Epiſcopos ad Synodum conuocare, vel damnare eos,

t hæc omnia pro libidine fingit coccyx.
u verba Leonis epiſt. 84. qui ſcit ſe quibuſdam.
x obedientiā quam exigit etiam ipſe.
y inſeruit ſecundis Iulij ad Orientales literis quę de priorib. refert ex Sozom. li. 3. cap. 7. hiſt. Tripart. li. 4. cap. 15. *Scripſit Epiſcopis, culpans quod non recte tractaſſent viros inculpabiles, de ſuis Eccleſiis eos expellētes, & quod conſtitutiones Nicani Concilij minime obſeruarēt, quorum paucos ad certam diē ſilicet adeſſe præcepit, vt coram eis oſtenderet iniuſtā ſe ſuper eiūs protuliſſe decretum & deinceps non ſe paſſurum interminatus eſt*
z not. additā impoſtoris.

a alludit ad verba ſapientiæ prouerb. 1. 24. b nota ſolœciſmū & figmentum ψευδολόγου c verba Concil. Rom. ſub Symmacho, *eſt etiam* &c. d omnia reſtituit.
e & in legibus ſeculi cautum habetur. Qui rem ſubripit alienam, illi cuius res direpta eſt in vndecuplum, quæ ſublata ſunt reſtituat. Et in lege diuina legitur. Maled. f te gnauiter impudentem eſſe plus ſatis probaſti. g hæc fuit Socratis & Sozomeni ſententia, ſed nullo veritatis fulcimento ſubnixa; cum nec Athanaſius, cuius patrocinium ſuſcepit Iulius, tale Romani Epiſcopi priuilegium agnoſcat. nec Iulius ipſe in genuinis ad Orientales ſcriptis tantam ſibi poteſtatē arroget. h Sequentia omnia ſomniauit impoſtoris caput infrunitū.

aut propriis pellere ſedibus, aut alios in eorum loco ordinare, quę omnia vos temerare non timuiſtis. Quid ergo eſt aliud talis præſumptio, niſi quod Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum decreta transgredi, & maledictionem ſuperius comprehenſam, in lege ſcilicet cautam, quam omnis populus vno ore conſonaque reſponſione per *Amen* (id eſt *fiat, fiat*) confirmauit, ſuſcipere non timuiſtis? Nam (vt reor) talibus *tranſgreſſionum* [i] *funiculis conſtricti* noſtrum ne veſtra proderentur flagitia examen declinaſtis, & ad ſupradictam vocationem venire diſtuliſtis.

Sane [k] *manifeſtum eſt* ſuum eos *confiteri* crimen, *qui toties* euocati, abſque ineuitabili cauſa venire diſtulerunt, & *purgandi ſe* voluntate *non* vtuntur. *Nam* [l] *ſi de* veſtris *dictis* confideretis, *etiam* in *faciem probare non* diſtuliſſetis.

Tales inſidiatores ſpiritu præuidentes ſancti patres in Nicæa congregati, *leges* [m] ſtatuerunt, *quas* nos *canonas appellamus*, ne facile probi ab improbis damnarentur: ex quibus nonnullas ſententias his inſeri iudicauimus, vt tantorum patrum auctoritate noſtra roboraretur epiſtola, atque omnes [n] Orientales ſiue reliquarum partium Epiſcopi hæc audientes in tantam foueam non incidant, ne [o] *damnationem* à patribus decretam *percipiant*.

Sequuntur enim hæc ex prædicto Concilio Nicæno capitula; id eſt 18. 19. 21. 23. 26. 27. 28. 33. 41. & 5. ſeptimumque & *9. ac 51. 52. 53. 54. 55. 57. 58. 59. 60. 61. 63. *66.

Cap. II.

Vt [p] omnes Epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur vel *criminantur* cauſis, quoties neceſſe fuerit, libere Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam

i Prou. ſ. 22.

k verba epiſt. 2. Bonif. c. miſere cor n pta. *Nam manifeſtum eſt eum confiteri de crimine qui indulto & toties delegato iudicio purgandi ſe occaſione non vtitur.*

l verba Synodica patrum Sardicẽſium, hiſt. Tripart. lib. 4. cap 24. ex Theodoreto lib. 2. c. 8 *nam qui de ſuis dictis confidunt etiã ad faciem probare non fugiũt*

m verba hiſt. Tripart. li. 2. cap 14. ex Sozom. lib. 1. c. 22. *Synodus autem corrigere volens hominum vitã & in Eccleſiis commorantium, poſuit leges quas canones appellamus.* quę verba notabunt qui cum Turriano 70. vel 80. canones nuper editos, & ſententias à Pſeudo-Iulio deſcriptas, non ſeparatim cum 20. Nicænæ Synodi vulgatis canonibus editas, *ſed per acta tanquam ſanguis per venas corporis fuſas* fuiſſe contendent. Eſt enim manifeſta mens impoſtoris, 70. vel plures à patribus Nicænis canones collectos in vnum corpus, vt eſſent quodammodo promptuarium regularum Eccl.

n meminerit Lector hanc epiſt. ad Orientales ſcriptam.

o not. phraſim. * al. 8. * al. 67.

p hoc caput ad verbum extat in epiſt. 1. Pſeudo-Sixti II. deſumptum autem videtur ex canon. 7. Concil. Sardic.

quaſi

quaſi ad matrem confugiant; & vt ab ea (ſicut ſemper fuit) piè fulciantur, defendantur & liberentur. Cuius diſpoſitioni omnes [q] *maiores* Eccleſiaſticorum *cauſas*, & Epiſcoporum iudicia antiqua, Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum atque canonum auctoritas reſeruauit. Quoniam [r] culpantur Epiſcopi qui aliter erga fratres egerint quam eiuſdem ſedis Papæ fieri placuerit.

Cap. III.

Hoc caput repetit Pſeudo-Victor epiſt. 1. & Pſeudo-Sixt. II. epiſtol. 1. &c.

Placuit vt accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſſa Epiſcopus [s] licenter appellet & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem, qui aut [t] per ſe aut per Vicarios ſuos retractari negotium procuret. Et [u] dum iterato iudicio Pontifex cauſam ſuam audit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Epiſcopus: quoniam quanquam à comprouincialibus Epiſcopis accuſati cauſam Pontificis ſcrutari liceat, non [x] tamen definiri inconſulto Romano Pontifice permiſſum eſt; cum B. Petro, & non [y] ab alio quam ab ipſo dictum ſit Domino: *Quæcumque ligaueris ſuper terram erunt ligata & in cœlis; & quæcumque ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in cœlis.*

Cap. IV.

Hæc ead. verba recitat Adriani I. collect. Ingelramo datæ cap. 6. 18. & 26. Pſeudo-Anicet. epiſt. 1. Pſeudo-Victor epiſt. 1. Pſeudo-Sixt. 2. epiſt. 1.

Si quis [z] *putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem Diœceſeos, aut penes* [a] vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Papam *iudicetur.*

Cap. V.

Accuſatores [b] *& accuſationes* quas *leges* ſeculi *non adſciſcunt*

q malorum cauſarum cognitionẽ ſedi Romanæ reſeruatam volunt Innocẽt. epiſt. 2. cap. 3. Leo epiſt. 84. c. 1. & c. Vigil. epiſt. 2. ad finem. Sed nil tale ſtatutum ab Apoſtolis & Apoſtolica Eccleſia ad Synodi Sardicenſis tempora, id eſt ad A. D. 347.

r quaſi vero plerumque vrbici Papę lex vnquam fuerit Eccleſiæ; hoc tamẽ inculcant iisdem verbis Pſeudo-Sixt. I. epiſt. 2. & Pſeudo Victor. epiſt. 1.

s Concil. Sardic. can. 4.

t eiuſd. Conc. can. 5. & 7.

u ibid. can. 4.

x imo, *decreta Nicana ſiue inferioris gradus Clericos ſiue Epiſcopos ſuis Metropolitanis aperte commiſerunt*: teſte Eccleſia Afric. in epiſt. Synod. ad Celeſtinum.

y hoc dictum à ſolo Domino Petro non ſoli, quandoquidem ligandi & ſoluendi poteſtas ad omnes & ſingulos verbi miniſtros ex æquo pertinet: vide Matth. 18.

z Concil. Chalced. can. 9. & 17. a lege, *penes regiæ vrbis Conſtantinopoleos ſedem.*

b verba Adriani I. collect. Ingelramo datæ cap. 11. eadem repetunt Pſeudo Teleſphor. epiſt. vnica, Pſeudo-Calixt. epiſt. 2 Pſeudo-Steph. epiſt. 2. Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1. deſumpſerunt autem omnes ex Concil. 7. Carthag. cap. 2.

& nos vnanimiter ſubmouemus. Nec [c] fiat *in diſtricta probatione impietas, cum recta ſit iudicij in electione ſententia.*

Cap. VI.

Idem recitat Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 2. & Pſeudo-Calixt. epiſt. 2. ex parte.

Nullus [d] *Epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere aut ordinare abſque* [e] Epiſcopi *voluntate, vel iudicare;* [[f] Salua tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate:] *quia ſicut irrita erit eius ordinatio, ita & dijudicatio. Quoniam cenſemus,* [g] *nullum alterius iudicis, niſi ſui ſententia teneri.* [h] *Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus poterit.*

Cap. VII.

Idem habet Pſeudo-Anaclet. epiſt. 2 Pſeudo-Stephan. epiſt. 2. Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 2. Pſeudo-Alexand. epiſt. 1. ex parte Pſeudo-Arban. epiſt. ad Felicem II.

[i] Si quis erga *Epiſcopum, vel actores Eccleſiæ ſe proprium habere crediderit negotium,* non *prius adeat* iudices quam *ad eos recurrat charitatis ſtudio; vt familiari* [k] colloquio *commoniti, ea ſanare debeant quæ in querimoniam deducuntur.* Quod ſi aliter egerit, communione priuetur.

Cap. VIII.

Hoc cap. recitat Pſeudo-Sixt. I. epiſt. 2. Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 2. Pſeudo-Euſeb. epiſt. 3. Pſeudo-Ioan. I. epiſt. 1.

Nemo [l] Pontificum deinceps aliquem Epiſcopum ſuis expoliatum rebus, aut à ſede pulſum, excommunicare aut iudicare præſumat: *quia non eſt priuilegium quo poſſit ſpoliari iam nudatus.*

Cap. IX.

Pari [m] tenore decernimus *non credi accuſatori qui abſente aduerſario cauſam ſuggerit ante vtriuſque partis diſcuſſionem.* Nec [n] accuſatores vel *teſtes* ſuſcipi *qui non ſunt idonei.*

Cap. X.

Hæc verba repetunt Pſeudo-Alex. epiſt 1. Pſeudo-Teleſphor. Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. Pſeudo-Stephan. epiſt. 2. Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1. Pſeudo-Pelag. II. epiſt. 2.

c hæc ſen. eſt Eun dij epiſt. 18. lib. 1.

d verba Adrian. I collect. Ingelramo datę c. 16.

e eius.

f additam. Mercatoris.

g verba Aniani in conſtit. vnicam tit. 16. li. 4. Cod. Theodoſ.

h addit. Adriani.

i Adrianus I. eiuſd. collect. cap. 2. *Placuit vt quacunque perſona cõtra Epiſcopum, &c.* eſt autẽ initium cap. 17. Concil 5. Aurelianenſis.

k aditione.

l Hoc ſtatuit Syn. Rom. 5. ſub Symmacho.

m Eadem verba habet Pſeudo-Teleſph. in epiſt. ſunt autem Aniani in cõſtit. 9. tit. 39. lib. 11. Cod. Theodoſ.

n Pſeudo-Anaclet. epiſt. 2. ex cod. Aniano in conſtit. 13. eiuſd. tituli.

o Placuit,

[o] *Placuit, vt ſi accuſatus* vel *damnatus Epiſcopus appellauerit Romanum pontificem, id ſtatuendum quod ipſe iuſtè cenſuerit.* Et [p] *omnes qui aduerſus patres armantur infames eſſe cenſemus;* neque eos [q] *qui cum inimicis morantur* ad accuſationem vel ad teſtimonium recipiendos.

Cap. XI.

Hæc ad verbum Pſeudo-Sixt. I epiſt. 1. Vide Concil. Carthag. 4. cap. 96.

Placuit [r] *vt ſemper in accuſatione clericorum primo perſona, fides, vita,* & conuerſatio *blaſphemantium perſcrutetur.* Nā [ſ] fides omnes actus hominis præcedere debet; *quia* dubius [t] in fide infidelis eſt. *Nec eis omnino eſt credendum,* quia *veritatis fidem ignorant,* nec *rectæ conuerſationis vitam ducunt; quoniam tales & facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viuentes. Ideo ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primo & corrigenda,* neque [u] *accuſatoribus ſuſpectis, & de inimicorum domo prodeuntibus* eſt *credendum.*

Cap. XII.

Quod [x] non aliæ Metropolitanæ Eccleſiæ vel primates ſint, niſi illæ quæ prius primates erant; & poſt Chriſti aduentum, auctoritate Apoſtolica & Synodali primatum habere meruerunt. Reliquæ vero non primates ſed Metropoles vocentur. eorumque Epiſcopi, [y] non Primatum, ſed aut Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine fruantur.

Cap. XIII.

Infames [z] eſſe cenſemus omnes qui ſuam aut Chriſtianam præuaricantur legem, aut canonicam poſtponunt auctoritatem.

Cap. XIIII.

Vide Hygin. epiſt. 1. Pſeudo-Anicet. epiſt. vnica, Pſeudo-Calixt. epiſt. 2. Pſeudo-Lucium epiſt. vnica.

Saluo in omnibus Romanæ Eccleſiæ priuilegio,

o Adrian. I. collect. cap. 21. & in Epitome can 3. Concil. Sardic. videtur ex 7. deſumptum: vide Pſeudo-Fabian. epiſt. 3. Pſeudo-Sixt. III.

p Idem eiuſd. collect. cap. 71. ex Procli epiſt. ad Domin. Antioch.

q ſent. 1. tit. 15. lib. 5. Pauli Conc. Rom. 5. ſub Symmacho.

r verba Adriani I. collect Ingelramo datæ capit. 4.

ſ Sixti Pythagoræi ſent. 156.

t Eiuſd. ſent. 5.

u Paulus ſent. lib. 5. tit. 15. ſent. 1. Cōcil. Carthag. 7. c. 4 Ennod. in Apol. pro Symmacho, Conc. Rom. 5. ſub Symmacho.

x Idem ſtatuit Pſeudo-Anicetus in epiſt. Pſeudo Steph epiſt. 2 Pſeudo-Felix II. epiſt. 1. c. 12.

y Id ſtatuit Adrian I. collect. Ingelramo datæ cap. 23.

z Idem ſtatuit Pſeudo-Stephan. epiſt. 1. & Pſeudo-Dionyſ. epiſt. 2. Simile quid habet Pſeudo-Anaclet. epiſt. 1.

Nullus[a] *Metropolitanus abſque cæterorum omnium comprouincialium Epiſcoporum inſtantia aliquorum audiat cauſas eorum; quia irrita erunt, immo & cauſam in Synodo profacto dabit.*

CAP. XV.

Alienis[b] erroribus ſociatum, vel à ſui propoſiti tramite recedentem, aut ſacris canonibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus; nec impetere recte credentes, vel ſanctorum Patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus.

CAP. XVI.

Idem reperunt Pſeudo-Anacl. epiſt. 1. Pſeudo-Hygin. epiſt. 1. Pſeudo-Felix I. epiſt. 2. Pſeudo-Fabian. epiſt. 3. & Pſeudo-Sixt. III. & Pſeudo-Euſeb. epiſt. 3.

Peregrina iudicia generali ſanctione prohibemus; quia indignum eſt, vt ab exteris iudicentur qui comprouinciales, *& à ſe electos* debent *habere iudices.*

CAP. XVII.

Salua Apoſtolicæ Eccleſiæ auctoritate, [d] *Nullus Epiſcopus extra prouinciam ad iudicium deuocetur: ſed*[e] euocatus ipſe *canonicè in loco omnibus congruo, tempore Synodali ab omnibus comprouincialibus Epiſcopis audiatur; qui concordem ſuper eum, canonicamque proferre debent ſententiam:* [f] quoniam *ſi hoc minoribus tam clericis quam laicis conceſſum eſt, quanto magis*[g] *Epiſcopis ſeruari conuenit? Nam ſi ipſe Metropolitanum aut iudices ſuſpectos habuerit, aut*[h] infenſos *ſenſerit, apud* primates *Diœceſeos, aut apud Rom. ſedis*[i] pontifices *iudicetur.*

CAP. XVIII.

Ead. verba habet Pſeudo-Dionyſ. epiſt. 2. Vide Cod. Theodoſ. lib. 9. tit. 1. Conſtit. vlt.

Nemini[k] *de ſe confeſſo* credi poteſt ſuper *crimen alienū; quoniam* eius, atque omnis[l] *rei profeſſio periculoſa eſt, & admitti aduerſus quemlibet non debet.*

CAP. XIX.

Hæc verba recitat Pſeudo-Iſidor in præfat. Collect. eadem habet Pſeudo-Victor. epiſt. 1. & Pſeudo-Sixt. I. epiſt. 2.

a verba Adriani I. collect. Ingelramo datæ c. 34. ex can. Apoſt. 35 verſ. Dionyſ. & Concil. Antioch. c. 9. vide & conc. Mat ini Brac. c. 4

b iiſdem verbis habet Pſeudo-Dionyſ. epiſt. 2. & Pſeudo-Hygin. epiſt. 2. & Pſeudo-Pius epiſt. 1.

c verba Adriani I. collect. Ingelramo datæ cap. 17. ex Cod. Theodoſ. lib. 9. tit. 1. conſtit. 10.

d eiuſd. Adriani collect. eiuſd. cap. 18.

e vocato eo.

f quia.

g de Epiſc.

h inſ ſtos.

primatem.

i pontificem

k verba Ennodij epiſt. 4. lib. 1. Nemo de ſe cō feſſo iuſte credere poſſit crimen alienum.

l verba Adriani I. cap. 64. collect. Ingelramo datæ ex Aniani interpret. conſtit. 2. tit. lib. 9. Cod. Theod.

Incerta [m] nemo vnquam pontificum iudicare præſumat: quia *quamuis vera ſint, non* tamen *credenda niſi quæ* manifeſtis *indiciis* comprobantur, *niſi quæ manifeſto* indicio *conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur.*

Cap. XX.

Vide Adrian. I. collect. Ingelramo datæ cap. 15. & 40.

Criminationes [n] maiorum natu per alios ne fiant niſi *per ipſos qui crimina intendunt*; ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint, & [o] *actus publicus docuerint omni ſe cauere ſuſpicione* atque [p] inimicitia, & irreprehenſibilem fidem atque conuerſationem ducere.

Cap. XXI.

Ead. verba habet Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 1. Pſeudo-Victor epiſt. 1. Simile quid habet Pſeudo-Marcell. epiſt. 1.

Et [q] *Prouincialis Synodus retractetur per Vicarios vrbis Romæ Epiſcopi, ſi ipſe decreuerit.*

Cap. XXII.

Hæc verba repetit Pſeudo-Lucius in epiſt.

Placuit [r] *vt à quibuſcunque iudicibus Eccleſiaſticis ad alios iudices Eccleſiaſticos (vbi eſt auctoritas maior) fuerit prouocatum, audientia non negetur.*

Cap. XXIII.

Huius cap. verba habet pſeudo-Calixt. epiſt. 2. & pſeudo-Lucius in epiſt. vide & pſeud-Anic. epiſt.

Si [ſ] *quis Metropolitanus Epiſcopus (niſi quod ad ſuam ſolummodo propriam pertineat parochiam) ſine conſilio & voluntate omnium comprouincialium Epiſcoporum* [t] *aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit: & quod egerit irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de* [u] comprouincialium *Epiſcoporum cauſis, ſuarumque Eccleſiarum & clericorum atque ſecularium neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc*

m verba Iſidori Hiſpal. Synonym. li. 2. cap. 16. *Incerta non iudicemus quouſque veniat Dominus, &c. quamuis enim vera ſint, credenda non ſunt niſi quæ certis indiciis demonſtrantur, niſi quæ manifeſto examine, &c.*

n Idem habent Pſeudo-Hygin. epiſt. 1. Pſeudo-Lucius epiſt. vnica, Pſeudo-Dionyſ. epiſt. 2. Similia habent Pſeudo-Steph. epiſt. 2. & Pſeudo-Pius epiſt. 1. videntur autem deſumpta ex Concil. 2. Carth. cap. 6. Conſtantinopolit. cap. 6. & Chalced. cap. 21.

o verba Concil. 1. Arelat. cap. 13.

p vide Greg. lib. 11. epiſt. 52.

q Epitome can. 7. Sardic. per Adrianum I. eiuſd. cap. 39. collect. Ingelramo datæ.

r Adrian. I. eiuſd. collect. cap. 42. ex Concil. 3. Carthag. cap. 10.

ſ Verba Adriani I. collect. eiuſd. cap. 43. ex can. Apoſt. 32. ſecundum ipſummet Adriani epitome, vel 35. ſecundum Dionyſ. diſt.

t extra aliquid. u de prouinc. coëpiſc.

cum [x] omni *conſenſu comprouincialium agatur pontifi[illegible], non aliquo dominationis faſtu, ſed humilima & concordi admi[illegible]ratione, ſicut Dominus ait*, Non [y] veni miniſtrari *& a[illegible]*, Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter, *& reliqua.* [z] *Similiter & ipſi comprouinciales Epiſcopi cum eius conſ[illegible]o (niſi quantum ad proprias pertinet parochias) agant, iuxta ſanctorum conſtituta Patrum, vt vno ore, vno animo concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſecula.*

Cap. XXIIII.

Ead. habet pſeudo-Eleutherius epiſt. vnica & pſeudo-Felix. I. epiſt. 1.

[a] *Caueant iudices Eccleſiæ, ne abſente eo cuius cauſa ventilatur ſententiam proferant, quia irrita erit:* [b] quippe *&* rationem *pro* actione reddent *in Synodo*, & [c] vt *proditoris calumnia*, *nec* eorum poſteà *vox audiatur.* [d] *Nemo enim* debitorem amplius *poteſt* cognoſcere, *quam ille qui iniuriam eiuſque* ſuſtinet *nequitiam.* [*leg.* per eius nequitiam ſuſtinuit.]

Cap. XXV.

Aniani interpretantis nouellam *Neminem exhiberi*, verba ab Adriano interpolata.

Si [e] *quis ſuper quibuſlibet criminibus* clericum pul[illegible]ndū crediderit, *in prouincia, in qua ille conſiſtit qui pul[illegible]tur, ſ[illegible]* [f] exerceat *actiones: Nec æſtimet eum accuſator ſuus al[illegible] aut longius pertrahendum ad iudicium. Illi vero, qui pulſatus fuerit, ſi* iudices [g] ſuſpectos *habuit, liceat appellare.*

Cap. XXVI.

Ead. habet pſeudo-Zephyrin. epiſt. 1. & pſeudo-Felix I. epiſt. 1.

[h] Primates accuſatum diſcutientes Epiſcopum, *non ante ſententiam proferant* damnationis, *quam* Apoſtolica freti authoritate *aut reum ſe ipſe confiteatur, aut* [i] *per innocentes* & canonicè examinatos regulariter *teſtes conuincatur.*

Cap. XXVII.

Pſeudo-Felix I. epiſt. 1. ead. reperit

x omnium.
y Matth. 20. Marc. 10.
z vide Concil. Antioch. cap. 9. Epheſ. act. 6 & Chalced. c. 12.
a Verba Adriani I. collect. cap. 49. ex Concil. 4. Carth. c. 10.
b *imo & cauſam in Synodo pro facto dabunt.*
c verba Aniani in conſtit. 2. tit. 10. l. 10. Cod. Theod. *Si quis proditor futurus eſt, nec calumnia nec vox illius audiatur.*
d verba conſtit. 3. eiuſd. tituli *delatorem plus poſſe agnoſcere.*
e verba Adriani I. collect. [illegible] cap 8 *ſi quis clericus ſuper &c pulſatus fuerit.*
f ſuas exerceat vel exequatur.
g [illegible]
h [illegible]

[illegible] Cod. Theod. [illegible] Adrian I. [illegible] *iudex criminalis* [illegible] *non ante ſent prof capitalem quam aut reum &c.* [illegible] vel per

Irritam

Irritam [k] *eſſe iniuſtam Epiſcoporum damnationem* decreuimus, *& idcirco à Synodo retractandam* ita vt oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis.

Cap. XXVIII.

Seqq. repetit pſeudo-Zephyrin. epiſt 1. & pſeudo Felix I. epiſt. 1.

Detractores qui diuina auctoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum ab Epiſcopali ſubmouemus accuſatione. Similiter, [l] ne ſummorum quiſpiam minorũ accuſationibus impetatur aut diſpereat, [m] *Neque in re dubia* detur *ſententia*, nec vllum [n] *iudicium* niſi *indiſcutabiliter habitum* teneatur.

Cap. XXIX.

Seqq. citat Hincmarus lib. 55. cap. 20.

Plura de his ideo hic non inſerimus, ne vacuare, vilemve prædictam facere Synodum videremur, [o] aut faſtidium legentibus audientibuſque prolixa faceret epiſtola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora ſcire voluerit, in ſacro noſtræ Eccleſiæ ſedis ſcrinio, & ea quæ prædiximus inuenire poterit.

Verum [p] *me dixiſſe teſtis eſt Diuinitas.*

De receptione vero ſedis & ſacerdotij atque honoris, quę dixiſtis Athanaſium [q] *abſque Concilij decreto* ſuſcipere, non ita inuenimus ſicut calumniati eſtis; ſed [r] quorundam Epiſcoporum conſilio atque Decreto recepit ſuum quod iniuſte perdiderat ſacerdotium, ac *reſedit in ſede*. Quod enim [s] ſcripſiſtis non eum poſſe à pauciore numero Epiſcoporum reſtitui quam depoſitus fuerat, non ita eſt. Nec [t] hæc regula *orthodoxorum*

k verba Adrian. ca. 54. ciusd. collect. ex Concil. 4. Carth. cap. 28.
l Pſeudo-Clem. epiſt. 1.
m verba Greg epiſt. 30. lib 8 *graue eſt ſatis & indecens vt in re dubia certa dicatur ſententia.*
n phraſ Gregor. lib. 11. epiſt. 52.
o N[illegible]n eſt q[illegible]od de breuitate glorie ris plus ſatis p[illegible]icentia p[illegible]orum [illegible]buſus es.
p falſum ie dixiſſe teſtis eſt [illegible] in[illegible]as [illegible]c[illegible]eris inſ[illegible]ndivin ex. verb[illegible] Ennodio teſti [illegible] d. Vide lib. 1. ep[illegible]ſt. [illegible]
q Socr[illegible] lib. 2. [illegible]p. 3. & 8. Sozom. lib 3. cap. 2. hoc obiectum Athanaſi[illegible] rcteran[illegible] an autem i[illegible] Orien[illegible]ales literis ad I[illegible]lium datis inſer[illegible]erint, incertum eſt. all[illegible] [illegible] oſt[illegible] ra[illegible] verba Caſſiodo[illegible] hiſt. tripart lib. 10 cap 17 *Epiſcopi nihil aliud requirebant, niſi quod poſt depoſitionem non Decreto Concilij reſediſſet in ſede,* Chryſoſtomus nimirum, de quo quæ ſcri[illegible]. Socr[illegible]tes [illegible]d A[illegible]h[illegible]na[illegible][illegible]m trah[illegible] nebulo. r [illegible]n Epiſco[illegible]orum f[illegible]uen[illegible]um ſentent[illegible] fretus, ſed regiis [illegible]ter[illegible]s muni[illegible] Eccleſiæ gubernacula r[illegible]ſum[illegible] [illegible] dican[illegible] qui [illegible] p[illegible] [illegible]c[illegible]ium ſu[illegible] pe[illegible] mai[illegible]n quam ve[illegible] nati manus [illegible] e, quod Dec[illegible]etum [illegible]ncitum, quod C[illegible]n[illegible]ium in cauſ Athan[illegible] [illegible]ona[illegible]ctum ab Oc[illegible]ident[illegible] lib[illegible]s [illegible] A D 335 [illegible] 42 quo a Iuli[illegible] c[illegible]a[illegible] [illegible]n[illegible] A[illegible]hanaſi[illegible] Euſebian[illegible]. [illegible] ho[illegible] E[illegible]ebian[illegible] ſcripſi[illegible] e[illegible] [illegible]erat[illegible] [illegible]r[illegible]imp[illegible] [illegible]emo p[illegible] teſt: de[illegible]enit certe A[illegible] 41 Synodus Antioch c 12. t ve[illegible]a hiſt. trip[illegible] [illegible] 10. c. 17. ex Socrat. lib. 6. c. 18. *reclamabant a[illegible] ntes, ſed plurimi[illegible], ô Ioannes depo[illegible]uerunt: cumque denuo Ioannes hanc regulam non orth[illegible] E[illegible]l[illegible] ſc[illegible] eſſe firmaret Arianorum [illegible]nam in Antiochia congregati pro damn[illegible] fid. de conſubſt prolata odio Athanaſij hanc regulam protu[illegible]erunt.*

ſanctæ *Eccleſiæ* eſt Epiſcoporum; *ſed Arianorum*, ſociorum videlicet veſtrorum, hæc inuentio ad perditionem orthodoxorum Epiſcoporum contexta eſt. *Nam*, vt nobis à veracibus eſt teſtibus relatum, quando Antiochiæ *pro damnatione fidei de conſubſtantialitate* prolata fuiſtis *congregati, odio prædicti Athanaſij hanc regulam* protuliſtis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit; quoniam nec [u] ab orthodoxis Epiſcopis hoc Concilium actum eſt, nec Romanæ Eccleſiæ legatio *interfuit*, *Canonibus* [x] præcipientibus ſine eius auctoritate *Concilia* fieri *non* debere. Nec [y] vllum ratum eſt, aut erit vnquam Concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

Cap. XXX.

Igitur [z] *de fuga* ſuper [a] qua Athanaſium reprehenditis, *non bene agitis*; cum ipſe Dominus [b] *mandatum hoc* nobis dederit; *Cum perſecuti vos fuerint in* [c] vna *ciuitate, fugite in aliam.* Et ipſe Dominus per ſemetipſum exemplum nobis demonſtrans, quando [d] *Phariſæi concilium fecerunt aduerſus eum vt eum occiderent. Sciens autem Ieſus diſceſſit inde:* & alibi, *Tulerunt* [e] *lapides Iudæi vt* iacerent in *eum*; *Ieſus autem* abſcondit ſe *& exiuit de templo*; *Et tranſiens per medium eorum* abiuit, *& ita diſceſſit.*

Nam [f] *& diſcipuli propter metum Iudæorum receſſerunt celantes ſemetipſos. Et Paulus in Damaſco à principe gentis quæſitus, de muro in ſporta* depoſitus [g] *eſt, & manus quærentis effugit*: & alij quamplurimi & innumerabiles ſancti, tam in veteri teſtamento quam in nouo, fugiſſe leguntur.

Si [h] *ergo fugam* improperatis fugientibus, erubeſcite *potius* perſequi, & quieſcite *inſidiari*, quieſcentque *continuo fugientes.*

u atqui certum eſt inter patres Antiochenos nonaginta ſeptem 36. tantum fuiſſe Arianos: cum id aſſerant Iulius in epiſt. ad Oriental. Athanaſ. apol. 2. Hilar. de Synodis. vn cum hæreſeos ſuſpectum agnoſcens.

x hanc Socratis & Sozomeni ſententiam fuiſſe ſupra diximus: at nulla ratione munitam ex eo conſtare poteſt: quod Iulius in epiſt. ad orientales ab Athanaſio in apol. 2. translata canones eiuſmodi nullos agnoſcit. alludit impoſtor ad verba hiſt. tripert. lib. 4. cap. 9. & 19.

y hæc verba repetunt Pſeudo-Damaſ epiſt. 4 & Pſeudo-Pelag. II. epiſt. 8 ſunt autem totidem balatronis commenta.

z not. phraſ. a atqui nondum fugerat Athanaſius, cum Euſebiani ad Iulium ſcripſerunt: eorum epiſt. data eſt è Concilio Antioch. A. D. 341 Athanaſius Alexandria pulſus à Gregorio fugit A. 342 manifeſti ergo mendacij reus eſt epiſtolæ effictor.

b verba Athanaſ. apol. de fuga ſua. ex hiſt. tripart. lib. 6. cap. 2. *rurſus hoc dedit mand. dicens.*

c hæc. d Ibid. poſt lin. 16. phariſ. quidam egredientes Concil. &c.

e Ibid. poſt. lin. 1 nota vero impoſtorem vulgatæ verſionis verba in hiſtoriam tripart. transferre: legendum enim, *vt mitterent ſuper eum, abſconſus eſt, ibat & ita diſceſſit.*

f hæc præcedentibus non cohærent, ſunt tamen eiuſd. Athanaſij paulo ante

g demiſſus eſt. h Ibid. paulo ante, *ſi ergo fug. improperant perſequentes, pudeat eos potius, ſui ipſorum. quieſcant inſid. & quieſcunt cont. &c.*

Nam [i] *ſiue* perimatis eos, *mors ſemper contra* vos *exclamat; ſiue rurſus exilia* ſuperponatis, [k] vbique in vos *mali memoriam deſtinare* noſcimini, & illi patiendo ſibi proficiunt. Vnde & Dominus ait, *nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potius eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.*

Multos [l] enim cognouimus peſſimis machinationibus iniuſte depoſitos. Ideò ſummopere à me, [m] cui (vice Apoſtolorum principis) vniuerſalis Eccleſiæ cura commiſſa eſt, prouidendum eſt (auxiliante [n] ipſo ſummo Apoſtolo) ne deinceps talia fiant; quoniam ideo huic S. ſedi præfata [o] priuilegia ſpecialiter ſunt conceſſa, tam de congregandis Conciliis & iudiciis ac reſtitutionibus Epiſcoporum, quam de [p] *ſummis Eccleſiarum negotiys*, vt ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſtè damnati reſtitutionem ſumant, & [q] *talia* ab improbis *ne præmantur abſque vltione*, nec *exerceantur abſque damnatione.*

Non ergo rectè egiſtis, quod prædictos fratres calumniati eſtis, dicente Domino, *Non* [r] *facies calumniam proximo tuo, nec opprimes eum.* Nec rectè egiſtis, [ſ] quod nobis inconſultis Concilium celebraſtis, eoſque ad Concilium vocaſtis, & damnare præſumpſiſtis: [t] *Canonibus* (vt præmiſſum eſt) *iubentibus*, *nihil* abſque huius S. ſedis auctoritate fieri debere. Non rectè egiſtis, [u] quod regulariter à nobis ad concilium vocati venire diſtuliſtis; non rectè egiſtis, quod contra eos rationem reddere, vt veſtra erga eos aut probaretur recta ſententia, aut improbaretur, non veniſtis; nec [x] *rationalem mandaſtis cauſam*, vt quid hæc renuiſtis.

His ergo omnibus perpenſis, manifeſtum eſt vos reos

i ibid. poſt lin. 7. lege *ſerimant* & *contra eos*

k morte affectis ſcil. ſic libi [Greek illegible] canit & muſis, planà non Athanaſij modo iea & interpretis ſententiam horrenda caligine inuoluens valeat itaque tenebris, tu vero Lector ex Caſſiodoro lege *ſiue rurſus exilia minentur vndiquaque ipſi contra ſe mali memoriā deſtinare noſcūtur.*

l hæc rurſus non cohærent.

m ad populi phaleras, te intus & in cute nouim' impoſtori omnibus ſub Chriſto paſtoribus vniuerſalis Eccleſiæ cura ex æquo cōmiſſa eſt, tibi ſola fucum faciendi cura incumbit.

n vnus ſummus Apoſtolus Chriſtus, quem Paulus Hebr. 3. 1. ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν vocat.

o Nu'l [illegible] ius Rom. ſedi in alias diuinitus eſt colla[illegible]um: quæ fingis [illegible]ibi conceſſa priuilegia, [illegible] commenta. p vide Vigilij epiſt. 2. ad finem.

q verba Conci[illegible] Rom [illegible] ſub Symmacho. lege *abſque vlla vltione nec exerc* &c.

r Le[illegible] 19. ſ [illegible] Iulius culpauit Orientales quod ſe ad ſyn[illegible] ſu[illegible] non vocaſſent. vide hiſt. Tripart. l. 4. cap. 19. t vide ibid. verba Caſſiodori. nota vero [illegible] id non iuſſiſſe qu[illegible] di[illegible] ctat ſycophanta, ſed Socra[illegible] id [illegible] ſuiſſe.

u [illegible] certe fuit E[illegible] ſebi[illegible] nos qui ca[illegible] arbitrium Iulio detulerant, eius iudicio, ſtare ſe[illegible] nihil ad [illegible]phum hodiernum.

x not. phraſim.

exiſtere, & illos innocentes remanere; & vos rectè [y] excommunicatos, illoſque iuſte liberari. Noluit itaque Dominus tam *leuiter* ſuos *tractari* miniſtros ſicut facitis, aut à vobis damnari; ſed (ſicut memoratum eſt) aut ab hac ſancta ſede [z] *cui commiſſi ſunt*, aut ſibi reſeruari iudicio. Ait [a] enim, *Qui vos contriſtabit, me contriſtabit. Qui fecerit iniuriam* [b] vobis, *recipiet id quod iniquè geſſit.* Et quanta pœna expectet eos qui Domini [c] ſcandalizant diſcipulos, Euangelium ſufficienter exponit, vbi de *ſcandalizantibus* diſcipulos loquitur.

Nam quod à vobis non ſint damnandi, ſed aut ab hac ſancta (vt præfatum eſt) ſede, aut ſibi reſeruandi, ipſe manifeſtè dat exemplum, quando peccantes Sacerdotes, quorum locum modo in S. Eccleſia tenent Epiſcopi, non per alium ſed [d] *per* ſemetipſum *vendentes* & ementes eiecit de templo, *& menſas nummulariorum proprio euertit flagello & eiecit de templo:* & ipſe alibi ait, [e] *Nolite iudicare, vt non iudicemini: nolite condemnare, vt non condemnemini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini.*

Cap. XXXI.

Ead. habet Pſeudo-Eleutherius epiſt. vnica.

Quapropter non tam temerè (vt vos facitis) quiſpiam ſuam præſumat cuomere iniquitatem; ſed [f] *iudicantem cuncta oportet rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere,* [g] [nec de illis, quæ ei inconceſſa ſunt vllo modo iudicium præſumere,] *interrogandi ac proponendi adjiciendique patientia præbita ab eo, vt ibi actio partium limitata ſit* pleniter, [h] *nec prius litigantibus ſua velit ſententia obuiare, niſi quando illi peractis omnibus iam* [i] *nihil* amplius *habuerint* in quæſtione *quod proponant.*

Nec [k] oportet *quenquam iudicari aut damnari antequam ſuos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat* ſpatioſum *ad abluenda crimina.*

y Iulius Euſebianos non excommunicauit, quos fratres appellauit literis ſuis Athanaſij Apol. 2. inſertis.
z tota plebs vrbica Iulio à Domino cõmiſſa fuit.
a non Dominus hoc dixit ſed de ſe Paulus à Domino inſpiratus: alloquitur vero non Clericos ſolos, ſed totam Corinth. fidelium multitudinem 2 Cor. 2. Id m ſentiendũ de loco Coloſſ. 3 itaque allegatio vtraq; impertinens.
b hanc v cem Paulino textui inſeruit impoſtor.
c An ſoli Clerici inter Domini diſcipulos?
d verbis Iſidori ſent. lib. 3. c. 39. turpiter abutitur impoſtor *per ſe vend. colũbas, & menſas &c & pro iecit à templo.*
e Matth 7.
f verba Adriani I. collect. Ingelramo datæ cap. 24. ex Cod. Theodoſ. lib. 2. tit. 18. conſtitut. 1.
g addit impoſtoris. h verba Aniani interp. ibid.
i iam in contentione non hab. quod &c k verba Adrian. eiuſd. collect. cap. 20. ex Act. c. 25. Eadem repetunt Pſeudo-Felix I. epiſt. 2. Pſeudo-Steph. epiſt. 2. Pſeudo-Marcellus epiſtol. 2. Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4. & 7.

Cap.

Cap. XXXII.

Eadem verba habet Pſeudo-Stephan. epiſt. 2.

Similiter in eam facta Synodo ſtatutum eſt, vt *vltrà* [l] *prouinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur*, [m] niſi ad hanc Apoſtolicam fuerit ſedem prouocatum; ad quam omnes qui voluerint libere & abſque vllo impedimento à quibuſdam agendo confluere debent.

Cap. XXXIII.

Vide Concil. Carthag. 7. cap. 1. 2. &c.

Similiter in iam præfixa Synodo eſt Decretum, ne [n] *ſuſpecti*, aut infames, aut criminoſi, aut gratioſi, vel calumniatores, vel affines, aut ſcelerati, aut [o] *facile litigantes* ſuſcipiantur accuſatores; *ſed tales qui omni careant ſuſpicione*; quia [p] *columnas ſuas Dominus firmiter ſtare voluit, nec à quibuſcumque agitari.*

Cap. XXXIV.

Similiter ſtatuit præfata Synodus, vt nullum [q] *ſententia* [r] niſi *à ſuo iudice dicta conſtringat.*

Iudices [ſ] autem alij eſſe non debent, quam quos ipſe qui impetitur elegerit, aut quos ſuo cum conſenſu hæc ſancta ſedes, [t] aut eius primates auctoritate huius ſanctæ ſedis [u] delegauerint. Ex his [x] enim & aliis, quæ tam in hac ſancta ſede quam & ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus ſunt ſtatuta, nihil prędfatis Epiſcopis conceſſiſtis; ſed vim eis inferentes, iniuſteque (vt ſuperius commemoratum eſt) eos damnantes, aliquos [y] *abſentes expuliſtis*; quod omni Chriſtianæ religioni eſt inimicum. In quibus apparet, quod nec Domino ſua ſerua-

l verba Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. conſt. 10 & 16. & Adriani I. collect. c. 10.

m additam. impoſtoris.

n hoc ſtatutũ à Synod. 2. Carthag. c. 6. Cõſtan inop. can. 6. Chalced. c. 21. Adrian collect. cap. 15

o de facile litigantibus Adrian. I. c. 50. collect. ex Concil. Carth. 4. cap. 8.

p columnas Domini Epiſcopos vocat Pſeudo-Zephyr. epiſt. 1. Pſeudo-Athanaſ epiſt. ad Felic. II. Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4. Pſeudo-Anaclet. epiſt. 2 Pſeudo-Felix IV. epiſt. 1.

q verba Cod. Theodoſ. lib. 4. tit. 16. conſtit. 2. teſte Greg. epiſt. 56. lib. 11.

r non à ſuo. Eadem recitat Adrian. I. collect. Ingelramo datæ, cap. 37. & ex eo Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 1. Pſeudo Euſeb. epiſt. 3.

ſ Synod. Carthag 4. cap. 8. permittit accuſato iudicum electionem: hinc impoſtor colligit, alios non eſſe debere iudices quam quos impetitus elegerit: perperam & abſurdè.

t quos primates habuit Epiſc. Alexandrinus?

u contrarium aſſerunt patres Africani in epiſt. ad Cœleſtinum his verbis, *vt aliqui tanquam à tua ſanctitate latere mittantur, nulla inuenimus patrum Synodo conſtitutum.* Patres ſcil. Africani nullo numero habeban: Synod. Sardic. quæ id ſtatuerat can. 7. eo quod in patres diſſilierit, & multos hæreticos propugnauerit, multos inſontes damnauerit pars vtraque.

x nihil horum quæ ſuperius receenſuiſti ab Apoſtolis & Nicænis patribus ſtatutum fuiſſe docuimus.

y expelluntur præſentes non abſentes, diſce loqui.

ſtis iura, nec huic ſanctæ matri & Apoſtolicæ Eccleſiæ, [z] quæ (vt præſcriptum eſt) eos ſuo iudicio, *aut huic ſuo voluit* reſeruari, ne à tam prauis (ſicut eſtis) hominibus damnarentur aut ejicerentur.[a] In his omnibus vos ſtultos & præuaricatores Euangeliorum & canonum eſſe nulli ſane ſapientium eſt abſconditum.

Cap. XXXV.

Nec his contenti in veſtra eſtis præuaricatione, ſed etiam quod prius expulſos eos, & ſuis expoliatos rebus quaſi vocaſtis atque damnaſtis; cum [b] *nullus* regulariter aut *vocari* aut *iudicari* poſſit *antequam* ſit regulariter reſtitutus, & ſua omnia & *legibus* ſint integerrime reformata.

Eſt namque in ſæpe iam dicta S. Synodo ab omnibus vnanimiter decretum, & Apoſtolica auctoritate roboratum, vt [c] *ſi quis* Epiſcoporum *ſuis fuerit rebus expoliatus*, & in accuſatione pulſatus, ordinatione Pontificum oportet & *decet ſanctum propoſitum prima fronte cedere*; [d] *vt omnia quæ* ſuper *ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat legaliter* primò *poteſtati eius ab honorabili concilio redintegrentur; & Præſul regulariter prius ſtatui priſtino reddatur*, [e] *&* ipſe diſpoſitis ordinatiſque ſuis, [f] *tunc* ad tempus *veniat ad cauſam*; *&* [g] *ſi ita* iuſtè *videtur*, *accuſantium propoſitionibus reſpondeat*.

Quare ergo tranſgreſſi eſtis terminos patrum, iudicantes & damnantes eos quos non debuiſtis? Quare iudicaſtis eos quos non regulariter approbaſtis? Non obſeruaſtis quòd [h] *in regnorum libro* ſcriptum eſt: *non quomodo videt homo videt Deus; quia homo videt in facie, Deus autem in corde videt.* [i] *Et in Paralipomenon, Omnia corda ſcrutatur Deus, & omnem cogitationem nouit*; & alibi ſcriptum eſt, [k] *Non poteſt humano condemnari examine, quem Deus ſuo reſeruauit iudicio.*

z nullo aliud iudicium ſedis Rom. à iudicio Eccleſiæ putas?
a vſque impudentiam & imperitiam prodis.
b hæc eſt ſen. Rom. Syn. 3. ſub Symmacho. vide Pſeudo Zephyr. epiſt. 2. Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. Pſeudo Steph. epiſt. 2. Pſeudo-Felic. I. epiſt 2. Pſeudo-Caiũ epiſt. 1. Pſeudo-Marcell. epiſt 2. Pſeudo Euſeb. epiſt. 2 Pſeudo-Athan. ad Felic. II Pſeudo-Felicẽ II. epiſt. 1. Pſeudo Stephan. ad Damaſũ, Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4. &c.
c verba Adriani I c. 5. collect Ingelramo da æ.
d verba Syn. Rom. 3. ſub Symmacho. & omnia quæ per.
e additum ab Adrian. I.
f & tunc non ante.
g ſi ita re&c. h verba Anaſtaſ. Papæ in epiſt. ad Anaſtaſ. Aug. cap. 2. nam & in regnorum I b dicitur. i & in Paralip. lib. 1. & nunc ô Salomon ſcito Deum patrum tuorum, & ſerui illi in corde perfecto & animo volente quoniam.
k ſeqq. ad ſ... cum ... bet Pſeudo-Six. II. epiſt. ... verba Conſtantini ad PP. Synod Nicænæ reſte Ad... an... 2. Ingelramo da æ c ... Pſeudo E...her. epiſt. vnica, Pſeudo Victor. epiſtol. ... Pſeudo Fabian epiſt. 2.

Hæc omnia ſummopere præcauenda ſunt, nec accuſatio Epiſcoporum facile eſt recipienda, dicente Domino, *non ſuſcipias vocem mendacij*. & Apoſtolus [l] inquit, *Aduerſus presbyterum* inſcriptionem non recipiendam *abſque duobus vel tribus idoneis teſtibus*. Si *hic* [m] de preſbyteris vel cæteris fidelibus ſunt præcauenda, quanto magis de Epiſcopis? Quibus cognitis [n] *magis* vos *dominari* velle manifeſtum eſt, *quam conſulere* fratribus, aut ſuſtentare eos; quia *honor inflat* ad ſuperbiam; *& quod prouiſum eſt ad concordiam tendit ad noxam*. Decuerat [o] namque *vos* iuxta præfatas regulas, ſi aliquid egiſſent contra ſuum ordinem, mãdare nobis & expectare quid ad veſtra conſulta reſcriberemus; in tantum vt *ſi* [p] *etiam* quicquam *graue intolerandumque* committerent, *noſtra* præſtolaretur *cenſura*. Et [q] *nihil prius* aut aliud decerneretis *quam quod nobis placere* [r] cognouiſſetis, ita vt à regulis præſtitutis nulla aut negligentia aut præſumptione recederetis.

Ceſſet [ſ] *huiuſmodi preſſa noſtra auctoritate præſumptio*: vitentur huiuſmodi nocumenta; [t] quia *nequaquam* talia *patienter ferre poſſumus* machinamenta, quoniam *conuenit* [u] *nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Merito* [x] *namque nos cauſa reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori.*

Cap. XXXVI.

Eſt inſuper [y] in prædicta S. Nicæna Synodo ſtatutum, vt [z] nemo *Anathema* in noſtra ſuſcipiatur accuſatione: [a] *nec illi qui nos in ſua nolunt recipere querela vel accuſatione*. Cum nos ſuper illos ſciamus à Domino conſtitutos, non illos ſuper nos. Et ſicut [b] *maior non poteſt à minore iudicari*, ita nec colligari. Quia [c] *rarum eſt omne quod magnum eſt*.

Portamus [d] *onera omnium qui grauantur; quin imò portat*

l Hæc ead. verba habet pſeudo-Eleuther.
m hæc.
n verba Leonis epiſt. 84. c. 1. *dum dominari magis, quam conſulere ſubditis quærunt: placet honor, inflat ſuperbia, & quod*, &c.
o Pſeudo-Sixt. II. inflat ſuperbiam &c. idem decuerat namque iuxta &c. vt ſi &c.
p verba Leonis epiſt. 84. c. 1. *Sed etiam, ſi quid graue, &c geſſiſſet, noſtra erat expectanda cenſura, vt nihil prius ipſe decerneres quã.*
q Pſeudo-Sixt. II. vt nihil &c. aut aliquid.
r agnoſceres. Pſeudo-Sixt. II. cognouceritis; & à regulis &c.
ſ verba Bonifacij epiſt. 3.
t quod nequaq. ferre patienter poſſumus, quia conuenit.
u Pſeudo-Sixt. II. conuenit nobis &c. diligenter.
x verba Celeſtini epiſt. 1.
y Pſeudo-Sixt. II. inſuper à S. prædeceſſoribus noſtris plerumque iam ſtatutum &c.
z hoc ſtatuit. Syn. non Nicæna ſed Conſtantinopolit. c. 6. & Carthag 7. cap. 1. iiſdem pene verbis vſus Pſeudo-Stephan. epiſt. 1. Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1.
a appendix impoſtoris.
b videtur hoc ſumptum ex Gelaſio de vinculo Anathematis.
c verba Zoſimi epiſt. 1. c. 1.
d verba Siricij epiſt. 1.

hæc in nobis B. Apoſtolus Petrus, cuius vice *fungimur legatione*, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio ab omnibus nunc & in perpetuum *tueamur* aduerſis. Data Kal. Nouemb. Feliciano & [c] *Maximiano* viris Clariſſ. Conſul.

[c] Maximinus vltimum Conſulatum adminiſtrauit cum collega Licinio A. 313. Felicianus electus A. 337. cum Titiano. Vera Iulij epiſt data A. D. 342 Conſtantio Aug. 3 & Cōſtante Aug. 2. Coſſ.

* Addere debuit Binius veram Iulij pro Athanaſio epiſt. iam canonum Nicænorum auctoritatē afferre pro Synodo tanquā ſuperiore Pōtifice ipſo: in iſta vero proferri pro Pōtifice quaſi Synodo ſuperior eſſe dicendus ſit.

Binius in Notis.

HOc reſcriptum Iulij cum ea reſponſoria epiſtola, quam ab Athanaſio recitatam infra ſtatim ſubiunximus, partim conuenit, plurimum vero ab eadem differt. Cum vtraque Euſebianos cum Athanaſio ad Concilium Romanum An. 340. indictum citatos eſſe referat; vtraque etiam Athanaſium ad ſtatutum diem adfuiſſe; Euſebianos autem contumaciter emanſiſſe enarret. *Demum vtraque epiſtola illius, quam ab ipſis poſt celebratam Antiochenam Synodum ſcriptam, poſtque Gregorium Cappadocem An. Chriſti 342. magna & horrenda Alexandrinorum ſtrage introductum ſuperbè, faſtuosè, & contentiosè ſcriptam fuiſſe refert, meminerit. Vtramque vnam eandemque Iulij epiſtolam eſſe oportet; hanc mendoſam, corruptam, & à quodam ex diuerſis compilatam: illam verò, quæ ex Athanaſio deſumpta infrà ſubditur, germanum exemplar eſſe Iuliani ad Orientales Epiſcopos reſcripti, dubium non eſt. Hanc mendoſam eſſe & corruptam, Conſulatus Feliciani & Maximiani infra hic in fine additus aperte demonſtrat. Si enim prædictis * Coſſ. ſcripta eſt, initio Pontificatus Iulij An. Chriſti 337. ſcriptam fuiſſe neceſſe eſt: atque ita non ſubſiſtit quod de Synodo Romana indicta, de Alexandrina ſeditione exorta commemorat, &c.

Hincmar. Remenſis aduerſ. Hincmar. Laudun. cap. 20. Si de appellatione, ſicut in Sard. cenſi Concilio conſtitutum eſt, in Nicæno Concilio fuiſſet antea ſtatutum, nulla foret neceſſitas vt iterum in hoc Concilio idem conſtitueretur; ſed (ſicut in aliis Conciliis legitur) ſcriberetur; videl. vt ea quæ ſunt in Nicæno Concilio conſtituta ab omnibus conſeruentur, &c.

Centum e fr ... Antonio Auguſt de emend. Grat. lib. 1. Dial. 10. p. 175. Citantur & in epiſt. Iulij ... apæ 24. canones, præter illos 20 qui vulgo extant. Sed illos eſſe ſuppoſititios vel id oſtendit, quod nemo ne Gratianus quidem ipſe eos allegare auſus eſt, &c.

CENSVRA.

Quæ cum Germana Iulij epiſt. conueniunt, deſcripſit [illegible] ex Socrate, Theodoreto, Sozomeno &c. quorum ſæpe verbis abutitur: cætera vel ſomniauit vel aliunde de hauſta nullo iudicio congeſſit: vno verbo, nota Conſulum mendax, phraſis barbara, [illegible]

pa pa-

palpabilis, incognita veteribus canonum (ſi Deo placet) farrago impoſturæ manifeſta ſunt indicia. Nos, quantum licuit, aliena diſtinximus, ſuiſque auctoribus ſingula reddidimus, nim. Conſtantino M. Conſtantino iuniori, Athanaſio, Concil. Arelatenſi 1. Sardicenſi, & Carthag. 3. Siricio, Zoſimo, Bonifacio, Celeſtino, Proclo Conſtantinopolit. Leoni I. Concil. Chalced. Socrati, Theodoreto, Sozomeno, Anaſtaſio, Conc. Rom. 3. & 5. ſub Symmacho, Ennodio, Caſſiodoro, Codic. Theodoſ. & Aniano interpreti, Gregorio I. Iſidoro Hiſpalenſi, Adriano I. &c.

Extat fragmentum epiſt. Iulij ad Docimum in actis Concilij 1. Epheſ. parte 2. act. 1. Binas eiuſdem epiſtolas ad Orientales & Alexandrinos deſcripſit Athanaſius in Apol. 2. vide Tom. 1. oper. Athanaſ. edit. Heidelberg. Anni 1601. p. 575. & 598.

LIBERII PAPÆ

Epiſt. XII.

Dominus ſanctiſſimis, & Deo amantiſſimis vniuerſis Epiſcopis, Liberius Epiſcopus in Domino ſalutem.

NIHIL [a] eſt quod nos diu ſtare *faciet* niſi Dei gratia. Cæterum nequitia Diaboli contemptibile [b] *malum plenum veneno mortifero* ſæuit: Qui [c] *ſurſum atque deorſum circuit, quærens quem deuoret. Vnde vigilare & ſobrij eſſe ad orationes, & Deo propinquare debemus; & fatuas,* Domino auxiliante, hominum [d] inſidias, prout Dominus poſſe dederit, reſpuere; & *patres ſequi*, & non tranſgredi terminos patrum, (id eſt, vt non relinquamus noſtras, dum in eis perſiſtere aliquo modo valebimus, Eccleſias, vt ad alias properemus) aut populos nobis commiſſos negligere, vt quietem amplius quam pro eis elaborare, pro quibus etiam animas ponere debemus, ſtudeamus; ne reprobi in cõſpectu Dei inueniamur, ſed [e] *fructuoſos illi manipulos de commiſſis* nobis gregibus ipſo adminiculante præſentare valeamus; quanquam multi nos perſequantur, & oues Chriſti dilacerare deſiderent; [f] qui quaſi *in veſtibus*

a al. Nihil eſt quod diu ſtare poſſit niſi, &c.
b quod Iacob. c. 3. de lingua id [illegible] de Diabolo.
c hæc expreſſa ex epiſt. 1. Flauiani ad Leonem q aliter verſam habemus.
d inquiſitiones euitare; decet enim patres.
e hac phraſi vſus Pſeudo-Clem. epiſt. 1. Pſeudo-Anaclet. epiſt. 3. Pſeudo-Soter epiſt. 1.
f Matth. 7.

ouium apparent, intus autem ſunt [g] lupi rapaces, quos ex fructibus cognoſcimus. Iſti primo quidem videntur ex nobis eſſe, [h] ſed non ſunt ex nobis: Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Quando verò ſuam euomuerint impietatem, dolum qui in eis eſt erumpentes & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad [i] eloquia diuina ſenſus inexercitatos habent, ſecum eos contrahunt [k] ad perditionem, ſubuertentes & iniuriantes paternas doctrinas, ſicut & Sacras ſcripturas ad perditionem ſuam; quos oportet præſcienter cauere, ne malitia eorum quidam ſeducti abſcindantur à propria firmitate. Exacuunt [l] enim linguas ſuas, iuxta prophetæ vocem, ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum.

Nec nos pigeat per temporales cruciatus pro Chriſti nomine [n] elaborare, ſed emolumenta futuræ remunerationis, huius ſeculi vexationes tolerare perſuadent. [o] Scriptum namque eſt, Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Tantum enim à nobis exigitur, quantum poſſumus famulatus noſtri obſequio commodare. Unde [p] quidem tantum nos neceſſe eſt importunis prædicationibus inſiſtere, [q] quanto nobis perfectæ negotiationis creditur [r] duplicata talentorum aſſignatio, atque Dominicæ vocis ad ſuſcipiendam eius requiem perſuadet aſſertio.

Suggeſtum namque nobis eſt, [ſ] quod pro præteritis laboribus & infeſtationibus nonnulli veſtrum aſſignatas ſibimet & à Deo commiſſas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas quas tueri debent Eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſſis laborare negligant, & monaſteriorum ſe quieti contradere feſtinent, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio atque otio vitam degere magis appetant quam in his quæ [u] ſibi commiſſa ſunt permanere, dicente Domino, [x] Beatus qui perſeuerauerit vſque in finem. Vnde namque eſt beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? Quoniam, [y] ſecundum Apoſtolicam prædicationem, [z] omnes qui voluerint in Chriſto pie viuere, perſecutionem [a] patiuntur. Ideoque, [b] fratres chariſſimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis veſtræ propoſito coarctet recedere. Conſiderate [c] namque quanta pro

g Flavian. ibid.
h de numero noſtro.
i Heb. 5.
k 2 Pet. 3.
l Pſal 140
m verba Martini in epiſt. ad Amandū.
n ſuſtinere.
o perſuadeant.
p ibid. Quādoquidem tanto.
q imminere.
r nos credito rum nobis talent. dupli cat ſig.
ſ quod preſ byteri ſeu Diaconi alijque ſacerdotalis officij poſt ſuas ordinationes coinquinentur, & proptereanimio mœrore fraternitatem ſuam adſtringi, velleque paſtorale obſequium pro eorum inobedienti deponere, & vacationem &c.
t & in ſilentio.
u tibi.
x Matth. 10.
y quia.
z 2. Tim. 3.
a patiuntur.
b frater chariſſ.
c conſiderans.

pro abſolutione noſtri & liberatione creator, Dominuſque & re- demptor *noſter pertulerit, quibus ſue ſe contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis poteſtatis diabolicæ liberaret.*

Attendite[d] *itaque vobis, &*[e] *omni gregi in quo vos ſpiritus S. conſtituit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei quam acquiſiuit proprio ſanguine; vt non ſit qui vos decipiat, aut*[f] *ſeducat in ſubtilitate ſermonis,*[g] vt plebes vobis commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, & vt vos ſolummodo ſaluetis, & filios orphanos relinquatis; *Apertiſſime enim ſpiritus S. per*[h] *Apoſtolum dicit, quia* in nouiſſimis temporibus recedent quidam à fide[i] *& charitate*, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum, *&* in hypocriſi[k] *mendacij eloquiorum*, cauteriatam[l] *habentes* ſuam conſcientiam: *propter quod*[m] vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. *Quæ* verò *mentis*[n] *transgreſſio operatur in his qui non crediderint* ſermonibus Domini, & receſſerint pro ſua quiete à ſeruitio ſibi commiſſo, & ſuis ſe ſubdiderint voluptatibus? Talibus quippe & aliis pro populo Dei conſtricti neceſſitatibus, ne pereatis vna cum omnibus vobis commiſſis, ſed ſalui ſitis in die æternæ retributionis, *Hortamur*[o] veſtram *charitatem, exemplo eius qui pro nobis pati*[p] *voluit, promptos vos in cunctis eius permanere ſeruitijs*. nec quidem quoquo modo à commiſſa cura recedere, ſed totis viribus in commiſſis vobis negotiis fortiter vſque in finem perdurare: quoniam *beatus*[q] *eſt qui perſeuerauerit vſque in finem*, nec laudatur initium ſed finis. *Nemo*[r] *vos ſeducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei* in[ſ] *filios diffidentiæ. Nolite ergo effici*[t] *comparticipes eorum dogmatum, neque communicetis infructuoſis verbis illorum, magis autem redarguite, quoniam cœtus*[u] *præuaricatorum ſunt, & extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij & non veritatis. Completum eſt in eis quia* de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus; veritatem[x] non loquentur.

Docuerunt[y] *enim* linguam ſuam[z] *perſecutores Eccleſiarum earumque ſacerdotum* loqui mendacium. Ut impie agerent laborauerunt & renuerunt ſcire me, dicit Dominus: [a] *State* [illegible] ſuper vias & vi-

d eiuſd. Martini ex epiſt. Synodica addita Concilio Lateran. p. 478.
e Act. 20.
f Colo. 2.
g per philoſophiam & inanem fallaciam: apertiſſimè.
h 1. Tim. 4.
i addit. impoſtoris
k mendaciloquorum.
l habentium.
m Matth. 26.
n 2. Theſſ. 2.
o eiuſd. ex epiſt. ad Amand. tuam char.
p pati & mori:
q iam hunc locum citaſti.
r verb: Martini I. in Synodica.
ſ ſuper.
t Eph 5.
u Hier 9.
x veritatem enim:
y autem
z addit plagiarij.
a Hier 6.

dere. Interrogate de ſemitis *Domini* antiquis, & videte quæ eſt via bona *S. Patrum*, & ambulate in ea, & [b] inuenietis requiem animabus veſtris. *Sed* & ſi [b] patimini propter Chriſtum beati eritis. Metum autem eorum ne timueritis, neque conturbemini. Dominum autem Deum ſanctificate in cordibus veſtris; *ipſo dicente*, [c] Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. Sed potius eum timere, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. [d] Rememoramini *ergo, fratres*, eum qui talē ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Nondum enim vſque ad ſanguinem *certauimus* aduerſus peccatum repugnantes. Confidimus [e] autem de vobis, *fratres* chariſſimi, meliora & viciniora ſalutis. Quia [f] neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque [g] *altitudo*, neque profundum, neque creatura alia, magiſtro gentium docente, poterit nos ſeparare à charitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, *& quæ in ipſo eſt recta fide*. Nolite [h] itaque amittere confidentiam veſtram quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim [i] *nobis* neceſſaria eſt *ad colluctationes aduerſariorum, quatenus fidem intemeratam vſque in finem conſeruantes* repromiſſionem *percipiamus, quam repromiſit his qui legitimè certare deproperant.* [k] Adhuc enim modicum aliquantulum qui venturus eſt veniet, & non tardabit. [l] Ecce enim iudex ante ianuam aſſiſtit, *coronas hilariter promittens his qui pro eo paſſionibus ſubmittuntur*. Quod [m] ſi ſubtraxerit ſe quis, non placebit animæ [n] ſuæ, *ſed cadet de promiſſione propter negationem*. Nos autem non ſimus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.

Propter quod aſſumite [o] arma Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo [p] *aduerſus omnes inimicos S. Dei Eccleſiæ & veſtros*, & induite vos loricam iuſtitiæ, calceati pedes in præpa-

b 1. Petr. 3.
c Matth. 10.
d Heb. 12.
e Heb. 6.
f Rom. 8.
g neque fortitudines neque altitudo.
h Heb. 10.
i vobis.
k Abac. 2.
l Iacob 5.
m Heb. 10.
n meæ.
o Ephes. 6.
p Martin. aduerſus omnē hæreticum virum & dogmata.

præparationem Euangelij pacis, in omnibus aſſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia iacula nequiſſimi ignita extinguere; & galeam ſalutis accipite & gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei, per omnem orationem [q] radicati & fundati [r] *in ſolatio fratrum pro Chriſto Ieſu Domino noſtro*. Sed & nunc, fratres, [ſ] commendamus vos omnes Domino & verbo gratiæ eius, qui poteſt perficere & dare hæreditatem [t] *vobis cum* omnibus, Sanctis: ipſe autem Deus pacis & conſolationis det vobis id ipſum ſapere in alterutrum, [x] *vt vobis inuicem ſuccurratis; & non ſitis diuiſi*, vt vnanimes vno ore & vno corde honorificemus eum in [x] *concordiam & conſolationem fratrum*, qui *poteſt* [y] confirmare nos ſecundum Euangelium eius, *iuxta* reuelationem myſterij *æterni*, temporibus [z] *ſcilicet perpetuis* taciti, [a] quibus vobis futurorum gaudiorum largienda ſunt munera. Summopere etiam conſiderare debetis quod hi qui fratribus inuident, eoſque damnare aut perdere cupiunt, *per ſe ſua dogmata deſtruunt. Dicit enim Dominus*, [b] *Omne regnum in ſe diuiſũ non ſtabit; & omnis ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa non ſtabit*. Ideoque neceſſe eſt, *vt* [c] concorditer *ſalubres ſuſcipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes, diuinis & Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis: Et in nullo patiamini prouidentiſſima canonum decreta violari: quatenus* [d] & Nicænorum canonum conſtituta, *& quæ à nobis* vel à prædeceſſoribus noſtris *ſunt prouidè & ſalubriter* decreta *intemerata permaneant* in futuro.

q Epheſ. 3.
r addit. impoſtoris; à quo hic omiſſæ 12. lin.
ſ Act. 20.
t in omnibus ſanctificatis.
u addit. impoſtoris lege & in ipſo ſemper vt in omnib. vnanimes.
x lege in concordia orthodoxæ fidei.
y potens eſt ſecundum reuel.
z leg. temporibus æternis taciti.
a huc vſque Martinus ſeqq. repetit Pſeudo-Cornel. epiſt. 1. & Pſeudo-Pelag. epiſt. 8.
b Sic legit Martin. I. in Synodica.
c verba Leonis epiſt. 87. cap. 2. *Supereſt fratres, vt concordi obedientia ſalubres, &c.*
d verba Siricij epiſt. 1. quatenus & quæ à nobis non inconſulte ſed prouide ſub nimia cautela & deliberatione ſunt ſalubriter conſtituta intemer.

CENSVRA.

PRAETER pauciſſima, quæ diuerſo charactere deſcripſimus, cætera Siricio, Leoni, Flauiano Conſtantinopolitano & Martino I. reſtituenda ſunt.

EPISTOLA

Athanaſij & Ægyptiorum Epiſcoporum ad eundem Papam de oppreſſionibus Arianorum.

Domino [a] Beatiſſimo & Honorabili Sancto [b] *patri Liberio* Papæ *Athanaſius, & vniuerſi Aegyptiorum Epiſcopi in vnum Synodicè apud Alexandriam congregati.*

VESTRAE beatiſſimæ paternitatis [c] iura penes *Deum ſunt manifeſta,* dum *prædicationibus ſcilicet Apoſtolicis & doctrinis* [d] *veræ fidei culturâ vniuerſa repleta ſit terra, per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum veſtra inſtruente admonitione exhortatoriâ ſuperædificatur orthodoxa Chriſti Eccleſia Apoſtolica inſtitutione fundata, & à fidelibus patribus firmiſſime roborata, ad quam omnes beatiſſimi Apoſtoli pari honoris & poteſtatis conſortio prædit populorum agmina conuertentes, pie* [e] *ſancteque* de *tenebris ad lumen, de lapſu ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuina prædeſtinationis gratia,* [f] *præceptis ac monitis perduxerunt; quorum ſanctorum Apoſtolorum veſtra fraternitas honoranda ſequens* [g] *merita, & perfectius implens exempla, Eccleſiam Dei morum probitate & actuum ſanctitate condecorat, & fide ſacra* [h] *Chriſtianis moribus vigens, quæ fieri Deo placita* [i] præcepit *ſtudijs pontificalibus indeſinenter operatur & perficit, ſeruans legis diuinæ mandata: quia non legis auditores iuſti ſunt apud Deum, ſicut narrat Apoſtolus,* [k] *ſed factores legis iuſtificabuntur.*

Nos enim hæc meditari cupientes, & ea quæ à Sancta ſede veſtra Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum prædicatione ſuſcepimus, atque quæ in Nicæna Synodo roborata cognouimus prædicare, & Arianorum blaſphemias, atque aliorum hæreticorum repellere cupientes, quotidie ab his *perſequimur,* & damnationi tradi-

a initium epiſt. Victoris Carthag. ad Theodorum Papam. Vide Concil. Lateran. ſub Martino I. Conſult. 2.

b fratri Theodoro Papæ Victor.

c apud Deum acceptabilia opera & conuerſa in glorioſa pene mundo toti ſunt.

d dum veræ.

e pie & ſancte.

f gratia præſcitos ſalutaribus præc.

g ſequens plenius.

h vel Chriſtianis.

i præcipit.

k Rom. 2.

tradimur, atque [l] *morti deſtinamur.* Qua *de re* precamur, vt veſtris exhortationibus tam per vos *quam &* per Apocriſarios veſtros adiuuemur; ne dum [m] *illi creſcunt & nos minuimur* vera fides deſtruatur, & eorum hæreſis [n] *vltra fidem noſtram creſcat*; quoniam timemus vt poſtquam [o] *abundauerit iniquitas, refrigeſcat charitas multorum.* Pro qua re multa veſtræ ſacræ doctrinæ tam apud Deũ quam apud cunctos fideles merces & laus repoſita eſt, ſi veſtra hæc recenſetur auctoritate; noſtram enim fidem quam à ſanctis patribus accepimus, & tenemus atque docemus ſubter inſeruimus, vt [p] ſi aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accuſando aut muſſitando retulerit, vel detrahendo ſcriptis mandauerit, per hanc manifeſtè nos ita credere & docere agnoſcatis.

Credimus [q] namque *in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium,* nec non *& inuiſibilium factorem, & in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei natum ex patre vnigenitum, hoc eſt ex ſubſtantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, homouſion,* [r] *hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtantia, per quem omnia facta ſunt* [ſ] cœleſtia terreſtria. *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit* de cœlis *& incarnatus eſt,* & *homo factus paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit in* [t] cœlum, *venturus* eſt *iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, erat* [u] tempus *quando non erat, & priuſquam naſceretur non erat, & quia ex nullis* [x] ſubſiſtentibus *factus eſt, aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia dicunt eſſe trepton,* [y] hoc eſt *conuertibilem* atque *mutabilem filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.*

Hanc [z] *venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo patres agnouerunt & amplexi ſunt, & conſonantes & vnanimes* *ſcriptis *explanauerunt.*

Sed [a] modo quoniam contra hæc, vt noſtis, talia exurgunt qualia non debent, *venite, & nos, dilectiſſimi fratres, cum Deo deſcendamus ad viſitationem, id eſt inquiſitionem ſer-*

l phraſ. Apoſt. 1. Cor. 4. m phraſ. Ioan. c. 3. verſ. 30. n nec. phraſ. o Matth. 24. 12. p Ariani Athanaſij non fidem ſed vitam culpauerunt, ei enim ſacrilegia, homicidia, &c. non hæreſes obiecerunt. Vide Rufin. lib. 10. cap 15. Socrat. lib 2. ca. 36. Theodoret. lib. 2. cap. 16. Sozom. lib. 4. cap. 10. Athan. ſ. apol. 2. Hilar. fragm. part 2. p. 11. q Symboli Niçæni verſio ex Rufino deprompta, nec tamen pura. Vide Concil. Lateran. ſub Martino I. Conſult. 5. r ὁμοούσιον patri. ſ quæ in cœlis, & quæ in terra. t cœlos. u aliquando. x Rufin. lib. 10. cap. 6. nullis ſubſtantibus. y aut conuertib. vel mutab. z hæc eadem verba leguntur in Concil Rom. ſub Iulio. ſunt autem hiſt. trip. lib. 2. cap. 9. * in ſcriptis. a Verba Martini I. in Concil. Lateran. Conſult. 4.

monum eorum, & confundamus per approbationem veriſſimam ibidem linguas eorum eleuatas contra ſcientiam vnigeniti Filij Dei,& iniquitatem in [b] *altitudinem humanitatis eius loquentes diſrumpamus vincula eorum per gladium ſpiritualem, quod eſt verbum Dei,& projiciamus à nobis iugum ipſorum per* [c] expugnationem *prophani ſenſus illorum: Tunc* [d] enim *ipſe quoque Dominus irridebit eos, & ſubſannabit; &* tunc *loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos, ſecundum B. Hieremiam dicens, Falſo Prophetæ iſti vaticinantur in nomine meo, non enim miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos; viſionem mendacem & diuinationem & fraudulentiam & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis; ideo hæc dicit Dominus de Prophetis qui prophetant in nomine meo mendacium, Erunt proiecti in viis Hieruſalem, & conculcatio omnium pie confitentium me,& non erit qui ſepeliat eos. Nemo enim abſcondere poteſt quibuſdam* [e] ſubreptionem commentitiis,*ſicuti nec folijs fici* [f] antiquis tranſgreſſor *præcepti Adam* potuit,*qui per propriam linguam inuerecunde nudatur;laqueus enim fortis viro labia eius,& captus proprijs ſermonibus,&* [g] opera *manuum eius, retributio autem labiorum eius dabitur ei & impietatis reprehenſio. Arguam* [h] *te,inquit, & ſtatuam* [i] cõtra *faciem tuam; exiſtimaſti iniquè quod* eſſem [k] *tibi ſimilis. Propterea ſicut dicit Dominus ad Gedeon,deponamus eos ad* [l] aquam *vera diſcretionis,& probemus eos ibi regulari examinatione,in idipſum pronos corruentes per oſtenſionem praui intellectus eorum;* [m] vtrum *ne ſint apud* eos *ſapientes, diuini verbi ſcientiam ignorantes, quoniam dicentes eſſe ſe ſapientes ſtulti facti ſunt,& mutauerunt gloriam catholicæ Eccleſiæ* [n] propria nouitate & volunta*te, ſiue per ea quæ illicite in eius defenſione geſta ſunt hæreticam turbulentiam introducentes, illud competenter* [o] ad nos *retinentes quod bene ad Ieſum filium Sirach dictum eſt, Vſque ad mortem certa pro veritate,&* [p] *Dominus pugnabit pro te.*

Huius [q] rei gratia vniuerſalis vobis à Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis; quia dum [r] *fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet.* Ideoque tanta vrgente neceſſitate ſummopere comprimite veſtra ſumma auctoritate infeſtos, releuate oppreſſos; vt abſque graui (Domino opitulante) difficultate,

b hæc optime in Monothelitas quadrãt, in Arianos nullo modo.
c. expurgationem.
d. tũc etenim & ipſe.

e eſ ſubreptionibus commentatus.
f an iquum tranſgreſſorẽ præc. Adam, eum qui.
g opere.
h arguam enim.
i ante faciẽ.
k ero tibi.
l aquas.
m vt ne ſint apud ſe.

n per propriã nouitatem ſiue per &c.
o apud nos.

p & ſemper Dominus
q hæc ead habet Pſeudo-Eleutherius & Pſeudo-Ioan I. epiſt. 1.
r Luc.11.21.

cultate,

cultate, ipſi gratãter omni tempore ſacrificare mereamur illæſi. & ſubſcriptio : Æterna [f] *te ſeruet diuinitas per multos annos, ſanctiſſime* patrum *pater*. Amen.

f ſubſcriptio epiſt. Iuſtiniani II. ad Ioannem V. Papam.

CENSVRA.

HANC epiſtolam omiſit Binius nec immerito, eſt enim ex pannis Caſſiodori, Martini primi & Victoris Carthaginenſis male conſutis; maxima ex parte *συναρμολογημένη* : cætera vel inepta vel falſa ſunt.

LIBERII PAPÆ

Epiſtola XIII.

Dilectiſſimo filio Athanaſio; & omnibus in vnum congregatis & de Trinitatis fide recte ſentientibus Aegyptiorum Epiſcopis, Liberius Papa.

OLIM & ab initio [a] *tantam percepimus à B. Petro Apoſtolorum principe fiduciam, vt habeamus auctoritatem* [b] pro vniuerſali Eccleſia *ad* rectam *defendendam* fidem, *quatenus nulli liceat* [c] ſtatum ſanctæ Eccleſiæ *commouere* ad læſionem recte credentium abſque ſui periculo honoris.

Epiſtolam ſiquidem veſtram nobiſque directam [d] *ante nos recitari* fecimus, tribulationes & perſecutiones quas pro recta fide patimini intelleximus. Super quibus & nos vna vobiſcum condolemus & laborare pro vobis, vt pater pro filiis, parati ſumus. Fidem vero Nicæni Concilij in eadem epiſtola rectam reperimus, pro qua *non ſolummodo* perſecutiones & paſſiones ſuſtinere vobiſcum parati ſumus, ſed etiam (ſi neceſſe fuerit) mori pro Chriſti nomine, (in quantum noſtra ſinit mortalitas) non reſpuimus.

Igitur [e] prædictum *S. Concilium* (*vt legimus*) definit Ni-

a verba Leonis epiſt 24. in Conciliis celebratis : ſ tam nos perc.
b ad veritatẽ pro noſtra pace defendendã quatenus.
c ſic eam minutam in aliquo commouere dum repente læſio moueretur.
d not. phraſ.
e verba Maximi Aquileienſ. in Cõcil. Lateran. ſub Martino I. conſult. 4. p. 456. Quintũ & vniuerſale Chalcedonenſe Concilium venerabilium patrum definiuit vt legimus Sanctiſſimi aliam, &c.

cænum *aliam fidem nulli licere proferre*, *aut conſcribere vel componere, aut ſapere vel docere aliter*, nec quicquam in fide ſentire aut proferre, quod his patrum regulis poſſit obuiare.

Qui[f] *autem præſumpſerit componere aliam fidem aut proferre*, [g]*docere* vel *tradere aliud Symbolum ad* viam *veritatis conuerti* deſiderantibus de quacumque *hæreſi* vel *ex Iudæis vel ex* Paganis Chriſtianos ſe fieri *volentibus*; hi ſi *Epiſcopi fuerint aut Clerici, alienari quidem Epiſcopos ab Epiſcopatu, Clericos à*[h] clero; *ſi* vero [i]*Monachi aut Laïci fuerint*, anathemate feriri. *Proteſtatur* [k]etenim *B. Apoſtolus dicens, Si quis certat, non* coronabitur *niſi legitimè certauerit. Et iterum Dominus ait*, Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. *Videlicet certaminibus ſacris propoſitis nobis, pro defenſione Catholicæ Eccleſiæ magnaque ſalute ex hoc ſperata ab omnium*[l] *datore Deo, non deficiant manus noſtræ, dilectiſſimi fratres, per occaſionem cuiuſlibet deſidiæ diſſolutæ: ſed fortes efficiamur per gratiam Domini atque virtutem potentiæ eius, quoniam*[m] perfecit pedes noſtros tanquam ceruorum, & ſuper excelſa *firmius ſtatuit intellectum ſummæ eius humanitatis propter* [n] *ſalutem, maxime tanquam habentes* impoſitam *ſanctorum* teſtium [o] nubem. Deponentes ergo omne pondus & *circumſtantem aduerſariorum nouitatem*, per patientiam curramus, adſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum, *qui in propoſito nobis propter eum negotio, ſpiritum* nobis *ſuæ veritatis condonet*, *loquentem in nobis, atque perhibentem magnalia fidei per doctrinam ſanctorum Patrum quos aduerſarij* [p]calumniantur quotidie.

In prophetis namque habetur, *Propter* [q] *Sion non tacebo*, *& propter Hieruſalem non quieſcam*, [r] *donec egrediatur vt ſplendor iuſtus*[ſ] eius, *& Saluator* eius *vt lampas accendatur. Profectò*[t] Catholica Eccleſia, *quæ vera conſiſtit Sion*, *& ciuitas Chriſti cælorum regis, per tot annorum ſpatia expugnata ab* [u] auerſantibus verba *fidei, qui neque Deum timent, nec hominem reuerentur*, *ſed in caſſum perducentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas; dum à diuerſis tantiſque*, [x] *ſcripto & ſine ſcripto conteſtationibus inuitati fuiſſent corrigere* propriam [y] *&* à ſe pellere *ſ[...]reſim, ſicuti & per anteriorem cognitionem luculentius demonſtratum eſt, tam per libellos quam per ſuggeſtiones*

f ibid.
g vel docere aut tradere aliud ſymbolum volentibus ad cognitionem veritatis, ſiue ex gentilitate aut ex Iudæis, vel ex hæreſi qualibet conuerti, hos ſiquidem Epiſc.
h clericatu.
i ſi autẽ anathematizari.
k verba Martini I. in cod. Conc. cõſult. 5. p. 458.
l omnium bonorum.
m Pſal. 17.
n propter noſtram.
o Heb. 12.
p calumniati ſunt.
q eiuſd. Martini verba cõſult. 3. p. 434.
r dicit B. Eſaias donec.
ſ iuſtus meus
t Cathol. Eccleſiæ.
u aduerſantibus verbo.
x in ſcripto.
y propria & ſepelire.

ſtionesreuerendiſſimorum Sacerdotum, & venerabilium Abbatum, Apoſtolo proteſtante nobis,[z] *vt hominem* hęreticum poſt primam & ſecundam correptionem *euitare debeamus*; *ſcientes quia huiuſmodi ſubuerſus eſt*, & delinquit proprio iudicio condemnatus, *nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quieſcere, (ne quoquo modo iniqui iudicemur) odibilem Deo pacem amplectentes. Quoniam ſcriptum eſt,*[a] Zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns; *&* dicat[b] *etiam de nobis*, [c] Sacerdotes mei contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea; inter ſanctum & prophanum non habuere diſtantiam, [d] inter pollutum & mundum non intellexerunt: [e] *ſed conſurgere cum Deo, & conſiſtere promptè,* [f] *induentes arma ſpiritus* [g] *aduerſus malignantes contra fidem eius, vt approbemus* [h] *ſpiritus ſapienter, id eſt verba eorum* ſi ex Deo ſunt. *Scriptum eſt enim in Hieremia,*[i] Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies & probabis viam eorum.

z Tit.3.
a Pſal.72.
b dicatur.
c Malach.2.
d & inter.
e ſeq. deſcribit Pſeudo-Soter. epiſt. 2.
f promptè el.
g Epheſ. 6.
h 1. Ioan 4.
i Hierem. 6.

Multa namque nobis neceſſaria eſt vigilantia, & tanta [k] *diuinæ ſapientiæ* rimatio *qua occulta tenebrarum reuelat, ad requiſitionem huiuſmodi rei & ſcrutationem; Quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixque comprehenditur doloſa exiſtens malitia pro eo quod ſibi pietatem callidè blandiatur; vt valeat ſcrutantium mentem latere. Quod vtique ſciens B. Apoſtolus, ait.* [l] Nam huiuſmodi Pſeudo-Apoſtoli & operarij ſubdoli transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti. Sed non mirum; quoniam & ipſe Satanas transfigurat ſe velut Angelum lucis. Et ideo non mirum ſi Miniſtri eius transfigurantur, velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis ſecundum opera eorum. *Sed & Dominus in hoc præmuniens nos ait,* [m] Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. *Ergo in* idipſum [n] *ex toto corde referentes antè omnia ſuper tali quæſtione deprecationem, & dicentes cum Dauid,* [o] Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Lucerna enim pedibus meis verbum tuum, Domine, & lumen ſemitis meis: Quoniam ipſius eſt *(Sicut ait B. Dauid Propheta)* ſapientia & fortitudo. Dat [p] ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam.

k tantum diuinæ ſapientiæ diſcretionis.
l 2. Cor. 11.
m Matth. 7.
n in ipſum.
o Pſal. 118.
p Dan. 2.

Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Qui ſapientiam (*inquit*) & fortitudinem dediſti mihi, & oſtendiſti mihi quæ rogaui te, [q] *Cum ope diuina, vniuſcuiuſque perſonæ conſcripta* eorum *qui pro* [r] *nouitatis* commento *accuſati ſunt, de venerabili ſcrinio noſtro obſecundantibus & nobis* [s] rationabiliter *offerentibus ſolertius intendamus.* Ita vt, *Qui* [t] hæc *præſumpſerint prauaricari, primum quidem ſubiaceant iudicio terribili omnipotentis Dei; deinde autem* [u] *qualemcumque regalem indignationem revereantur; per quam, ſiquidem Epiſcopi aut Clerici ſunt, à ſui ſacerdotij, ſiue à Cleri ſui* ordine *modis omnibus excidant: Si autem Monachi* ſunt, *ſegregentur, & alieni ſint de ſuis locis. Si autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur* [x] *eis. Si autem* ſunt *priuati, ſiquidem nobiles* exiſtunt [y] *ſuarum ſubſtantiarum proſcriptionem patiantur: Si autem ignobiles, non ſolum in corpore verberentur, ſed* [z] *exilio perpetuo caſtigentur: vt omnes timore Dei compreſſi, & comminata eis digna ſupplicia reuerentes, immobilem & ſine turbatione pacem ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodiant.*

q huc vſque pſeudo Soter epiſt. 2.
r propter nouitatis commentum.
ſ ordinabiliter.
t verba typi Conſtantis Imp. ex eodē Conc. Later. conſult. 4. p. 450. qui autem ea præſ.
u & non qualemcunque.
x nudentur de eis. ſin.
y conſiſtunt.
z in exilio.

Data 8. Kal. Iunij [a] *Aſclepio & Deodato viris* Clariſſim. Coſſ. Gloria Chriſto Ieſu Domino noſtro. Pax vobis. Amen.

a nomenclatura Conſulū ficititia. Nullus à Chriſto nato ad Iuſtinianū Aſclepius aut Deodatus: vnus Aſclepiodotus cum Mariniano Conſulatum geſſit A.D. 423. Anno 56. à morte Liberij.

CENSVRA.

PRÆTER Conſulatus ſuppoſititij adnotationem, & pauciſſimas lineas barbaro ſtylo exaratas, cætera ſunt Leonis I. Martini I. Maximi Aquileienſis & Conſtantis Imp hæretici, cuius verba temerario auſu ad propoſitum torquet ὑποβολεύς.

DILECTISSIMIS

fratribus presbyteris & coëpiſcopis Orientalibus Liberius S.

PRo Deifico timore ſancta fides veſtra Deo cognita eſt, & hominibus bonæ voluntatis, ſicut lex loquitur; iuſta iudicate, filij hominum. Ego Athanaſium non defendi; ſed quia ſuſceperat illum bonæ memoriæ Iulius Epiſcopus de-

ceſſor

ceſſor meus, verebar ne forte in aliquo præuaricator iudicarer. At vbi cognoui, quando placuit Deo, iuſte vos illum condemnaſſe, mox conſenſum commodaui ſententiis veſtris, literaſque ſuper nomine eius per fratrem noſtrum Fortunianum dedi perferendas ad imperatorem noſtrum Conſtantium. Itaque amoto Athanaſio à communione omnium noſtrum, cuius nec epiſtolia à me ſuſcipienda ſunt; dico me pacem cum omnibus vobis, & cum vniuerſis Epiſcopis Orientalibus ſeu per vniuerſas prouincias pacem & vnanimitatem habere. Nam vt verius ſciatis me vera fide per hanc epiſtolam ealoqui, Dominus & frater meus communis Demophilus, qui dignatus eſt pro ſua beneuolentia fidem veram & Catholicam exponere, quæ Sirmij à pluribus fratribus, & coëpiſcopis noſtris tractata & expoſita & ſuſcepta eſt ab omnibus qui in præſenti fuerunt; hanc ego libenti animo ſuſcepi, in nullo contradixi, conſenſum accommodaui, hanc ſequor, hæc à me tenetur. Sane petendam credidi ſanctitatem veſtram, quia iam peruidetis in omnibus me vobis conſentaneum eſſe, dignemini communi conſilio ac ſtudio elaborare, quatenus de exilio dimittar, & ad ſedem quæ mihi diuinitus credita eſt dimittar.

Aliam ad Orientales à Liberio ſcriptas habes in Hilarij fragmentis, hoc initio. *Studens paci & concordiæ Eccleſiarum* &c.

Aliam ad Valentem & Germinium cuius initium tale eſt. *Quia ſcio vos filios pacis* &c. Hilar. ibid.

Aliam ad Vincentium Capuanum cuius initium; *Non doceo ſed moneo* &c. Idem ibid.

Aliam ad Epiſcopos Italiæ, quæ ſic incipit; *Imperitiæ culpam oblitterat reſipiſcens.* Idem ibid.

Aliam ad confeſſores exules, hoc initio; *Quamuis ſub imagine pacis.* Hilarij fragm. Acta Euſebij.

Aliam ad Conſtantium Aug. cuius initium, *Opto tranquilliſſime Imperator* Hilarij fragm. Appendix oper. Luciferi.

E Codice Vaticano addit Baronius epiſt. ad Oſium, his verbis conceptam, *Quia in nullo conſcientiam tuam debeo præterire* &c.

Item ex actis vitæ Euſebij Vercellenſis tres; quarum prima, *Me frater chariſſime* &c. Secunda, *Remeante fratre meo*, &c. Tertia, *Scientem Domine frater chariſſime*, &c. habet in initio.

An fragmentum confeſſionis Liberij, quod extat inter opera Athanaſij, genuinum ſit expendet Lector ſtudioſus.

ÆGYPTIORVM EPISTOLA ad Felicem II. Papam.

Domino [a] beatiſſimo, & honorabili, ſancto *Patri, Felici, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ vrbis Romæ Papæ, Athanaſius & vniuerſi AEgyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum Epiſcopi, in ſancta Alexandrina Synodo gratia Dei congregati.*

VESTRO [b] *ſancto ſuggerimus Apoſtolatui*, vt noſtri more ſolito ſolicitudinem gerere dignemini, iuxta *veſtram prudentiſſimam* ſapientiam, quæ *omnibus luce clarius manifeſta eſt:* Quia [c] *Apoſtolicis veſtra beatitudo viſceribus commota* ſuper tribulatione noſtra *nos omnes hortata eſt ad tuitionem Catholicæ & Apoſtolicæ* [d] Eccleſiæ *in vnum conuenire*, & de noſtra oppreſſione canonicè & vnanimiter tractare, *dum* conſtat *vos vnà cum B. Paulo Apoſtolo eadem compaſſibiliter dicere*, Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? *ſatagentes ne* aliqua [e] *de his quæ vobis creditæ ſunt rationabilibus ouibus à beſtiis capiatur.* Ideo, pater beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri & nos à veſtra Apoſtolica ſancta ſede auxilium hauſimus, & noſtri vos curam habere agnouimus, præfatam Apoſtolicam & *ſummam* expetimus iuxta canonum Decreta *ſedem*, vt inde auxilium capiamus vnde prædeceſſores noſtri [f] ordinationes & dogmata atque ſubleuationes ceperunt.

Ad eam quoque [g] *quaſi ad matrem* recurrimus, vt eius vberibus nutriamur; quoniam [h] *non poteſt mater obliuiſci*

a. hæc inſcriptio epiſt. Victoris Carthag. ad Theodorũ Papam. Concil. Lateran. ſub Martino I. cõſult. 2. p. 432.

b. verba Mauri Cæſen. Epiſc. ad Martin. I. in Concil. Later. cõſult. 1. p. 419. Suggerimus S. Apoſt. veſtro quia ſecundum veſtram prud. interlocutionem, omnibus &c.

c verba Deus dedit Carał. ad eund. ibid. p. 420.

d fidei, quæ temeraria præſumptione ab aduerſantibus verbo fidei expugnatur in vnum conuenire, dum conſtet.

e aliquis.

f ſi Pſeudo-Marcell epiſt. 2. informationem & conſecrat Pſeudo Damaſ. epiſt. 5. inſtitutionem & formam bene viuendi à Rom. Eccl. acceptam aſſer nt. g vide Pſeud. Zeph epiſt. 1. Pſeudo-Calixt. epiſt. 1. Pſeudo-Fabian. epiſt. 1. Pſeudo-Iulium epiſt. 1. h Eſai 49.

infantem

infantem ſuum. Sic & nos nolite obliuiſci, nos vobis commiſſos; quoniam [i] *non leuibus* nos inimici noſtri implicauerunt *afflictionibus*, & quotidie facere moliuntur, & apprehendere, aut *ferris nos conſtringi* minantur, niſi eorum conſentiamus erroribus.

Quod nos nequaquam [k] *vobis inconſultis* agere præſumimus, canonibus quippe iubentibus abſque Romano nos de maioribus cauſis nihil debere decernere pontifice. [l] *Ideoque ad propoſitum* [m] recurrentes, & *ad* [n] *brauium* [o] *properantes, veſtræ Apoſtolicæ ſedis* [p] imploramus auxilium; quia (vt credimus) non [q] *deſpexit Deus preces cum lacrymis* ſibi *oblatas* [r] ſeruorum *ſuorum*, *ſed* ob id vos prædeceſſoreſque veſtros, *Apoſtolicos* videlicet *Præſules*, in ſummitatis arce conſtituit, omniumque Eccleſiarum eis curam habere præcepit, vt nobis ſuccurratis, noſque tuentes, [ſ] *cui omne* Epiſcoporum *iudicium eſt commiſſum*, liberare ab hoſtibus noſtris non negligatis.

Nam [t] ſcimus in Nicæna magna Synodo trecentorum XVIII. Epiſcoporum, ab [u] omnibus concorditer eſſe roboratum, *non debere abſque Romani pontificis ſententia Concilia celebrari*, nec Epiſcopos damnari; licet hæc & alia quam plura neceſſaria ab hæreticis, qui nos quotidie infeſtant & perdere nituntur, vt facilius nos capere poſſint, ſint Synodica [x] capitula incenſa, nobiſque ſublata.

Qua de re, hac inuenta occaſione, indifferenter omni Canonica & Apoſtolica poſtpoſita auctoritate, nos vi à propriis ([y] *vobis inconſultis*) illicite expellunt ſedibus; oueſque nobis à Chriſto Domino *Apoſtolica* commiſſas *gratia* inuadunt, [z] *gradibus priuant*, ei (quod peſſimum eſt & omnibus Chriſtianis legibus inimicum) *interficere decertant*.

Vos ergo, (vt ſemper veſtræ ſedi Sanctæ conſuetudo fuit) periclitantibus ſubuenite, oppreſſos roborate, tribulatis manum porrigite, taliaque prohibete, & [a] *leges* imponite, vt Apoſtolica doctrina, quæ in Deo

i verba Stephani Dorenſis ad Mart. I. Concil. Later. Conſult. 2. p. 423. non leuibus me implicuerunt afflict. &c.

k an conſulto Rom. pontifice licet conſentire malo?

l Steph. Dorenſis verba.

m uitentem.

n Phil. 3.

o prorſ. citantem.

p additamentum.

q neque deſpexit.

r ſupplicum ſuorum, ſed excitauit nó equidem me d[illegible]riter præceſſ.

ſ hæc tuum eſt commentum & Vigilij epiſt. 2. ad finem.

t Nemo neſcit te impoſturam facere.

u opinati ſunt Socrat. lib. 2. cap. 8. 17. Sozom. lib. 3. cap. 9. vterque falſo.

x vide epiſt. ſuppoſitas Marco & Athanaſio.

y An conſulentibus Rom. Epiſcopum licet fratres expellere?

z quibus gradibus priuant oues?

a quaſi vero qui vim parant in alios, verborum inani ſono percelli poſſint: Silent leges inter arma.

eſt, cito ad victoriam iudicium perducere valeat noſtrum; noſque (Apoſtolorum principe ſuffragante Petro) ab imminentibus periculis liberate.

Nouimus [b] namque in iam præfata Nicæna Synodo generaliter eſſe decretum, vt nullus *paſſim vageq; Epiſcopos*, aut præſumptiue lacerare, aut accuſare, & [c] qui non ſunt rectæ fidei, vel bonæ vitæ, vel claræ conuerſationis, aut infamare præſumat: ſed prius, ſi erga *Epiſcopos vel* [d] auctores *Eccleſiæ quiſquam* cauſam habuerit, eos cum charitate manſuete conueniat, vt ab eis vulnus, *vnde agitur*, recte ſanetur; aut ipſe, ſi ſecus egerit, accuſator excommunicetur.

Quod ſi ab eis nihil valuerit recte percipere, [e] tunc primò *ſummos* adeat primates, & ipſi tempore *congruo & canonicè* eos *conuocare debebunt*. Qui [f] *ſi aut ſuis rebus* ſpoliati, aut *à proprijs ſedibus* eiecti, aut exulantes, vel oppreſſi, aut iniquè tractati fuerint, primo eruantur, & canonicè reſtituantur, atque omnia ſibi ſublata [g] *integerrime* eis legibus reddantur: quoniam priuſquam hæc fiant, (vt in prædicto conſtitutum eſt Concilio) nec canonicè conuocari, nec [h] *diſtingui* à quoquam poſſunt; quoniam nec ſeculi leges hæc fieri permittunt, quantò magis Eccleſiaſticæ?

Similiter & à ſupradictis patribus eſt definitum cõſonanter, vt [i] ſi quiſquam Epiſcoporum & Metropolitanorum, aut comprouinciales, vel iudices ſuſpectos habuerit, veſtram S. Romanam interpellet ſedem, [k] cui ab ipſo Domino poteſtas ligandi ac ſoluendi [l] *ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios* conceſſa.

Ipſa enim [m] *firmamentum a Deo fixum & immobile* percepit, quoniam ipſam *formam* vniuerſorum titulorum *lucidiſſimam* Dominus Jeſus *Chriſtus veſtram Apoſtolicam conſtituit ſedem*.

Ipſa eſt enim *ſacer vertex* in [n] quo omnes Eccleſiæ *vertuntur*, ſuſtentantur, releuantur.

Et [o] ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in Petra, (id eſt Chriſto,

b vide Concil. 2. Carth. cap. 6. Nihil horum omnium ſtatuit Nicæna Syn. id nou.m.s.
c vide ſupra pſeud. Iul. epiſt. 2. cap. 20 & 21.
d actores. vide ibid. ca. 7.
e vide ſupra pſeudo Fel. I. epiſt. 2.
f Pſeudo-Iul. epiſt. 2. c. 35.
g phraſ. Adrian. I. collect. c. 45.
h forte diſtringi.
i pſeudo-Iul. epiſt 2. c 4.
k ſedenti collata poteſtas non ſedi.
l hoc falſum.
m initium epiſt. Sergij Cypri Epiſcop. ad Theodorum Papam. Vide Concil Lateran. Conſult. 2. p. 426.
n hinc colligere. eſt E. piſt. huius conſarcinatorem Latinum fuiſſe non Ægyptium.
o non Bcij vel Surij, legendum videtur *& ſicut in Chriſto Chriſtiani, ita & in Petra, id eſt, Petro renouantur Eccleſiæ*, vt ſit ſenſus: Rom. Eccl pontificem, ſi quid in ſacris Eccl. vitiatum aut deprauatum ſit, ua auctoritate & poteſtate corrigere. *Reſp.* quocunque modo legatur falſa eſt ſententia & impoſtore digniſſima.

Chriſto,

Chriſto) Petrus, Petri renouantur Eccleſiæ.

Tu es [p] *enim (ſicut diuinum veraciter teſtatur eloquium) Petrus, & ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ*, id eſt Epiſcopi, qui Eccleſiam ſuſtinere, & propriis humeris portare debent, tibi *ſunt confirmatæ*, *tibi*que *claues* regni *cælorum commiſit, atque ligare & ſoluere poteſtatiue quæ in terra, & quæ in cælis ſunt, promulgauit. Tu prophanarum hæreſium &* impetitorum, atque omnium infeſtantium *depoſitor*, [q] *vt princeps & Doctor*, caputque omnium *orthodoxæ* doctrinæ *& immaculatæ fidei* exiſtis. *Igitur* [r] *ne deſpicias*, Pater, *tuorum Patrum* pietatem, bonamque intentionem. Et ſicut illi patres & prædeceſſores noſtros à multis liberauerunt oppreſſionibus & anguſtiis, ita nos liberare digneris.

p verba Sergij loco citata.

q depoſitor exiſtis.

r non deſpicias Patrum.

Nam fuit [ſ] ſemper veſtræ Sanctæ & Apoſtolicæ ſedi licentia, iniuſte damnatos vel excommunicatos *poteſtatiue* ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere; & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, [t] *Apoſtolico punire priuilegio*, ſicut etiam noſtris & anterioribus cognouimus actum temporibus.

ſ nunquam fuit.

t not. phraſ.

Porrò [u] & ipſi Primates, qui Epiſcoporum & ſummorum Eccleſiaſticorum negotiorum cauſas ſuſcipere debent, in præfixa Nicæna Synodo ſunt denumerati, ne in poſterum contentio ex hoc oriretur.

u Hoc ſing'is vt cætera.

[x] *O ſanctiſſime* pater patrum, *abſcinde blaſphemias & iactantiam vaniloquorum*, & inſidiantium infeſtationes, nos & fratres noſtros opprimentium atque perdere volentium, qui ad vos quaſi ad caput confugimus; vt veſtro ſuffulti auxilio liberemur, & vobis nobiſque commiſſas Chriſti oues à luporum ore, Domino adminiculante, antequam deglutiantur eripiamus.

x verba Sergij loco citato.

Nec [y] *enim fas eſt ſupplicum Apoſtolicæ ſedis*, [z] *ſcripto aut ſine ſcripto, preces oblatas deſpicere, ſed (vt condecet)* [a] vt priuilegium veſtræ ſedis eſt, & nos & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de noſtris obiectionibus canonicè *cum omni probitate* concertemus; ſicut prædeceſſoris noſtri penes veſtros fecerunt anteceſſores, & ſicut canonica in prædicta S. Synodo docent inſtituta; &

y verba Martini I. loco citato.

z in ſcripto precationes.

a vt condecet cum omni probitate contrarij & veluti paleati verbi.

veluti palliati *verbi per ventilabrum canonicæ examinationis plenam purgationem in communi conſiſtentes* [b] auditorio *de maturis & enutrientibus Catholicæ Eccleſiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum* conſequamur *inſtitutionum. Antiquis* [c] *enim regulis ſancitum eſt, vt quicquid quamuis in remotis*, [d] aut longinquis *poſitis prouincijs* ſuper Epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, *non prius tractandum vel accipiendum* [e] eſſet, quam *ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum; vt huius auctoritate iuxta quæ fuiſſet pronunciatio* [f] infirmaretur aut *firmaretur: indeque ſumerent* [g] normam vnde *Eccleſiæ* ſumpſere *prædicationis exordium*, ne paſſim ab inſidiatotibus columnæ euerterentur Eccleſiæ.

Certum eſt enim eidem S. ſedi veſtræ [h] *in honorem beatiſſimi Petri, patrum decreta peculiarem* [i] decreuiſſe *reuerentiam* [k] *Dei* pro *rebus* inquirendis atque determinandis *quæ ſolicitè* decet, *iuſteque ab ipſo Præſulum examinare vertice Apoſtolico, cuius ſolicitudo* [l] ſemper fuit & *eſt tam mala damnare, quam probare laudanda.* [m] *Quocircà humillimum veſtro Apoſtolico culmini perſoluentes obſequium*, [n] vt ipſe Dominus præcepit, & Sanctorum decreta patrum ſtatuerunt, *cum lacrymis ſuggerimus quod ſine gemitu cordis reticere non valemus.*

Nam [o] *in tantum à perſecutoribus* Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque inimicis *perſequimur, vt magis tædeat nos viuere quam mori.*

Unde [p] *præ omnibus* fatemur in tantum *cor* eſſe *noſtrum vulneratum, vt propheticum* [q] illum planctum exoptemus dicentes, *Quis dabit capiti* [r] noſtro *aquam, aut oculis* noſtris *fontem lacrymarum,* [ſ] vt ſedentes ploremus *die ac nocte? Ecce enim* [t] Eccleſia *Dei non leuiter* perturbatur, columnæque eius nimis infeſtantur, atque à prauis amoueri hominibus nituntur. *Chriſtianorum* vero *voces ac gemitus Epiſcoporum* longe lateque reſonant, *nouitates* inſurgunt, calumniæ creſcunt, perſecutio graſſatur, perditio fit populorum.

b efficere de maturis & nutrientibus.
c verba Patrum Concil. Afric. in epiſt ad Theodor. Papam Conſult. 2. Concil. Lateran. ſub Martino I. p. 427.
d vel in longinquo poſitis prouinciis non prius, &c.
e ſit niſi ad notit.
f firmaretur.
g ſumerent cæteræ Eccl. velut de natali ſuo fonte prædic.
h ibid.
i decernere.
k In requirendis Dei rebus quæ omnino & ſollicite debent maxime vero iuſte.
l cuius veneſta ſollicitudo eſt.
m ibid.
n addit. impoſtoris.
o His verbis vtitur pſeudo-Urban. in epiſt. ad Marcum.
p verba Victoris Carthag. in epiſt. ad Theodorum Papam Conc. Later. p 418. præ omnibus fateor in noſtræ prouectionis exordio cor noſtrum non leuiter vulneratum fuiſſe.
q Proph illud præceptum exoptarem dicens.
r meo, meis.
ſ & ſedens plorabo.
t Eccl. Dei non leuiter perturbantur Chriſtian. voces ac gemitus Epiſc. quærentium & clamantium nouitates.

Veſtrum

Veſtrum eſt [u] enim nobis manum porrigere, quia *vobis commiſſi ſumus*. Veſtrum eſt nos defendere atque liberare; noſtrumque eſt à vobis auxilium expetere, veſtris parere *iuſſionibus*.

Præ nimio ergo dolore & gemitu omnia quæ nobis inſtant & nos infeſtant neceſſariò recordari, vobiſque ſignificare nequimus. Ideo *almum* veſtrum exoramus *Apoſtolatum*, vt ſuper his legem, [x] quæ immemorata Nicæna Synodo eſt promulgata, licet prædictorum inſidiatorum & aliorum malorum hominum (vt facilius Epiſcopos Deique miniſtros valeant illaqueare) deprauatione ſit [y] *ſuffocata* reparetis, & quæ neceſſaria fore cognoſcitis veſtræ S. ſedis auctoritate nos cunctoſque fratres informetis, [z] vt malorum inſidias hominum veſtra fulti auctoritate illæſi, Domino opitulante, euadere valeamus; quia [a] *non eſt ouium inſidias luporum præuidere, ſed paſtorum* eſt.

Scimus [b] enim (vt ſemper veſtræ ſedis Præſules, primo Apoſtoli, deinde ſucceſſores eorum fecerunt) vos [c] vniuerſalis Eccleſiæ, & maximè Epiſcoporum, qui oculi [d] *propter contemplationem & ſpeculationem* vocantur Domini, curam gerere, ac de reuelatione & lege noſtra aſſidue cogitare debere, *ſicut ſcriptum eſt*, Beatus vir qui [e] *meditatur* in lege Domini *die ac nocte: quæ meditatio, non lectione per figuram literarum tantum conſpecta, ſed exuberante in vobis Chriſti gratia in veſtra cognoſcitur conſcientia immobiliter inſita & nullatenus de veſtro corde recedente lege Chriſti Dei Domini ſacroſancta, ſicut in* Pſalmo [f] *dicit Propheta*, Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium; Lex Dei eius in corde ipſius, *non atramento ſed ſpiritu Dei viui veſtra in arcana conſcripta, neque* in tabulis [g] lapideis ſed in tabulis cordis carnalibus, *ſicut Beatiſſimi Apoſtoli Pauli ad Corinthios miſſa nos docet Epiſtola. Quibus præmiſſis ſignificamus Deo placitæ* [h] paternitati *veſtræ, die* 17. *Kalendarum Auguſtarum* [i] *indictionis* 4. *noſtram humilitatem, diuina gratia, ſuo (vt præcepit) munere præueniente*, [k] *veſtris ſanctis ac Deo dignis precibus, in* [l] S. Roman. *Eccleſia pontificalis honoris accepiſſe conſecrationem & ſtolam, in quo dignitatis faſtigio, vt à Deo omnipotente rega-*

u hæc te paraſitum eſſe docent impoſtor.
x fumos vendit s. prætérea nihil.
y not. phraſ.
z quaſi vero prædones legum tc. è rentia ducantur.
a verba Concil. Rom. 3. ſub Symmacho.
b Seqq. ad verbum habet epiſtol. pſeudo-Felicis ad Gregorium Papam.
c hoc commune munus omnium paſtorum.
d vide pſeudo Anacl. epiſt. 2 &c.
e verba Victoris Carthag loco citato.
f Pſalmis Pſal 36.
g 2 Cor. 3.
h ſ[illegible] ternitati.
i i. [illegible] A D. 645. A ha[illegible] creatus Epiſc. A. D. 1[illegible]6. menſe Ianuario indict 14.
k vt veſtris S.
l S Carthag. ciuitatis Eccleſiæ

mur altiſſimo, & à malis [m] omnibus liberemur, vt non *ſacerdotale nomen tantum, ſed Chriſti Domini noſtri protegente auxilio, & meritum habeamus, veſtris ſanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus poſcimus, quatenus & veſtris deprecationibus pro nobis ad Deum effuſis muniti, & eruditionibus bonis inſtructi digni efficiamur cum omni nobis populo Chriſtiano commiſſo illaſi protegi velamento diuino. Ad ſalutationem ergo veſtræ ſanctæ & honorandæ* [n] paternitatis *vice noſtra* Benedictum *humilem veſtrum fratrem noſtrum Epiſcopum, &* [o] Alexandrum preſbyterum, Criſpinum quoque *Diaconum, veſtros famulos deſtinauimus: quos poſtulamus celerius nobis à veſtra beatitudine perſolui* [p] vt veſtris exhortationibus roborati, & veſtris regulis informati, inimicis videlicet compreſſis, *ad proprias* prudenter conſolari valeamus *Eccleſias ante hyemem Deo propitio remeare.*

Veſtrum [q] *eſt* quippe, pater *ſanctiſſime, canonica* [r] diſtrictione ſollicite Eccleſiaſticæ regulæ aduerſantibus, & fratrum inſidiatoribus *obuiare, nec permittere nouiter dici quod patrum venerabilium auctoritas omninò non cenſuit. Nos enim humiles corde quæ recta ſunt,* [f] adiuuante *Domino, ſapientes, vno vinculo charitatis vobiſcum ſumus conſtricti, veram fidem ac religionem Catholicam in omnibus fortiter defenſantes. Studioſius itaque à Catholicis improbis probe reſiſtere* [t] innitendum *eſt, ne* torpentes deſidia *oppreſſi culpa taciturnitatis teneamur obnoxij; & quaſi fauorem impendentes iudicemur, dum aduerſa Catholicæ fidei propulſare negligimus.* [u] Unde *dictum eſt, Negligere quippe* [x] dum *poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt quam fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Liquet, Doctor Sanctiſſime,* venenoſa [x] *ſerpentium ſine ſimplicitate aſtutia,* dum *manifeſta eſt doloſa* [z] inimicorum *fallacia.* Succurrite [a] quæſumus oppreſſis, liberate nos de manu perſequentium, vt cum B. Iob cantetis, [b] *Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam diligentiſſime inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus* [c] eorum *auferebam prædam,* & reliqua.

m malis actibus liberati ſacerdotale non nomen.

n fraternitatis, vice noſtra Melloſum hum.

o & Redemptum Diaconum vel creſciturum notarium S. noſtræ ſedis, veſtros.

p quo poſſint ad proprias Eccleſias.

q eiuſd. ad finem epiſt. veſtrum eſt itaque frater.

r diſcretione ſolite contrariis Cathol. fidei obuiare.

ſ adiutore.

t imminendum eſt ne torpore deſidiæ.

u à Beato namque Felice Apoſtolico veſtræ ſanctitatis prædeceſſore dictum.

x cum.

y ven. no.

z hæreticorum.

a Similia habet pſeudo-Zephyrin epiſt. 1.

b Iob. 29.

c illius.

Nos

Nos enim[d] quos tua maximè *expectat cura*, id eſt omnes Epiſcopi, *præcipuè tuum mereri* debemus *iudicium*, & non ab aliis deuorari.

Merito[e] ergo *nos* Domini *cauſa reſpicit* Sacerdotes, *ſi ſilentio faueamus errori.* Siquidem[f] *corripiantur huiuſmodi, nec ſit liberum eis*[g] *pro voluntate* facere iudicium. *Deſinat nouitas inceſſere vetuſtatem; deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare.*

Nam vt omnes Metropolitani vel reliqui Epiſcopi ſua odia aut vindictas in reliquos Epiſcopos exercere non valeant;[h] ideo nominatim in Nicæna Synodo expreſſi ſunt Primates, qui reliquos Epiſcopos audire & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio Epiſcoporum poſſit irruere.

Vos[i] ergo qui in ſumma ſpecula gratia Dei eſtis poſiti, *attendere* & opprimere oportet *qui* in fratres *ſeditiones & ſcandala* excitant.

Ideoque[k] exoramus, *vt minimè deſpiciatis humilitatis* noſtræ *& omnium Orientalium orthodoxorum ſacerdotum & populorum*[l] afflictiones, & deprecationes *cum lacrymis* oblatis: *ſed ſicut luminaria*[m] *vniuerſo mundo verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras*[n] nefandiſſimorum inſidiatorum *temporibus noſtris procaciter germinatas; quatenus funditus extincta huiuſmodi caligine, lucifer nobis reſplendeat per vos,*[o] ſanctiſſime pater, *& dogmatica definitio vbique omnes lætificans, quam glorioſi Eccleſiæ* ſanctæ *patres*[p] *per propria piiſſima dogmata in æterna vita firmam hæreditatem prædicaſſe noſcuntur.* & ſubſcriptio.[q] *Incolumem* te *& beneplacitum Deo, Sanctiſſime Pater patrum,* orantem pro nobis Dominus cuſtodiat in æuum. Amen.

d verba Innocent ad Alexandrum Antioch. epiſt. 18. *quorum, te maxima expectat cura, præcipue* &c. *debent.*
e verba Celeſtini epiſt. 1. ad G..llos, cap. 1.
f Ergo corripiantur.
g h..bere voluntate ſermonem: deſina·, ſi ita res ſunt, inceſſere nouitas.
h commentū impoſtoris.
i his verbis vſus Pſeudo-Alexander epiſt. 2. Pſeudo Zephyrin. epiſt. 1. Pſeudo Anther. in epiſt. videtur autē deſumpta ex libello Steph..ni Dorenſ. ad Patres Concil. Later. ſub Martino I.
k eiuſd loco cit. p. 423. exoro meæ.
l necnō prædicti D. mei S. memoriæ Sophronij ſuper tali capitulo inſtā:ias aſſiduaſq;ue precationes veſtræ beatitudini per meam humilitatem cum lacr. oblatæ.
m in vniuerſo.
n Apollinaris & Seueri nefandiſſim..rum hæreſeum per ſuperius memoratos viros temporibus etiam noſt.
o ſanctiſſimos.
p ſanctæq; & vniuerſales quinque Synodi per.
q vide ſubſcript. epiſt. Sergij Archiepiſc. Cypri ad Theodorum Papam, in actis Concil. Later. ſub Martino I.

Iudicia Pontificiorum.

BARON. *ad A.D.* 357. §. 66. Quæ fertur Athanaſij nomine ad Felicem Romanum Pontificem ex Synodo Alexandrina ſcripta ab Epiſcopis Ægypti Thebaidis & Libyæ, haud æquè probatur;

quippe quod qualis fuerit ſtatus Eccleſiæ Alexandrinæ ab eo tempore quo exulante * Liberio Felix ſedere cœpit, iam ſatis ſuperius eſt demonſtratum: vt nullus plane locus vel tempus cogendæ Synodi potuerit eſſe Athanaſio fuga lapſo & in eremo latitante, atque aliis Epiſcopis pariter exturbatis. Sunt præter hæc multa alia quæ ibi poſita minus arrident, vt cum de ipſius Felicis ordinatione Athanaſius eundem Felicem reddit certiorem. At ipſe ſuas merces Mercator emat. De reliquis autem alij iudicent.

* ſubſtitutus Liberio Felix A.D. 355. indict. 13. Lolliano & Arbetione Coſſ.

Binius in Notis.

Hæc epiſtola ſub nomine Athanaſij ad Felicem ex Synodo Alexandrina ſcripta ab Epiſcopis Ægypti Thebaïdis & Libyæ de fide ſuſpecta eſt; tum quod hoc tempore quo Athanaſius fuga lapſus in eremo latitabat; quove cum Liberio omnes Epiſcopi orthodoxi, Decreto Imperatoris, & Mediolanenſis conciliabuli ſedibus ſuis exturbati erant, neque locus neque tempus cogendæ Synodi eſſe potuerit; tum quod hæc epiſtola ad Felicem ſcripta, ipſum Felicem de ſua ipſius ordinatione certiorem reddat. An reſcriptum Felicis fortaſſe eodem defectu laboret alij iudicent.

CENSVRA.

Athanaſius Felici communicare non potuit; ſi potuiſſet noluiſſet. Quid de ipſo ſenſerit, ex epiſt. ad ſolit. vitam agentes audiamus. Ἐνεχείρισε (Conſtantius) τοῖς χειροθετηθεῖσι κατασκόποις· οὐ γὰρ ἄν τις ἐπισκόπους εἴποι, καταστῆσαι δ' ἤθελεν ἐπίσκοπον ἐν τῷ παλατίῳ Φήλικά τινα ἄξιον ἑαυτοῦ. οἱ γὰρ λαοὶ πάντες εἰδότες τὴν παρανομίαν τῶν αἱρετικῶν, οὔτε συνεχώρησαν αὐτοῖς εἰς τὰς ἐκκλησίας εἰσελθεῖν, ἀλλὰ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀνεχώρησαν.

Quæ Ægyptiacæ Synodi nomine ſcripſit veterator, Athanaſius non agnouiſſet; nullus veterum agnouit ad A.D. 500. Latine autem ſcripta, docet Dialectus Pſeudo-Iſidoro digniſſima; etymon Verticis à vertendo, &c. Impoſtor Innocentij, Celeſtini, Concil. Rom. 3. ſub Symmacho; Africani, Victoris Carthag. Sergij Cyprij, Martini I. Mauri Cæſenatis, Deus dedit Catalitani, Adriani &c. verba paſſim interſerit, quæ ſuis locis indicauimus.

FELICIS

FELICIS II. PAPÆ

Epiſtola I.

Reuerendiſſimis atque dilectiſſimis fratribus, Athanaſio & vniuerſis AEgyptiorum, Thebaidorum, Libyorum Epiſcopis, in Sancta Alexandrina Synodo congregatis, Felix almæ Romanæ vrbis & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, & [a] *ſancta Synodus, quæ* in vrbem Romam *conuenit, in Domino ſalutem.*

SACRAM veſtram Synodicam epiſtolam, per gratiam S. Spiritus & Deo placitum ſtudium conſcriptam, veſtræ à Deo honorandæ ſanctitatis gratia libenter ſuſcepimus, atque inſtanter in Synodo recitari per ſingula iuſſimus, & omnes intente eius colligere verba præcepimus; ſuper quę dum lætari ſperabamus & cupiebamus, [b] *verſa eſt in luctum cithara* noſtra, & cantatio in plorationem, & omne totius Synodi gaudium in mœrorem tranſlatum eſt: Quia non decuerat, vt hi [c] *qui corpus Chriſti* quotidie proprio *conficiunt ore* tantam paterentur perſecutionem; quoniam Dominus Deus noſter, *ſalutem prouidens* generis humani, [d] *mandauit* perſecutiones *non fieri, neque fluctuationes inferri, nec inuideri laborantibus in agro dominico, neque diſpenſatores magni regis* [e] vexari aut expelli.

Quieſcite [f] (inquit ſancta magna Nicæna [g] Synodus) *& nolite perſequi eos qui Deo perfecte miniſtrant, & ſincera voluntate Dei ſuperni mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiugantur*; quia nec decet, nec ordo patitur, vt [h] iniqui & carnales ſpirituales perſequantur.

Omnis [i] *enim qui reſiſtit alicui, nunc vertendo, nunc celando*

a Atqui teſte Theodoreto lib. 2. c. 17. οὐδ' εἷς τῶν οἰκουμένων τὴν γνώμην εἰς διχοστασίαν εἰσεληλύθει οἶκον. ἄνδρα ὄντα ἐκείνου, Felicis nim. quis cred. e cum qui nullos communicatores orthodoxos habuit, Synodos orthodoxorum conuocaſſe?
b Iob. 30.
c hæc verba deſumpſit impoſtor ex epiſt. Hieronym. ad Heliodorum.
d verba Imper. ex hiſt. Theodoreti lib 4. c. 8. in Tripartita li. 7. c. 9. tranſlat.
e expellere.

f eorundem verba ibidem. g quis tempore Synodi Nicænæ Epiſcopos perſequebatur? ſupra Marcellum horum verborum auctorem finxit, infrà alios finget. vide cap. 20.
h quaſi vero in clero nemo carnalis, in plebe nemo ſpiritualis. vide ſup Pſeudo-Fabian. epiſt. 2 Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1. &c. i ſcopæ diſſolutæ: hæc verba reſtituenda ſunt Caſſiodoro hiſt. Tripart. lib. 7. c. 2.

veritatem, mentitur aduerſum eum contra quem litigat. Et qui [k] infeſtus *eſt alicui, omnia ſicut hoſtis* [l] *agit*, & inſuper *loqui contendit.*

Vos enim [m] monemus, fratres, in ſpeculis eſſe debere, vt (quantum poteſtis, & Dominus auxilium dederit) talibus [n] *noſtra Apoſtolica veſtraque auctoritate* reſiſtatis; nec quiſquam veſtrum à fratris auxilio ſe ſubtrahat, ſed pro viribus præſtet adminiculum. Quoniam, [o] *licet pauci ſitis, ſi vnanimes fueritis*, nullatenus (iuſtitia ſuffragante, Domino quoque opem ferente) ſuperabimini, quia *funiculus* [p] *triplex difficile rumpitur.*

Nam [q] *ſi* officiis *ſecularibus* humana lex ſubuenit, *quantò magis Eccleſiaſticis* & Domini Sacerdotibus, maximéque Pontificibus, qui [r] *pupillæ oculorum Domini* nuncupantur, diuina atque catholica lex ſuffragari debet?

Ait enim diuinum de Epiſcopis eloquium, [t] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi* mei. Et ſi ſeculares humana multipliciter explorantur homines lege, & *requiſitiones* atque *induciæ* [u] eis multorum menſium conceduntur ne iniuſtè damnentur: quanto magis Epiſcopis qui *proximiores* ſunt Deo, & ſuper hos conſtituti poſitique in cœleſti *militia*, quæ [x] impenſius *ponderanda eſt*, tempora ſunt concedenda multo ampliora, ne à quibuſdam grauentur, opprimantur, vel ſubito damnentur?

Incipiamus [y] *ergo, adiuuante Deo & S. Petro Apoſtolo, per quem* [z] *Apoſtolatus & Epiſcopatus in Chriſto cœpit exordium;* [a] *quoniam plures ſæpe emerſerunt cauſæ quæ in* [b] quibuſdam *non erant cauſæ ſed crimina*: quia magis, vt comperimus, iniquitate quam charitate fratribus ſunt impoſitæ; & *vt de cætero ſolicitudo ſit* ne talia eueniant, capitula quædam à ſanctis Patribus tam in Nicæna Synodo, quam & in hac ſede conſtituta, ponamus; quibus fratres & coëpiſcopi noſtri fulti, inſidias inimicorum, auxiliante Domino, valeant euadere, & (prout Dominus poſſe dederit) *paucioribus verbis* [c] *tantorum malorum* [d] *imitemur compendium: & ſtrictim quæ in volumine literarum veſtrarum*

k infenſus.
l non ſolum agit ſed etiã loqui &c.
m hæc item non cohærẽt.
n ſic Pſeudo-Ioan I. epiſt. 1.
o hoc argumento vtitur Pſeudo-Alexand. epiſt. 2. Pſeudo-Victor. epiſt. 2. Pſeudo-Marcellin. epiſt. 2. Pſeudo-Ioan. 1. epiſt. 1.
p Eccl. 4.
q imitatur impoſt. initium epiſt. 120. lib. 7. in dict. 2. inter Gregorian.
r vide Pſeudo-Clem. epiſt. 1. &c.
ſ id ait diuinum eloquiũ de piis omnibus, non ſacere ſoli Sacerdotes inter Babylonios captiui, ſed Eccleſia tota.
t Zach. 2. ſec. verſ. Hieron.
u de induciis, vide ſup. Pſeudo El uth epiſt vnica Pſeudo-Marcell in epiſt. 2. &c.
x. Not. phraſ. y verba Innocentij epiſtol. 2. z & Apoſtol. a vt quoniam
b in aliquantis. c verba eiuſd. epiſtol. 7.
d imitabor.

e compe-

[e] comperimus retractemus, & alia nonnulla *inſtantis temporis neceſſaria*, prout petitis, ponamus.

[e] conſpeximus, retractabo.

Cap. I.

Id ſtatuit. Concil. Conſtantinopolit. can. 6. Rom. 3. ſub Syluestro. c. 3. & 2. cap. 16. Cod. Theodoſ. lib. 16. tit. 2. conſtit. 12. & 47. & tit. vlt. conſtit. 3.

Eſt [f] namque Synodicis decretum inſtitutis, vt nemo Epiſcoporum penes ſeculares arbitros accuſet, ſed apud [g] *ſummos primates*.

Cap. II.

Si quis [h] aduerſus Epiſcopum cauſam habuerit, non prius alios Epiſcopos adeat vt eum accuſet, quam familiariter ei ſuam indicet querelam, & ab eo aut iuſtam emendationem aut rationabilem percipiat excuſationem, ipſa nos inſtruente veritate, [i] *ſi peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter tè & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe duos vel tres tecum: & ſi hos non audierit, dic Eccleſiæ*; id eſt accuſa eum publicè; & non prius: & reliqua.

Cap. III.

Si quis Epiſcopum poſt hæc elegerit accuſare, ſummis primatibus Epiſcoporum ſuam indicet cauſam, & non ſecularibus; qui [k] *magis ad pacem quam ad iudicium* eos reuocent, vt charitas in omnibus & ab omnibus cuſtodiatur. Si primates accuſatores Epiſcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad Synodum canonicè conuocatam, non infrà anguſta tempora canonicè conuocent; & non prius quam eis per ſcripta ſignificent quid eis opponitur, vt ad reſponſionem præparati adueniant. Nam [l] *ſi aut vi aut* timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint, nec canonice euocari ad Synodum poſſunt, nec reſpondere æmulis debent, antequam canonice reſtituantur, & ſua eis omnia legaliter reddantur.

[f] Idem de Clericis ſtatuunt Conc. Carth. 3. c. 9. Concil. Milevit. cap. 19. Andegauenſe c. 2. Veneticũ c. 5. Agath. c. 32. Aurelian. III. c. 31. & 4. cap. 20. Matiſcon. I. cap. 8. Antiſidor. c. 35.

[g] vide Adrian. I. collect. Ingelramo datæ c. 5.

[h] idem habet Pſeudo-Stephan. epiſt. 2. de accuſationibus defenſorum Eccl. vide Pſeudo-Anacl. epiſt. 2 Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 2. pſeudo-Iuliũ epiſt. 2. Pſeudo-Alexand. epiſt. 1.

[i] Matth. 18.

[k] verba Cõc. 4. Carthag. cap. 26.

[l] id ſtatutum in Conc. 5. ſub Symmacho. vide Pſeudo-Iul. epiſt. 2.

Cap. IV.

Pſeudo-Iulius epiſt. 2. cap. 35.

Si [m] quis Epiſcoporum *fuerit ſuis rebus expoliatus*, aut à ſua Eccleſia vi aut timore expulſus, quod omni Chriſtiano nomini eſt inimicum; oportet & *decet* Epiſcoporum [n] *propoſitum* ſemper *prima fronte cedere, vt omnia quæ* ei ablata ſunt *poteſtati eius legaliter* reddantur, *& præſul prius* reſtituatur & poſteà non ſtatim, ſed diu & per ſpatioſa tempora ſuis poteſtatiue diſpoſitis (& ad ſuam neceſſitatem præparatis) ad tempus *veniat ad cauſam*, *& ſi* iuſtè viſum fuerit accuſatoribus reſpondeat ſuis.

Cap. V.

Item habet Pſeudo-Eutychian. epiſt. 2.

Nulli [o] infami atque ſacrilego de quocumque liceat negotio aduerſus religioſum Chriſtianum, quamuis humilis ſeruiliſque perſona ſit, teſtimonium dicere; nec de qualibet re, actione, aut inſcriptione Chriſtianum impetere.

Cap. VI.

Si quis [p] *Epiſcopus* legitime accuſatus, & ſupradicto ordine *ad Concilium* canonicè *conuocatus* fuerit, abſque vlla trepidatione *ire* debebit; & ſi ire non potuerit, [q] *pro ſe legatum ad Synodum mittat*.

Cap. VII.

Pſeudo-Eutychian. epiſt. 2.

Nullæ [r] cauſæ à iudicibus Eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur.

Cap. VIII.

Si quis aliter non acquieuerit niſi vt Epiſcopum accuſet, ſupra taxato hoc tenore agere debebit; quia aliter rata non poteſt accuſatio exiſtere. Tunc primò accuſati [ſ] *cauſam accuſator* apud primates canonicè *deferat*;

m ſeq. cap. de eo, ſit impoſtor ex Concil. 3. & 5. ſub Symmacho & Adria. I. cap. 5. collat. Ingel ramo datæ.

n Sanctum propoſitum.

o vide vt hoc deſumptū ex Aniani interp. in ſent. tit. 2 lib. 1. Iulij Pauli. *Tales perſonæ* (id eſt infames) *ad agendas cauſas nec mandatū dare nec ſuſcipere ab altero poſſunt, etiāſi hoc eorum aduerſarij acquieſcant.*

p videtur hoc deſumptū ex collect. Martini Bracar. cap. 19.

q Adrian. I. collect. Ingelramo datæ c. 5. Concil. Arelat. II cap. 18. Concil. Emerit. cap. 5. Tolet 13. c. 8.

r vide Adrian. collect. eiuſd. cap. 11.

ſ verba Conc. 3. Carthag. c. 7. Quiſquis Epiſcoporū accuſatur ad primatē prouinciæ ipſius cauſā deferat accuſator, nec à com. &c. ſuſpendatur cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum iudicum die ſtatuta literis euocatus minime occurrerit, hoc eſt infra ſpatium menſis, &c.

nec à communione prohibeatur accuſatus, *niſi ad electorum* iudicium canonicè cōuocatus *infra* tres aut ſex vel plures menſes pro ſuis rationem redditurus venire diſtulerit. Quod *ſi* [t] probare potuerit quod *non noluerit*, *ſed non potuerit* venire, nihil ei nocebit. Ille vero qui vi aut timore à ſede pulſus, aut ſuis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad Synodum quam ei omnia legibus redintegrentur: Et [u] tamdiu in ſede propria pacifice & poteſtatiue cuncta diſponens reſideat, quamdiù expulſus vel expoliatus carere viſus eſt rebus. Cum autem ad iudicium venerit, ſi voluerit & neceſſe fuerit, induciæ ei petenti à patribus conſtitutæ abſque impedimento concedantur, & iudices à ſe electi tribuantur; vt [x] *in loco vnde eſt ille qui accuſatur*, aut *ſi* alibi alicuius *temerariæ multitudinis vim metuerit*, *locum ſibi* congruum *eligat*, *quo* abſque timore ſuos (ſi neceſſitas expoſcerit) *teſtes* habere, & abſque impedimento ſuam canonicè ſententiam finire valeat, quia multa per ſubreptionem euenire ſolent.

t quæ de accuſa ore patres Africani, hoc de accuſato impoſtor refert: vide Concil. Car. h. 3. c. 7. nec ipſi adimatur facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad iudicium occurrere non noluiſſe, ſed nō potuiſſe probauerit.

u Cōc. Rom. 5 ſub Symmacho.

x ſtatuum Conc. Afric. c. 30. itē placuit, vt accuſatus vel accuſator in eo loco &c. ſi metuit aliquam vim temer. &c. locum ſibi eligat proximū, quo non ſit difficile teſtes producere, vbi cauſa finiatur.

C A P. IX.

Idem habet Pſeudo-Anaclet. epiſt. 1. & Pſeudo-Eutychian. epiſtol. 2.

Vt [y] teſtificandi vel accuſandi *licentia denegetur his qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem*, & ſuæ legis vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita *neglexerint*.

y Anian verba in conſtit. 1. tit. 7. 'i 16. C. Theodoſ. vt teſtandi, &c.

C A P. X.

Idem ſcribit Pſeudo-Anaclet. epiſt. 1.

Multum [z] *derogatio præualet*, *quando* derogatori *creditur*. Ideo [a] *variis* detrectationibus atque accuſationibus *non decet labefactari* primatem, *ſed magis patrum* regulis roborari. Nec facile aut indifferenter ſuſcipere accuſationes præſumat, dicente Domino, [b] *non ſuſcipias vocem mendacij*, ſed prius probare debet ſuſpicionem & cau-

z verba Socrat. l. 1. cap. 35. ſic Latine reddita ab Epiphanio hiſtor. Tripart. lib. 2 c. 8

a verba Damaſi epiſt. ad Epiſcop. Illyrici referente Theodoreto lib. 2. cap. 22. *Variis ergo doctrinis non decet labefactari, ſed magis patrum corroborari ſententiis.*

b Exod. 23.

ſam, aut quo animo hoc faciat; & poſtmodum ſuſcipere; quia [c] *Veritatis profeſſionem, propinquitatis*, [d] inimicitiæ, timoris, amoris, odij, & cupiditatis intentio *impedire*, & aduerſa fratribus irrogare ſolet.

Cap. XI.

Perſonæ [e] accuſantium tales eſſe debent, quarum fides, & conuerſatio, & vita probabilis & abſque reprehenſione ſit, & *quæ omni careant ſuſpicione*; quia & hoc te præſente (vt benè noſti) [f] in Nicæna Synodo, propter malorum hominum infeſtationem ab omnibus definitum eſt, licet prauorum hominum inſidiis ſint hæc & alia [g] quamplura deleta.

Cap. XII.

Id ſtatuit Pſeudo-Anaclet. epiſt. vnica. Pſeudo-Stephan. epiſt. 2. Pſeudo-Iulius epiſt. 2. c. 12.

Primates illi & non alij ſint, quam in Nicæna Synodo ſunt conſtituti. Reliqui verò, *qui* [h] *Metropoles tenent ſedes, Archiepiſcopi vocantur* & non primates, ſalua in omnibus Apoſtolicæ ſedis dignitate, quæ ei ab ipſo Domino eſt cōceſſa, & poſteà à ſanctis patribus roborata.

Cap. XIII.

Primo [i] *ſemper* in omni Epiſcoporum accuſatione, *vita, perſona*, & conuerſatio *accuſantium* enucleatim *inquiratur*; *& poſt*modum *ea quæ obiiciuntur fideliter pertractentur: quoniam nihil aliter fieri debet, niſi* [k] impeditorum *prius* requiratur fides, perſonæ, *vita* & actus *diſcutiantur*: Quia non debet prauorum aut inſidiantium hominum pernicie vita lacerari innocentium. [l] Sane ſæpiſſime boni à malis *perſequuntur*, qui non ceſſant ſuis calamitatibus aliis derogare. Ideo ſummoperè prouidendum eſt ne hæc fiant.

Cap. XIV.

Nullus [m] *ſeruus*, nullus *libertus*, nullus infidus, nullus [n] *criminibus irretitus*, nullus calumniator, nullus qui

c verba Aniani in ſen. 2. tit. 15. lib. 5. Pauli.
d propinquitatis affectio impedire cognoſcitur. vide Pſeudo-Calixt. epiſt. 2. & Pſeudo-Euſeb. epiſt. 1.
e vide Adrian. collec. Ingelramo datæ c. 4. & 15.
f hoc falſum bene nouimus.
g credebam' omnia incēſa, aſſerente Pſeudo-Athanaſ. in epiſt. ad Marcum, nunc gaudemus aliquid ereptum flāmis ſupereſſe, bene ſibi conſtit. impoſtor.
h vide Adrian. l. collect. Ingelramo datæ c. 23.
i verba Adriani l. c. 15. collect. cum amplificatione impoſtoris.
k impetitorum.
l idem habet Pſeudo-Stephan. epiſt. 2.
m Conc. Carthag. 7. can. 2. ab impoſtore auctus.
n Concil. Carthagin. 2. cap. 6.

inimicitiis ſtudet, nullus [o] *qui frequenter litigat, & ad accuſandum* vel detrahendum *eſt facilis*; nulla infamis perſona vel omnes *quos* [p] *ad accuſanda crimina publica leges publicæ non admittunt*, permittantur Epiſcopos accuſare; quoniam [q] *accuſatores & accuſationes quas leges ſeculi non recipiunt*, qua ratione ſacerdotalis eas recipere debet ordo, inuenire nequeo; cum hæc & in Nicæna Synodo [r] prohibita ſunt, & illi magis ab iſtis, non iſti ab illis iudicari debeant: & Apoſtolus dicat, [ſ] *Spiritualis iudicat omnia, ipſe vero à nemine iudicatur.*

Cap. XV.

Idem habet Pſeudo-Euſeb. epiſtol.3. & Eutychian.epiſt.2. & Pſeudo-Pelag.2.epiſt.2.

Hæretici à quibus nimium opprimimur, excommunicatique, *homicidæ*, [t] *malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi.*

Cap. XVI.

Pſeudo-Eutychian.epiſt.2.

Nec [u] ita in Eccleſiaſticis agendum negotiis ſicut in ſecularibus. Nam in ſecularibus, poſtquam legibus vocatus venerit, & in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractam cauſam recedere; in Eccleſiaſticis verò dicta cauſa recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.

Cap. XVII.

Pſeudo-Fabian.epiſt.3. Pſeudo-Steph.epiſt.2.

Quoties [x] *Epiſcopus ſuper certis accuſatur criminibus*, [y] ſi tales fuerint accuſatores qui iuſte & canonice recipi debeant, legitima in Synodo ſuo in tempore congregata *ab omnibus audiatur qui ſunt in prouincia Epiſcopis*: quod ſi legitimi non fuerint accuſatores, non fatigetur Epiſco-

o Adrian. I. collect. c. 50. ex Concil. 4. Carthag. 58. cap.
p Conc. Carthag. 7. c. 2.
q Adrian. I. collect. c. 11.
r hoc falſum.
ſ ſpiritualis de quo loquitur Paulus 1. Cor. 2. non quiſquis cenſetur in clero, ſed quicunque ſiue in clero ſiue in plebe πνευματικὸς eſt: Itaque allegatio tua hoc nomine impertinens. addo eam pſe tuas hypotheſes ſubuertere: &c. ſi enim ſpiritualis à nemine iudicandus, nec à ſede Romana, imo ſedem Rom. iudicabit.
t verba Adriani I. c. 63. collect. Ingelramo datæ de hæreticis Concil. Conſtantinop. cap. 6. Concil. 7. Carthag. c. 2. de excommunicatis Concil. Conſtant. & Concil. 7. Carth. c. 1.
u hoc videtur impoſtor deſumpſiſſe ex Leonis epiſt. 54. ſeqq. de ſuo adiecit.
x verba Adriani I. collect. Ingelramo datæ, cap. 27. ſi quis Epiſc.
y additam. impoſtoris.

pus;quia Sacerdotes ad ſacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi qui *throni* [a] *Dei* vocantur, prauorum hominum inſidiis turbari debent,ſed liberè Chriſto Domino famulari.

Cap. XVIII.

Quanquam comprouincialibus Epiſcopis vnà cum eorum Metropolitano ſuę prouinciæ cauſas Epiſcoporum liceat charitatiue & concorditer agitare, [a] non tamen (ſicut in prædicta te præſente conſtitutum eſt Synodo) licet definire abſque Romani Pontificis auctoritate. Quod ſi ſecus à quibuſdam præſumptum fuerit, ipſi hoc egerint,ſuæ præſumptionis ſuſcipiant damnum: & illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint,auctoritate huius S.ſedis, & B.præceptoris noſtri [b] *clauigeri* Petri poteſtate ſoluantur, atque reſtituantur. Ipſe [c] enim ait Dominus, Quæcunque *ſolueris ſuper terram*, erunt ſoluta *& in cælis*.

Cap. XIX.

Quoties Epiſcopi ſe à ſuis comprouincialibus, vel à [d] *Metropolitano putauerint pragrauari, aut* eos *ſuſpectos habuerint*, mox Romanam appellent ſedem, ad quam eos abſque vlla detentione, aut ſuarum rerũ ablatione liberè ire liceat. Et dum prædictam Romanam matrem appellarint Eccleſiam, aut [e] *ab ea ſe audiri* expoſcerint, nullus eos aut excommunicare, aut [f] *eorum ſedes* ſubripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre pręſumat, antequam eorum cauſa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quod ſi aliter à quoquam præſumptum fuerit, nihil erit ſed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præſumimus, ſed & ipſum in Nicæna Synodo [g] conſtitutum, & anteceſſores noſtros egiſſe bene Athanaſi noſti; quoniam quando tu & Paulus Conſtantinopolitanus, *Aſclepius* Gazæ, & *Lucianus* [h] Adrianopolites ab Orientalibus Epiſcopis, incõſulto ſanctæ

a Thronos Dei Epiſcopos vocat Concil.Tolet. 11. cuius verba c.5. imitatus impoſtor, huius epiſt. effictor & Pſeudo-Stephan.epiſt.2. a contrarium aſſerũt Afric. patres in epiſtol. ad Celeſtinum, quibus adſtipulantur Conc. Conſtantin. c.6. Chalced. c.9. Antioch. c.12.14.15.

b hoc epithetum Petro datum ante annum 500. nullo idoneo teſtimonio probari poteſt.

c Locus Matt. 16. non probat Epiſc. Roman. in ſummum Eccleſiæ iudicem: promiſſio enim Petro à Domino facta non magis Papam vrbicum ſpectat, quam illos: nec ſolis res promiſſa ſpeciale priuilegium Petri; ſed cõmune chori Apoſtolici.

d verba Adrian. I. collect. Ingelramo datæ. cap.6. & 18. ex Synod. Sardic. cap.4. e Synod.Sardic.cap.7.
f. ca . Synod cap.4. g hoc falſum.
h Lucius non Lucianus dictus fuit.

memoriæ

memoriæ Iulio prædeceſſore noſtro damnati eſtis, & ad eum quaſi [i] *ad totius vrbis caput* (vt ſemper huic ſedi Sanctæ licitum fuit) confugiſtis; [k] *cognita eorum nequitia* & veſtrâ iuſtitia, *vos in communionem ſuſcepit, & omnium* veſtrûm *curam gerens propter ſedis propriæ dignitatem, ſuas ſingulis reddens Eccleſias, Orientalibus ſcripſit, culpans eos quod non rectè tractaſſent viros inculpabiles de ſuis Eccleſiis expellentes, & conſtituta Nicæni concilij minimè* conſeruantes. E quibus *ad certum diem* nonnullos *ſibimet adeſſe præcepit, vt* de talibus præſumptionibus certam redderent rationem, & *coram eis oſtenderet iuſtum ſe ſuper eis protuliſſe Decretum. Interminatus eſt* etiam *non talia deinceps* fratres *eſſe* paſſuros; & *niſi ab huiuſmodi* præſumptionibus *ceſſarent*, à propriis eſſe gradibus eos receſſuros. Tali [l] enim huius S. ſedis priuilegio, tu & fratres tui proprias receptiſtis Eccleſias, cum omnibus ſibi pertinentibus. His enim aliis quamplurimis documentis manifeſtum eſt, nullum damnari aut ſuis expoliari rebus debere Epiſcopũ qui hanc ſanctam ſedem interpellauerit, aut ſibi defenſatricem adſciuerit, [m] *donec iudicium de eo noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis, hoc eſt principis Apoſtolorum Petri* [n] agnoſcat; quia ſolummodò Chriſtus Ieſus huic ſanctæ ſedi, id eſt Apoſtolicæ, hoc facere commiſit, *vtpote quoniam ſolus, atque præ omnibus* præfatus princeps Apoſtolorum *creditus eſt, atque percipere meruit à rege regum Chriſto Deo claues regni cœlorum.*

Cap. XX.

De [o] induciis vero Epiſcoporum ſuper quibus conſuluiſtis, diuerſas à patribus regulas inuenimus inſtitutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones, & teſtes confirmandos, & conſilia Epiſcoporum atque amico-

i non ea fuit mens confugientium.

k Sozomenus lib 3. hiſt. c. 7. μαθὼν δὲ ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος τὰ ἑκάστου ἐγκλήματα, ἐπειδὴ πάντας ὁμονοοῦντας εὗρε περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὡς ὁμοδόξους αὐτοὺς εἰς κοινωνίαν προσήκατο. οἷα δὲ τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης, διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ἀπέδωκε. καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐπισκόποις ἔγραψε μεμφόμενος ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευσαμένοις περὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς ἐκκλησίας ταράττουσι, τῷ μὴ ἐμμένειν τοῖς ἐν Νικαίᾳ δόξασιν. ὀλίγους ἐκ πάντων εἰς ῥητὴν ἡμέραν παρεῖναι ἐκέλευσε διελέγξοντας δικαίαν ἐπ' αὐτοῖς ἐνηνεγμένην τὴν ψῆφον· ἢ τοῦ λοιποῦ οὐκ ἀνέξεσθαι ἠπείλησεν, εἰ μὴ παύσοιντο νεωτερίζοντες. καὶ ὁ μὲν ὧδε ἔγραψεν. Impoſtor abutitu[r] verbis Caſſiodori hiſt. Tripart. lib. 4. c. 15.

l falſum te ſcribere is ipſe cuius verbis abuteris Sozomenus docet lib. 3. c. 9. ἐπεὶ δὲ ἐξ ὧν ἔγραφε (Iulius) περὶ αὐτῶν τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ὕβριν ᾤοντο, δῆλα τὰ κατ' αὐτοὺς ἐποίησαν Κώνσταντι τῷ βασιλεῖ, &c.

m verba Martini I. in Concil. Later. conſult. 2. p. 433. n cognoſcat vtpote quoniam ſolus.

o de induciis vide ſup. Pſeudo-Eleuther. in epiſt. Pſeudo-Caium epiſt. vnica, Pſeudo-Marcell. epiſt. 2. Pſeudo-Damaſ. epiſt. 4.

rum quærenda, annum aut ſex mandauerunt menſes concedi: quidam autem annum, in quo plurimi concordant. [p] Minus vero quam ſex menſes non reperi, quia & laïcis hæc indulta ſunt; quanto magis Domini Sacerdotibus? Nam à noſtris anteceſſoribus, atque reliquis ſanctis patribus multoties inhibitum eſt, ne quis Domini Sacerdotibus detractiones irroget; quanto magis accuſationes non ex radice charitatis prolatas?

Quieſcite, [q]inquiunt, *& nolite perſequi eos qui perfecte Deo miniſtrant, quorum orationibus & terrena bella ſedantur, & recedentium à Deo Angelorum pelluntur incurſus, quique omnes Dæmones* [r] qui corrupti ſunt *precum aſſiduitate confundunt.*

Induciæ [ſ] namque non ſub anguſto tempore ſed ſub longo ſpatio concedendæ ſunt; vt accuſati ſe præparare & vniuerſos communicatores in prouinciis poſitos conuenire, [t]*teſtes* præparare, atque contra inſidiatores ſe pleniter armare valeant.

p Ergo non legiſti Conc. 3. Carthag. cap. 7. ibi enim menſtruę induciæ dantur accuſato à die citationis.

q cuius hæc verba ſunt? Pſeudo Marcello iam vindicaſti & Synodi Nicænæ patribus: an alios adhuc habes quos proferas auctores? notabit autem Lector hác ſententiá Impp. Chriſtianis reſtitutá. Iam, è quorum edicto à Caſſiodoro in hiſt. Tripart. lib. 7. cap. 9. relato eam deprompſit Mercator.

r corruptores.

ſ hęc non cohærent.

t hunc vſum induciarum ſeu dilationū agnoſcunt leges ciuiles tit. 7. conſtit. 1. & 2. Cod. Theodoſ. lib. 2.

u Adrian. collect. Ingelram. da æ c. 15.

Cap. XXI.

Iudices enim & accuſatores tales eſſe debent [u] *qui omni careant ſuſpicione*, & ex radice charitatis ſuam deſiderent promere ſententiam.

His [x] ergo *tam legaliter* quam *canonice* [y] prolatis, *etiam omnium Chriſtianorum reuerentiam congaudere depoſcimus, ſpirituali intercedente dilectione & timore Dominico, per* [z] quem *humana remouetur offenſio, & Eccleſiarum ædificatio præponitur vniuerſis*, vt magis vniuerſi ad ædificationem fratrum laborent, quam ad damnationem; quoniam, ait Dominus, [a]*In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.*

Iam [b]*enim formam dedimus*, & à prædeceſſoribus noſtris datã eſſe cognouerimus, *vt* ſi quis ſe agnouerit *Chriſtianum, illud ſeruet quod ab Apoſtolis noſcitur eſſe contraditum,*

x verba Synodicæ Orientalium ad Occidentales è Concilio Conſtantinopolitano ſcriptæ, quam hiſtoriæ ſuæ inſeruit Theodoret. lib. 5. c. 9. & ex eo Caſſiodorus Tripart. hiſt. lib. 9 c. 14. y & canonice apud nos geſtis etiam veſtram reuerentiam &c.
z per quæ. a Ioan. 13. b verba Damaſi epiſt. 2. quam hiſt. ſuæ inſeruerunt Theodoret. lib. 5. cap. 10. Caſſiodor. libro 9. cap. 15. ſemel formam dedimus, vt qui ſeipſum cognouerit.

dicente

dicente [c] Apoſtolo *Paulo*, ſi quis vobis annuntiauerit præter quod accepiſtis, anathema ſit. *Chriſtus enim Dei filius Dominus noſter humano generi* propria paſſione *ſalutem pleniſſimam condonauit, vt* [e] nos *liberaret*.

Et ſi Deus in tantum nos dilexit, vt etiam [f] *proprio filio non* parceret, *ſed pro nobis omnibus illum traderet* vt nos liberaret, vt quid nos non diligimus fratres, aut eos temere iudicamus? Cum prædictus dicat Apoſtolus, Nolite iudicare inuicem, [g] *ſed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum*. Nam ſi illi *qui* [h] fratres *diligunt ex Deo nati ſunt, &* vident *Deum*: quid ergo erunt illi qui eos perſequuntur, & eos detrahendo, machinando, accuſando, infeſtando damnare moliuntur? Si illi filij Dei, procul dubio hi filij ſunt Diaboli, qui ſemper *ſicut* [i] *Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*: ita qui fratres refugiunt maius peccatorum onus acquirunt, & fraternitatis ſolatio rei exiſtunt.

Væ, [k] *inquit Propheta, qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & iterum ſapientiſſ. Salomon ait*; Quoniam qui loquitur iniqua non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus [l] *enim* impij interrogatio erit; ſermonum autem illius ad [m] *Deum* perueniet auditio, ad correptionem iniquitatum illius; quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurantium non abſcondetur. *Hæc enim ſi* [n] amplecti *voluiſſent, proprio* & ſano *ſenſu, ad reprobum* [o] *minimè laberentur, ſed per Dei timorem ſermonum ſuorum præcauentes cuſtodiam, piam Sanctorum patrum definitionem ſine quadam* [p] nocumenti *præſumptione vtique conſeruarent: quoniam dicit* [q] ſacrum eloquium; *Conſilium bonum conſeruabit te, & mens bona cuſtodiet te. Non* [r] *enim de fontibus ſalutiferis ſpiritualiter ad acquiſitionem æternæ vitæ* [ſ] procedunt tales accuſationes & detractiones; *atque ideò competenter nos B. Paulus* [t] admonens *ait, Non debere plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. In definitione pietatis* [u] perduremus; *Qui enim* hæc prætereunt, *non tantum ipſi ſunt decidentes à corroboratione ſua, ſed inſipientiæ ſuæ dereliquerunt* [x] omnibus *memoriam, vt in his in quibus pecca-*

c Galat. 1. *Sancto Paulo.*
d per propriā paſſionem & vt totum hominem delictis obnexiū *peccatis omnibus liberaret.*
e totum hominem peccatis implicatum ab omni peccato liberaret.
f Rom. 8.
g Rom. 14.
h 1. Ian. 4.
i 1 Petr. 5.
k Seqq. ad finem epiſt. habet pſeudo-Felix I. epiſt. 2. Verba Deuſ-dedit Caralit. in Concil. Lateran. Conſult. 2. p. 425.
l pſeudo-Felix I ergo.
m Dominum & ad correpc.
n complecti in prop.
o reprob. ſenſum.
p nouitatis conſeruaſſent.
q additamētum.
r Verba Mauri Ceſenæ Epiſc. Ibid. p. 426.
ſ procedit atque.
t B. Paul. Apoſtolus premuniens.
u perdurantes, qui enim hanc prætererunt, non tantum laſi.
x hominibus, dōminibus, Pſeudo-Felix I.

uerunt minime [y] *latere potuiſſent.* Gloria enim & contumelia in loquela; & in lingua hominis caſus illius eſt. *Ideoque conueniens eſt hanc quidem* [z] *oſtenſionem* reprehenſionum illorum *noſtris actibus inſeri*, ne vlterius iam talia patiamini ſeminantibus [a] illis zizania & ſcandala, ſed lætari in officiis & dogmatibus veſtris mereamini. Igitur erubeſcant talia, & [b] huiuſmodi blaſphemia [c] ſubtrahere feſtinent, ſi noluerint à Sacerdotali noſtro collegio ſegregari, & à [d] Chriſtiani populi ſocietate diuelli. Licet namque de his plura & perneceſſaria quæ in Decretis ſedis Apoſtol. & ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus, noſtris videlicet prædeceſſoribus ſtatuta inueniuntur, dicere & conſcribere potuiſſemus; tamen [e] *melius* nobis viſum *eſt, vt Epiſtolam oratione claudamus. Deus omnipotens, & huius vnigenitus filius*, [f] *& Saluator noſter Ieſus Chriſtus, hoc* [g] *vobis* tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus & coëpiſcopis noſtris quibuſcunque tribulationibus laborantibus, totis ſuccurratis viribus, & cum eis compatientes, crucem eiuſdem Domini Saluatoris portetis; vt veri ipſius diſcipuli coram omnibus appareatis, [h] *vt & vos & qui vobiſcum ſunt hic & in futuro poſſideatis meliora*, [i] *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis* aſcenderunt, [k] *quæ præparauit Deus diligentibus ſe, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; per quem & cum quo omnipotenti Deo* Patri *gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Valere vos opto, fratres chariſſimi.* Data Idib. Februar. [l] *Agario.* & Iuliano viris Clariſſ. Coſſ.

Crabb. in not. ad hanc Epiſt.

ALTERIVS iſtorum, Agarij videlicet, nemo eorum qui Romanos Coſſ. recenſent mentionem facit.

CENSVRA.

PRAETER inſulſiſſima commenta, & Idiotiſmos Pſeudo-Iſidoro peculiares per totum epiſt. corpus ſparſos, Conſularis notæ falſitatem, centoneſque ex Concil. Carthag. 3. 4. & 7. Concil. Africani, Concil. 3. & 5. Rom. ſub Symmacho, Iulij, Damaſi, Innocentij, Hieronymi Africanorum patrum tempore, Theodori Papæ, Sozomeni, Aniani, Valentin. Imp. Socratis, Martini I. Deuſdedit Cara-

y nec latere.
z ſuggeſtionem ad oſtenſionem reprehenſæ hæreſeos noſtris.
a eis. pſeudo-Felix I.
b ſtar è ab huiuſmodi.
c blaſphemiâ pſeudo-Felix I.
d à totius Chriſt. pſeudo-Felix I.
e his verbis vtitur pſeudo-Zephyrin. epiſt. 2. ſunt autem Iulij ad Eccl. Alexandrinâ ſcribentis. vide hiſt. tripart. lib. 4. cap. 29.
f filius Dominus.
g hoc gaudium vobis præbeat in æternum, &c.
h ibid.
i 1. Cor. 2.
k ſic legit Martin. I. epiſt. 4. pſeudo-Felix I. aſcendit.
l Iuliani I. Conſulatus contigit A.D. 356. Conſtantio VIII. Conſule 2. cum Conſtantio IX. adminiſtrauit A. 357. quo anno Felix inedia conſumptus.

Caralitani, Mauri Cæſenatis, & Adriani I. verbis rudi manu hebete ingenio conſutos aduertere licet.

FELICIS II. PAPÆ

Epiſtola II.

Felix Sanctæ vniuerſalis Eccleſiæ Papa, [a] atque per gratiam Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ vrbis Romæ Epiſcopus, vnà cum S. Concilio noſtro [b] *reuerentiſſimorum* ſacerdotum, huc nobiſcum *conuenientium*, in confirmatione piiſſimorum Catholicæ Eccleſiæ dogmatum, *& releuatione oppreſſorum fratrum, coëpiſcoporum videlicet noſtrorum, qui rectam Nicæni Concilij tenent fidem, & qui fratres non infeſtant, vniuerſis* ſpiritualibus fratribus noſtris, *& reliquis in ſacerdotali collegio Domino conſecratis, atque omni plenitudini Eccleſiæ Catholicæ.*

GRATIA [c] *vobis & pax multiplicetur in* [d] confortatione *& S. ſpiritus communione,* [e] *quatenus in eo proficientes à gloria in gloriam virtutes annuntiemus eius qui de tenebris nos vocauit in* [f] *admirabile lumen ſuum, apud quem non eſt* [g] tranſmutatio *nec* viciſſitudinis *obumbratio.*

Portate, fratres, hortamur, perſecutiones & tribulationes patienter, vt eius inueniamini filij, quem quotidie patrem vocatis Deum in cœlis; & in * eo vincatis omnia qui propter nos vicit omnia. *Qui* etiam *proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.*

Imitatores [h] quoque *Dei conuenit in omni verbo & opere imitari* Deum. *Ideoque illud oportet nos dicere quod ipſe de ſe perhibuit Dominus*: Veniet princeps huius mundi, & in me nihil inueniet. [i] *Venerunt* & illi qui vos & nos per-

a Hæc ſunt verba tituli Synodicæ Martini I. præfixi.
b reuerendiſſ. Sacerd. regulariter huc nobiſcum venientium.
c Initium epiſt. Martini.
d Agnitione.
e hic omiſſa à plagiario lineæ 12.
f in illud admir.
g commutatio nec momenti.
* Rom 8.
h verba Maximi Aquileienſ. Conſ. ſt. 4 Conc. Lateran. ſub Martino I. p. 455.
i quoniam venerunt principes huius nouitatis, id eſt Cyrus, Sergius, Pyrrhus & Paulus, & in nobis, &c.

ſequuntur, quia vos [k] ſine nobis perſequi non poſſunt, quoniam vnius *Dei membra* ſumus, & vnum illius Sacerdotium per eiųs Sanctificationem retinemus, *&* [l] *in nobis de ſuis nihil inuenerunt:* quia quicquid ſumus, gratia Dei ſumus, *licet propterea calumniari nos irrationabiliter* ſtuduerint: [m] *quod facere* ſolent inimici, *ſuam ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare. Scripſi* [n] *enim vobis (inquit B. Apoſtolus) per multas lacrymas: non vt contriſtemini, ſed vt ſciatis, quam charitatem abundantius habeo in vobis. Etenim* [o] *detrahentibus detrahere non eſt bonum, vt* non *ad ea quæ ſcripta ſunt commoti, iniuriæ certamen efficiamus.*

Non [p] *debemus omnino timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci; quoniam hoc nobis Dominus iubet per Eſaiam prophetam dicens,* Audite me, qui ſcitis iudicium populus *meus,* [q] in quorum *cordibus* lex mea eſt. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis.

Conſiderantes [r] etiam *quod in Pſalmo ſcriptum eſt;* Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim nouit [ſ] *abſcondita* cordis, & cogitationes *talium* hominum quoniam vanæ ſunt. Vana [t] *autem* locutus eſt vnuſquiſq; ad proximum ſuum, *&* labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt *mala. Sed* diſperdet Dominus vniuerſa labia doloſa & linguã magniloquam, Qui dixerunt, labia noſtra à nobis ſunt; quis noſter Dominus eſt? *Nam ſi hæc in memoria retinerent, minime ad* [u] tantam *proſilirent iniquitatem.*

Non [x] *enim per probabilem & paternam doctrinam* [y] hoc faciunt, ſed vt ſuam exerceant in ſeruos Dei vindictam. *Scriptum* namque *eſt, Via ſtulti recta in oculis eius. Et ſunt viæ quæ videntur homini iuſta, nouiſſima autem earum deducunt ad mortem.* Nos [z] enim qui hæc patimur, *iudicio Dei* hæc reſeruare debemus, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Qui etiam *per miniſtros* ſuos *intonuit* dicens, *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Vos enim in recta fide, & pura ac bona ſuccurrite voluntate viciſſim; nec aliquis à ſupplemento fratris ſubtrahat manum; quoniam [a] *in hoc (* ait Dominus*) cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem.*

k hæc verba habet pſeudo-Alexand. epiſt. 1.
l verba Maximi Aquil: loco citato.
m ſtuduerũt quod facere aſſolent hæretici, ſuã &c.
n hæc non cohærent: ſunt enim Deuſdedit Caralit. pag. 450. eiuſd. Conſult.
o eiuſd. pag. 449.
p verba Martini I. Conſult. 3. Conc. Later. p. 419.
q populus in quorũ corde.
r hic impoſtor omiſit lineas 29.
ſ occulta.
t enim.
u talem iniq. proſil.
x verba Martini Conſult. 3. pag 436.
y ab eo prolatam, quoniam, ſicut ſcriptum eſt, via &c.
z Hoc loco impoſtor Iſ- miſcuit verba patrum Conc. Rom. 3. ſub Symmacho. eadem verba habet pſeudo-Zephyrin. epiſt. 2. & pſeudo-Pelag. II. epiſt 2.
a Ioan. 13.

Vnde

Vnde & ipſe per Prophetam loquitur, dicens, [b] *Ecce, quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Spirituali dico habitaculo & concordia quæ in Deo eſt, & vnitate fidei huius delectabilis, ſecundum veritatem inhabitaculi, quæ videlicet in Aaron magis decorabatur, atque ſacerdotalem induentibus dignitatem, ſicut vnguentum ſuper caput, principalem intellectum irrigans, & vſque ad ipſum extremam ſcientiam deducens.* In *hoc enim habitaculo benedictionem & æternam vitam promiſit Dominus. Huius* [c] ergo *prophetica vaticinationis meritum amplectentes, fraternam præſentem ſyllabam expoſuimus, noſtra propter charitatẽ minime quærentes aut quæſituri.* Non [d] *enim detrahentibus bonum eſt detrahere, aut palo (ſecundum vulgarem fabulam) excutere palum. Abſit; Non ſunt noſtra* [e] iſta. Quapropter *hæc auertat diuinitas:* [f] *Non ſunt edocti habitus noſtri ita vincere, ſed in patientia longanimitatis & ſpiritu humilitatis; quia ſicut per duritiam minimè* (vt *propheticè dicamus) purgatur nigella, ita nec pacis* ſoporatus [g] *fructus intelligentiæ per aſperitatem exprimitur. Propter hoc enim & verborum ſupportauimus colaphos, vt vel paulatim valeamus eum imitari, qui propter nos ſe humiliare dignatus eſt,* [h] & *extremæ illius vltionis per hanc plagam* [i] verba *declinemus. Audiamus* [k] ergo *& conſentiamus Eccleſiæ oratori, qui per linguam ſpiritus* Sancti *clara voce exclamat dicens,* Omnia [l] vobis in charitate fiant. *Ergo ſiue quærimus, ſiue tantũmodo dicimus et tantũmodo* [m] audimur, *charitas intercedat. Ars aliqua* [n] exiſtat *ad compoſitionẽ concordiæ boni & coniunctionẽ. Oportet enim de Deo quærentibus nobis,* [o] ſpiritu *rectitudinis, mentis noſtræ dinumerantes* intentiones *templũ pacificè inhabitare in* [p] eum *propter Dominum, qui per Prophetam locutus eſt,* Quærens quære, & apud me habita. *Speculum enim dedit* nos *Deus populo ſuo; & oportet eos qui à Deo ſunt deputati ſacerdotium adipiſci, ita in humilitate* [q] greſſuum *mentis ad inuicem tendere, vt in melius ædificentur hi qui ad nos reſpiciunt, quam (quod dicere piget) per noſtram diſcordiam ſemitam pedum eorum concutere. Ad concordiam inclinemus nos ipſos, & vnum* [r] *in* charitate *ſapiamus. Humilitatem veneremur per quam apprehendi ſolet altitudo ſpiritus. Si enim* [ſ] *amplius vſque* adhuc *taciturnitatem* quam verborum garrulitatem dilexerimus, *hoc quidem bene arbitrati ſumus,*

b Prima pars epiſtolæ Pauli Conſtantinop. Epiſcop. Monothelitæ ad Theodor. Papam Concil. Lateran. ſub Martino I. Conſult. 4. p. 448.
c igitur.
d nec enim.
e noſtra hæc, auertat.
f huc vſque Pauli verba deſcripſit Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 2.
g ſaporatus.
h vt extremæ.
i verbera.
k igitur.
l à vobis.
m audimus.
n exiſtens.
o ſparto.
p in eo.
q greſſum.
r ad charitatem.
ſ & verbo amplius huc vſque taciturnitatem dileximus, hoc quidem bene habere arbitrati.

ne ſcriptis veſtris[t] reciproca *reſpondentibus, iniuriæ fomitem exhortemur, & puſillanimitate dijudicemur ab eo qui omnia ad charitatem dirigere promulgauit. Orauimus vere & tunc oſtium circumſtantiæ labijs noſtris imponi, & verbum inſonitum concipere potius quam verbum*[u] ſonabile: *& hoc tamen mihi donum eſt à Domino, & factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore*[x] ſuo redargutiones. *Sed quia tempus eſt loquendi & tempus tacendi, aperio verbum, & claudo oſtium per taciturnitatem, competenter exorans; Domine, labia mea aperies,*[y] & *reſpondeam exprobrantibus mihi verbum. Licet enim*[z] tacuiſſemus, *non ſemper* tamen *tacebimus, adaperiente nobis* Domino[a] *claues verbi. Igitur*[b] directi *in* præſentia *à beatitudine fraternitatis veſtræ* Apocriſarij, *poſt multas factas inter nos de Eccleſiaſtica requiſitione diſſonantes ſermocinationes, in fine*[c] *ad hoc peruenerunt, admonentes nos atque*[d] hortantes *interpretari vnius veri Chriſti Dei noſtri voluntatis intellectum, atque huiuſmodi interpretationem deſtinare veſtræ ſacratiſſimæ venerationi. Nos autem acceptam habentes bonæ conſcientiæ prædictorum venerabilium virorum admonitionem, cognoſcentes autem & quæ principatus Apoſtolorum ſummitas docet,*[e] *paratos eſſe ad* ſatiſfactionem omni poſcenti verbum de ſpe quæ in nobis eſt, *ſecundum Dei timorem manſuetudinemque ad bonam ſcientiam temperantes, ſuper tali tantummodò requiſitione mentem noſtram per has ſyllabas exponimus, ſuperfluam*[f] exercitationem *& altercationem verborum propter ſatietatem & præſentis temporis incongruitatem declinantes ac præcauentes, nihil*[g] omnino aliud *intelligentes aut proferentes vel dicentes*[h] quam quod *audiuimus & cognouimus à Sanctis & vniuerſalibus magnis*[i] Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, *& patres noſtri enarrauerunt nobis; Et*[k] *audientes prædicauimus; ad ſupernam* tendentes *vocationem; Noſtrum eſt ſtudium, vbi pacis*[l] conſtitutio manet *his qui in* ſtadio *pietatis* ſunt, *benè vnica* gloria interceſſori *tribuitur* & *corona. Deo* manifeſti *ſumus, qui iudicat omnia & comprobat. Non iurgialiter ſtamus, non ad contradictionem reſpicimus,*[m] nec *fauorem inanem amplectimur; ſed in verbo Dei* propoſito;[n] *huiuſmodi Requiſitionis reſolutionem feciſſe dignoſcimur; confidentes quoniam pacis Dominus Deus ad alterutrum noſtrorum vnitatem & dilectionem*

conſer-

- t reciprocata
- u inuigile.
- x eius argumentationes.
- y vt reſp.
- z tacuimus.
- a Deo.
- b directis in præſenti à B. frat. veſtræ Apocriſariis, qui poſt.
- c in finem.
- d adhortantes.
- e 1.Pet.3.
- f excitationem.
- g nihil noſtrum intell.
- h ſed quæ audiu.
- i magnis Cōciliis.
- k eiuſd. Pauli ad finem epiſt.p.449.
- l compoſitio, his qui in ſtadio pietatis bene vnica gloriæ interceſſor tribuitur corona Deo manifeſti.
- m non fauorem.
- n præpoſita.

conſeruabit in gloria eius benigniſſimæ Maieſtatis. Omnem cum veſtra beatitudine in Chriſto exiſtentem fraternitatem, tam nos [o] quam *qui nobiſcum ſunt, multum ſalutamus.* Data 8. Kal. Nouembr. *Philemone & Attico* viris Clariſſ. Coſſ.

o & qui. Nullus à Chriſto nato Philemon in Conſulum faſtis, Atticus Cæſarium collegam habuit A.D. 397. qui 40 à morte Felicis.

CENSVRA.

OMNIA propemodum quæ Felici II. hîc ſuppoſuit impoſtor, verba ſunt Martini I. Maximi Aquileienſis & Pauli Conſtantinopolitani Monothelitæ: quibus (ne ſupinæ negligentiæ ſimul & audaciæ ſacrilegæ cordato Lectori deeſſet exemplum) fictitij Conſulatus nomenclatura mendax addita eſt.

DAMASI [a] *PAPÆ* Epiſtola III.

a Marian. Victorius in Tom. 9. oper. Hieron. Seriem 3. cum cæteris Pſeudepigraphis coniecit vt & ſeq. epiſtolã.

Damaſus Epiſcopus fratri & compresbytero Hieronymo in Domino Salutem.

DVM [b] multa *corpora librorum* in meo arbitrio allata fuiſſent, contigit vt & *librum Pſalmorum in meo animo* feſtinus cognoſcerem *detineri*, & *memoriam capacitatis* meæ imbuere. Cogitaui (frater amantiſſime, & in Chriſto *ſemper Sacerdos*) vt ſecundum 70. interpretes *& presbyteros*, id eſt, Matthiam & Ptolomæum, Muchium, Sacræum, Hydronium, Pamphylum, Zoaſtiten, Didymum, Sanium, Epiphanium, Ciatrem, Simonem & cæteros, in quantum noſtra recurrit conſcientia, de 70. inuenire veſtigia. Peto etiam tuam charitatem, (ſicut à [c] rectore tuo Alexandro *Epiſcopo noſtro* didiciſti) [d] Græcorum *pſallentiam* ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: [e] quia tantæ apud nos ſimplicitatis indago eſt, vt tantum in die Dominica Apoſtoli epiſtola vna recitetur, & Euangelij capitulum vnum dicatur, & nec pſallentium [f] mos *tenetur*, nec hymni decus in ore noſtro cognoſcitur. Peto ergo per fratrem & compreſbyterum noſtrum Bonifacium, vt [g] *lubeat fraternitas* tua rei huius

b hanc epiſt. citato VValafrid. Strabo de rebus Eccl. cap. 22.

c creatore.

d in gremio græcorum pſallere,

e quia tantæ.

f pſallentiũ vox vlla reſonet, nec hymnicus.

g iubeat.

h Hieronymus A.D. 385. menſe Auguſtô, Hieroſolymam profectus eſt, Apolog. 3. c. 7. Baron. ad A. 385. §. 7. & 18. obierat vero Damaſus 3. Idus Decemb. A.D. 384. teſte Baron. §. 17.

nobis aperire veſtigia. Miſſæ[h] 5. Kal. Nouemb. per Bonifacium presbyterum Hieroſolymam.

Iudicia Pontificiorum.

BELLARM. *de Miſſa. lib. 2. c. 16.* Epiſtolæ duæ quæ circumferuntur de hac re Damaſi ad Hieron. & Hieronymi ad Damaſum ſuppoſititiæ & ineptiſſimæ ſunt.

Binius in Notis.

Hanc epiſt. illa quæ ſub Hieronymi nomine reſponſoria ſubiungitur, de fide aliquomodo ſuſpectam reddit, &c.

Schulting in conf ſſ. Hieron Auctor eſt incertus, ſed interim vnius artificis vtraque eſt; phraſis tantum diſtat à ſtylo Hieronymiano, quantum cœlum diſtat à terra.

CENSVRA.

Barbarus epiſt. effictor *dat ſine mente ſonum*, & mera monſtra loquitur. 2. Alexandrum neſcio quem ſiue *Rectorem* ſiue *Creatorem* Hieronymi fingit, nec meminit eum ordinatum à Paulino Antiocheno; vixiſſe vero non Hieroſolymis ſed Bethlehemi, quo tempore Ioannes Hieroſolymitano, Zebænus Eleutheropolitano inſedit throno. 3. Nomina 72. interpretum pro libitu cominiſcitur, contra fidem Ariſteæ, qui catalogum eorum diligentiſſime pertexuit in libro ad Philocratem. Videtur autem impoſtor delegatos ab Eleazaro interpretes presbyteros non ætate, ſed munere credidiſſe, abſurdè ſimul ac ridiculè, cum electi ſint è ſingulis populi tribubus ſeni, non è Leuitica ſtirpe, aut Sacerdotalibus familiis omnes.

HIERONYMI

Reſcriptum.

Beatiſſimo Papæ Damaſo ſedis Apoſtolicæ vrbis Romæ, Hieronymus ſupplex.

a Remig. Antiſiod. in præamb. enarr. in pſalmos. legit *ſupplex precor ego eliens*, &c. cætera omittit.

LEGI literas Apoſtolatus veſtri, poſcentes [a] vt ſecundum ſimplicitatem 70. interpretum, canendum Pſalmographum interpretari feſtinè, propter faſtigium Romanorum; vt vbi obſcuritas impedit, apertius Latinè trahatur ſenſus. Pre-

ſus. Precatur ergo] cliens tuus, vt *vox* iſta [b] Pſallentium in ſede tua Romana [c] *die noctuque canatur*; & in fine pſalmi cuiuſlibet ſiue matutinis vel veſpertinis horis coniungi præcipiat Apoſtolatus tui ordo, *Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto, Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper; & in ſecula ſeculorum, Amen.* Iſtud carmen laudis [d] omni pſalmo coniungi præcipias, vt fides 318. Epiſcoporum Nicæni Concilij in [e] *veſtro ore* pari *conſortio* declaretur, [vbi autem Deus & homo honorabili voce [f] cantatur] *Alleluia* ſemper cum omnibus pſalmis [g] affigatur, vt in omni loco communiter reſpondeatur [h] nocturnis temporibus, in Eccleſia autem à ſancta reſurrectione vſque ad ſanctam Pentecoſten finiatur; inter dierum verò ſpatia Quinquageſimæ propter nouitatem ſancti Paſchæ, vt vox iſta laudis [i] *canatur in Aleph*, quod *prologus* Græcè, Latine *præfatio* dicitur.

b *Remig.* à pſallentibus in ſede Rom. &c. canatur in fine &c. matutinì ſiue veſpertinì, hoc eſt, præcipe vt ſemper dicant, *Gloria*, &c.
c iiſdē verbis vſus Anaſtaſ. in Pontificali vitam Damaſi ſcribens.
d *Remig* omnib. pſalmis.
e hanc phraſim habes in epiſt. pſeudo-Oſij ad Silueſtrum. vide ſuprà: Remig *noſtro ore* &c. declaretur Alleluia.
f prædicatur.
g *Remig.* affigatur in omni.
h *Remig.* nocturno tempore, &c. à reſurrectione paſcha vſque ad Pentecoſt. pſalterium finiatur, inter dierum quinquaginta ſpatia pro nouitate S. paſchę vox &c.
i explicet hoc Oedipus *Remig* in aleph quod Alleluya.
* hæc reperies Binius in Notis.

Baron. ad A.D.325. §.175.

QVOD attinet ad Decreta Nicænæ Synodi, ſicut nullo modo dicendum eſt Glorificationis ſanctiſſimę Trinitatis hymnum ab ea primum inuentum; ita nec vt in fine cuiuſque pſalmi caneretur eſſe ſtatutum putamus. Equidem ſi magna Synodus id ſtatuiſſet, vniformem regulam (ſicut in cæteris) Eccleſiis omnibus pariter præſcripſiſſet, à qua nullus vnquam deuiare, vel latum vnguem prętergre aliquando præſumpſiſſet: cùm tamen videamus diuerſas ea de re fuiſſe diuerſarum Eccleſiarum conſuetudines, ritusque diſſimiles; ſic namque Caſſianus ait. **Illud etiam (quod in hac prouincia vidimus) vt vno cantante, in clauſula Pſalmi omnes aſtantes concinant cum clamore* Gloria Patri & Filio & Spir. S. *nuſquam per Orientem audiuimus; ſed cum omnium ſilentio ab eo qui cantat, finito Pſalmo, orationem ſuccedere; hac vero Glorificatione Trinitatis tantummodo ſolere Antiphonam terminari.* Hæc ipſe: ex quibus etiam (ſicut ex multis aliis) commentitia plane detegitur epiſtola illa Hieronymi nomine ad Damaſum conſignata, quæ merito ab eruditis Hieronymi res accuratius expendentibus vt adulterina iure exploditur; in qua hęc leguntur, *Precatur ergo cliens*, &c. Si enim in Oriente numquā ſe audiſſe inquit Caſſianus, vt in fine Pſalmi diceretur *Gloria Patri*, &c. quomodo ex Orientis more de eiuſmodi pſallendi genere Hieron. potuit Damaſum monuiſſe? cùm antea tam in Occidentali Eccleſia quam in Orientali, eiuſmodi pſallendi vſum viguiſſe idem affirmet? Qui tamen eidem epiſtolæ fidem adhibuerunt, ex S. Hieron. monitu id ſancitum à Damaſo exiſtimarunt.

Idem ad A.D.384.§.28.

Habetur Apocrypha illa Hieronymi nomine ad Damaſum epiſtola, qua dicitur vt *Alleluia, cum omnibus pſalmis affigatur.*

AFRICANI CONCILII

Epiſtola.

Beatiſſimo [a] Domino & Apoſtolico culmine ſublimato, ſancto Patri patrum, [b] *Damaſo* Papæ, & ſummo omnium Præſulum Pontifici, [c] Stephanus *Archiepiſcopus* Concilij Mauritaniæ, & vniuerſi Epiſcopi de tribus Concilijs [d] Africanæ prouinciæ.

NOTVM veſtræ facimus Beatitudini, quod *quidam fratres* [e] in confinio nobis poſiti *quoſdam fratres* noſtros venerabiles, videlicet Epiſcopos, vobis inconſultis à proprio dejiciunt gradu vel dejicere moliuntur, [f] cum veſtræ ſedi *Epiſcoporum iudicia*, & *ſummorum* finem *Eccleſiaſticorum negotiorum* [g] *in honore beatiſſimi Patrum Decreta* [h] omnium cunctam reſeruauere ſententiam, inquirendi reuerentia de *Dei rebus*, quas omni cura & ſolicitudine obſeruare debemus.

Maxime verò iuſtè debent *ab ipſo præſulum examinari vertice Apoſtolico, cuius vetuſta ſolicitudo eſt tam mala damnare quam* [i] reuelare *laudanda.*

Antiquis enim regulis cenſitum eſt, vt quicquid horum, *quamuis in remotis vel in longinquo poſitis ageretur prouinciis, non prius tractandum vel accipiendum ſit, niſi ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum; vt eius auctoritate, iuxta* [k] quod

a initium epiſt. Afrorũ ad Theodorum Papam deprauatum à Mercatore. vide Concil. Lateran. ſub Martino I. conſult. 3. p. 427. edit. colon. 1618.
b Theodoro.
c columbus primæ ſedis Epiſcopus Concilij Numidiæ, & Stephanus primæ ſedis Epiſcopus Cõcilij Byzacenæ, & Reparatus primæ ſedis Epiſcopus Concilij Mauritaniæ, &c.
d antedictis Afric.
e vbinam gẽtium?
f hoc falſum, licet id ſemper in ore habeas, ex epiſt. 2. Vigil. hauſta.
g verba Afric. patrum loco citato ſed interpolata.
h peculiarem omnem decreuere reuerentiam in requirendis Dei rebus quæ omnino & ſolicite debent, maxime vero iuſteque ab ipſo &c.
i probare.
k *quæ fuiſſet pronuntiatio* &c. hunc locum iam ante deſcripſit ὑποβολεύς in epiſt. 1. Pſeudo-Felic. II.

fuiſſet

fuiſſet pronuntiatum *firmaretur:* & reliqua multoties talia & his ſimilia, quæ ſuper his conſtituta ſunt.

Quibus,[l] *ſi illicitè* factum eſt, (vt ſemper veſtræ ſedi conſuetudo fuit) feſtinanter occurrite, & his viriliter, vt pater pro filiis certantes, ſtate, ſicut *bene* à filio *Syrach dictum eſt,*[m] *Vſque ad mortem certa pro veritate, & ſemper Dominus Deus tuus pugnabit pro te:*[n] *Accipere enim perſonam impij non eſt bonum, vt declines à veritate judicij.* Sin minus illicita ſunt hæc, pateat nobis talis omnibus licentia, Beatiſſime pater.

Aut ſi liceat hos, vel aliquos etiam minorum graduum Clericos,[o] niſi canonicè tempore legitimo vocatos, aut ſine legitimis accuſatoribus, aut abſque veris & innocentibus teſtibus, vel niſi *manifeſte canonice conuictos,* aut ſponte confeſſos, vel à ſuis ſedibus eiectos, aut ſuis expoliatos rebus, vocare ad Synodum vel damnare: Quia legimus [p] eos non poſſe canonicè ad Synodum, *ante ſuam diu tenendam & gubernandam,* viribus ſcilicet pleniter reſumptis, reſtitutionem, ſuiſque omnibus ſibi legaliter *reſtitutis integerrime vocari,* aut vt veniant ad Synodum (niſi ſponte voluerint) imperari.

Deus[q] ergo *creator omnium conſeruet longæuum*[r] Apoſtolatum veſtrum, *ad ſtabilitatem Eccleſiarum ſanctarum & orthodoxæ fidei,* voſque *paſtorem bonum, qui pro ſpiritualibus ouibus*[ſ] veſtram ponitis *animam, atque baculo paſtorali lupos rapaces*[t] expellitis, omnibuſque oppreſſis auxilium fertis. Quod & iſtis atque omnibus vos ſemper facere optamus, ſanctiſſime Papa. Subſcriptio. Et alia manu, ora pro nobis chariſſime Pater.

l verba Martini Papæ in Conc. Later. conſult. 4. p. 446. *ſiue per ea quæ illicitè in eius defenſione geſta ſũt hæreticã turbulentiam introducentes, illud competenter apud nos retinentes quod bene ad Ieſum filium, &c.*

m Eccl. 4.

n Prou. 18.

o hæc omnia ad nauſeam vſque effutiſti, per omnes à te ſuppoſitas viris clariſſ. epiſtolas.

p eloquij nitorem miretur Lector.

q verba Sergij Cypri Epiſcop. in epiſt. ad Theodorũ Papam, relecta in Conc. Lateran. ſub Martino I. conſil. 2. p. 426.

r ſanctiſſ. Dominum noſtrum.

ſ tuam animam pones.

t expelles.

C E N S V R A.

PAVCISSIMIS exceptis quæ ineptiſſimi confarcinatoris impoſturam propalant, cætera Eccleſiæ Africanę Epiſcopis, Sergio Archiepiſcopo Cypri, & Martino I. Papæ reſtituenda eſſe docuimus. Moueat de plumis cornicula riſum. Aduertat etiam Chriſtianus Lector; Quæcunque de iure Romanæ ſedis in Epiſcoporum cauſis Patribus Africanis veterator affingit, eadem non ſolum Eccleſiæ Africanæ ſententiæ e diametro repugnare, ſed ab ipſis Afris in epiſtolis ad Bonifacium & Celeſtinum è Concilio Carthaginenſi datis pleniſſime eſſe confutata. 2. Africanis primatibus titulos,

Archiepiſcopales non conuenire, cum vetuerint patres Concil. 3. Carthag. c. 26. primæ ſedis Epiſcopos *principes Sacerdotum* aut *ſummos Sacerdotes*, aut *aliquid huiuſmodi* appellari.

DAMASI PAPÆ

Epiſtola IIII.

Damaſus [a] ſeruus ſeruorum Dei, *atque per gratiam eius Epiſcopus ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ vrbis Romæ, Stephano* [b] Archiepiſcopo concilij *Mauritaniæ, & vniuerſis Epiſcopis Africanæ prouinciæ.*

LECTIS fraternitatis veſtræ literis, primo [c] *gratias ago quod tantorum fratrum merui benedictione frui:* deinde quod circa fratres ſolicitos vos reperi, & cum eis crucem Domini deferre, qui ait, [d] *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,* [e] *& ſequatur me:* & reliqua ad hunc modum pertinentia.

Igitur quoniam in præſenti opportunè geſtorum conſultatione, [f] *Apoſtolicis veſtra beatitudo viſceribus commota, nos* [g] *hortata eſt tuitionem* fratrum Apoſtolica impendere auctoritate, & eorum iniuriis ſubuenire, *dum conſtet eadem vos cum Apoſtolo compaſſibiliter dicere*, Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? *Satagentes ne aliquis de his* [h] qui *vobis* crediti *ſunt* à ſæuis *beſtiis* laceretur aut *capiatur*.

Pro [i] *quare oportet, iuxta veſtram prudentem commonitionem, magis autem ſecundum* Domini *diuinam præceptionem, nos,* [k] *qui ſupra domum eius, hoc eſt* vniuerſalem *Eccleſiam Ca-*

a Titulus hic ante Gregorij I. tempora in vſu non fuit Epiſcoporum vrbis teſte Ioann. Diac. lib. 2. vitæ Gregor. cap. 1.

b Archiepiſcopus ſedis, vel Eccleſiæ, dici poteſt: Concilij nullo modo. hîc impoſtor imperitiã ſuam prodit.

c verba Attici Cõſtantinop. in epiſt. ad patres Concil. Afric.

d Luc. 9.

e quotidie &c.

f verba Deus dedit Caralit. in Concil. Lateran. ſub Martino I. conſult. 2. p. 420. eadem vſurpãt pſeudo-Athanaſ. in epiſt. ad Felic. II.

g nos omnes hortata eſt ad tuitionem Cathol. & Apoſtol. fidei quæ temeraria præſumptione ab aduerſantibus verbo fidei expugnatur, in vnum conuenire, dum &c.

h quæ vobis creditæ ſunt rationabilibus ouibus.

i verba Maximi Aquilei. ibid.

k omnes Epiſcopi Eccleſiam Catholicam regunt ratione *portionis* ipſis creditæ. vide Cyprian. epiſtol. 55.

tholicam

tholicam, epiſcopale ſuſcepimus miniſterium, ſolicite vigilare ne de ſacris eius muneribus, id eſt Apoſtolicis viris, Apoſtolorumque ſucceſſoribus atque miniſtris quiſquam nobis dormitantibus valeat ſupprimi, atque iniuſte [m] nobiſque inconſultis damnari.

Scitis, fratres chariſſimi, [n] *firmamentum à Deo fixum & immobile, atque* [o] titulum lucidiſſimum ſuorum ſacerdotum, id eſt omnium Epiſcoporum, *Apoſtolicam ſedem* eſſe conſtitutam, & verticem Eccleſiarum.

Tu es enim (ſicut diuinum pronuntiat verbum veraciter) Petrus, & ſuper [p] *firmamentum tuum Eccleſiæ columnæ*, qui Epiſcopi intelliguntur, *confirmatæ ſunt; & tibi claues regni cælorum* [q] commiſſi, *atque ligare & ſoluere* [r] poteſtatem *quæ in cælis ſunt* & quæ in terris promulgaui. *Tu prophanorum hominum* & membrorum meorũ, maximeque diſcipulorum meorum *ex iſtis vt princeps & Doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei*; cuius vice hodie gratia Dei *legatione* [s] *pro Chriſto fungimur*, & omnes huius Sanctæ ſedis Præſules eius vicem geſſerunt, gerunt & gerent.

Ideo omnia quæ [t] *innotuiſtis* non licere mandarem, niſi vos *tam pleniter* inſtructos eſſe *ſcirem, quod* cuncta ſuper quibus conſulitis illicita eſſe non dubitetis.

Diſcutere namque Epiſcopos, & [u] ſummas Eccleſiaſticorum negotiorum cauſas, Metropolitano vna cum ſuis comprouincialibus, ita vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum concordent negotiis licet: Sed definire [x] eorum atque Eccleſiaſticorum ſummas querelas cauſarum, vel damnare Epiſcopos, abſque huius Sanctæ ſedis auctoritate minime licet, quam [y] *omnes* appellare (ſi *neceſſe* fuerit) & eius *fulciri* auxilio oportet.

Nam [z] (vt noſtis) Synodum ſine eius auctoritate fieri non eſt Catholicum: nec [a] *Epiſcopus niſi in legitima Synodo, & ſuo tempore Apoſtolica* vocatione congregata definite damnari poteſt; neque vlla vnquam Concilia

l impoſtor videtur verba Martini I. qui *munera* recta *pietatis dogmata* interpretatur, non percepiſſe. Vide Concil. Later. Conſult. 1. pag. 416. & 417.

m ante conſulto verum damnare iuſtum eſt?

n initium epiſt. Sergij Epiſc. Cypri ad Theodorũ Papam.

o tituli formam lucidiſſimam fidei veſtram Apoſt. ſedem conſtituit, ô Sacer Vertex Chriſtus D. N. tu es &c.

p fundamentum.

q commiſit.

r poteſtatiue quæ in terra & in cœlis ſunt promulgauit. Tu prophanorum hæreſeon depoſitor extiſtis.

s 2. Cor. 5.

t audi Ciceronem rediuiuum Lector.

u hæc deſumpſit ὑποβολεὺς ex epiſt. Innocent. 2. cap. 3.

x Hoc vero fingit impoſtor. nil enim aliud poſtulat Innocentius niſi vt (poſt iudicium) ad ſedem Apoſtolicam referatur.

y Concil. 3. Carth. cap. 45. *neceſſe habes tu omnes Eccleſias ſuffulcire.*

z imo Catholicum non eſt id falſo (vt facit impoſtor) aſſerere.

a Verba Adriani I. cap. 3. Collect. Ingeltramo datæ.

rata leguntur quæ non ſunt fulta Apoſtolica auctoritate.

Accuſatores [b] autem Epiſcoporum & teſtes, ſuper quibus rogitaſtis, abſque vlla infamia aut ſuſpicione vel manifeſta macula, & veræ fidei pleniter inſtructi eſſe debent, & tales quales ad Sacerdotium eligere iubet diuina auctoritas. Quoniam Sacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) [c] *criminari non poſſunt*, nec in eos teſtificari qui ad eundem non debent *nec poſſunt prouehi* honorem.

b vide Adrian. eiuſd. Collect. cap. 4. & 15. & 19.

c verba Adriani c. 19.

Vocatio enim ad Synodum (iuxta decreta patrum) canonica eius qui impetitur, tam ſua præſentia quam & ſcriptis atque *Apocriſarÿ*, per ſpatium fieri debet congruum atque canonicum; quia niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore & canonica ordinatione, licet venerit ad conuentum quacunque neceſſitate, niſi ſponte voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus; quoniam nec ſeculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis diuinæ?

De eiectis [d] vero, atque ſuis rebus expoliatis, nihil vobis verius ſignificare queo quam Sancti Patres definierunt, & noſtri prædeceſſores Apoſtolica auctoritate roborauerunt. Ita enim hæc ſe habent. [e] *Epiſcopos eiectos atque ſuis rebus expoliatos Eccleſias proprias primo recipere, & ſua eis omnia* legaliter *reddi* Sancti Canones decreuerunt; *& poſtea ſi quis eos accuſare* voluerit, *æquo periculo facere* ſanciuerunt; *iudices eſſe decernentes Epiſcoporum Epiſcopos* recte [g] *ſapientes* & iuſte volentes, ad tempus diu que illis reſumptis viribus & ſuis poteſtatiue fruentibus rebus, amiciſque, & Dei ſeruis ſapientibus conſulentibus viris, [h] *in Eccleſia conuenientes, vbi teſtes eſſent ſinguli rem qui oppreſſi* [i] eſſe videntur: & reliqua ad hunc ordinem pertinentia, quæ prolixitatem vitantes hic non inſeruimus, quia hæc ſufficere credimus. Si quis autem his non eſt contentus, [k] legat ea & ſatiabitur. Scimus enim homines inermes non poſſe cum armatis rite pugnare; ſic nec illi qui eiecti, vel ſuis bonis ſunt expoliati, cum illis qui in ſuo ſtant gradu, & ſuis fruuntur amicis atque bonis litigare rite poſſunt. Nec ſeculi

d vide pſeudo Iulium epiſt 2. cap. 35.

e verba Adriani I. Collect. Ingelramo da æ cap. 13. ex hiſt. tripart. lib. 7. c. 12.

f vellet.

g recta ſapientes in Eccleſiam conuenientes &c.

h hiſt. tripart. *ex vicinis prouinciis in Eccl.*

i oppreſſi videbantur hiſt. *tripart.* dicerentur.

k non ſatiet enim parit ſed nauſeam prouocat farrago tua.

culi quoque leges hæc ſecularibus fieri permittunt; ſed prius eiectos, vel oppreſſos, aut expoliatos cum ſuis omnibus reſtitui iubent, & poſteà ſuo tempore, ſicut lex eorum continet, [l] *adplacita* venire præcipiunt, nec vlla *carceris cuſtodia appellantem* arceri permittunt. [m] *Docent enim ex parte* (ſicut noſtis) *terrena quæ ſunt cæleſtia.*

Accuſatores [n] vero *& accuſationes, quas leges ſeculi non adſciſcunt*, nullatenus ſunt in horum admittendę cauſis. Quia *quod irreprehenſibile eſt Catholica defendit Eccleſia.* Et hoc à maioribus definitum eſſe propter prauorum hominum inſidias non dubitatur. Decet enim Domini Sacerdotes fratrum cauſas pie tractare, & venerabiliter intendere, atque [p] *eorum iudicia ſuper ſacrificia ordinare*, nec proteruè aut tyrannica dominatione (vt de quibuſdam refertur) ſed *charitatiue* pro Deo & fraterno amore cuncta peragere, & quod ſibi quis fieri ſecundum Dominicam [q] vocem non vult, alij inferre non præſumat; *& in qua menſura menſi fueritis remetietur vobis.* Ea vero quæ Apoſtolorum prædicatione & patrum inſtructione percepimus, ſemper tenere debemus, ne aliqua noua cudere, aut ad noxam fratrum intendere videamur: ſed alterutrùm [r] *onera* portemus, vt iuxta Apoſtolum *legem Domini* adimplere valeamus.

Tempus enim congruum præuideri oportet, quando vniuſcuiuſque accuſatæ perſonæ cauſa rectiſſimè in medio producatur, quatenus grauitatem eius conſonantiamque contra Patrum Decreta vel Synodorū confeſſionem prodi minimè cognoſcatur. Quam *ordinabiliter* omnes intendant, vt ad eam in omnibus *rationabiliter* reſpondeant, & iuſte ſe velle manifeſte oſtendant. Nullus autem introducatur *perſonabilit*[illegible] ſed accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione, iuxta quod geſtorum ordo exigit. Accuſatores vero & iudices non iidem ſint, [t] ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine.

Nam inſcriptio primo ſemper fiat, [u] vt talionem calumniator recipiat; quia ante inſcriptionem nemo de-

l verba Aniani a Conſtit. 3. tit. 30. lib. 11. Cod. Theodoſ.

m his verbis vſus pſeudo-Eleuther. in epiſt. ad Gallos.

n Verba Adriani I. Collect. Ingelramo datæ c. 11.

o verba Concil. Nicæni c. n. 9. quæ vſurpat pſeudo-Marcellin. epiſt. 2.

p abutitur plagiarius verbis Pſalmi 49. ſec. Græcos.

q Sent. negatiua *Quod tibi fieri non vis*, Domini non eſt ſed Tobiæ. c. 4.

r Matth. 7.

ſ Gal. 6.

t vide Cod. Theodoſ. lib. 2. tit. 2. Conſtit. 1. Idem habet Pſeudo-Fabian. epiſt. 2.

u vide Cod. Theodoſ. lib. 9. tit. 1. per totum.

bet iudicari vel damnari; cum & ſeculi leges hæc eadem retineant: de quibus omnibus vera ſemper fiat æquitas, [x] *quatenus* accuſationis & iudicij ac *teſtimony mercedem per veritatem geſtorum conſequi valeant.*

Scriptum eſt enim [y] Abominabitur Dominus *labia mendacia, & teſtem fallacem proferentem mendacia, & ſeminantem inter fratres ſcandala atque litigia*, ipſo monente atque dicente, *Non* [z] *facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis. Non* conſiderabis *perſonam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuſte iudica proximo tuo.* Et *quod tibi* [a] non vis *fieri alteri ne facias*, & reliqua.

Et maxime, [b] *præceptum habentes Apoſtolicum, attendere nobis ipſis & gregi*, in quo nos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Dei Eccleſiam quam acquiſiuit per ſanguinem *ſuum* propriũ, [c] conuenit: *Et iterum* [d] attendere lupos, attendere malos operarios, *qui peruerſa faciunt, & aduerſa loquuntur vt* [e] detrahere ſemper diſcipulis Domini & infamare queant; quos corrigere vos & omnes Domini Sacerdotes ſummo ſtudio oportet; quia peius [f] malum non eſt, quam vt ciues ciuibus inuideant, & ſacerdotes vel clerici ſacerdotibus vel pontificibus inſidientur, teſtante etiam veritatis voce, [g] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi* mei: & [h] *qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis,* [i] melius eſt *vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Et item, [k] *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Ille* [l] *procul dubio ſcandalizatus eſt in Deum, qui eius ſcandalizat Epiſcopum vel ſacerdotem.* Et multa talia, quæ hic non inſeruntur ne nimis prolixa efficiatur epiſtola. Monentes quoque inſtruere debetis memoratos vicinos veſtros, vt à talibus ſubtrahant, & quæ illicite contra præfixos egerunt citò corrigant. Et quos nobis inconſultis læſerunt, plena ſatisfactione ſanent, & cito ſibi eos recõcilient, ſi noluerint Apoſtolicæ ſedis ſuſcipere cenſuram. Nam ſi quid fortaſſe in eos aut contra eos emerſerat, noſtrum fuerat expectandum examen, vt noſtra (vti ſemper [m] huic fuit ſedi conceſſum priuilegium) aut condemnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio.

Neque

x verba Martini I. in Concil. Lateran. Conſult. 4. p. 447.
y Prou. 12. & 6. Eccl. 11. abominatio eſt Domino labia mend. & odit Dom. teſtem.
z Leuit. 19
a Tobiæ 4.
b verba Martini I. in Concil. Lateran. Conſult. 1. p. 418.
c additum.
d Phil. 3.
e vt trahere poſt ſe diſcipulos v. lect.
f hoc repetit pſeudo-Dionyſ. epiſt. 1. Pſeudo-Iul. epiſt 1.
g Zach 2.
h Matth. 18.
i qui credunt in me, expedit ei vt.
k Matth. 11.
l His verbis vſus Pſeudo-Anaclet. epiſt. 1.
m nunquam ſuit.

Neque enim ſuo pro libitu noſtra debuerant iura peruadere abſque Apoſtolicæ ſedis diſpoſitione, mandante, A talibus deinceps omnes ſe abſtineant *ſacerdotes* [n] *qui* noluerint *ab Apoſtolica Petra*, (*ſuper quam Chriſtus*, vt prędictum eſt, *vniuerſalem conſtruxit Eccleſiam*; [o] cui Epiſcoporum ſumma iudicia atque maiores cauſæ, ſicut paulo ſuperius memoratum eſt, reſeruatæ ſunt atque ſolidatæ) cenſura ac ſacerdotali honore ſecludi.

Induciæ [p] enim accuſatis in criminalibus Epiſcopis ſex menſium, vel eò amplius (ſi neceſſe fuerit) concedendæ ſunt; quoniam & laïcis [q] hoc permiſſum nullus ſecularibus imbutus diſciplinis ignorat; quanto magis ſacerdotibus, qui ſuperiores eſſe eis non dubitantur?

Habetur quoque in Decretis ſanctorum patrum ſancitum, non fore canonicum *quenquam* [r] ſacerdotum *iudicare* vel *damnare* antequam *accuſatores* canonice examinatos *præſentes habeat, locumque defendendi accipiat*, id eſt inducias Eccleſiaſticas *ad abluenda crimina*.

Nec extra propriam fiat prouinciam, primo *diſcuſſionis accuſatio* ſine Apoſtolica præceptione, [s] *cui in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri*; quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in qua & imperialia pariter ſtatuta concinunt. [t] *Criminum*, inquiunt, *diſcuſſio ibi agenda eſt vbi crimen admiſſum eſt. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri.* Et alibi in canonibus præcipitur, [u] *Quæcunque negotia in ſuis locis vbi orta ſunt, finienda* ſunt: & reliqua talia & his ſimilia; ſalua tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate, vt nihil in his definiatur priuſquam ei placere cognoſcatur qua omnes ſuffultos eſſe oportet. Et [x] *ſi quid eis graue intolerandumque* acciderit, eius *ſemper expectanda cenſura*.

Neque enim proterue, aut ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus (vt ſæpe actum nouimus) *detrahere*, aut accuſare præſumat *quenquam* ſacerdotum, [y] *quia iniuria eorum ad* Chriſtum pertinet, cuius vice legatione pro populo Chriſti ſanguine redempto funguntur.

Cauſas [z] enim eorum, quia *Dei* cauſæ ſunt, *eius eſſe iu-*

n verba Siricij epiſt. 1. cap. 2. *nunc præfatam regulam teneãt omnes ſacerdotes qui nolunt. &c.*

o ſolidirate diuelli.

p Hæc præced. non cohærent.

q Vide Cod. Theodoſ. lib. 9. tit. 36. Conſti. 1 & 2.

r verba Adriani in Collect. Ingelramo data cap. 20. Vide pſeudo-Marcell. epiſt 2. &c.

s verba Innocent. epiſt. 21. cap. 3.

t verba Aniani in conſtit. tit. 1. lib. 9. Cod. Theod.

u verba patrum Africanorum in epiſt ad Celeſtin.

x verba Leonis epiſt. 84.

y Hæc quauis data occaſione reſpectu impoſtor vide Pſeudo-Anaclet. epiſt 2.

z verba Concil. Rom 3. ſub Symmacho.

dicio ſcimus [a] reſeruandas *qui valet corpus occidere & animam mittere in gehennam*; *qui dicit*, Mihi vindictam, & ego retribuam. *Apud quem conſcientia nuda eſt, cui non abſconduntur occulta.* [b] Inſtruendi [c] etiam omnes ſunt, quoniam *per nos* illi *Chriſtus* intonuit, *non eſſe ouium lupi inſidias prauidere ſed paſtoris.*

Monte [d] ergo *B. Apoſtolus* Paulus, *ne de his* [e] temerè leuiterque præſumatur *iudicium, de quibus nemo poteſt verius* [f] *vel melius iudicare quam Deus. Tu autem*, [g] inquit, quare *indicas fratrem tuum? aut* [h] cur *ſpernis* eum? *Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti; ſcriptum eſt enim*, viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Domino. Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. [i] *In hoc* ergo non *ſibi* quiſquis *temerarios auſus vſurpet, vt præter* [k] quod ad oncordiam pertinet aliud agat vnde *vnitas Eccleſiæ diſſipetur.*

Non ergo leuiter quiſquam *aſſentiat* in detractione, vel iudicatione, vel damnatione frarrum, maximeque Sacerdotum qui *proximiores* ſunt Deo, & *qui* [l] proprio *ore corpus Chriſti conficiunt.*

Quia ob hoc [m] *venit ira Dei in* * *filios diffidentiæ*, qui Chriſtum perſequuntur in ſuis membris. *Nolite*, fratres, nolite *effici* [n] participes *eorum*, *nec communicetis* peccatis talium, aut *infructuoſis verbis illorum. Magis autem redarguite* [o] talium *cætus*, qui extendere moliuntur *quaſi arcum* in fratres linguas ſuas.

Defendite ergo, fratres, & omnes monete vt armentur contra fratrum perſecutores. *Confidimus* [p] *autem de vobis meliora & viciniora ſaluti; quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque* [q] *fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia (magiſtro gentium docente) poterit* [r] nos *ſeparare à charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti*; [ſ] *quæ* maxime in ſacerdotibus & reliquis perficirur membris eius. *Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.* [t] *Ecce enim iudex ante ianuam aſſiſtit,*

a cœ committendas.
b hic omiſſæ l. n. ſ.
c inſtruentes eos, quia per nos illis Chriſtus innotuit. non &c.
d verba Anaſtaſij Papæ in epiſt. ad Anaſt. Aug.
e de his nobis præſumamus.
f melius vel verius.
g quid.
h aut tu cur ſpernis fratrem tuum.
i *lege* ne ſibi in hoc quiſpiam.
k vt propter hoc pax atq; vnitas.
l hæc verba mutuatus impoſtor ex epiſt. Hieron. ad Heliodorum.
m verba Martini in Synodica Concil. Lateran. p. 478.
* ſuper.
n effici comparticipes.
o quoniam cœtus præuaricatorũ ſunt & extenderũt linguam ſuã quaſi arcum mendacij & non veritatis.
p ibid. pag. 479.
q fortitudines. r vos. ſ & quæ in ipſo eſt recta fide. Nolite.
t hic omiſſæ lin ſ.

coronas

coronas hilariter promittens his qui pro eo [u] fratribus auxilium ferunt, & oppreſſis ſuccurrunt, atque in charitate collaborant. *Quod ſi ſubtraxerit ſe quis, non placebit* [x] Deo, *ſed* cadit; quia non ſubleuauit cadentem, ſed emarcuit. Non *autem ſimus ſubtractionis in* [y] oppreſſionem, *ſed* adminiculi *in acquiſitionem* & ſupplementum fratrum. *Propter quod aſſumite* armaturam *Dei, vt poſſitis reſiſtere* [z] omnibus taliter præſumentibus; *& induite vos loricam iuſtitiæ, calceati pedes in* [a] præparationem *Euangelij pacis in omnibus*; ſumẽtes *ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia* [b] tela *nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis* [c] aſſumite, *& gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, per omnem orationem & obſecrationem radicati & fundati; vt id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, diuidentes corpus Eccleſiæ bonum & integrum in tortuoſas nouitates.* Monet ergo Apoſtolus, *non amplius* nos *inuicem* temerè *iudicare.* Temere enim [d] iudicat, ſi quis Epiſcopum abſque ſedis Apoſtolicæ auctoritate condemnat. Cum ei (vt paulo ſuperius prælibatum eſt) hoc [e] ſpecialiter priuilegium reſeruatum ſit. *Sed hoc* [f] *iudicate magis* (inquit) *ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum.* Patenter [g] enim his & aliis innumerabilibus Decretorum teſtimoniis omnibus manifeſtum eſt, non debere Epiſcoporum damnari, licet eius perſcrutetur opinio, *donec* [h] *iudicium de eo noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis, hoc eſt principis Apoſtolorum Petri,* [i] cognoſcatur; *vtpote quoniam ſolus & præ omnibus creditus eſt, atque* percipere [k] *meruit à Rege regum Chriſto Deo claues regni cælorum, ad aperiendum* fidelibus [l] & beneuolis hominibus *in eundem Dominum noſtrum, & claudendum infidelibus* & maleuolis, atque ſuis Sacerdotibus, & ſanctæ Eccleſiæ ſuo pretioſo ſanguine redemptæ, & impugnatoribus ſiue nocentibus. Quod vtique & nos facere poſtulauit. *Non quod* [m] noui aliquid nunc imperatur, *ſed* illud quod *per deſidiam aliquorum* aut ſcienter aut negligenter tranſgreditur, deinceps obſeruetur *ab omnibus*; vt illa ſemper, *quæ Apoſtolica & Patrum traditione conſtituta ſunt,* [n] ſub metu ir-

u pro eo paſſionibus ſubmittuntur.
quod ſi ſubtr.
x placebit animæ meæ
ſed cadet de promiſſione propter negationem. Nos autem non ſumus.
y perditionẽ, ſed fidei in acquiſ. animæ propter.
z in die malo aduerſus omnem hæret. virum & dogmata & induite.
a præparatione aſſumentes.
b iacula ignita.
c accipite.
d temere quæ ſomniaſti effutis. hoc moneo.
e, eſt ſpeciale tibi priuilegium quãdo iubet mentiri.
f Rom. 14.
g patenter manifeſtum eſt te hoc fingere.
h verba Martini I. in Concil. Lateran. conſult. 2. p. 433.
i cognoſcat.
k accipere.
l rectè credentibus in eundem.

m *verba Innocentij I. epiſt. 2.* Non quod noua præcepta aliqua imperentur, ſed ea quæ per deſidiam aliquorum neglecta ſunt ab omnibus, obſeruari cupiamus. quæ tamen Apoſt. ſunt conſtituta. ſcripſam namq; eſt ad Theſſ. Paulo monente.

refragabili auctoritate teneantur. *Scriptum namque eſt* in ſecunda *ad Theſſalon.* epiſtola, & ad Timotheum, & Apoſtolo *monente, State & tenete traditiones* [o] veſtras *quas didiciſtis ſeu per verbum ſeu per Epiſtolam.*

Item alibi per Prophetam, *Expectaui* [p] quoque, *ſicut Beatus Eſaias* [q] intonuit, *vt facerent iudicium; fecerunt autem iniquitatem, & non iuſtitiam ſed clamorem; omnes pios* [r] conturbantes. *Et hoc ſcire debeant, quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt,* [ſ] *licet diuitias bonitatis Dei, & ſuſtentationis, & patientiæ* contemnant, *ignorantes quoniam benignitas Dei ad pænitentiam eos adducit; ſecundum duritiam autem eorum & cor impænitens theſaurizant ſibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius.*

Et alibi [t] *ſcriptum eſt, Ego ſum Dominus Deus veſter; non facietis iniquitatem in iudicio. Non accipies perſonam* [u] hominis, *neque mireris vultum potentis. Ab omni iniquo verbo recedes. Innocentem & iuſtum non* oppugnabis, neque *interficies.* Ille [x] procul dubio facit iniquitatem in iudicio, qui ea ſibi vendicat quæ ei vindicare non licet. Ideo quæ huic ſanctæ ſedi conceſſa ſunt, nullus vſurpare [y] ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore Eccleſiaſtico indignus vt contemptor iudicari.

Itaque oportet [z] *negligentes propulſare*, ſed ita vt nocentes non roborentur; & bonos *improbis* aut inſidiatoribus fratrum *reſiſtere, ne torpore deſidiæ oppreſſi taciturnitatis* teneantur [a] *obnoxij.*

Itaque qui poteſt obuiare & perturbare [b] *peruerſos*, & non facit, *nihil aliud eſt quam* fauere eorum impietati *Nec* enim *caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.*

Sitis [c] *autem perfecti & integri in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia firmati, vt per eam vias* [d] veſtras *dirigentes in eundem inflexibiliter,* [e] omnibus occurratis oppreſſis, quia vobis *creditur Dominus; ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum* [f] propter talium impietatem, *à*

o noſtras quas tradidimus.
p verba Martini I. in Syn. Lateran. conſult. 2. p. 433. expect. enim.
q perhibuit.
r conturbantem; & hoc dum ſcire.
ſ hoc eſt qui nouitates cõtra fidem operantur, licet &c.
t verba Martini I. ibid. p. 437. Leuit. 19
u diuitis.
x vide Anian. in conſtit. 3. tit. 39. lib. 9. C. Theodoſ.
y an ſedem tuam conſulenti vſurpare, vel præſumere licitum eſt?
z ve ba Victoris Carthag. ad Theodorũ Papam Concil. Lateran. ſub Martino p. 433 *Studioſius à Cathol. improbis probe reſiſtere ne torpore.* &c
a teneamur.
b verba Felicis III. epiſt. 1. *negligere cum poſſis deturbare peruerſos, nihil eſt aliud quã fouere, nec caret* &c.
c ve ba Martini in Synodica addita Concil. Lateran. pag. 479.
d noſtras.
e inflexibiliter occurramus qui à nobis.
f pro eorum impia hæreſi.

Deo

Deo autem electum & honorificatum, ſuper quem [g] *vos tanquam lapides viui* [h] ædificamini in domum ſpiritualem, *in Sacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias ipſi in odorem ſuauitatis.* Gratum enim admodum eſt [i] ſacrificium Domino, oppreſſis omnibus ſubuenire: quanto magis illis de quibus ait, *Qui vos audit me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit*, &c. [k] *Libat*, quidem *Domino proſpera qui ab afflictis* & oppreſſis *pellit aduerſa.*

[l] *Sed & nunc, fratres, commendamus vos* Deo *& verbo gratiæ eius, qui poteſt perficere & dare hæreditatem in omnibus ſanctificatis. Ipſe autem Deus pacis & conſolationis det vobis idipſum ſapere in alterutrum, & in ipſo ſemper*, [m] *& in omnibus*, vt *vnanimes vno ore & vno corde* [n] honorificetis *eum in* concordiam & auxilium fratrum, *qui potens eſt confirmare* [o] omnes & conſolari *ſecundum Euangelium eius*, [p] & iuxta *reuelationem myſterij temporibus æternis taciti, patefacti autem per Scripturas ſanctas, & Patrum orthodoxorum doctrinas; ſecundum præceptum æterni Dei ad obediendum fidei in omnibus* [q] cognitis nobis, *ſoli ſapienti Deo, Domino noſtro Ieſu Chriſto, cum* [r] quo Patri *&* Spiritui *Sancto gloria, honor* & *imperium & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen. Dominus vos cuſtodiat, dilectiſſimi fratres, incolumes ſemper.*

Data 8. Kalendas Nouemb. Flauio, & [f] Stilicone viris Clariſſ. Coſſ.

Crabb. in Not. ad hanc Epiſt.

HORVM Coſſ. annum non recenſent ſub tempore Damaſi Papæ, nec Marianus Scotus, nec Caſſiodorus, nec Greg. Haloander.

CENSVRA.

Impoſtoris furta non ſolum produnt, ſed clamant Concilij Niceni, Siricij, Innocentij, Hieronymi Attici Conſtantinop. Patrum Africanorum, Leonis I. Felicis III. Anaſtaſij, Concilij Rom. 3. ſub Symmacho, Sergij Cyprij, Victoris Carthaginenſis, Martini I. Deus dedit Caralitani, Concilij Tolet. 8. Adriani I. Codicis denique Theodoſiani & Aniani interpretis verba licenter vſurpata, ne dicam corrupta. Quæ ſuperaddidit plagiarius extremæ inſcitiæ, pudendæ αὐτοσοφίας, profligatiſſimæ impudentiæ clariſſima ſunt argumenta.

g honorificatum, magis autem Deum naturaliter exiſtẽtem, licet propter nos caro factus ſit, & vos.
h ædificemini domus ſp.
i imitatur impoſtor Eruig ij regis verba a dita Conc. Tolet. 13. *ante Dei oculos perfecta miſerationis ſacrificium approbatur, quo fit releuatio miſerorũ.*
k verba Concil. Tolet. 8. cap. 2.
l verba Martini I. in Synod. p. 479.
m vt in omnibus.
n honorificemus eum in cõcordia Cathol. fidei.
o confirmare nos ſecundum.
p eius ſecundum.
q in omnibus nobis cogniti.
r cum Patre, & Spir. S.
ſ Bis ad Conſulatum euectus eſt Stilicho A. D. 400 cum Fl. Aurelii ano. & A. D. 405. cum Anthemio Rauennæ periit A. D. 408. obierat vero Damaſus A. D. 381. Marcellino perhibente, vel certe ſi credamus Baronio A. D. 384.

DAMASI PAPÆ

Epiſtola V. de[a] Chorepiſcopis.

Dominis venerabilibus fratribus, Proſpero Numidiæ primæ ſedis Epiſcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Rufo, & omnibus cæteris, *vbique in recta, ſancta & Apoſtolica fide conſiſtentibus orthodoxis Epiſcopis, Damaſus Epiſcopus.*

LICET (fratres chariſſimi) vobis ſunt nota patrum Decreta, [b] *mirari* tamen *non poſſumus* [c] veſtram ſolertiam circa *inſtituta maiorum*; vt cuncta *quæ poſſunt aliquam recipere dubitationem ad nos quaſi ad caput*, vt ſemper fuit conſuetudo, deferre non deſinatis; vt inde capiatis reſponſa vnde accepiſtis [d] inſtitutionem & normam recte viuendi.

Vnde & vos non immemores canonum eſſe recordamur, qui & idipſum fieri præcipiunt. Non vt vobis ſcientiæ Eccleſiaſticæ regulæ aliquid deſit, ſed vt auctoritate ſedis Apoſtolicæ fulti in nullo [e] *ab eius deuietis* regulis.

Igitur de chorepiſcopis, de quibus nos conſulere voluiſtis, quale ſit eorum miniſterium, aut quid eis agere liceat, aut quam auctoritatem habeant, vel ſi liceat eos fieri, an non; quia audiuimus eos iam eſſe prohibitos: [f] aut quid de his qui iam ordinati reperiuntur, agendum ſit, nil vobis certius reſpondere nobis videtur, quam olim a prædeceſſoribus noſtris decretum reperimus; vt eis ad veniam nihil prorſus aliud referuetur quam priuatio ſacri miniſterij quod illicitè aſſumpſerunt; quia prohibiti [g] tam ab hac ſacra ſede, quam à totius orbis fuerant Epiſcopis.

Nimis [h] ergo eorum inſtitutio improba, nimis eſt

a de chorepiſcoporum auctoritate & munere diſputatum, ſedente Leone III. colligere licet ex Capitul. li. 7. c. 187 ea enim de cauſa Romã miſſus Arno Saliſburgenſis, & Synodus in Regenſbruk congregata dicitur: vide & c. 310. 318. 328. 329. & Conc. Pariſ. ſub Greg. IV. lib. 1. c. 27.

b verba Innocentij epiſt. 4

c dilectionẽ tuam ſequi inſtituta maiorum omniaque quæ, &c.

d vide Pſeudo-Marcell. epiſt. 2. & Pſeudo-Athanaſ. epiſt. ad Felic. II.

e ſic Siric. epiſt. 1. à quo tramite non conuenit deuiare.

f A quo? certe nondum erant cum Zacharias Papa ſcripſit epiſt. 7 ibi enim cap. 4 mentio fit muneris chorepiſcoporum. vide Nicol. I. epiſt. ad Rudolph. Bituric. c. 2.

g vtrumque falſum.

h a in primitiua Eccleſia neceſſarios fuiſſe mox fateberis, an vlla neceſſitas improba inſtituenda?

praua;

praua; quia vt hi de ſummo ſacerdotij miniſterio aliquid præſumant, omni auctoritate caret, & ſacris canonibus inuenitur eſſe contrarium, atque ad [i] *totius Eccleſiæ perturbationem* ſuperba & ſuperflua tendit elatio: & vacuum eſt & inane quicquid in prędicto ſacerdotij ſummi egerunt miniſterio.

Quod ipſi iidem ſint qui & preſbyteri, ſufficienter inuenitur; quia [k] *ad formam & exemplum ſeptuaginta* inueniuntur prius inſtituti. Sed quia (Deo gratias) modo neceſſarij, (ſicut in primitiua Eccleſia *propter ſtudium quod erga pauperes* [l] *exigebant*) non ſunt, & quia illicita præſumebant, & quod agebant actum non erat, & propterea multi in ſecuritatem lapſi, Eccleſiaſtico *fraudabantur* & fruſtrabantur miniſterio: ideo tam ab hac ſancta ſede, vt [m] ſuperius memorauimus, quam & ab omnibus totius orbis Epiſcopis, à pontificalibus ſunt remoti officiis.

Nam (vt nobis relatum eſt) [n] quidam Epiſcoporum, propter ſuam quietem eis plebes ſuas committere non formidant; & vt illicita atque prohibita agant, iidem ea quæ ſolis pontificibus debentur ſibi vſurpant; & ipſi in ſua quiete torpent, & curam ſibi à Deo commiſſam negligunt, cum Dominus dicat, [o] *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis*, & *vocat* eas *nominatim*, & cognoſcit ſuas, & ſuæ agnoſcunt eum. Et item, [p] *Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.* De mercenario autem quid dicat, bene noſtis; Quia *videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues*, & reliqua. Pro talibus verò negligitur cura Eccleſiæ, & eius ſtatus perturbatur. Et ideo ſunt prohibiti in tantum, vt ſi aliqui ex his reperti fuerint, à proprio decidant gradu. Illi namque Epiſcopi qui talia ſibi pręſumunt, videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles, quæ ſtatim vt pariunt infantes ſuos aliis nutricibus tradunt educandos vt ſuam citius libidinem explere valeant. Sic & iſti infantes ſuos, id eſt populos ſibi commiſſos, aliis educandos tradunt, vt ſuas libidines expleāt, id eſt pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuique viſum fuerit liberius agant.

i vide Leon. epiſt. 35.

k Conc. Neocæſ. can. 13.

l forte leg. exhibebāt. falſum autē eſt chorepiſcopis pauperū curam in primitiua Eccl. demādatam. hoc munus Diaconorum fuit vide Act. 6. abutitur impoſtor verbis can. 13. Neocæſ.

m ſupra monuimus te vtrumque fingere.

n à quo? hoc denuò fingis.

o Ioan. 10.

p Ibid.

Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non taliter Dominus docuit, nec Apoſtoli inſtituerunt; ſed ipſi qui curam ſuſcipiunt ipſi peragant, & ipſi proprios [q] *manipulos Domino repræſentent.* Nam ipſe [r] ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe inuenit, ipſe propriis humeris reportauit, noſque id ipſum facere perdocuit. Si ipſe pro ouibus tantam curam habuit, ipſe docuit, ipſe curauit, ipſe ſanauit, ipſe propriis humeris reportauit, atque in tantum dilexit vt etiam animam ſuam (multas ſuſtinens iniurias, multa opprobria multaſque paſſiones) pro nobis traderet; quid nos miſeri & deſides dicturi ſumus, qui etiam pro ouibus nobis commiſſis curam impendere negligimus, & aliis eas educandas tradimus? Corrigantur hæc (fratres) neceſſe eſt, [c] quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet.

Nam [d] non amplius quam duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus, id eſt duodecim Apoſtolorum & ſeptuaginta diſcipulorum; vnde iſte tertius proceſſerit funditus ignoramus. Et quod ratione caret extirpare neceſſe eſt.

Quod enim Epiſcopi non ſint qui minus quam [e] à tribus ſunt ordinati Epiſcopis, omnibus patet; quoniam (vt bene noſtis) prohibitum à ſacris eſt Patribus, vt qui ab vno vel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis nec nominentur Epiſcopi. [f] *Si nomen non habent, qualiter officium habebunt?*

Quicquid enim inter Epiſcopos, aut de rebus ad eos ſolummodo pertinentibus egerint, neceſſe eſt [g] (vt ſuperius iam prælibatum eſt) vt irritum fiat; quia quod non habent dare nequaquam poſſunt, præſertim [h] cum nullum ex 70. diſcipulis, quorum ſpeciem iſti antequam prohiberentur, (vt ſuperius memoratum eſt) in Eccleſia gerebant, nil de hoc quod Apoſtolis eorum-

q phraſ. Pſeudo Liberij epiſt. 12. pſeudo-Soter. epiſt. 1. &c.
r Luc. 15.
c cō eq hæc infima eſt, nec deducitur ex præmiſſis.
d Apoſtolorum munus propriū extr.ordinariū fuit. Epiſcoporum & Diaconorum ab Apoſtolis ordinatorū ordinariū: diſt. Epiſcopatus à presbyteratu iuris Eccleſiaſtici eſt, nō diuini.
e can. Apoſt. 1. Conc. Arelat. I. can. 21. Conc. Nicæn. can. 4.
f hoc repetit pſeudo Ioan. III. vires autem non habet, quia nominis & officij diſtinctio eſt inſtitutionis humanæ non diuinæ.
g ſecundum humana ſtatuta. ſc l.
h vt Apoſtolorum ſic 70. diſcipulorū munus extraordinarium fuit; nemo tamen Epiſcoparum adminiſtraſſe negauerit, cui nota Nicolai I. ad Rudolphum Bituric. epiſtol. *ad formam* (inquit ille) 70. *chorepiſcopi facti ſunt, quos quis dubitet Epiſcoporum habuiſſe officia?*

que ſuc-

que ſucceſſoribus ſpecialiter debebatur legitur aſ-aſſumpſiſſe.

Nec [i] lege Domini, quæ Moſi ab ipſo Domino legitur dictata, de his quæ ſummis Sacerdotibus, id eſt Moſi & Aaron erant ſpecialiter conceſſa, filij Aaron quicquam præſumebant; Nulli enim dubium eſt, quod Moſes & Aaron ſoli *præcipiente Domino in tabernaculo* erigebant *altare*, ſoli vngebant, ſoli Sacerdotes ſacra vnctione inſtituebant, & alia quæ ad ſummum Sacerdotium pertinebant; de quibus ſufficienter in diuinis literis agebant: *Quoniam ſummi Domini ſacerdotes* erant, ſicut de eis ſcriptum eſt, *Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius.* Sic & modo, quia vmbra legis tranſiit, & lux Euangelij in nos Dei gratia manifeſtè coruſcat, de his quæ in ſummis Sacerdotibus (id eſt Epiſcopis) ſunt, *quorum* figuram *Moſes & Aaron tenuerunt*; illi *qui* 70. diſcipulorum formam *geſtant*, in quorum videlicet typo filij Aaron erant, nihil præſumere debent, ſicut nec illi quicquam de ſummi Sacerdotij miniſterio attingebant.

Nam quod Chorepiſcopi (antequam præfato prohiberentur tenore) ad formam 70. inſtituti erant, canon ſufficienter manifeſtat vbi ait. [k] *Chorepiſcopi quoque ad exemplum & formam* 70. *videntur eſſe*, & reliqua.

Nec illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in canonibus expreſſum eſt: *Qui* [l] *in vicis & poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati* fuerint, &c.

Nec abre dictum perpendo, [m] *Quanquam manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint*; cum *Epiſcoporum* nomen in ſe contineat numerum, & apud Grammaticos pluralis ſit genitiuus; videtur enim mihi quod tunc non ab vno ſed à pluribus ordinabantur: quia nullatenus diceretur *Epiſcoporum*, ſi ab vno fieret talium ordinatio, cum *Epiſcoporum* pluraliter dictum ſit.

Cum autem dixit Chorepiſcopum, profecto villanum voluit intelligi Epiſcopum. Et ſi villanus, quid a-

i Hæc deſumpta ex can. 7. Concil. 2. Hiſpal. In diuinis enim literis, præcipiente Domino, ſolus Moſes in tabernaculo Dei erexit altare, ſolus ipſe vnxit; vtique quia ſummus Sacerdos Dei erat; ſicut ſcriptum eſt, Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Ideoque id quod tantum facere principibus Sacerdotū iuſſum eſt, quorum typum Moyſes & Aaron tenuerūt, presbyteri qui filiorum Aaron geſtāt figuram, arripere non præſumant, &c.

k Concil. Neocæſ. can. 13. ex verſ. Dionyſ. exigui.

l Concil. Antioch. can. 10. ex verſione Dionyſij exigui.

m Fruere iudicio tuo. diſce vero argumentum tuum neruis carere, Canone quem citas totidem verbis affirmante χωρεπισκόπων γένος ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ἢ ἐπισκόπου, ὑποκείσθω.

git in ciuitate, cum [a] in vna ciuitate duo omninò prohibeantur eſſe Epiſcopi? Et ſi in villa, & in eo loco vbi antea Epiſcopi non fuerunt, cum & in modica ciuitate, vel [o] *in villa, aut caſtello* Epiſcopus fieri prohibeatur, & [p] omnibus omnino locis vbi antea Epiſcopi non fuerunt, *ne vileſcat auctoritas & nomen Epiſcopi*, fuerint conſtituti; quid rogo erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco; quoniam ſi Epiſcoporum manus impoſitionem perceperunt, & vt Epiſcopi ſunt conſecrati, vbi ſunt conſecrati?

Ad villam: quia [q] *χώρη* villa eſt apud Græcos. Et qualiter ad villam, ſi nec [r] in caſtello aut in modica ciuitate licet fieri? rogo vt promatis; & ſi promere non poteſtis, quia (ſcio) per rationem aut plenam auctoritatem minime poteſtis; digitum ori imponite, & eos omni auctoritate carere non dubitate, ſcilicet quia tria obſtant quibus eorum caſſatur actio vel inſtitutio.

Unum, quod ab vno Epiſcopo ordinari ſolent, in quo eorum ordinatio [ſ] à Canonibus diſcordat, qui *per manus Epiſcoporum* eos inſtitui iubent.

Aliud, ſi à pluribus Epiſcopis ſunt ordinati, & aut in villa, aut in caſtello, ſeu in modica ciuitate, aut omnino non in eo loco præfixi quo iuſte Epiſcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, [t] *vbi vileſcat auctoritas & nomen Epiſcopi*; aut ſi in ciuitate cum altero Epiſcopo; cum (vt prædictum eſt) [u] in vna ciuitate duo non debeant conſiſtere Epiſcopi.

Tertium, ſi *abſolute* [x] fuerint inſtituti, ſicut de quibuſdam audiuimus; quæ omnia Epiſcopali omnino carent auctoritate.

Et illud adhuc reſtat, [y] quod eorum ordo non habet in diuinis literis auctoritatem; quia (vt præfixum eſt) ordines ſunt duo tantum primi in Eccleſia, [z] id eſt A-

a hoc prohibent ſtatuta humana, non ſcriptura diuina: plures certe fuerunt Eccleſiæ Epheſinæ & Philippenſis epiſcopi. Act. 20. Philip. 1.

o Conc. Laodic. can. 57.

p Concil. 2. Carthag. c. 5. & ex eo Concil. Tolet. 12. cap. 4. Conc. Carth. 3. c. 42.

q χώρα non χώρη, agrum, locum, regionem, non villam ſignificat.

r hoc vetuit non ſcriptura ſed (præter ſcripturã) Eccleſia.

ſ Vide Conc. Nicæn. can. 4. Conc. Antioch. can. 10. & 19. Concil. Laodic. can. 12. Concil. Carthag. 2. can. 12.

t Concil. Sardic. can 6.

u Concil. Nicæn. can. 8. Cabilon. ca. 4.

x Concil. Chalced. can. 6.

y cum presbyterij inſtitutio diuina ſit non humana; & ſcriptura idem munus epiſcopi & presbyteri eſſe doceat; reſtat Chorepiſcoporum (quos presbyteros fateris) *ordinem in diuinis literis auctoritatem habere.*

z iam diximus Apoſtolorum & 70. diſcipulorum munera extraordinaria fuiſſe.

poſtolo-

poſtolorum, & 70. diſcipulorum. Sane ſi nec Epiſcopi ſunt, quia pro præfatis cauſis Epiſcopi eſſe non poſſunt; nec presbyteros ſe nominari volunt, quia amplius eſſe ambiunt, atque plus quam 70. diſcipuli feciſſent (ad quorum formam, vt paulo ſuperius prælibauimus, hi antequam prohiberentur à quibuſdam ſtultis, & [a] *ſua quærentibus, & non quæ Chriſti Ieſu*, inſtituebantur) præſumere tentant, & illicita atque prohibita agere præſumunt, nec hoc dici volunt quod ſunt; rogo vt manifeſtè prodatis quid ſint: Quoniam aut aliquid ſunt aut nihil: Nam manifeſtè patet quoniam Epiſcopi non ſunt. Et [b] *ſi Epiſcopi non ſunt, & presbyteri eſſe deſpiciunt, quid erunt?* Aut aliquid prorſus erunt, aut nihil; quia nihil poteſt eſſe niſi habeat vnde ſit. Et ſi non habet vnde ſit, aut vnde originem ducat, nec auctoritatem habet, nec ſtare rite poterit; quia inane eſt, & vt deſtruatur & cadat neceſſe eſt; quoniam nihil eſt, & in nihilum reputabitur.

a Phil.2.

b hæc verba repetit Pſeudo-Ioan.3.

Si vero [c] nihil ex his ſunt quæ ſuperius memorauimus, tunc neceſſe eſt vt nihil ſint ex his quæ ſacerdotibus debentur. Et ideo nec in ſacerdotali catalogo habeantur, niſi tantum (vt primo commemorauimus) vt pro miſericordia illis qui humiliter hoc ferri voluerint, nec amplius ambierint, & per ſcriptum propria manu ſubter corroboratum idipſum confirmauerint, hoc ſolummodo concedatur, vt inter ſacerdotes locum habeant, & miniſterio presbyterorũ contenti ſint, atque menſæ Domini tantummodo participes exiſtant: Amplius autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant vt ſacerdotes ſint; ſed omni Eccleſiaſtico funditus priuentur honore.

c Si vero ſunt neceſſe eſt te oleum & operam perdidiſſe.

Quod verò eis non liceat ſacerdotes conſectare, nec diaconos, aut ſubdiacones, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere aut ſacrare, nec Eccleſias dedicare, [d] *nec Chriſma conficere, nec Chriſmate baptizatorum* [e] frontes *ſignare*, [f] *nec publicè quidem in miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas* [g] *epiſtolas mittere, nec populum bene ic r*, [h] *nec* ante Epiſcopum in baptiſterio aut in ſacrario *introire, nec præſente* Epiſcopo *infantem tin-*

d verba Concil.2. Hiſpal. cap.7

e frontem.

f ſed nec.

g cuilibet epiſt.

h Sed neque coram Epiſcopo licere presbyteris in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite.

gere, aut ſignare; nec [i] pœnitentem *ſine* [k] præceptione *Epiſcopi ſui reconciliare, nec eo præſente* [l] niſi illo iubente *Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere, nec (eo contra poſito) populum docere aut ſalutare, nec plebem exhortari:* [m] quæ omnia ſolis pontificibus deberi tam ex ſuperioribus quam ex aliis patrum conſtitutis, aut ſacris canonibus edocti eſtis. Et ſi neceſſe eſt quibuſdam minus ſcientibus, doceri pleniter & inſtrui poſſunt, [n] *vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium, & ſummorum Pontificum demonſtretur.*

Similiter & de presbyteris hæc habeantur, vt [o] *ſine* iuſſu proprij *Epiſcopi nihil* agant; quia quod rarum eſt, hoc & pulchrius eſſe videtur.

Et ſi nomen vileſcit pontificum, omnis ſtatus perturbatur Eccleſiæ. [p] Triplex itaque in hac parte reatus eſt, quod & prohibita agunt, & quod ſacrum miniſterium talis conſortij vilitate polluitur, & Epiſcoporum, (quantum ad illicitæ vſurpationis temeritatem pertinet) iura ſoluuntur.

Quod [q] *autem ſolis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus proprij ſit officij tradere ſpiritum Sanctum,* [r] *liber Actuum Apoſtolorum docet; præſertim cum nullus ex 70. diſcipulis, quorum iſti in Eccleſia ſpeciem gerunt, legatur donum Sancti ſpiritus per manus impoſitionem* (vt prædictum eſt) *tradidiſſe* [s]. Hæc ergo, quia omni carent ratione, nullus deinceps vſurpet aut conſentiat ſacerdotum, [t] qui noluerit *à noſtro* ſacerdotali *collegio ſeparari.*

Nec [t] *quod à nobis extinguitur*, & à prædeceſſoribus noſtris ac reliquis (vt dictum eſt) totius orbis Epiſcopis iam extinctum eſt, *apud* aliquos *tenebroſis ſeminetur radicibus.* Sed [u] *quæ* mala *pullulaſſe noſcuntur radicitus euellantur,* ne [x] *meſſem Dominicam* vlla *corrumpant zizania. Ita enim fructum vberem* [y] Domini ſacerdotes *præſtabunt, ſi ea quæ natam ſegetem enecare conſueuerunt* [z] radicitus *amputentur.* Ceſſet ergo, ceſſet tot vicibus prohibita & dãnata præſumptio: [a] nec imitentur ſummi ſacerdotes mulieres meretrices, quæ infantes ſuos, præfata voluptate, aliis ad nutriendum tribuunt; ſed ipſi nutriant, ipſi Domino ſuo fructum cum vſura reddant, fructuoſoſque

i pœnitentes.
k præcepto.
l hoc adiectũ ex Gelaſ. epiſt. 9 cap. 7.
m hæc verba repetit pſeudo-Leo epiſt. 88.
n Concil. Hiſpal. 2. cap. 7.
o Conc. Laodic. can. 57. Concil. Tolet. 1. cap. 20.
p Hæc omnia peccata ſunt in leges humanas.
q hæc verba repetit Pſeudo-Ioannes 3. ordine inuerſo. ea autẽ mutuatus videtur ἀυτολεξεὶ ex Innocent. epiſt. 1. cap. 3.
r liber actuũ hoc non docet: factum narrat, legem non ponit.
ſ phraſis Siricij epiſt. 1. cap. 1.
t verba Leonis I. epiſt. 2. *Ne quod à nobis in vrbe extinguitur tenebroſis apud vos, &c.*
u verba eiuſd. epiſt. 2. ca. 2. quæ male.
x & meſſem D. zizania nulla corr. &c.
y quæ ſunt ſincera præſt.
z diligen ius
a hæc omnia iam dixiſti.

ſoſque manipulos ei cum gloria rep ræſentent. Nam ſi Dominus [b] leproſos (inter cæteras ouium ſuarum curas) tetigit & mundauit, cur nos eadem agere dedignamur? Aut cur nos ipſi, qui paſtorale officium ſuſcepimus, aliis alendas tradimus? maxime cum Dominus Petro præceptori noſtro dixerit, [c] Si diligis me, *paſce oues meas:* & multa alia & his ſimilia.

Nam [d] benedictio quam prædicti Chorepiſcopi ante ſuam prohibitionem per manus impoſitionem dabant, [e] magis nobis videtur vulnus inferre quam ſalutem: Et illi qui [f] *pontificatus Apicem non habebant*, quomodo ea quæ non habebant dare poterant? [g] *Quoniam nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere.* Aut quis hominum (licet more humano loquamur) dare poteſt quod non habet? Præſertim cum [h] pontifices non erant, ea quæ ſolis pontificibus debentur dare non poterant; & propterea magis vulnerabant capita quæ per manus impoſitionem tangebant, quam ea quæ eis collata non erant per aliquam benedictionem darēt. Et ideò quicquid ex ſupradictis miniſteriis pontificalibus præſumebant, irritum erat; [i] & nihil tactis proficiebat, ſed magis, iuxta Prophetam, [k] *maledictionem pro benedictione* (ſi ratum eſt dicere) conferebant.

Quapropter [l] *per* illicitam *manus impoſitionem* (vt paulo ſuperius prælibauimus) *vulneratum caput* illi qui videbantur aliquid accepiſſe habebant: & *vbi vulnus infixum eſt*, neceſſe eſt *medicinam adhibere*, qua infixa ſanetur macula; id eſt reïterari neceſſum eſt quod legitimè actum aut collectum minime approbatur, ſi perfectum eſſe debebit. Nam [m] *quomodo honorem* poſſit retinere qui ab illo acceperit qui poteſtatem dare legitimè non habuit, *inuenire non poſſum*; cum ille qui honorem pontificalem non habuit pontificalia non poteſt iura tribuere; nec hoc ſibi poterant vindicare, cuius capaces per hoc quod illis obſtiterat non fuerunt.

Huius ergo *diſcuſſionis curam nobis ſpecialiter vindicantes*, ita miſericordiam irrogamus, *vt ſi qua forſitan de his commiſſa ſunt, corrigantur, ne* talia *liceat vltrà committi, & ne qua excuſatio de ignoratione naſcatur*; quia, [o] *vt nobis gratula-*

b Match 8.

c I an 21.

d ſimilia leguntur capitul. li. 7. c. 187

e tibi videtur.

f phraſ Innoc. epiſt. 1. & I. d. orig. lib. . c. 12. p n . c 12. us apex humani iuris eſt non diuin.

g verba Innocen. ij epiſt. 22. cap. 3.

h Pontifex nemo de iure diuino, præter Chriſtũ.

i per ſtatuta hominum.

k Pſal. 108.

l verba Innocentij epiſt. 22. ca . *cum nos dicamus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput vbi vulnus infixũ eſt medicina eſt adhibenda*

m idem ibid. *qui particeps effectus eſt dãnato, quomodo honorẽ debeat accipere inuenire non poſsũ.*

n verba Leonis epiſt 1. c. 2

o initiũ epiſt.

tionem facit Eccleſiarum ſtatus, ſalubri diſpoſitione [p] attributus vel adornatus, *ita non leui nos mœrore contriſtat, quoties aliqua contra* [q] inſtituta *canonum* vel *Eccleſiaſticam* [r] *diſciplinam præſumpta aut commiſſa cognoſcimus. Quæ ſi non qua debemus vigilantia reſecemus; illi, qui nos ſpeculatores eſſe voluit,* nos *excuſare non poſſumus*, ſi eius Eccleſiam quæ nobis generaliter commiſſa eſt in quantum præualemus puram à tam illicitis ſuperſtitionibus non cuſtodiamus.

Quia [ſ] *non aliter vnus grex & vnus paſtor ſumus, niſi, quemadmodum Apoſtolus docet*, idipſum dicamus omnes; [t] ſimus autem perfecti in eodem [u] ſenſu, & in eadem *ſapientia*. [u] Nec aliter veri diſcipuli Domini erimus, [x] niſi *radicem amaritudinis ſurſum germinãtem* (ſicut hoc, vt aſſeritis, modo fuit) *ne nocere valeat*, aut Epiſcopale miniſterium vileſcere faciat, *per eorum negligentiam, id eſt* [y] *omnium ſacerdotum, qui euellere mala, & meliora plantare ſunt ab eo præpoſiti*; vnuſquiſq; pro viribus extirpare feſtinet, & ipſe qui pro ſuis ouibus eſt æterno iudici rationem redditurus, eas fouere & educere *decertet*.

Si [z] Domini deſideramus eſſe diſcipuli, ipſius imitemur veſtigia, vt de nobis dicatur, [a] *Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco* oues *meas*, [b] & voco eas nominatim, *& cognoſcunt me meæ*, & reliqua.

Et iterum, [c] *monente Dominicæ vocis imperio, quo beatiſſ. Apoſtolus Petrus trina repetitione myſticæ ſanctionis imbuitur, vt Chriſti oues, qui Chriſtum* [d] amant diligenter & cum magna cura paſcant. Quoniam *ipſius* ſanctæ *ſedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præſumus*, amore & *reuerentia coarctamur vt* [e] tantæ ſuperſtitionis, quæ nullius (vt ſæpe dictum eſt) fulcitur auctoritate, *periculum quantum poſſumus declinemus; ne* [f] beati magiſtri noſtri Petri & *ſummi Apoſtoli* dilectio, *qua ſe amatorem* Dei *eſſe teſtatus eſt, vana inueniatur in nobis*; [g] quoniam omnis *negligenter paſcens toties* ſibi *commendatum Dominicum gregem, conuincitur ſummum non amare paſtorem*, nec eius ſe velle diſcipulum fieri, cuius exemplum negligit imitari.

Nam [h] *gratia prorſus maior acquiritur, ſi de commiſſis ouibus lucrum offerat Domino ſolicitudo paſtoris.*

Nam & [i] *B. Iacob, qui pro vxoribus diu ſeruierat, dixiſſe* *me ri-*

p compoſitus
q ſtatuta.
r Eccleſiaſticamque.
ſ verba Leonis epiſt. 4. cap. 2.
t 1. Cor. 1.
u ſententia.
x verba Martini I. in Côc. Lateran. conſult. 1 p 418. *ne quãdo quidem radix amaritudinis ſurſum germinans nocere valeat fidem, per negl.*
y id eſt noſtram omnium.
z ſeqq ad finem repe it Pſeudo-Ioannes III. in epiſt.
a Io n. 10.
b additamentum impoſtoris.
c verba Leonis epiſt. 4.
d diligit. paſcat. ipſius ſedis.
e vt periculũ declinemus tam.
f ne pr feſſio ſummi Apoſtoli qua ſe amat. Domini.
g q ia negl.
h verba Gregorii ep. 43 lib 8.
i eiuſ Eve ba epiſt. 43. li. 7.

meminimus, viginti annis fui tecum; oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt; arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi. Ego damnum omne reddebam; *&* quicquid furto perierat, a me exigebas; die noctéque æſtu vrebar & gelu; fugiebat ſomnus ab oculis meis. *Si ergo ſic laborat & vigilat qui* [k] paſcit *oues Laban, quanto labori, quantiſque vigiliis debet intendere qui paſcit oues Dei?*

Sed in his omnibus ipſe nos inſtruat, qui pro ſuis dedit ouibus animam; & adiuuet nos, [l] *vt de his qui* nobis [m] *commiſſi ſunt fructum* [n] multiplicem *ac menſuram ſuperefluentem ad æterna gaudia reportare concedat.*

Tantuſque [o] *vos B. Petri Apoſtolorum principis amor* [p] incendat, *vt in ouili ipſius, cui* [q] *omnes creaturæ ſunt traditæ*, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præſumentes, ſanctis veſtris ſtudiis ſummo redintegrare cum deſiderio feſtinetis, qualiter animæ pretioſo Chriſti ſanguine redemptæ eorum non pereant deceptione.

Reſtat etiam, quod per oſtium hi nequaquam ſubintrarunt, quia non habebant oſtium per quod ingrederentur; quia (vt dictum eſt) ſi nec Epiſcopi ſunt, & pluſquam preſbyteri eſſe ambiunt, per quod oſtium intrabunt, cum hi tantum duo ordines [r] in Eccleſia legantur; nec amplius ad Paſtorale officium aliquod patet oſtium per quod paſtor intret?

Audite, fratres, non me ſed ipſam dicentem veritatem; [f] *Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliundè, hic fur eſt & latro*, & reliqua. Cum etiam [t] *egregius prædicator* [u] dicat, *fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt:* cum prædicta [x] duo fundamenta in Eccleſia tantum inueniantur poſita, quicquid amplius poſitum in his inuenitur, ſtare nullatenus poterit. Et ideò cum omnibus ſuis fundamentis & actionibus atque radicibus vt euellatur neceſſe eſt, ita vt amplius pullulare nec germinare valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis, fratres, toties repetita locutio faſtidium; quia ſumma [y] *neceſſitas* eſt *ſæpius prohiberi* quod toties, vt à vobis cognouimus, illicitè vſurpatur; & quoniam *Veritas* [z] *ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in* lucem;

k pauit.

l eiuſd. epiſt. 48. lib. 7.

m qui tibi.

n m ltipliciter.

o eiuſd. epiſt. 97. li .7.

p accenderit, o . le.

q cui à Domino.

r quo numero tibi ſunt DI. con?

f Ioan. 10.

t verba Greg. epiſt 48 li 7.

u dicit.

x indigniſſime abutetis verbis Paulinis ad tuas nenias commendandas, loquitur enim P ulus de vn co f ndam E o Chriſto, tu de duobus extra Chriſtũ Paulo gnotis.

y ſic Concil. Rom 6. ſub Symm a ho *quod ſæpe præſumitur, ſæpius vt inhibeatur neceſſe eſt.*

z verba Innocentij epiſt. 7 in luce.

& quod toties repetendo admonetur, minus vſurpatur. Super his enim multa iam ab anteceſſoribus noſtris dicta ſunt, à quibus ipſi (ſicut nunc à nobis) ita olim ab eis damnati & prohibiti ſunt. Ideo ſæpius repetentes omnes monemus, vt vitent huiuſmodi & à talibus *ſe abſtineant* qui noluerint vna cum eis à Sacerdotali miniſterio vt rebelles fieri alieni. Quod ita dilectionem probare poterimus, ſi tales extirpare, & non eis fauere *decertaueritis*, & ita in poſtmodum de tali re querela ceſſabit.

Quia [a] *contumelia ſtudio fit quicquid interdictum toties vſurpatur.*

Omnia [b] hæc *Decretalia*, & cunctorum [c] *prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & canonum* [c] promulgata *ſunt diſciplinis*, *ita* [d] à vobis & omnibus Epiſcopis, ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodiri *debere mandamus, vt ſi quis* [e] *in illa* commiſerit, *veniam ſibi deinceps nouerit denegari.*

Quoniam [f] *occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret, & merito nos*, qui ſumma Eccleſiæ tenere debemus gubernacula, *cauſa reſpicit ſi ſilentio faueamus errori.*

Datum Kal. Iunij Libio & [g] Theodoſio viris Clariſſ. Coſſ.

a verba Zoſimi epiſt. 1. c. 2.
b verba Leonis epiſt. 1. c. 5. *omnia decret. conſt. tā beatæ recordationis Innocentij, quam omniū præd.*
c ordin ita.
d ita veſtram dilectionem cuſtodire debere &c.
e ſi quis illa cō- mpſerit.
f verba Cœleſtini epiſt. 1. cap. 1.
g ter Conſul fuit Theodoſius A. D. 380. cum Gratiano Aug. A. 388. cum Cynegio, defuncto ante triēnium Damaſo, A. D. 393. cum Habundantio; obiit A. 39[illegible].

Iudicia Pontificiorum.

CRABB *in Not. ad hanc epiſt.* Iſtorum Conſulum annus non memoratur à Caſſiodoro, aut Gregorio Haloandro, aut Mariano Scoto ſub tempore Damaſi Papæ.

Duaren de ſacr. Eccl. Miniſt. lib. 1. c. 9. Chorepiſcopi dicebantur auctore Damaſo in *verbo*[illegible] quadam epiſtola, quaſi [illegible], id eſt ruſtici Epiſcopi, &c.

Nicol. 1. in epiſt. ad Rodolphum Bituric. c. 1. A Chorepiſcopis aſſeris multas eſſe in regionibus veſtris ordinationes preſbyterorum & diaconorum effectas quos quidam Epiſcoporum deponunt, quidam vero denuo conſecrant. nos vero dicimus, nec innocentes oportere percelli, nec [illegible] as debere fieri reordinationes, vel iteratas conſecrationes ad [illegible] rmam enim 70. Chorepiſcopi facti ſunt quos quis dubitet Epiſcoporum habuiſſe officia? ſed quia ſac[illegible] ca[illegible] ne omnes ſibi omnia vindicent, ac per hoc dignitas Epiſcoporum ad Chorepiſcopos ſuos videatur transferri, fitque [illegible] honor Epiſco[illegible] d[illegible] in hoc præter regulas [illegible] der

CENSVRA.

Verboſam fateor epiſtolam, at Damaſi fœtum nego; ſtylus certè nihil habet commune cum terſa Damaſi phraſi, cuius aliquot monumenta ſuperſunt inter epiſtolas Hieronymi. Quicumque epiſtolam ei ſuppoſuit, & fictam neſcio quam Choreπiſcopalis muneris prohibitionem ſomniauit. Poſterior fuit Dionyſio exiguo, cuius interpretationem in Orientalibus canonibus citandis ſequitur. Idem Conciliorum Neocæſarienſis Nicæni, Antiocheni, Sardicenſis, Laodiceni, Carthag. 2. & 3. Chalcedonenſis, Rom. 6. ſub Symmacho, & Hiſpalenſis 2. vt & Siricij, Innocentij, Zoſimi, Celeſtini, Leonis, Gregorij, & Martini I. Pontificum ſiue ſtatuta, ſiue verba ſuis paralogiſmis conſpurcat. Itaque non eſt quod vereamur iſtiuſmodi commenta Mercatoris ſubdoli mercibus accenſere.

Damasi Papæ epiſt. 6. ad Epiſcopos Illyrici ad initium, *Credimus ſanctam fidem veſtram*, &c. genuina eſt, & à Theodoreto & Sozomeno deſcripta. Suſpectam tamen reddit Conſulatus Siricij & Ardaburis à ſciolo aliquo additus; quem vna litura induecimus, ne quis impoſturæ ſcrupulus maneat. Vide Theodoret. hiſt. lib. 2. c. 22. Sozom. hiſt. lib. 6. cap. 22.

Epiſtola ad Orientales, quæ ſic incipit, *Quod veſtra charitas debitam ſedi Apoſtolicæ reuerentiam tribuit*, &c. & Profeſſio fidei ad Paulinum miſſa hoc initio, *Quia poſt Concilium Nicænum*, &c. indubitata ſunt Damaſi ſcripta, à Theodoreto in hiſtoriam ſuam tranſlata lib. 5. cap. 10. & 11.

Eiuſdem genuinus videtur fœtus epiſt. ad Paulinum ſcripta hoc exordio, *Per filium meum Vitalem*, &c. huius enim mentio in προσφωνητικῷ Concilij Chalcedonenſis ad Impp.

DAMASI PAPÆ

Epiſtola VII.

Vniuerſis Epiſcopis per Italiæ prouincias conſtitutis, Damaſus Epiſcopus in Domino S.

OPTAVERAM [a] *dilectiſſimi, pro* [b] noſtri *charitate collegij, omnes Domini Sacerdotes* (ſicut in primitiua fuit Eccleſia) vnum eſſe cor & animam vnam, atque [c] *in vna deuotione perſiſtere; nec quenquam* ſacerdotum *gratia aut formidine* [d] *ſecularium*

a verba Leonis epiſt. 47. optaueram quidem.
b veſtri.
c D. Sacerdotes in vna Cathol. fidei deuotione.
d poteſtatum ſecul.

deprauari,[e] *aut à via veritatis* quoquomodo abſcedere. *Sed quia multa*[f] quæ corrigi poſſunt *proueniunt, & ſuperat culpas delinquentium miſericordia Dei; atque ideo ſuſpenditur vltio, vt poſſit locum habere correctio.*

Relatum[g] eſt enim ad ſedem Apoſtolicam vos accuſationes fratrum per ſcripta ſuſcipere[h] *abſque legitimo accuſatore.* Quod deinceps in omni orbe terrarum fieri Apoſtolica auctoritate prohibemus; & quod nuper factum eſt abſque vlla retardatione corrigi *rogamus.*

Nec[i] vnquam prius *per ſcripta eorum qui* accuſantur *cauſam diſcutere* liceat, quam *per querulantium inſtitutiones* vocati canonicè ad Synodum veniant, & præſens per præſentem intelligat quæ ei obiiciuntur.

Quod[k] bene & *per ſapientiam* Salomonis dicitur, *Antequam ſcruteris ne reprehendas; intellige prius, & tunc increpa; antequam audieris* ne *reſpondeas,*[l] & *licet apertiſſima* ſit *contrariorum reprehenſio. Verum tamen oportet*[m] *his* qui dati ſunt *ad eorum examinationem ordinem*[n] ſeruari *ab his qui ſecundum Deum*[o] *perſcrutari deputati ſunt, quatenus ita cum*[p] operatione cooperante *inueniamus & confeſſorem Deum qui dicit,* vbi duo ſunt vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

Nam[q] *& Dominus* noſter Jeſus Chriſtus *Iudam* furem eſſe *ſciebat; ſed* quoniam *non eſt* præſentialiter *accuſatus,* ideo non eſt eiectus.

Nec[r] vos vllo modo agere oportet quod ille noluit facere; leges enim ſeculi accuſatores præſentes exigunt, & *non per ſcripta* abſentes. Unde canonica patrum conſtituta non ſemel ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes, nec teſtimonia vllum per ſcripta poſſe proferre.

Nec[ſ] de aliis negotiis quicunque teſtimonium dicant, niſi de his quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur.

Similiter[t] *& qui* alium accuſare elegerit, *præſens per*

e vt à via veritatis abſcedere.
f multa quæ pœnitudinē poſſint generare prou.
g Hæc non cohærent præced. Vide pſeudo-Eleuth. epiſt. ad Gallos.
h ad titulum cap. 11. Concilij Toletani 6. reſpexiſſe videtur impoſtor.
i verba Martini I. in Côcil. Lateran. Conſult. 2. p. 421. à plagiario corrupta.
k eiuſd. verba ibid. *quod per Sapientiam bene placuit Salomoni adimplens quod dicit, Ante.*
l nempe licet.
m oportet & his quæ clara ſunt.
n conſeruari.
o ſcrutari.
p cum oratione cooperantem.
q verba commentarij ſub Ambroſij titulo in 1. Cor. 5. eadem repetit pſeudo-Eleuth. in epiſt. ad Gallos.

r Anian. in Conſtit. 15. tit. 1. lib. 9. Cod. Theod. ſ. ſ iiſdem verbis vtuntur pſeudo-Felix ... eſt. 1 Pſeudo S... h. epiſt. 2. t Verba Aniani in Conſtit. 15. tit. 1. lib. 9. Cod. Theodoſ. *qui crimen intendit, &c.*

ſe &

ſe & non per alium *accuſet, inſcriptione* videlicet permiſſa.

Nec [u] *vllus* vnquam *iudicetur* antequam *legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.*

Curandum [x] namque *eſt, ne ira* [y] quenquam ſubripiat, faciatque *citius omne quod* non *licet*.

Omnipotens [z] *Deus* hæc vos & cuncta diuina mandata & Apoſtolica præcepta cuſtodientes, *in cunctis actibus veſtris cæleſtis brachij extenſione protegat: atque* [a] *ad cæleſtis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat.* Amen. Data 3. Idus April. Siricio & [b] Ardabure viris Clariſſ. Coſſ.

u verba Adrian. I. cap. 20. Collect. Ingelramo datæ. eadem habet pſeudo Steph. epiſt. 2. &c.

x verba Gregor. epiſt. 128. l. b. 7.

y Ira ſurrepat ne fiat.

z eiuſd. ibid.

a eiuſd. lib. 7. epiſt. 127. ad finem.

b Ardabures Conſulatum geſſit cum Hierio, non cum Siricio, idque A. D. 427. 43. à dormitione Damaſi.

Crabb. in not. ad hanc epiſt.

Siricium & Ardaburem ſimul, nec Caſſiodorus, nec Gregorius Holoander, nec Marianus Scotus ponunt.

CENSVRA.

IMPOSTOR ſomnia ſua Leonis, Gregorij, Martini I. Adriani I. Auctoris commentariorum in Paulum Ambroſij hactenus nomine prænotatorum, Aniani denique verbis pinxit; eadem emendicatis coloribus fucata mendaci Conſulatus nota obſignauit. Nos fraude deprehenſa, ſingulas ſuis auctoribus ſententias reſtituimus.

Hincmar. Rhemenſis aduerſus Hincmar. Laudun. cap. 43.

NON ſatis eoſdem canones perſcrutatus es, in quibus (ſicut ſcripſiſti) habetur, vt *qui accuſare alium elegerit præſens per ſe & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa.* Quod quia ad munimen tui conuertere ſtuduiſti, legere debueras, quia ipſa ſententia de antiquis legibus Romanis fuit aſſumpta, &c.

AVRELII AD DAMASVM

Epiſtola.

Reuerendiſſimo Papæ Damaſo, Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus.

GLORIAM Apoſtolicæ ſedis, & veſtræ *ſublimatis* gratiam noſtra humilitas exorat, vt ſtatuta quæ reperire *poteris* poſt finem B. principis Apoſtolorum Petri vſque ad veſtræ Sanctitatis *principium*, iuxta Apoſtolicæ ſedis *auctoritatem*, quam cognouimus per veſtræ ſapientiæ Sanctitatem gubernari, nobis ſcripta mittere dignemini. Quatenus per veſtræ Sanctitatis *nobilitatem* atque prudentiam noſſe valeamus, quæ in præfata S. ſede ſupradictis temporibus ſunt Decreta, & qui aduerſus canonum Apoſtolorum inſtituta geſſerunt cognoſcantur. Bene valete Sanctiſſime Papa; & orate pro nobis, amantiſſime pater. Data 8. Kal. Martij & lecta Romæ *Nonas* Maij.

Poſſeuin. in Apparat.

Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi epiſtola ad Damaſum Papam, quam Iſidorus Mercator in collectionis ſuæ exordio ponit, eſt commentitia. Vide Baron. Card. Tom. 4. ſub An. 374.

DAMASI. PAPÆ

reſcriptum, &c.

Beatiſſimo fratri, & Coëpiſcopo Aurelio Damaſus.

a cui venerationem debeat venerandus Eccleſiæ (ſi Deo placet) *Chriſto ſecluſo* ſponſus, qui *nec Deus eſt nec homo, ſed neuter, & inter vtrumque?*

b obſerua miſſionum numerum.

SCRIPTA ſanctitatis tuæ [a] *debita veneratione* ſuſcepimus. In quibus *ſitire* venerationem tuam ac prudentiam Apoſtolica inſtituta (vt dignum erat) cognouimus. Qua de re quædam ex his quæ petiſti [b] *miſimus*, & quædam adhuc (cum

(cum iterum *miſeris*) *mittere* cupimus. Nullum tamen [c] à B. Petri principis Apoſtolorum *fine*, prædeceſſorum noſtrorum prætermiſimus, de quorum ſtatutis aliquid tibi per Ammonium presbyterum & Felicem Diaconum ſub certis ſignaculis non *mitteremus*. Quæ te & cuſtodire optamus, & aliis prædicanda ac publicanda mandamus, vt ab omnibus inuiolate debita veneratione cuſtodiantur, & *inuiolate* ſeruentur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter [d] *venerentur*: Quia *violatores voluntarie* canonum grauiter a ſanctis Patribus iudicantur, & à ſpiritu Sancto (cuius inſtinctu & dono dictati ſunt) damnantur; quoniam blaſphemare Spiritum Sanctum nõ incongrue videntur, qui contra eoſdem ſanctos canones non neceſſitate compulſi, ſed [e] *libenter* (vt *præfixum* eſt) aliquid proterue agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium [f] Spiritum Sanctum, [g] *quoniam* (vt iam prælibatum eſt) contra eum agit cuius *impulſu* [h] & gratia iidem ſancti editi ſunt canones; *Diabolica* vero *nequitia* pleroſque [i] *ſubtiliter* fallere ſolet; *& ita quorumdam imprudentiam per ſimilitudinem pietatis* ſæpiſſime *illudit, vt pro* [k] ſalutaribus *nocitura perſuadeat*: idcirco norma Sanctorum canonum, qui [l] ſunt *Spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia conſecrati*, fideliter eſt à nobis ſcienda, & diligenter tractanda; [m] ne *quorumdam* patrum ſtatuta abſque ineuitabili neceſſitate (quod abſit) tranſgrediamur; ſed fideliſſime per ea gradientes cum eis qui eos inſtinctu condiderunt diuino mercedis gloriam & laboris cumulum meritis eorum, auxiliante Domino, habere mereamur. His itaque ritè deliberatis, & ad Eccleſiarum notitiam noſtra deliberatione perlatis, parere vos eorumdem ſanctorum canonum regulis ſummopere conuenit, ne in aliquo eis obuiare quorumdam ignauia faciat, ſed veſtra ſapiens & ſana doctrina, quę cupit vos per omnia placere Deo, [n] *illis* cohæredes & comparticipes cœleſtis regni in ſedibus fideles cooperatores oſtendat.

Data 16. Kal. Iunij [o] Gratiano & Siricio 4. Coſſ.

ZZz

c hinc conſtat Mercatorẽ Linũ Cletumque ex vrbico.um pontificum albo expunxiſſe.

d eadem phraſi vtuntur pſeudo-Clement. epiſt. 1. pſeudo-Anaclet. epiſt 1. pſeudo-Stephan. epiſt. 1. &c.

e Gratian. 25. q. 1. Violatores legis præmiſſum, aut proterue.

f in Sp. S. Eadem ratione quicquid delinquent vſquam omnes pij, impij, &c. peccatũ fuerit in Sp. S. à quo cogitationum puritas, affectuum ſanitas, morum integritas inſpiratur.

g quia.

h nutu. verba Leonis, epiſt. 25.

i ſubtiliter fallit incautos.

k ſalubribus.

l verba Leonis epiſt. 84. cap. 2.

m alias ne quouis modo ſanctorum.

n canonib. ſcil. egregie.

o Gratianus primum Cõ.

ſulatum geſſit cum Flauio Dagalaipho A.D.366. Secundum cũ Sexto Anicio Probo A.371. Tertiũ cum Fl. Equitio A. 374. Quartum cũ Fl. Merobaude A.377. Poſtremum cũ Theodoſio Aug. A. 380. occiſus A.383. Auguſti 25. Lugduni Fl. Merobaude 2.& Fl. Saturnino Coſſ. * lib.22. c.8.

Baron. ad A.D.374. Gratiano 3. & Equitio Coſſ. §.11.

EIVSDEM anni Conſulibus datæ habentur literæ nomine Damaſi ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem poſitæ ab Iſidoro Mercatore in ſuæ collectionis exordio; quas præcedunt literæ eiuſdem Aurelij nomine ad Damaſum primo ſcriptæ, quibus petierat ab Apoſtolica ſede ad ſe mitti Decreta Romanorum pontificum. At quid opus fuit (pace illius dixerim) mendaciis exornare veſtibulum amplæ domus, vt in non leuem ſuſpicionem adducat cætera quæ vera intus habentur? Quomodo, quæſo, potuit Aurelius Epiſcopus Carthag. ſcripſiſſe ad Damaſum Rom. pontif. & hunc ad illum literas reddere, hoc poriſſimum anno, ſub his præſertim Coſſ. ſi adhuc cum S. Auguſtinus factus Chriſtianus eſt, reuerſus in Africam reperit dictum Aurelium Diaconum agere Eccleſiæ Carthaginenſis, poſt aliquod vero temporis ſpatium factum eſſe eiuſdem ciuitatis Epiſcopum? Teſtatur id quidem ipſe Auguſtinus, ac diſertis plane verbis, cum in commentario de Ciuitate Dei * meminit de reditu ſuo ex tranſmarinis partibus Carthaginem, recenſetque miraculum illud de Innocentio ex incurabili morbo ſanato, atque demum hæc ait: *Viſitabant eum quotidie ſancti viri, Epiſcopus tunc Vzalenſis beatæ memoriæ Saturninus, & presbyter Gelaſius, ac Diaconi Carthaginenſis Eccleſiæ in quibus erat, & ex quibus ſolus eſt nunc in rebus humanis, iam Epiſcopus, cum honore à nobis debito nominandus Aurelius; cum quo recordantes mirabilia opera Dei, de hac re ſæpe collocuti ſumus, eumque valde meminiſſe quod commemoramus inuenimus:* ita ipſe. Vides igitur ad quanto poſteriora tempora ſit referendus Aurelij Carthaginenſis Epiſcopatus; & quam longe abſit, vt ipſe iam Epiſcopus hoc anno ad Damaſum ſcripſerit, vel acceperit à Damaſo literas; cum certum ſit, reditum Auguſtini in Africam, poſtquam Chriſtianus iam effectus Mediolano receſſerat, & à Portu Romano ſoluetat, contigiſſe A.D. 389. vt appareat nec poſt annos quindecim Aurelium creatum eſſe Epiſcopum Carthaginenſem, ſed perſeueraſſe Diaconum. Vides igitur quomodo rectâ temporum normâ tortuoſa aliorum figmenta improbentur: vt non mireris, ſi in dignoſcenda certa temporum ratione crebrius atq; ſolertius occupemur.

Binius in Notis ad epiſtolas Damaſi.

Epiſtola nomine Damaſi ad Aurelium Epiſcopum Carthag. Gratiano Aug 3. & Equitio Coſſ. ſcripta, quam in exordio ſuæ collectionis Iſidorus Mercator collocauit, commentitia eſt; cum enim S. Auguſtinus anno Chriſti 385. Mediolani conuerſus poſt quadriennium in Africam rediiſſet, Aurelium adhuc Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconum agere reperit, vt teſtatur ipſe lib. 22. Ciuit. cap. 8. Quomodo Aurelius Carthag. Epiſcopus Gratiano 3. & Equitio Coſſ. Anno nimirum 374. ad Damaſum ſcripſiſſe potuit, cum ante

annum

annum Chriſti 389. nondum Epiſcopus creatus fuerit? Vide Baron. Ann. 374. §. 11.

Poſſeuin. Apparat. Sac. verbo Damaſus.

At non fuere eius literæ, quæ nomine Damaſi leguntur ſcriptæ, ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem poſitæ, nimirum ab Iſidoro Mercatore in ſuæ collectionis exordio; quas præcedunt literæ eiuſd. Aurelij, &c. vt ſupra ex Baronio.

Hincmar. Rhemenſ. aduerſ. Hincmar. Laudun. cap. 24.

De epiſtola Damaſi quam ſuæ præfationi ſuppoſuit, & collectioni præpoſuit Iſidorus, quædam poſſem prolixius oſtendere: ſed cum ad ea quæ hic ſunt opus Apoſtolicæ ſedis Leonis & Gelaſij, ac cæterorum pontificum Romanorum poſt Damaſum, ſufficientiſſime auctoritas & explanatio ſuppetat, ſuperfluum duxi non neceſſaria in medium deuocare, &c.

CENSVRA.

NEc dictionis character, nec temporis nota, nec verba Leonis licet adulterata, nec ineptiæ ex ſcriptione barbara vndiquaque erumpentes; patiuntur, vt Aurelium & Damaſum harum epiſtolarum auctores agnoſcamus: quid diſtent æra lupinis ſentiet qui ſequentes oculo vigilante percurret.

HIERONYMO, DAMASVS Romanus Epiſcopus.

DORMIENTEM te (longo iam tempore, legentem potius quam ſcribentem) quæſtiunculis ad te miſſis excitare diſpoſui; non quo & legere non debeas, (hoc enim veluti quotidiano cibo alitur & pingueſcit oratio) ſed quo lectionis ſit fructus iſte, ſi ſcribas. Itaque, quoniam Etherio tabellario ad me remiſſo, nullas iam te Epiſtolas habere dixiſti, exceptis iis quas aliquando in eremo dictaueras, quaſque tota auiditate legi atque deſcripſi; & vltrò pollicitus es te furtiuis noctium operis aliqua (ſi vellem) poſſe dictare; libenter accipio ab offerente quod rogare volueram ſi negaſſes.

Neque vero vllam puto digniorem diſputationis

noſtrę confabulationem fore, quam ſi de ſcripturis ſermonicemur inter nos, id eſt, vt ego interrogem, tu reſpondeas; qua vita nihil puto in hac luce iucundius: [a] quo animæ pabulo omnia mella ſuperantur. [b] *Quam dulcia* (inquit Propheta) *gutturi meo eloquia tua, ſuper mel ori meo.* Nam cum [c] iccirco, (vt ait præcipuus orator) homines à beſtiis differamus, quod loqui poſſumus; qua laude dignus eſt, qui in ea re cęteros ſuperat in qua homines beſtias antecellunt? Accingere igitur, & mihi quæ ſubiecta ſunt ediſſere, ſeruans vtrobique moderamen, vt nec propoſita ſolutionem deſiderent, nec epiſtola breuitatem. Fateor quippe tibi, eos quos mihi iampridem Lactantij dederas libros ideo non libenter lego, quia & plurimæ epiſtolæ in eis vſque ad mille ſpatia verſuum tenduntur, & raro de noſtro dogmate diſputant; quo fit, vt & ſequenti faſtidium generet longitudo, & (ſi qua breuia ſunt) ſcholaſticis magis ſint apta, quam nobis, de metris, & regionum ſitu, & philoſophis diſputantia. Quid ſibi vult, quod in [d] Geneſi ſcriptum eſt; *Omnis qui occiderit Cain, ſeptem vindictas exoluet?* [e] Si *omnia Deus fecit bona valde*, quare [f] Noë de mundis & immundis animalibus præcepit, cum immundum nihil bonum eſſe poſſit? & in Nouo Teſtamento, poſt viſionem quæ [g] Petro fuerat oſtenſa dicenti; *Abſit Domine à me, quoniam commune & immundum numquam introiuit in os meum*; Vox de cœlo reſpondit, *Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris.* Cur Deus loquitur ad [h] Abraham, quod *quarta progenie* filij Iſrael eſſent de Ægypto reuerſuri; & poſtea [i] Moyſes ſcribit, *quinta autem progenie filÿ Iſrael exierunt de terra Ægypti*? quod vtique niſi exponatur videtur eſſe contrarium. [k] Cur Abraham fidei ſuæ ſignum in circumciſione ſuſcepit? [l] cur Iſaac vir iuſtus, & Deo carus, non illi cui voluit, ſed cui noluit, deceptus errore, benedixit?

a forte quia.
b Pſal. 118.
c forte in eo.
d Gen. 4.
e Gen. 1.
f Gen. 7.
g Act. 10.
h Gen. 15.
i Exod. 13. 18. ſecundũ 70.
k Gen. 17.
l Gen. 27.

DAMASVS.

DAMASVS HIERONYMO.

COMMENTARIA cum legerem Græco Latinoque ſermone in Euangeliorum interpretatione à noſtris, id eſt, orthodoxis viris olim ac nuper ſcripta, de eo quod legitur, [a] *Oſanna Filio Dauid*, non ſolum diuerſa, ſed etiam contraria ſibimet proferunt. Dilectionis tuæ eſt, vt ardenti illo ſtrenuitatis ingenio, abſciſſis opinionibus, ambiguitatibuſque ſcrupuloſis, quid ſe habeat apud Hebræos viuo ſenſu ſcribas; vt de hoc, ſicut & de multis, tibi curæ noſtræ in Chriſto Ieſu gratias referam. a Matth. 21.

DILECTISSIMIS AC DESIDERAbiliſſimis fratribus ac conſacerdotibus [a] *Donatiano primæ ſedis, Ianuario, Felici, Palatino, Primiano, Gaiano, & alij Gaiano, Ianuario, Victorino & cæteris per tractum prouinciæ Byzacenæ & Arzugitanæ conſtitutis, Aurelius Epiſcopus.*

a Donatianus Epiſc. Teleptenſis prouinc. Byzac. primas.

SVPER Celeſtij & Pelagij damnatione, eorumque dogmatibus, participem ſanctam Dei dilectionem veſtram in plenario Concilio fuiſſe commemini, dilectiſſimi ac deſiderabiles fratres. Sed quoniam pro honore *Dei*, *in* [b] cuius *manu cor Regis* eſt conſtitutum, glorioſiſſimorum principum Chriſtianorum fidem & Catholicam cuſtodientium acceſſit auctoritas, quam per humilitatem meam vniuerſis coëpiſcopis meis voluit intimari; idcircò honorabilem fraternitatem veſtram miſſis exemplaribus inſtruere feſtinaui, ne quid mali in aliqua parte prouinciæ ex ſupradictorum ſerpentina perſuaſione ab vniuerſali Eccleſia totius orbis excluſa fortaſſe ſurrepat. Ob hoc ergo tam neceſſaria [c] concertatio Chriſtianorum principum charitatem veſtram latere non

b Prou. 21. 1.

c Iſid. collectio conſtitutio, alias conteſtatio.

debuit, de qua & ad me ab his datæ literæ: Quarum ſimul exemplaribus lectis, quemadmodum ſubſcribere
d cognoſcet.
vnuſquiſque veſtrum debeat dilectio veſtra [d] cognoſcat, ſiue quorum Synodalibus geſtis ſubſcriptio iam tenetur, ſiue qui non potuiſtis, eidem plenario totius Africæ intereſſe Concilio. Quo cum in ſupradictorum hæreticorum damnatione omnium veſtrum fuerit integra ſubſcriptio; nihil omninò ſit, vnde vllius diſſimulationis, vel negligentię, vel occultæ forſitan prauitatis aliqua videatur merito remanſiſſe ſuſpicio.

Et alia Manu. Opto fratres, bene viuatis mei memores. Data Kal. Auguſti Carthagine, Monaxio & Plinta Conſſ. id eſt A. D. 419.

SIRICII PAPÆ

Epiſtola IIII.

EPISTOLÆ Siricij ad Afros meminit Ferrandus Diac. Breuiarij can. art. 6. 130. 138. 174. Extat & fragmentum Concilij Byzacenæ prouinciæ, cui tota quam præ manibus habemus epiſtola inſerta eſt. Vixiſſe Ferrandum ad A. D. 547. auctor eſt Victor Tununenſis in Chronico. Habitum autem dicitur Concilium Byzacenum anno 418. *P. C Honorij II. & Conſtantij II. in Eccleſia Apoſtolorum plebu Telen. cum B. pater primæ ſedu Epiſcopus Donatianus ciuitatis Telen. reſediſſet.* Quem locum [a] Perronius Card. emendato lectionis vitio ſic reſtituendum cenſet, vt in ciuitate Zellenſi congregatum Concilium dicatur: fortè quia Ferrandus Syn. Zellenſem memorat art. 76. & in Actis collationis Carthag. legitur nomen Donatiani Zellenſis Epiſcopi. Nobis (vt in re incerta litem de Concilij loco nemini temerè moueamus) præſtare videtur eorum ſententia, qui concilio ſiue Teleptenſi ſiue Zellenſi Teleptenſem antiſtitem præſediſſe contendunt. Legitur enim Donatianus Epiſc. Teleptenſis ciuitatis Epiſcopus A. D. 411. ſubſcripſiſſe mandato Catholicorum. *collat. Carthag. c. 1.* Idemque in ſubſcriptione Mileuitanæ Synodi, *Primæ ſedis ciuitatis Teleptenſis Epiſcop.* appellatur. A. D. 416.

a Replicæ cap. 48. p. 329 & 334.

Hæc ad auctoritatem epiſtolæ Siricio adſcriptæ conciliandam idonea videri poſſint: eandem tamen ab aliquo otioſo ſuppoſitam duo inſinuare videantur. 1. [b] Eius nulla in veteri Romanæ Eccleſ. codice memoria. 2. Tota propemodum ad verbum deſcripta eſt, in epiſt.

b ignota fuit Iſidoro Hiſpal. de viris illuſt. c. 16.

in epiſt. Innocentij ad Victricium Rothomagenſem; quam citationibus ſuis illuſtrem reddiderunt Concil. 2. Turonenſe cap. 21. Concilium Sueſſione ſub Leone IV. Zacharias Papa epiſt. 7. Nicolaus I. epiſt. 40. & 42. &c. Hincmar. opuſc. 55. capp. cap. 28.

Nos (collatione facta) quid de vtraque epiſtola ſtatuendum ſit Lectorum iudicio permittemus.

INNOCENTIVS VICTRICIO Epiſcopo Rothomagenſi ſalutem.

ETsi tibi, frater chariſſime, pro merito & honore Sacerdotij, quo plurimum polles, viuendi & docendi ſecundum Eccleſiaſticas regulas nota ſunt omnia; neque eſt aliquid quod de ſacris lectionibus tibi minus collectum eſſe videatur. Tamen quia Romanæ Eccleſiæ normam atque auctoritatem magnopere poſtulaſti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digeſtas vitæ & morum probabilium diſciplinas adnexas literis meis miſi, per quas aduertant Eccleſiarum regionis veſtræ populi, quibus rebus & regulis Chriſtianorum vita in ſua cuiuſque profeſſione debeat contineri; qualiſque ſeruetur in vrbis Romæ Eccleſiis diſciplina. Erit dilectionis tuæ per plebes finitimas & conſacerdotes noſtros, qui in illis regionibus propriis Eccleſiis præſident, regularum hunc librum, Quaſi didaſcalicum atque [a] monitorem ſedulò inſinuare; vt & noſtros cognoſcere, & ad fidem confluentium mores valeant docendi ſedulitate formare. Aut enim propoſitum ſuum ex hac noſtra congruenti lectione cognoſcent; aut ſi quid adhuc deſideratur, facile poterunt ex bona imitatione ſupplere.

Incipiamus ergo, adiuuante Deo, & ſancto Dei Apoſtolo Petro, [b] *per quem & Apoſtolatus & Epiſcopatus in Chriſto cœpit exordium,* [c] vt quoniam ſæpe plures emerſerunt cauſſæ, *quæ in aliquantis non erant cauſſæ ſed crimina, vt de cætero ſollicitudo* [d] ſit *unicuique* Sacerdoti *in* ſua *Eccleſia cu-*

a forte admonitorium.

b. Dilectiſſimis fratribus & coëpiſcopis per Africã Siricius. Cũ in vnum plurimi fratres conueniſſemus, ad ſancti Petri reliquias, per quem, &c.

c placuitque propter emergentes plurimas cauſas, quæ in &c.

d eſſet.

ram huiuſmodi habere, ſicut B. *Apoſtolus Paulus prædicat,* [e] *talem Eccleſiam Deo exhibendam, non habentem maculam aut rugam,* [f] *ne alicuius morbidæ ouis* afflatu *conſcientia noſtra contaminata* [g] violetur.

Propter eos igitur qui vel ignorantia vel deſidia non tenent Eccleſiaſticam diſciplinam, & multa non præſumenda præſumunt, recte poſtulaſti vt in illis partibus *iſtiuſmodi* quam tenet Eccleſia Romana *forma ſeruetur. Non* quod *noua præcepta aliqua* imperentur; *ſed ea quæ per deſidiam aliquorum neglecta ſunt*, ab omnibus *obſeruari cupiamus, quæ tamen Apoſtolicâ & Patrum* [h] traditione *ſunt conſtituta. Scriptum eſt* namque ad Theſſalonicenſes, Paulo monente, *State & tenete traditiones noſtras* quas tradidimus vobis, *ſiue per verbum, ſiue per epiſtolam. Illud certe* [i] *debet* tuam *mentem* [k] vehementer *excitare, vt ab omni labe ſeculi iſtius* [l] immunis antè *Dei conſpectum* ſecurus inueniaris. *Cui multum* enim creditur, *plus ab* eo exigitur vſura pœnarum. *Ergo quoniam non pro nobis tantum, ſed pro populo* [m] Chriſti *cogimur præſtare rationem,* [n] diſciplina deïfica populum *erudire debemus.* Quoſdam enim aſſeris extitiſſe, *qui, ſtatuta maiorum* non tenentes, *caſtitatem Eccleſiæ ſua præſumptione* violarint, *populi* fauorem *ſequentes*, & *Dei iudicium non* tenentes. *Ergo ne ſilentio noſtro* exiſtimemur his præbere *conſenſum, dicente Domino, Videbas furem, & currebas cum eo.* [p] *Hæc ſunt quæ deinceps intuitu diuini iudicij* [q] omnem Catholicum Epiſcopum *expedit cuſtodire.*

Primum vt extra conſcientiam [r] Metropolitani Epiſcopi nullus *audeat ordinare* Epiſcopum. *Integrum enim eſt iudicium, quod plurimorum* [ſ] ſententiis confirmatur. [t] *Nec vnus Epiſcopus ordinare præſumat Epiſcopum, ne furtiuum præſtitum beneficium videatur. Hoc enim* [u] & à *Synodo Nicæna* conſtitutum eſt atque *definitum.*

e Epheſ. 5.
f ne per alicuius &c. afflatum.
g videtur.
Hac de re, meliore conſilio id ſedit, propter eos maxime, qui in præſenti valetudine corporis, aut feſſæ ætatis cauſa adeſſe minime potuerunt, quo perpetuo iſtiuſmodi forma ſeruetur, literas tales dare placuit, non quæ noua præcepta aliqua imperent; ſed quibus ea quæ per ignauiã deſidiâque, &c.
h conſtitutione.
i Siric. veſtram debet.
k vehementius.
l immunes ſecurique ad Dei conſp. veniamus. Nec enim erimus immunes qui & præſumus plebibus, cũ ſcriptũ, Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur. Ergo &c.
m credito.
n populum diſciplinam deïficam & humilem erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui ſtat. maiorum contemnentes &c.
o violarunt, voluptatem populi ſequentes, Dei iudic. non timentes. Ergo ne pari more ſilentio conniuere atque adhibere conſenſum talibus videamur vnde gehennæ pœnas poſſimus incurrere dicente &c.
p & cum adulteris portionem tuam ponebas, hæc ſunt &c.
q omnes cathol. Epiſcopos.
r ſedis Apoſtolicæ hoc eſt primatis nemo.
ſ ſententia conſequatur.
t ne vnus, &c. propter arrogantiam.
u hoc enim in Syn. Nicæna conſtat eſſe definitum.

2. Item,

2. *Item, ſi quis poſt remiſſionem peccatorum cingulum militiæ ſecularis habuerit*, [x] *ad* clericatum *admitti* omninò *non* debeat.

3. [y] Si quæ autem cauſæ vel contentiones inter Clericos tam ſuperioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortæ, vt ſecundum [z] Synodum Nicænam congregatis eiuſdem prouinciæ Epiſcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat Romanæ Eccleſiæ, (cuius in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri) relictis his Sacerdotibus, qui in eadem Prouincia Dei Eccleſiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias. Quod ſi quis fortè præſumpſerit, & ab officio Clericatus ſubmotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores cauſæ in medium fuerint deuolutæ ad ſedem Apoſtolicam, ſicut [a] Synodus ſtatuit & [b] B. conſuetudo exigit, poſt iudicium Epiſcopale referantur.

4. *Vt* [c] *viduam Clericus non ducat uxorem*; [d] quia ſcriptum eſt, [e] *Sacerdos vxorem virginem accipiat, non viduam, non eiectam*: vtique, qui ad Sacerdotium labore ſuo & vitæ probitate contendit, cauere debet ne hoc præiudicio impeditus peruenire non poſſit.

5. *Vt* [f] ſi quis *viduam*, licet *laïcus, duxit* vxorem, ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum, *non admittatur ad Clerum*; quia eodem videtur vitio excluſus. In baptiſmo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris conſortium relaxatur.

6. Ne is qui ſecundam duxit vxorem Clericus fiat; quia ſcriptum eſt, [g] *Vnius vxoris virum*: & iterum, *Sacerdotes mei ſemel nubant*; & alibi, *Sacerdotes mei non nubant amplius*; [h] etſi ab aliquibus exiſtimarur ante Baptiſmum ſi fortè quis accepit vxorem, & ea de ſeculo recedente alteram duxerit, in Baptiſmo eſſe dimiſſum; ſatis errant à regula, quia in Baptiſmo peccata remittuntur, non acceptarum vxorum numerus aboletur; cùm vtique vxor ex legis præcepto ducatur, in tantum vt [i] & in Paradiſo, cum parentes humani generis coniungerentur, ab ipſo Domino ſint benedicti; & [k] Salomon dicat, *à Deo præparabitur viro vxor*. Quam [l] formam etiam

AAaa

x ad clerum admitti non debet, vt mulierem &c. *vt infra.*

y *Hæc verba citant Nicolaus I epiſt. 40 & 4: & Pſeudo Iſid. Mercator. præfat. collectionis can & Conc. Sueſſion ſub Leone IV. & Hincmar. opuſc. cap. 55. cap 28.*

z *Concil. Nicæn. c. 5.*

a *Sardicenſis, num. can. 3 4. 5.*

b *forte* vetus. *Greg IV. epiſt. 4 legit*, inueterata.

c *Siric. art 4.* vt mulierem, id eſt viduã.

d *ſeqq non habet Siric.*

e *Ezech. 44. 22.*

f *Siric. art. 5.* vt is qui Laïcus viduam duxerit, non &c.

g 1. Tim. 3.

h *Hanc ſententiam firmare conatus eſt Hieronymus in epiſt ad Oceanum.*

i *Gen. 1.*

k *Prou 19.*

l *vide Innocent. epiſt. 22.*

Sacerdotes omnes ſeruare vſus ipſe demonſtrat Eccleſiæ. Satis enim abſurdum eſt, aliquem credere vxorem ante Baptiſmum acceptam poſt baptiſmum non computari, cum benedictio, quæ per Sacerdotem ſuper nubentes imponitur, non materiam delinquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis à Deo antiquitus inſtitutæ doceatur. Quod ſi non putatur vxor eſſe computanda quæ ante baptiſmum ducta eſt; ergo nec filij, qui ante Baptiſmum geniti ſunt, pro filiis habentur.

7. *Vt* [m] *de aliena Eccleſia clericum ordinare nullus vſurpet,* niſi eius Epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit. Hoc etiam Synodus ſtatuit Nicæna, [n] *vt abiectum* ab altero *clericum*, altera *Eccleſia* [o] *non* recipiat.

8. *Vt venientes à Nouatianis vel Montenſibus per manus* tantum *impoſitionem* [p] *ſuſcipiantur*; quia quamuis ab hæreticis, tamen in Chriſti nomine ſunt baptizati, *præter eos*, ſi qui fortè à nobis ad illos tranſeuntes rebaptizati ſunt: hi ſi repiſcentes, & ruinam ſuam cogitantes redire voluerint, ſub longa pœnitentiæ ſatiſfactione admittendi ſunt.

9. *Præterea, quod dignum & pudicum & honeſtũ eſt*, [q] tenere Eccleſia omni modo debet, *vt Sacerdotes & Leuitæ cum vxoribus ſuis non coëant, quia* [r] miniſterij quotidiani *neceſſitatibus occupantur*. Scriptum eſt enim, *Sancti eſtote, quoniam & ego ſum Sanctus Dominus Deus veſter*. Nam ſi priſcis temporibus de templo Dei Sacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia legimus, nec domum ſuam omnino tangebant, [ſ] quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionem vxorius vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu & præterquam ex ſemine Aaron ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere; quanto magis hi ſacerdotes vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies qua vel à ſacrificiis diuinis vel à baptiſmatis officio vacent? Nam ſi B. Apoſtolus Paulus ad Corinthios ſcripſit, *Abſtinete vos ad tempus vt vacetis ora-*

m *Siric. epiſt. art.6.*

n *art.7.* vt abiectum clericum alia Eccleſia

o non admittat.

p ſuſcipiantur, præter eos quos rebaptizant.

Præterea quod dignũ, &c.

q honeſtum eſt ſuademus vt ſacerdotes, &c.

r quia in miniſterio diuino quotidianis neceſſ. occupantur. ad Corinthios namque ſic Paulus ſcribit dicens, abſtine e, &c. Si ergo Laicis abſtinentia imperatur, quanto magis Sacerdos vtique omni momento paratus eſſe debet, mundiciæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſc. quid faciet? excuſabit? quo pudore, qua mente vſurpabit? qua conſcientia quo merito exaudiri ſe credit, cum dictum ſit, &c.

ſ *Hæc fere ad verbum repetit Innocent. epiſt. 3 ad Exuperium.*

tioni.

tioni, & hoc vtique laïcis præcepit; multo magis Sacerdotes, quibus & orandi & ſacrificandi iuge officiũ eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere. Quod *ſi contaminatus* fuerit *carnali concupiſcentia, quo pudore* ſacrificare *vſurpabit?* aut *qua conſcientia, quóve merito exaudiri* poſſe *ſe credit, cum dictum ſit*, Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? [t] Sed *fortè* licere hoc credit, *quia ſcriptum eſt*, vnius vxoris virum; *non permanentem in concupiſcentia generandi dixit, ſed proper futuram continentiam. Neque enim integros* corpore *non admiſit, qui ait*, Vellem autem omnes ſic eſſe ſicut & ego. [u] Quod *apertius declarat* ſic *dicens*, qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.

10. De [x] Monachis, qui diu morantes in monaſteriis, ſi poſteà ad clericatus ordinem peruenerint, non debere eos à priore propoſito deuiare. Aut enim, ſicut in Monaſterio fuit, & quod diu ſeruauit, id in meliori gradu poſitus amittere non debet; aut ſi corruptus, poſteà baptizatus, & in monaſterio ſedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omninò habere non poterit; quia nec benedici cum ſponſa poteſt, iam ante corruptus. Quæ forma ſeruatur in clericis; maxime cum vetus regula hoc habeat, vt quiſquis corruptus baptizatus clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe vxorem non ducere.

11. Præterea, frequenter quidem ex fratribus noſtris curiales, vel quibuſlibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt: quibus poſtea maior triſtitia cum de reuocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quam gratia de adſcitis naſcitur. Conſtat enim eos in ipſis muniis, etiam voluptates exhibere, quas à Diabolo inuentas eſſe non dubium eſt, & ludorum vel munerum apparatibus aut præeſſe aut intereſſe. Sit certe in exemplum ſolicitudo & triſtitia fratrum, quam ſæpe pertulimus, imperatore præſente, cum pro his ſæpius rogaremus quàm ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti; quibus non ſolum inferiores clerici ex curialibus, verumetiam iam in ſacerdotio

t Qua de re hortor, moneo, rogo nulla ut hoc opprobrium, quod poteſt iure gentilitas excuſare. forte creditur quia ſcriptum eſt, &c.

u ſicut & ego. & apertius. qui autem, &c.

x *Hoc caput citat Zachar. Papa epiſt. 7.*

conſtituti, ingens moleſtia vt redderentur, inſtabat.

12. [y] Item quæ Chriſto ſpiritualiter nupſerunt, & velari à ſacerdote meruerunt, ſi poſtea vel publice nupſerint, vel ſe clanculo corruperint, admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe iunxerant, de ſeculo deceſſerit. [z] Si enim de omnibus hæc ratio cuſtoditur, vt quæcunque viuente viro alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi vnus ex eis defunctus fuerit, quantò magis de illa tenenda eſt, quæ ante immortali ſe ſponſo coniunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſmigrauit?

13. Hæ vero quæ nec dum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe permanere promiſerant, licet velatæ non ſint, ſi forte nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolui, quanto magis iſta pollicitatio quam cum Deo pepigerunt ſolui ſine vindicta non debet? Nam ſi Apoſtolus Paulus, quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit eas habere condemnationem, *quia* [a] *primam fidem irritam fecerunt*; quantò magis virgines, quæ pactionis ſuæ fidem minime ſeruauerunt?

Hæc itaque [b] regula, frater chariſſime, *ſi plena vigilantia fuerit ab omnibus* Dei ſacerdotibus *obſeruata*, *ceſſabit ambitio, diſſenſio conquieſcet, hæreſes & ſchiſmata non emergent, locum non accipiet Diabolus ſæuiendi*; ſed *manebit vnanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur*, [c] veritas *ſpiritali feruore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate* animi *concordabit*. [d] Implebitur *& dictum Apoſtoli, vt vnanimes vnum ſentientes permaneamus in Chriſto, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes, non hominibus ſed Deo noſtro Saluatori placentes*, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Data 15. Kal. Martij Honorio Auguſto 6. & Ariſtæneto viris Clariſſ. Coſſ. A.D. 404.[e]

y *Hoc caput & ſequens citat Zachar. Papa epiſt. 7.*
z *Hæc verba ad finem cap. citat Conc. 2. Turon. ca. 21.*
a *1. Tim. 5.*
b *Siric epiſt. 4.* Hæc itaque, fratres, ſi plena vigilantia fuerint ab omnibus obſeruata, &c.
c charitas.
d Pax vtique Dei noſtri Saluatoris quam proximus paſſioni ſeruandā eſſe præcepit; & hæreditario eā nobis iure dereliquit, dicens; Pacē meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: & dictum Apoſtoli, &c.
e His præceptis omnibus ſi fideliter voluerim⁹ obedire, cuſtodiet Domin⁹ corpora noſtra & animas noſtras in diē qua redditurus eſt vnicuique iuxta opera ſua. Si quis ſane infla us mente carnis ſuæ, ab hac canonis ratione voluerit euagari, ſciat ſe à noſtra communione ſecluſum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea miſericordiæ cum iudicio eſſe debet. Talibus enim oportet labentibus manum porrigere, qui ſic currentem non pertrahunt in ruinam. Data Romæ in Concilio Epiſcoporum 8. Idus Ianua-

ANASTA-

rij poſt Conſulatum Arcadij Auguſti & Bautonis vir Clariſſ. Coſſ. A. 386.

ANASTASII PAPÆ

Epiſtola. I.

Anaſtaſius Epiſcopus, cunctis Germaniæ & [a] Burgundiæ regionis Epiſcopis, in Domino Salutem.

EXIGIT [b] *dilectio* veſtra, chariſſimi, *vt ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ* [c] veſtris *deberemus reſpondere conſultis.* [d] Et quamuis *non prolixè ſed* ſuccinctè hoc *agere propter quaſdam* alias occupationes *feſtinaremus*; denuò tamen, ſi neceſſe fuerit, ob has vel alias neceſſitates [e] *quaſi ad caput* mittere *charitatiue* non dubitetis, quia veſtras preces *& nunc & tunc* acceptas habemus.

Significaſtis [f] enim quoſdam ſacerdotes in Eccleſia, quando leguntur Euangelia, ſedere; & Domini Saluatoris verba non ſtantes ſed ſedentes audire; & hoc ex maiorum traditione ſe accepiſſe narrant: quod vt nullatenus deinceps fieri ſinitatis, *Apoſtolica* [g] *auctoritate mandamus.* Sed dum [h] *SS. Euangelia* in Eccleſia *recitantur, Sacerdotes* & cæteri omnes præſentes, *non ſedentes ſed* venerabiliter *curui* in conſpectu Sancti Euangelij *ſtantes* Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent.

2. Similiter & [i] *tranſmarinos homines*, de quibus nos conſuluiſtis, *in clericatus* honore nolite *ſuſcipere niſi quinque* aut eo amplius *Epiſcoporum* chirographis ſint deſignati; quia [k] *multa per ſubreptionem ſolent euenire.* Ideo & hæc ſummoperè ſunt cauenda.

3. Manichæos [l] verò, quos in vrbe Roma inuenimus, & ſequaces eorum nolite recipere, neque eis cō-

a Burgundiones ad fidem conuerſos poſt Galliarum inuaſionem, ex Oroſio docet Baron. ad A. D. 413. ſ. 26. quo ſcil. Galliarum partē Rheno vicinam ſubiugarunt teſte Proſpero & Caſſiodoro, Socrates ſub Valentiniani III. imperio Chriſtianiſmum profeſſos aſſerit lib. 7. cap. 30. obiit autem Anaſtaſ. A. D. 402.

b verba pſeudo-Gregorij lib. 12. epiſt. 32 repetita à Pſeudo-Cornelio epiſt. 2. *exegit dilectio tua, frater chariſſ.*

c tuis.

d quod licet non prolixè ſed ſuccinctè agere feſtinaremus propter quaſdam importunitates, &c.

e Sedem Rom. Eccleſiarum caput vocant Innocent. epiſt. 4. Gelaſ. in Conc. Rom. Vigil. epiſt. 2. Anaſtaſ. in ep. Anaſtaſ ad Aug Greg. lib. 11. ep. 56.

f Hoc decretum c. 1a Mi rologus c. 9. vi etur autem deſ mptum ex Conſtit Clem. li. 2. c. 57. & Gela j ep. 9.

g phraſ Leon epiſt 1.

h imitatur libri pontificalis verba pſeudo-Anaſtaſ. i videndus iterum pontificalis liber.

k verba can. 34. Apoſt. Dion. interp.

l vid: pontificale.

municare, aut vllam cum eis participationem habere, priuſquam ad rectam conuertantur fidem; ne eorum [m] *male pullulantia* ſemina, quę [n] *à nobis in vrbe* extinguũtur, peſſimis vobiſcum *radicibus* ſeminentur vel germinent. *Plurimos* vero eorum, & *ſuæ ſequaces impietatis*, atque illorum *Doctores inueſtigatio noſtra reperit, vigilantia diuulgauit, auctoritas & cenſura coercuit. Quos potuimus emendare correximus, & vt damnarent Manichæum cum* [o] prædicatione *& diſciplinis ſuis, publica in Eccleſia profeſſione & manus ſuæ ſubſcriptione compulimus; & ita de voragine impietatis ſuæ confeſſos pœnitentiam concedendo leuauimus. Aliquanti vero, qui ita ſe* [p] demerſerunt *vt nullum his auxiliantis remedium poſſet ſubuenire, ſubditi legibus, ſecundum Chriſtianorum principum conſtituta, ne Sanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo ſunt exilio relegati; & omnia, quæ tam in* [q] ſcriptis, *quam in occultis traditionibus ſuis habent prophana vel turpia, vt noſſet populus quid* [r] fugeret *aut vitaret, oculis Chriſtianæ plebis certa manifeſtatione probauimus; adeo vt ipſe, qui eorum dicebatur Epiſcopus à nobis tentus proderet flagitioſa in ſuis myſteriis quæ* [ſ] teneret, *ſicut geſtorum vos ſeries* [t] poterit *edocere. Ad inſtructionem enim veſtram etiam ipſa direximus; quibus lectis, omnia quæ à nobis deprehenſa ſunt noſſe poteritis. Et quia aliquantos de his, quos ne ipſi luerentur arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugiſſe, hanc ad dilectionem veſtram epiſtolam miſimus,* [u] *vt effecta certior Sanctitas veſtra ſollicitius agere dignetur & cautius, necubi Manichææ peruerſitatis homines plebes veſtras facultatem lædendi, & huius ſacrilegij poſſint inuenire Doctores.* [x] *Aliter enim nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi hos qui ſunt* [y] peruerſi Doctores *& perditi zelo fidei Dominicæ perſequamur, & à ſanis mentibus (ne peſtis hæc latiùs diuulgetur) ſeueritate qua poſſumus abſcindamus. Vnde hortor dilectionem veſtram, obteſtor & moneo, vt qua debetis & poteſtis ſollicitudine vigiletis ad inueſtigandos eos, necubi occultandi ſe reperiant facultatem.* Hi, fratres, valdè cauendi ſunt, ne Dominicum gregem peruerſitatibus quibus poſſunt contaminare valeant.

Sunt [z] ergo *quidam* eorum *veſte ſua oues ſignificantes, interius* verò *lupi rapaces* exiſtunt; *quos* (iuxta veritatis vocem)

m Leonis phraſ. epiſt. 1. cap. 2.

n verba Leonis epiſt. 2 *ne quod à nobis in vrbe extinguitur tenebroſis apud vos radicib. ſeminetur: plurimos impietatis Manichææ ſequaces & doctores in vrbe inueſtigatio &c.*

o cum prędicationibus & diſcipulis.

p demerſerant.

q ſcripturis.

r refugeret.

ſ tenerent.

t poteſt.

u miſimus per Acolytũ noſtrum.

x hæc verba citat Adrian. II. epiſt. 27. Leonis nomine prænotato.

y perditores & perditi.

z verba Flauiani in epiſt. 1. ad Leonem c. 2.

cem) *ex fructibus eorum debemus agnoſcere.* [a] *Quando autem cœperint aſſumere impietatem, illud quod occultabatur in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifeſtus. Inueniuntur* [b] quoque *infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones* [c] ſitiunt, *ſecum eos in perditionem præcipitant.* [d] Diſſipant enim & vituperant *patrum diſciplinas, &* relinquunt *Sanctas ſcripturas ad ſuam perditionem. Quos* (vt prædictum eſt) *debemus præuidere, &* [e] ab his *multum cauere, ne in malitia ſua aliqui occupati, concidant de ſua firmitate.*

[f] *Saluto itaque* vos, fratres, & omnes quæ vobiſcum bene ſentiunt Eccleſias. *Nos quoque, vt* modo *facitis, & alloquamini peto crebrius literis, & frequentius* [g] *de* fide & bona intentione veſtra atque ſoſpitate lætificate, [h] *vt & gaudium commune* habeamus, & Domino pari voto fideliter ſeruiamus. Data Nonis Octob. & [i] Arcadio & Bautone viris Clariſſ. Coſſ. ciɔ A.D. 385.

a hic omiſſæ ab impoſtore lin. 3.
b inueniuntur autem.
c neſciunt & ſecum.
d diſſipantes & vi[...]erantes patrum diſciplinas & reliquas &c.
e & à quibus
f verba Innocentij epiſt. 11. *Saluto itaque, & tuam mihi in Chriſto germanitatem, & omnium illã quæ tecum tam bene ſentit Eccleſiam, &c.*
g frequentius de veſtra ſalute lætificetis, &c.
h eiuſd. verba epiſt. 14. *vt & gaudium commune nobiſcum habeas.*
i *pontificatus Siricij 2. ante Anaſtaſii electionem 13. ſucceſſit enim Siricio Anaſtaſius A.D. 398.*

Baron. ad A.D. 402. §. 48.

QVOD ad eiuſdem pontificis ſcripta pertinet, duæ eius nomine habentur ſcriptæ epiſtolæ Decretales; ſed quarum prior, cum data reperiatur Coſſ. Arcadio atque Bautone, ante annos ab eiuſdem Anaſtaſij ingreſſu 14. plane apparet (ſi legitimam & non ſuppoſitam eam eſſe velimus) aliis pontificibus quam Anaſtaſio adſcribenda. Illud etiam non ignoramus, maximam partem eiuſdem prioris epiſtolæ, vbi agitur de Manichæis, reperiri apud S. Leonem M. Rom. pont. in epiſt. 2. data ad vniuerſos Italiæ Epiſcopos; quod quidem de impoſtura ſuſpicionem auget. Scimus tamen Anaſtaſium complures epiſtolas conſcripſiſſe, in cauſa præſertim Origeniſtarum, & in cauſa Donatiſtarum ad Africanos, & inter alias ad Vrſinum de incarnatione filij Dei; cuius tria habes fragmenta recitata in appendice ad Breuiarium Liberati Diaconi. at de ſcriptis Anaſtaſij hactenus. Hæc ad verbum diuerſo tamen ordine repetit Binius in Not. ad hanc epiſtolam.

Petrus Crabb. in notis ad hanc epiſtolam.

Prima epiſt. Anaſtaſij legitur data Arcadio & Bautone Coſſ quorum tamen Conſulatus, ſecundum Caſſiodorum, Proſperum & Gregorium Holandrum, fuit circa Annum Domini 387. circa initium Papatus Siricij, qui 15. annis ſediſſe ſcribitur: vnde difficile eſt intelligere quomodo Coſſ. iſti attigiſſe videantur tempora Anaſtaſij Papæ.

CENSVRA.

Ab Anaſtaſio ſcriptam non eſſe quatuor argumentis euincitur.

1. Burgundiones quamdiu vixit Anaſtaſ. Paganiſmi ſacrilegiis infecti ſunt: itaque nullos habuerunt Epiſcopos, quos per epiſtolas moneret Anaſtaſius.

2. Nota Conſulum mendoſa conſignata eſt ad finem epiſtolæ.

3. Contexta eſt ex variis Innocentij, Leonis, & Flauiani Conſtantinopolit. ſententiis.

4. Barbariſmis Pſeudo-Iſidori maculata eſt, & à phraſi Anaſtaſij aliena; quod vt deprehendas, vide epiſt. ad Ioan. Hieroſolymitanum, cuius initium *Probatæ quidem affecti onis*, &c.

ANASTASII PAPÆ
Epiſtola II.
Neriano nobiliſsimo viro directa.

Dilectiſſimo fratri Neriano Anaſtaſius.

MVLTA *mihi in omnibus* [a]fidei & bonitatis tuæ *literis cauſa gaudij eſt*, quod tantum ſtudium circa religionis cultum exhibes, & Domini Sacerdotes tuis in partibus adiuuare ſtudes. Vnde & Deo gratias ago qui te ad hoc inſtigat, & vt *perſeuerabilem* in bonis operibus te faciat exoro. Vos tamen & in proſperis & aduerſis Deum laudare *magnificè* oportet; [b]*eius ſub potenti humiliari manu, vt in tempore* vos tribulationis (iuxta Petrum Apoſtolum) confortet & *exaltet. Fraternitatis* [c]ergo *veſtræ afflictio, quam de amiſſione* parentum [d] *veſtrorum vos habuiſſe* audiuimus, *tantam nobis cauſam mœroris iniecit, vt, quia nos de duobus charitas vnum fecit, cor noſtrum in veſtris ſpecialiter vri tribulationibus ſentiremus. Sed in hoc dolore multum me conſolata eſt ſanctitatis tuæ ad animum* [e] res deducta; quia *& patienter ferre triſtitiam decet, & de morte* [f] plebis tuæ vlterius *longam non habere mæſtitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in veſtra mente* [g] reſideat, *hortor* quieſcere à dolore, quia *indecens eſt te*

a verba Leonis epiſt. 59. Clementiæ veſtræ literis &c.
b 1. Pet. 5.
c verba Gregorij epiſt. 113. lib. 7. ab initio.
d veſtrorum vos hominũ habuiſſe cognouimus tãtam &c.
e reducta diſcretio quam & patienter, &c.
f ſpe vitæ alterius longam, &c.
g remaneat, hortor quieſcere dolere, deſine triſtis eſſe. Nam indecens &c.

eſt te illis tædio affectionis addici, quos credendum eſt ad veram moriendo vitam [h] peruenire. *Habent forſitan illi iuſtam longi doloris excuſationem qui vitam alteram neſciunt, qui de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſitum non confidunt. Nos autem qui nouimus, qui* [i] *credimus & docemus, contriſtari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc nobis magis in culpa ſit. Nam diffidentiæ quodammodo genus eſt, contra* [k] *quod quiſque* prædicator quæritur, iuſtitiam amans, *dicente Apoſtolo*, [l] Nolumus autem vos ignorare [m] de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. [n] *Hæc itaque, frater chariſſime, ratione perſpecta ſtudendum nobis eſt,* [o] ne (*ſicut diximus*) *de mortuis affligamur, ſed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem & ſit ad fructum dilectio.*

Depone ergo, chariſſime, mœrorem, & aſſume ſpiritualem fructum lætitiæ, ad vtilitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſeruorumque eius profectum.

[p] Et *vitæ huius (quæcumque ſunt) ſpatia, æternis diuiniſque officiis illuſtrare contende, vt qui inſignem te præſtitit, reddat* [q] *per ſecula clariorem.*

Data 7. * Idus Iunij Theodoſio Auguſto 7. & Palladio viris Clariſſ. Coſſ. CIↃ. 416.

h peruenire

i qui hoc credimus.

k contra hoc quod quiſq; prædica torqueri mœſtitia dicente, &c.

l 1. Theſſ. 4.

m fratres de.

n hæc itaque.

o vt (ſicut diximus) de mortuis non affligamur.

p verba Innocentij epiſt. 23.

q reddat ſibi.

r anno ſcil. 14. à morte Anaſtaſij qui diem vltimum obiit A.D. 402.

Binij Notæ in hanc Epiſt.

EADEM fere ſuſpicione imposturæ hæc, ſicut etiam præcedens epiſtola, laboraret, ſi non in manuſcriptis codicib. nota conſularis hic circa finem addita abeſſet. Septimus enim Conſulatus Theodoſij habens collegam Palladium incidit in A. D. 416. qui eſt 15. poſt obitum Anaſtaſij. Qua ratione iſto tempore Anaſtaſius epiſtolam ſcripſiſſe dicatur non video. Ne igitur totius epiſtolæ fides & auctoritas periclitetur ob Manuſcriptos Codices, vnde hæc Anaſtaſij in Tomum 1. epiſt. pontificiarum relata eſt, notam conſularem in fine ſuperadditam hac virgula cenſoris perſtringendam eſſe iudicauimus.

CENSVRA.

Siue adſit, ſiue abſit nota conſularis cenſoria tua virgula perſtricta, eâdem hæc quâ præcedens imposturæ non ſuſpicione ſed infamia laborat epiſtola. Stylus procul abeſt ab Anaſtaſiano. Materia vero quam furtim è fontibus Innocentij, Leonis & Gregorij hauſit ſacrilegus impoſtor, ab eodem pro more conſpurcata eſt.

Anaſtaſij genuina ad Ioannem Hieroſolymitanum epiſt. extat, apud Hieron. Tom. 9. eiuſd. mentionem facit Hieronym. apolog 3. aduerſ. Ruffin. cap. 6. Epiſtol. initium *Probata quidem a[...]nis*, &c.

INNOCENTII PAPÆ.

Epiſtola ad Iulianam nobilem fœminam, quæ ſic incipit, *Singulare n embrum*, &c. vel eſt fragmentum epiſt. ſi Felicis IV. ad Sabinam, vel (ſi Innocentio vendicanda ſit) ab impoſtore attexta eſt farragini Felici IV. inſcriptæ. vide infra.

Eiuſdem epiſt. 24. 25. 26. Cenſura.

Licet Eraſmus Dictionem, ingenium, & eruditionem tali dignam Præſule deſiderare cogatur in his epiſt. Eas tamen germanas eſſe certiſſimum eſt. E 24. ad Patres Concil. Carthag. longiuſculas ſententias citant Auguſtinus, lib. 2. ad Bonifac. cap. 4. & lib. 1. in Iulian. cap. 2. Proſper aduerſus collatorem; & auctor capitulorum quæ ſubiuncta ſunt epiſt. Celeſtini ad Gallos.

E 25. ad Patres Synodi Mileuitanæ, Auguſtinus & auctor capitulorum aduerſus Gallos, locis allegatis.

E 26. ad Aurelium, Auguſtinum &c. Auguſtinus de gratia Christi cap. 9. Non eſt ergo quod quis ſuſpicionibus indulgeat, Eraſmi iudicio fretus.

Cenſura epiſt. INNOCENTII 30. ad Arcadium

Hæc epiſtola idoneo teſte caret; eam Palladius, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, *Zonaras Latini ad vnum omnes [...] qui primus eius meminit, Georgius Alexandrinus vixit ad A.[...] auctor (iudice Photio) [...]. Ex eo Nicephorus & Glycas (audaciſſimorum ſcriptorum par) fabulam hauſerunt; hic [...], poſterior ille anno 1388.

*In Cedreno, qui Zonaram citare videtur, extat epiſtol. Innocentij ad Arcadium, non qualis nunc legitur, corrupta, & ad arbitrium nouitiorum aucta. Nulla enim in Cedreno excommunicationis mentio.

Idem de binis Arcadij ad Innocentium epiſtolis, quas ex Glyca & Codice Græco Bibliothecæ Vaticanę deprompſit Baronius ſentiendum. Teſtes obſcuri, nuperi, è ſinu deprompti, forte nulli.

Onuphr. lib. 4. de varia creat. Rom. Pontif.

Primus omnium Rom. Pontificum Gregor. VII. armis Nortmannorum fretus opibus Comitiſſę Mathildis mulieris per Italiam potentiſſimæ confiſus, diſcordique Germanorum principum bello ciuili la-

uili laborantium inflammatus præter maiorum morem, contempta Imperatoris auctoritate & poteſtate, cum ſummum pontificatum obtinuiſſet, Cæſarem ipſum, à quo ſi non electus, ſaltem confirmatus fuerat; non dico excommunicare, ſed etiam regno imperioque priuare auſus eſt. Res ante ea ſecula inaudita. Nam *fabulas*, quæ de Arcadio, Anaſtaſio, & Leone Iconomacho circumferuntur nihil moror.

SIXTI III. PAPÆ

Epiſtola III.

Sixtus Epiſcopus, omnibus Orientalibus Epiſcopis in Domino ſalutem.

GRATIAS veſtræ referimus ſanctitati, quod in tribulatione & perſecutione noſtra [a] *nos viſitare miſiſtis*, & cauſæ noſtræ finem bonum ſcire & eſſe optaſtis, precibuſque Deum exoraſtis vt mihi in tribulatione ſuccurreret mea, meque adiuuaret, & ab æmulis tribulantibus & perſequentibus me liberaret.

[b] *O quam bona eſt charitas, quæ* [c] abſentes *per imaginem* præſentes *ſibimetipſis exhibet per amorem; diuiſa* quoque *vnit, & confuſa ordinat, inæqualia ſanciat, imperfecta* [d] confirmat. *Quam rectè prædicator egregius*, Apoſtolus videlicet Paulus, *vinculum perfectionis vocat*, [e] quoniam *virtutes quidem cateræ perfectionem generant; ſed tamen eas charitas* [f] ita *ligat, vt ab amantis mente diſſolui iam nequeant. Hac* [g] quoque *virtute*, fratres, plenos vos Spiritus ſancti gratia *eſſe reperio*, dum [h] *ſolatia* mihi in meis anxietatibus ſentio. Nec mirum, chariſſimi, ſi me perſequuntur æmuli mei, cum caput noſtrum, quod eſt Chriſtus, olim *æmuli ſanctæ Dei Eccleſiæ ſeruorumque eius* ſint perſecuti. [i] Vnde & *ipſa* per ſe *Veritas dicit*, ſi patrem familias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius? *Quæ iterum dicit*; ſi de hoc mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Sed quia de hoc mundo non eſtis, ſed ego

a hoc nullo modo veriſimile. Nota phraſes.

b verba Gregorij epiſt. 50 li. 4 quæ iam deprauauit Syluerius hypobolymæus.

c abſentia, præſentia.

d cõſummat.

e quia.

f etiam.

g hac itaque virtute frater chariſſime, plenum te eſſe reperio.

h Not.

i Greg. epiſt. 41 lib. 8 *cum ipſa veritas dicat Si patrẽ familias, &c.*

elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. [k] *Hæc, fratres, cum* & nos ſciamus, & aliis nos ſæpe dicamus, voſq; ea *perfecte ſcire* non dubitemus, propter inſidiantium vituperationes, aut accuſationes, vel propter adulantium laudationes, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinare debemus; ſed [l] *inter verba laudantium ſiue vituperantium ad mentem ſemper recurrendum eſt. Et ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur magna triſtitia generari debet: & rurſum ſi in ea non inuenitur malum quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi* [m] omnes *laudent, & conſcientia* nos *accuſet? aut* [n] *ſi omnes accuſent, &* [o] *conſcientia nos liberos demonſtret? Habemus Paulum dicentem,* [p] Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *Iob quoque dicit,* [q] Ecce in cœlis teſtis meus. *Si ergo eſt nobis teſtis in cælo, teſtis in corde,* [r] dimittamus *ſtultos foris loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant; vt unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant? Vocandi tamen ſunt etiam ipſi, & tranquille admonendi, eiſque ſatisfieri modis omnibus debet, ſcientes* [ſ] quod *de* Iudęis *veritas* ait, Ne fortè ſcandalizemus eos. *Si autem ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint, habes conſolationem quam* [t] *in Euangelio* adſpicias; *quia cum Domino dictum fuiſſet,* [u] ſcis quia audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? *reſpondit,* finite illos; cæci ſunt & duces cæcorum. *Paulus quoque Apoſtolus admonet dicens,* [x] ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. *Dicturus,* [y] *cum omnibus* hominibus *pacem* habentes, *quia hoc difficile eſſe* perſpexit *præmiſit,* ſi fieri poteſt; & ſubiunxit; *quod* poteſt *fieri, cum* dicit; Quod ex vobis eſt *ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus, etſi illi pacem nobiſcum non habent, nos tamen cum illis ſine dubio habemus.*

Quod ergo [z] *mandaſtis*, vt ſcriberem vobis, qualiter *inſtans iurgium* contra me ſuſcitatum ſit, vel à quo, vt veſtro adminiculo pelleretur, & cauſa mea firmaretur; ſcitote me [a] *criminari à quodam Baſſo* & iniuſtè *perſequi.* Quod *audiens Valentinianus Auguſtus*, noſtra auctoritate *Synodum congregari iuſſit: & facto* concilio *cum magna exa-*

mina-

k Greg. ibid. *Hæc igitur cũ perfectè te ſcire audiam mirer dilectionẽ tuam verbu hominum contriſtatam: inter verba enim laudantium. &c.*
l. Greg. verba ibid.
m homines.
n aut quæ debet eſſe triſtitia ſi omnes &c.
o ſola conſcientia.
p 2. Cor. 1.
q Iob. 16.
r, dimitte.
ſ ſcientes quid de eis veritas dicit.
t in S. Euangelio conſpicias.
u Matth 15.
x Rom. 12.
y, dicturus quippe vt cũ omnibus pacẽ habeamus, quia proſpexit & hoc eſſe difficile, præmiſit, ſi fieri poteſt Sed iamen adiũxit quod poſſit feri cum dixit.
z N. phraſim.
a verba pontificalis.

minatione, ſatisfaciens omnibus, licet euadere ſatis aliter potuiſſem, ſuſpicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgaui; me ſcilicet à ſuſpicione & æmulatione liberans, ſed non aliis qui noluerint, aut ſpontè hoc non elegerint faciendo formam, exemplumque dans; cum ſcriptum ſit, [b] Si quis *crimẽ* objicere voluerit, *ſcribat ſe* prius *probaturum*: & alibi, [c] *Criminationes aduerſus* Doctorem nemo recipiat: & iterum; [d] *Si* quis *Epiſcopus, Presbyter*, aut *Diaconus*, vel quilibet Clerici, *apud Epiſcopũ à qualibet perſona fuerint accuſati, quicunque* fuerit, *ſiue ille ſublimis vir honoris, ſiue vllius alterius* [e] generis perſona, *qui hoc genus* illaudabilis *intentionis* [f] arripuerit, *nouerit docenda probationibus, monſtranda documentis ſe debere inferre: ſi quis ergo circa huiuſmodi perſonas non probanda detulerit, intelligat ſe* [g] iacturam infamiæ ſuſtinere, & ſub magna excommunicatione exilio deportari.

Iſta omnia poſtpoſui, non aliis (vt paulò ſuperius prælibatum eſt) exemplum dando, ſed me à præfata infamia & ſuſpicione liberando. *Condemnatus* [h] eſt autem memoratus *Baſſus* à iam dicta *Synodo*; *ita tamen, vt in vltima die viaticum ei non* denegetur, *propter humanitatem pietatis Eccleſiæ.*

Valentinianus quoque antedictus Imperator ſcripto eum condemnauit, *cum Auguſta matre* [i] Placida, & *omnia prædia facultatum eius* (futuris de talibus dans hominibus formam ita faciendi) *Eccleſiæ Catholicæ ſociauit*. Sæpe dictus ergo *Baſſus, nutu diuino*, non multo poſt *moritur. Cuius corpus* (licet dignum non eſſet ſepulturæ) propter miſericordiam tamen ſepeliui eum *in cubiculo parentum eius.* Et quanquam ipſe erga me ſtultè & imprudenter egiſſet, ego verò miſericorditer circa eum egi, cogitans illud quod Dominus in Euangelio loquitur dicens: [k] *ſi non dimiſeritis hominibus peccata eorum, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.* Et in ipſa dominica oratione, quotidie ſupplicando Domino dicimus, [l] *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Et multa ſunt alia his ſimilia.

His ita de me peractis, quia contra voluntatem omnium Epiſcoporum qui nobiſcum erant, propter humi-

b verba Adriani I. cap. 48. collect. Ingelramo data, eadem repetet [illegible] infra.
c Adrian. collect. c. 67. ſer. 250. Sexti Pythagoræi, cuius verba repetit pſeudo-Calixt. epiſt. 1. Pſeudo-Stephan. epiſtol. 2.
d verba Cod. Theod. lib. 16 tit. 2. conſtit. 41 *ſi Epiſc. vel presb. Diaconus & quicũque inferioris loci Chriſtianæ legis Miniſter, apud* &c. eandem conſtit. citauit Pſeudo-Calus.
e dignitatis
f arripiet, laudabilis.
g ſei. [illegible] Ɛuræ famæ propriæ ſublacere &c.
h hæc verba deſcripſit impoſtor ex pōtificali.
i Placidia.
k Matth. 6.
l ibid.

licatem ſenſus mei, nullo cogente iudicio aut vi paſſus, ſed ſponte eligens hæc, nec formam (vt iam dictum eſt) aliis [m] tamen Epiſcopis, [n] *competens adhibenda eſt talibus medicina vulneribus*, &c.

Data Kal. April. [o] Valentiniano & Floriano viris Clariſſ. Coſſ.*

m forte *aliu dans.*
n verba Felicis III. epiſt. 7. quæ iam deprauauit Pſeudo-Fabian. epiſt 3.
o nullis hic conſul.
* *ad finem epiſtola repetēda ex epiſt 3 Pſeudo Fabiani.*

Baron ad A. D. 433. §. 36. 37.

Maior inde ſuboritur difficultas: quomodo condemnatio Probi & Matiniani facta legitur ſub dictis Coſſ. Kal. Septemb. & epiſtola ad Orientales à Sixto ſcripta de Baſſi obitu & ſepultura data habetur ſub iiſdem Conſulibus Kal. Aprilis & quonam pacto in ea epiſtola pro Anatolio Conſule Florentius cum Valentiniano ponitur? ſed & inde maior augetur difficultas; qua ratione eo anno, ea die Auguſti confecta Acta iſta leguntur, cum obiiſſe Sixtus dicto anno longe ante legatur, nempe 5. Kal. April. Sed & quomodo eadem ſubſiſtet epiſtola quæ data legitur Kal. April. cum dictum ſit eo anno 5. Kal. eiuſdem Sixtum eſſe defunctum?

Vnde cum hæc ſubſiſtere nullo modo queant, quod ſibi inuicem aduerſentur; certè quidem aliunde quam ex dictis Actis ... exiſtimo eſſe petendam hiſtoriam, & è puriori fonte hauriendam eſſe, &c.

Binij Nota.

Magna pars huius epiſt. quam ſupra notauimus, recitata eſt hic verbo tenus ex epiſt. 3. Fabiani Pontif. Addita ad finem epiſtolæ temporis & Coſſ. nota, plane ſurreptitia eſt. Nam ex libro Pontificali conſtat, Sixtum 5. Kal. Apriles vita functum eſſe. Valentinianum III Conſulatu Florentium collegam habuiſſe, emendatioribus conſularibus faſtis repugnat. Eadem igitur cenſura eſto de additamento & nota conſulari huius epiſtolæ.

CENSVRA.

Ne quis cuiuſquam animo ſcrupulus hæreat, notabis ... lector Epiſtolam Fabiano & Sixto III. adſcriptam à ſcelerato impoſtore ex ſententiis Conc. Tolerani VIII. Felicis III. Gregorii M. Adriani I. Codicum Theodoſiani & Iuſtinianæi, Aniani interpretis, & Sexti Pythagoræi, contextam eſſe.

Binæ extant Sixti III. epiſtolæ, quarum 1. ad Cyrillum Alexandrinum data hoc initio, *Magna ... &c.* 2. ad Ioannem Antiochenum ſcripta, hoc habet exordium, *ſi Eccleſiaſtici corporis gloriam &c.* citatur vero à Vincentio Lirinenſi ad finem commonitorii.

LEONIS

LEONIS I. PAPÆ

Epiſtola LXXXVIII.

Leo [a] Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus, vniuerſis Germaniarum regionum Epiſcopis Salutem.

CVM [b] in Dei nomine, in Romana Eccleſia Synodum Epiſcoporum ſiue cęterorum conſacerdotum Chriſtique fidelium coadunatam habuiſſemus, & *de ordinationibus* illicitis, ſuper quibus [c] *crebrior ad nos* illarum partium *commeantium ſermo* peruenerat, atque de aliis neceſſariis Eccleſiaſticis negotiis tractantes, ſacroſque canones relegentes, ſolerter egiſſemus, à multis lacrymabili vultu relatum eſt nobis, quod quidam Germaniarum ac Galliarum vrbium Epiſcopi frequenter Chorepiſcopos, (qui iuxta [d] canones Neocæſarienſes, ſiue ſecundum aliorum decreta patrum iidem ſunt qui & preſbyteri) vel preſbyteros deſtinarent, [e] *qui abſente pontifice altaria erigerent, Baſilicaſque conſecrarent. Quod quidem non eſt mirum id praecepiſſe* [f] viros Eccleſiaſticæ diſciplinæ ignaros, quod eſt canonicæ regulæ contrarium, *& ſtatim à ſeculari militia in ſacerdotale miniſterium* delegatos atque promotos. *Ergone vltrà talis à* [g] vobis *licentia vſurpetur; communi ſententia ſtatuendum oportuit, ſcientes quia ſicut Chorepiſcopo vel presbytero illicita conſecratio eſt altaris, ita & conſtitutio. In diuinis enim literis, præcipiente Domino ſolus Moſes in tabernaculo Dei erexit altare, ſolus ipſe vnxit;* [h] qui *vtique ſummus ſacerdos Dei erat, ſicut ſcriptum eſt de eo;* [i] Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius. *Ideoque id quod tantum facere principibus ſacerdotum iuſſum eſt, quorum typum Moſes & Aaron tenuerunt,* [k] omnino Decretum eſt vt Chorepiſcopi vel *preſbyteri, qui filiorum Aaron geſtant figuram, arri-*

tim à ſeculari milit. in Sacer[illegible] iſte[illegible]m delegatum. g à nobis. h vtique. i Pſalm. 98. k additamentum.

a Idem titulus & initium e. ill. 9. Pelagio 2. adſcriptæ.
b initium epiſt. 87. Leonis *cum de ordinationibus Sacerdotum quadam apud vos illicite vſurpata crebrior, &c. perferret.*
c ſup. Pſeudo-Stephan. epiſt. 2.
d Concil. Neocæſ. can. 13.
e *verba Concil. Hiſpal.* 2. *cap.* 7. Septimo examine relatum eſt nobis, venerandiſſimum quondam Agapium Cordubenſis vrbis Epiſcopũ frequenter Chorepiſcopos vel preſbyteros deſtinaſſe (qui tamen iuxta canones vnũ ſunt) qui abſente pontif. &c.
f viorum Eccl. diſcipl. ignarum, & ſtatim quia ſummus

pere non præſumant. Nam quamuis cum Epiſcopis plurima illis [l] miniſteriorum *communis ſit diſpenſatio; quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam* [m] nouæ etiam *Eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint, ſicut presbyterorum & Diaconorum* [n] aut *Virginum conſecratio, ſicut conſtitutio altaris,* ac *benedictio vel vnctio. Siquidem nec* [o] erigere eis altaria, nec Eccleſias *vel altaria conſecrare* licet, *nec per* impoſitiones manuum *fidelibus baptizandis, vel conuerſis ex hæreſi Paracletum ſpiritum* ſanctum *tradere, nec Chriſma conficere, nec Chriſmate baptizatorum* [p] frontes *ſignare, nec publice quidem in miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere.* [q] *Hæc* enim *omnia illicita* ſunt *Chorepiſcopis*, qui [r] *ad exemplum* & formam *ſeptuaginta* diſcipulorum eſſe noſcuntur; vel preſbyteris, qui eandem geſtant formam; quoniam quanquam conſecrationem habeant, *Pontificatus* tamen *apicem non habent.* Quæ omnia, *ſolis deberi* ſummis Pontificibus *auctoritate canonum præcipitur, vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi pontificis demonſtretur. Sed neque coram Epiſcopo* licet *Presbyteris in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem tingere aut ſignare, nec* [ſ] pœnitentem *ſine præ*ceptione *Epiſcopi ſui reconciliare, nec eo præſente,* niſi illo iubente, *Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere, nec eo coram poſito populum docere, vel benedicere, aut ſalutare, nec plebem vtique exhortari.*

[l] myſteriorum.
[m] nouell.s & Eccl.
[n] ac virg.
[o] nec licere eis Eccleſi.m vel altaria conſecrare, nec per impoſitionem manus.
[p] frontem ſignare ſed nec.
[q] Hęc omnia illicita etiā preſb. vel Chorepiſcopis quia pontificatus apicem non habent, quem ſolis deberi epiſcopis auctoritate, &c.
[r] verba can. 13. Neocæſ. interp. Dionyſ.
[ſ] pœnitentes ſine præcepto.

Surius & ex eo procurarores nouiſſ. edit. Pariſ. & Colon.

Ex fine huius epiſtolæ argumenrum ſumitur quod non ſit p[illegible]a ſed fragmentum duntaxar.

C E N. S V R A.

STYLVS Leonino non congruit; idem qui Pelag. 2. epi[illegible] ſuppoſuit artifex cap. 7. Syn. 2. Hiſpalenſis pro more vit[illegible], & in epiſtolæ formam edidit; affixerat vero ad finem longam ex epiſt. Leonis 87. laciniam quam reſecuerunt Surius & Pariſienſes.

Eiuſdem epiſt. 96.

Dominis fratribus, merito Beatiſſimis, in Chriſto venerabilibus, Samartioni, Chariatoni, Deſiderio Epiſcopis & Presbyteris omnium Eccleſiarum quæ ſunt intra Prouinciam Thraciam conſtitutæ, Leo, Victorius, Euſtachius Epiſcopi.

HANC *epiſtolam* * *Leonis non eſſe, titulum & ſubſcriptionem iudicare aſſeruerat* Binius Not. in 1. Tom. Concil. p. 999. at in editione poſtrema Colonienſi hanc notam induxit, fortè quia phraſis epiſtolæ à Leonina non abludit. Ego vero ne quem ſtyli qualiſcunque ſimilitudo capiat, moneo epiſtolam à Gallicanis Epiſcopis ſcriptam videri, mendumque in titulum irrepſiſſe, vt pro *intra prouincias Gallicanas*, intra prouinciam Thraciam legatur. Id ſuadent nomina Chariatonis, Leonis, Victorij, & Euſtachij, quos inter Concilij Andegauenſis patres A. D. 453. ſediſſe conſtat. 2. Eandem coniecturam firmat ipſa epiſtolæ materia cum can. 2. Synodi Andegauenſis & 9. Veneticæ mire conſentiens. 3. Eidem fauet titulus epiſtolæ propemodum idem, cum inſcriptione Synodicæ è Concilio Venetico ad Victorium & Thalaſſium circa A.D. 460. ſcriptæ: hæc nim. *Dominis Beatiſſimis, & nobis in Chriſto omni charitatis honore venerandis fratribus, Victorio* &c.

* Leo Biturlcenſem, Euſtachius Turonenſem, Victorius Cenomanenſem Eccleſiam rexit.

Epiſt. 18. pauculis ad finem lineis exceptis è 13. videtur expreſſa. Item 85. è 3.

Maxima pars epiſt. 83. totidem verbis legitur in 97.

Epiſt. 24. *potius fragmentum quoddam proximè ſequentis eſſe, nec ſatis cohærere videtur* editoribus Pariſ. & Colon. qui *nec eam in M. S. inuenerunt*; eſt tamen in Actis Græco-Latinis Chalced. Concilij parte 1. pag. 19.

SYMMACHI PAPÆ

EPISTOLA 3. ad *Liberium patricium* Ennodio reſtituenda eſt. vide inter epiſt. eius primam libri 5.

Epiſt 4. *Dilectiſſ. atque chariſſ. fratri Laurentio* &c. *Prodit religioſe votum conſcientiæ, &c.* dicitur à Creſconio edita: eſt autem Ennodij Dictio 3. *data Stephano V.S. Vicario dicenda Maximo Epiſcopo.* Vide Bibl. P.P. Tom 6. p. 275.

Epiſt 8. cuius initium *Lucrum ſo ſi an*,&c, eſt 14. lib.2.epiſt. eiuſd. Ennodij. vide p.204.Bibl.PP. Tom.6.

IOANNIS I. PAPÆ

Epiſtola I.

Ioannes vrbis Romæ Epiſcopus, Zachariæ Archiepiſcopo Salutem.

EXIGIT [a] *dilectio tua*, frater chariſſime, *præceptum Apoſtolicæ ſedis, in quo patrum decreta conſentiunt*; quod nec tibi, nec vlli recte viuentium & credentium Sacerdotum negare fas eſſe credimus.

Et [b] licet *tibi pro merito & honore ſacerdotij, quo plurimum polles, viuendi & docendi* [c] Eccleſiaſticæ regulæ *nota ſint omnia*; [d] *tamen quia Romanæ Eccleſiæ normam atque auctoritatem magnoperè poſtulaſti*, ſcriptis tuis breuiter reſpondere curauimus.

[e] *De occultis* enim *cordis alieni temere iudicare* iniquum *eſt*; *& eum, cuius non videntur opera niſi bona*, peccatum *eſt ex ſuſpicione reprehendere*.

Oues [f] ergo *quæ paſtori ſuo commiſſæ fuerint, eum nec reprehendere, niſi à recta fide exorbitauerit* [g] debent; & nullatenus *accuſare* poſſunt, quia facta *paſtorum oris gladio* ferienda *non ſunt, quanquam* recte reprehendenda videantur. Ideò iſta dicimus, quia in ſcriptis veſtris reperimus, quoſdam Epiſcopos veſtris in partibus à proprijs ouibus accuſatos; aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione, & idcirco quoſdam *ſuis* eſſe *rebus expoliatos*, quoſdam verò à propriâ ſede *pulſos*. Quos ſcias nec *ad Synodum* com*prouincialem*, nec *ad generalem poſſe* conuocari, nec aliquid diiudicari *antequam cuncta quæ*

a verba Zoſimi epiſt.1. ab initio.
b verba Innocent. epiſt.2. ab initio etſi tibi, &c.
c ſecundum Eccleſ. regulas.
d hic omiſſæ ab impoſtore lin.2.
e Proſperi ſent.28. cuius verba vſurpant pſeudo-Zephyrin. epiſt.1. pſeudo-Sixt.II. epiſt.2. pſeudo-Euſeb. epiſt.2.
f verba Concil.Rom. 5. ſub Symmacho.
g præſumant, nec vllatenus pro quacumque re alia niſi pro ſua iniuſtitia accuſare audeant; quoniam paſtorum actus gladio oris non ſunt feriendi, quanquam ritè reprehendi æſtimentur, nec vllos Epiſcopos ſuis rebus expoliatos, vel à ſedibus vi aut dolo aut quocunq; ingenio pulſos, ſicut & vos de nobis iudicaſtis aut ad Synodum tam prouinc. quam generalem poſſe conuocare, aut in aliquo iudicare antequam.

ei ſabla-

eis ablata ſunt legibus poteſtati eorum [h] *redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & Eccleſias quæ ſibi ſublatæ ſunt, cum omni priuilegio* [i] ſuis *reſtitui, & poſtmodum non ſub anguſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium cis indulgeatur, quantum expoliati vel expulſi eſſe videntur, antequam ad Synodum conuocentur, & ab omnibus quiſque ſuæ prouinciæ Epiſcopis audiantur. Nam nec conuocari ad cauſam, nec dijudicari poteſt expoliatus vel expulſus; quia non eſt priuilegium quo expoliari poſſit iam nudatus. Vnde & antiquitus decretum eſt,* Omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atque fructus cunctos ante litem conteſtatam [k] præceptor vel primas poſſeſſori reſtituat. *Et alibi ſcriptum habetur;* Ille qui violentiam pertulit vniuerſa in ſtatu quo fuerant recipiat, & quæ poſſidet ſecurus teneat. *Et alibi in Synodalibus patrum decretis, & regum edictis legitur ſtatutum,* Redintegranda ſunt omnia expoliatis vel eiectis Epiſcopis præſentialiter [l] ordinatione pontificum, & in eorum vnde abſceſſerunt poteſtatem funditus [m] reuocanda, quacunque conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quaſcunque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ vel proprias aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur ante accuſationem aut regularem ad Synodum vocationem eorum, *& reliqua. Eſt etiam in antiquis Eccleſiæ ſtatutis Decretum, vt qui* aliena inuadit non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione omnia reſtituat. *Vnde & in Euangelio ſcriptum eſt,* [n] Quod ſi aliquem defraudaui, reddo quadruplum. *Et in legibus ſeculi cautum habetur;* Qui rem ſubripit alienam, illi cuius res direpta eſt, in [o] vndecuplum quæ ſublata ſunt reſtituat: *Et in lege diuina legitur,* Maledictus [p] omnis qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen. *Talia ergo non præſumantur abſque* [q] *vltione, nec exerceantur abſque ſuâ damnatione.* [r]

Tu vero, frater chariſſime, hæc vide ne tranſgrediaris, & reliquos Epiſcopos, tam tuæ curæ commiſſos, quam & alios firmiter tenere doceto: quia *tranſgredi Apoſtolica* [ſ] *ſtatuta abſque* tranſgreſſoris *gradus periculo* nullatenus poſſunt.

Inimicis [t] *vero accuſatoribus, vel de inimici domo prodeunti-*

h pacificè per omnia redintegrentur decernimus. Prius, &c.
i priuilegio ſuo.
k forte legendum *perceptor vel primo.*
l forte legendum *per ſententiam & ordinationem.*
m forte legendum, *reuocandi quicunque, & captiuitate, aut ſeueritate.*
n Luc. 19.
o decuplum.
p Deut. 27.
q vlla vltione.
r hucuſque pſeudo-Ba-ſ. b. epiſt. 2.
ſ imitatur impoſtor Hilar. in Concil. Rom.
t verba Concil. 5. ſ. b Symmacho.

bus, ſeu qui cum inimicis morantur [u] *non credatur; ne irati nocere cupiant, ne læſi ſe velint vlciſci.*

Hi quoque reiiciendi ſunt, non approbandi. Hæc, chariſſime, tene & prohibita ſemper caue. Illud adimplere ſtude, quod bene ad Jeſum filium Syrach dictum eſt: [x] *Vſque ad mortem certa pro veritate, & ſemper Dominus Deus tuus pugnabit pro te.* [y] *Huius* ergo *rei gratia vobis* & nobis ſancta commiſſa eſt Eccleſia; *vt pro omnibus* [z] laboribus, *& cunctis opem ferre non* negligamus; quoniam [a] *dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet.* Ideoque tanta vrgente neceſſitate, ſummopere [b] *veſtra Apoſtolicaque auctoritate*, & reliquos Epiſcopos oportet reprimere infeſtos, releuare oppreſſos; vt abſque graui (Domino auxiliante) difficultate, ipſi gratanter omni tempore ſacrificare mereamur illæſi.

Ad [c] *vos* quoque *me* [d] reuerti cogit *propoſiti operis* [e] *amica conditio, qui melioribus hactenus operam volui* [f] nauare *ſermonibus, dum* [g] talem rationem exigit toxicata *neceſſitas.* [h] *Mandati cœleſtis* [i] habitatio *nos aut miſcet aut ſeparat; Nec intereſt quæ interualla nos ſegregent, ſi* [k] vnà in ſupernæ manſionis claue retinentur.

Nec vobis tales nocere valebunt, ſi inuicem adiutorium ferre non diſtuleritis. [l] *Inauditum* autem *genus ſacrilegij eſt, quod mentita religionis* [m] honorem præfixi æmuli colorant. *Dehoneſtat* enim *venerandi reuerentiam nominis, qui adiutorem ſe in his quæ in Deum iactat commiſſa pollicetur. Contumeliæ genus eſt quaſi in ſolatio adeſſe ſublimi, iuxta Apoſtolum;* Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? *Quid auribus imperitis* [n] illudunt, *& grauiorem vindictæ ſpeciem* [o] faciunt *eſſe quam culpæ? Si odium* [p] habent, *exceſſibus* emendent. *Cur ergo liberius* [q] condemnant *ſcelera* quàm vitant? *Sui* profecto *impugnator eſt* omnis qui patres inſequitur aut [r] *detrahere* non formidat. Nihil eſt enim in quo inimicorum tela, (Domino opem ferente) ſuperare non valeatis, *ſi (iuxta veritatis vocem) talem* qualem Dominus præcepit [ſ] *habueritis dilectionem ad inuicem.* Data 15. Kal. Nouemb. [t] Maximo & Olybrio viris Clariſſ. Coſſ.

u aut ſuſpecti ſunt.
x Eccl. 4.
y His verbis vſus pſeudo-Alexand. epiſt. 2. pſeudo-Eucher. epiſt.
z laboremus.
a Luc. 10.
b ſic ſe pſeudo-Felix II. epiſt. 1.
c Ennodij verba in Apol. pro Symmacho.
d reducit.
e non amica.
f pernaua e.
g dum captiuam orationem exigit imperioſa neceſſitas.
h ibid. poſt. lin. 23.
i obauditio.
k ſi vno in ſuperna manſione conclaui retinemur.
l Ennod. ibid.
m honore coloratis.
n illuditis.
o facitis.
p deberetis exceſſib. vos mundare.
q condemnatis, vitatis.
r not. phraſ.
ſ Ioan. 13.
t Conſulatus imaginarius.

Binius

Binius in Notis ex Baron. ad A.D. 526 §. 3.

Conſularis (inquit) nota mendoſa eſt, vt patebit ex iis quæ infrà dicemus. Puto hanc referendam eſſe ad Conſulatum Maximi ſine collega: qui incidit in A.D. 523.

C E N S V R A.

NON ſola nota mendax, ſed & epiſtola cui nota eſt appoſita. Plagiarius epiſtolæ artifex aliena ſcripta ruſpatus, Innocentij, Zoſimi, Symmachi & Ennodij dicta ſuo cœno infecit, vt iam docui.

IOANNIS I. PAPÆ

Epiſtola. II.

Ioannes Epiſcopus, omnibus per Prouincias Italiæ conſtitutis Epiſcopis, in Domino Salutem.

SAEPISSIME[a] multo *iam* experimento didici, *ſanctum pietatis veſtræ ſtudium circa religionem Chriſtianam glorioſis*[b] creſcere & dilatari *augmentis; & fides* recta, quæ *non ſolum me, ſed omnes Domini ſacerdotes conſolatur & roborat*, veſtris in mentibus & operibus per ſacerdotale agnoſcitur opus & dilatatur.

Quapropter (fratres)[c] *hortor* vos *& moneo*, contra Arianam perfidiam, quæ olim non ſemel ſed ſæpe damnata eſt, & modo in quibuſdam reuiuiſcit, armari gladio ſpiritus Sancti, vt eam ita (adminiculante diuina gratia) opprimere & extirpare valeamus, vt nec radix eius in poſterum inueniatur.

Eccleſias[d] verò *Arianorum* vbicunq; inueneritis, *Catholicas* eas diuinis precibus & operibus abſque vlla mora *conſecrate*; Quia & nos quando fuimus Conſtantinopoli,[e] tam pro religione Catholica, *quam &* pro regis Theodorici cauſa negotij, ſuadente atque hortante, Arianoſque extirpante piiſſimo atque Chriſtianiſſimo *Iuſtino orthodoxo imperatore*,[f] quaſcunque illis in partibus eorum *Eccleſias* reperire potuimus, *Catholicas* eos (Do-

a *verba Leonis epiſt.* 70. Quæ ſæpiſſime multa iã experimenta docuerunt.
b perſeuerat & creſcit augmentis. & hæc fides Clementiæ veſtræ non ſolum, &c.
c phraſ. Leon. epiſt. 2.
d hoc vetuit Cõc. Epaun. cap. 33. Nor. phraſ. pontificalis.
e an alia cauſa quam religionis ſuſcepta à pontifice? negat qui vitam eius ſcripſit.
f an diſcurrit pontifex per prouincias vt Arianorũ ſpeluncas Deo dicaret? contrarium teſtatur pontificalis liber.

mino opem ferente) *conſecrauimus.* Et quanquam prædictus Theodoricus Rex, [g] eorum *peſte tactus intrinſecus, & obuolutus extrinſecus,* nos & omnem [h] regionem noſtrã *perdere,* & *gladio* & igne conſumere minetur; nolite tamen propterea deficere, ſed viriliter in agro Dominico elaborare ſtudete; Et (iuxta veritatis vocem) [i] *nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potius eum timete qui poteſt & animam & corpus* [k] mittere *in gehennam.* Et egregius gentium Apoſtolus inquit, *Non* [l] *enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, nos autem ſeruos veſtros per Ieſum: quoniam Deus qui dixit de tenebris* lumen [m] *ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in* [n] faciem *Chriſti Ieſu. Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur:* [o] operamur, *ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: dejicimur,* & [p] *non perimus, ſemper mortificationem Ieſu* Chriſti *in corpore noſtro circumferentes: vt & vita Ieſu in corporibus noſtris manifeſtetur. Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem Spiritum fidei (ſicut ſcriptum eſt,* [q] *Credidi, propter quod locutus ſum) & nos credimus; propter quod & loquimur. Scientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit & conſtituet vobiſcum. Omnia enim propter vos, vt gratia abundans per* [r] multas *gratiarum a*ctiones, *abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris eſt noſter homo* corrumpatur; *tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis; non contemplantibus nobis quæ videntur ſed quæ non videntur. Quæ videntur enim temporalia ſunt; quæ autem non videntur æterna ſunt.*

[ſ] *Scimus enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ex Deo ædificationem habemus, domum non manufactam æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quæ de cælo eſt ſuperindui cupientes,*

g Not. phraſim.
h quam regionem poſſedit Ioannes? alludit impoſtor ad hæc pontificalis verba *totam Italiã voluit gladio extinguere,* Theodoricus ſcil. itẽ *quod ſi non omnem Italiam gladio perderet.*
i Matth.10.
k perdere.
l 2.Cor.4.
m lucem.
n in facie.
o aporiamur.
p ſed non.
q Pſal.115.
r multos in gratiarum actione.
ſ 2.Cor.5.

pientes, ſi tamen veſtiti & non nudi inueniamur. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo quod nolumus [t] spoliari, *ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipſum Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audentes igitur ſemper & ſcientes quoniam dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino, (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Deum; & ideò contendimus, ſiue abſentes ſiue præſentes placere* ei. *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnus quiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Scientes ergo timorem Domini, hominibus ſuademus, Deo autem manifeſti ſumus. Spero autem & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe. Non iterum nos commendamus vobis; ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excidimus, Deo; ſiue ſobrij ſumus, vobis. Charitas enim Chriſti vrget nos, æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt; & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & qui viuunt iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Itaque nos ex hoc neminem* iam *nouimus ſecundum carnem, etſi agnouimus ſecundum carnem Chriſtum; ſed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo qui reconciliauit nos ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis; quoniam quidem Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.*

[t] expoliari.

[u] Dominum.

Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

Adiuuantes autem exhortamur [x] *ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: ait enim Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te.* [y] *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus in neceſſitatibus,*

[x] 2. Cor. 6.

[y] Eſai. 49.

in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris; per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores, & veraces: ſicut qui ignoti, & cognoti; *quaſi morientes, & ecce viuimus; vt caſtigati & non mortificati; quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes; ſicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes. De cætero, fratres,* [z] *gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, pacem habete,* vt *Deus pacis & dilectionis* ſit ſemper *vobiſcum*, Amen.

z 2. Cor. 13.

Data 3. Idus Iunij Maximo & * Olybrio viris Clariſſ. Coſſ.

* Olybrius ſine collega Conſulatum geſſit A.D. 526.

Baron. ad A. D. 525. §. 9. 10.

ACCEDANT adhuc firmiſſimę autoritates. Quid firmius atque ſolidius deſiderari poteſt quam publica ad omnes Italiæ Epiſcopos tunc ſcripta ab ipſo Ioanne Papá circularis epiſtola? in qua hæc ipſa leguntur verba, *Eccleſias vero Arianorum* &c.—A quonam hæc certius dici poſſunt, quam ab ipſo qui egit? & quorum ſcriptorum genere fidelius probari valent, quam publica, patenti, cunctiſque nota data ab eodem epiſtola? 10. At ne qua vel leuis ſaltem de impoſtura ſuſpicio in aduerſariorum refractariam mentem ſurripere poſſit, vt vel animo quis eorum fingere valeat epiſtolam illam ſpuriam eſſe atque ſuppoſitam; accipe tantę veritatis teſtem eiuſdem ſeculi ſcriptorem Gregorium Turonenſem, eadem ipſa diſertis verbis teſtantem &c.

Idem ad A.D. 526. §. 3. *Cum in fine data legatur (epiſt.) 3. Idus Iunij ſub Conſulatu Maximi & Olybrij, expungendus eſt Maximus, vtpote ſuperadditus; tam enim Maximus quam Olybrius diuerſis annis (vt vidimus) Conſulatum geſſerunt: nec potuit ea epiſtola ſub Maximo dicta die Iunij dari; nam eo tempore nondum creatus erat Pontifex Ioannes, qui menſe Auguſti eiuſdem anni ſedere cœpit. Dicendum ergo Olybrij huius anni abſque collega Conſulatus tempore dictam ſcriptam eſſe epiſtolam: ſed & in eo quod habetur ipſa data 3. Idus Iunij deprehenditur error; nam quomodo ita ſe habere potuit, ſi 27. menſis Maij idem Ioannes hoc anno ſub eodem Conſulatu Olybrij mortuus eſſe ponitur? &c.

* hæc repetit Binius in Notis ad epiſt. 2. Ioan. 1.

4. Ne autem ex errore diei exiſtimes epiſtolam ipſam haud eſſe germanam, ſed commentitiam, habes huius ſeculi ſcriptorem Gregorium Turonenſem eidem adſtipulantem verbis iſtis. *Multi quidem ſunt Martyres apud vrbem Romam, quorum hiſtoria paſſionum nobis integra non ſunt delata. De Ioanne tamen Epiſcopo, quoniam Agon eius ad nos vſque*

non

non acceßit ſcriptus; quæ à fidelibus comperi, tacere nequiui. Hic cum ad Epiſcopatum veniſſet, ſummo ſtudio hæreticos execrans, Eccleſias eorum in Catholicas dedicauit: quod cum Theodoricus Rex comperiſſet, furore ſuccenſus, quia eſſet ſectæ Arianæ deditus, iußit gladiatores per Italiam dirigi, qui vniuerſum, quotquot inueniſſent, Catholicum populum iugularent. Hæc audiens B. Ioannes, ad Regem ne hæc fierent deprecatus acceßit: à quo cum dolo ſuſceptus, alligauit eum, & poſuit in carcerem dicens, Ego te faciam, ne audeas contra ſectam noſtram amplius muſsitare. Poſitus vero ſanctus Dei in carcere tantis attritus eſt iniuriis, vt non poſt multum tempus ſpiritum exhalaret, &c.

C E N S V R A.

Anaſtaſij narrationem falſam eſſe non euincunt quę Baron. affert; quandoquidem aſſyſtata non ſunt, Iuſtinum Ioannis precibus permotum Arianis ſua iura reliquiſſe, & Ioannem re proſpere geſta & ex Theodorici voto reducem ab eodem Theodorico comprehenſum & carcere clauſum fuiſſe: potuit enim ſuſcepti muneris partes implere, & alia de cauſa in Regis Ariani offenſionem incurrere. Quid enim ſi coronatio Iuſtini, aut ſuborta de Ioannis fide ſuſpicio *Theodorici bilem accendit? an quicumque à preuaricationis & violatæ fidei labe purus eſt, læſæ Maieſtatis reus aliorumve criminum obnoxius eſſe non poteſt?

* Beda de 6. ætat. mundi. Theodoricus eum cum comitibus carceris afflictione peremit, inuidia ductus quia Catholicæ pietatis defenſor Iuſtinus eum honorifice ſuſcepiſſet. Idem in Martyrol. ad 5. Cal. Iunij.

Gregorij Turon. locus quo pacto epiſtolę fidem conciliet non video: non enim aſſerit (quod neceſſe eſt, vt eius teſtimonio fulciatur epiſtola) Ioannem Arianorum Eccleſias *Conſtantinopoli, & in Orientis partibus* conſecraſſe, idque *Iuſtini ſuaſu*; nihil illi compertum de Epiſtola Ioannis nomine ſcripta: quinimò epiſt. auctoritatem multis modis eleuat: 1. Scribit Ioannem cum ad Epiſcopatum veniſſet Eccleſias hæreticorum in Catholicas dedicaſſe: at epiſt. id demum factum poſt legationem ſuſceptam. 2. Greg. in Italia dedicatas Arian. Eccleſias inſinuat: epiſtol. *Conſtantinopoli, & in partibus Orientis.* 3. Greg. Ioannem carceri mancipatum teſtatur, cum acceſſiſſet deprecaturus pro Catholicis ob conſecrationem Eccleſiarum iam peractam periculo expoſitis: epiſt. vero Theodoricum infenſum Ioanni ob Eccleſias Orientalibus orthodoxis reſtitutas.

Non igitur ſola Conſulum nota ſuperaddita, ſed totius epiſt. ſeries ſuſpicionem mouet, quam augent ſequentia. 1. Vix tria verba de ſuo fudit qui eam ſcripſit: initium Leonis eſt; maxima pars Apoſtoli, eaque deprauata: quæ interſeruntur pluribus nominibus ſuſpecta, ne dicam inepta.

2. Si vera relatio Gregorij, nulla fuit cauſa ſcribendæ epiſtolæ: quid enim neceſſe eſt, ad Eccleſiarum iam conſecratarum à Catholicis conſecrationem eoſdem Catholicos hortari?

3. Infirmiſſimo epiſt. ſcriptor niti videtur argumento, hoc nimirum *Arianorum Eccleſias Catholico ritu conſecraui in Orientis partibus. Ergo id vobis attentandum in Italia.* An quicquid licuit ſub Imp. orthodoxo,

ſuaſionibus ſuis animos faciente, audendum fuit in Italia Theodorico Ariano rerum potente, orthodoxis excidium minante? Orientalibus certe Epiſcopis nullum, Italis certum ex Baſilicarum occupatione periculum. Ergo diſpar vtrorumque cauſa.

4. Si (quod aſſerit epiſt. ſcriptor) Ioannes Theodorici mandata non impleuit, ſuſcipere non debuit: ſi (quod ſcribit Anaſtaſius) impleuit, præuaricationis turpiſſimæ, & violatæ religionis reus eſt Baronij iudicio.

5. Vno verbo, nullo ingenio nulla arte Ioannis factum excuſari poſſe videtur. Siue enim libens Theodorici mandata ſuſcepit; ſiue (mutata poſteà mente) neglexit, eoque ipſo furentem hæreticum in Catholicorum perniciem impulit; imprudentia ſua & temerario auſu ſibi & Eccleſiæ nocuit.

FELICIS IV. PAPÆ

Epiſtola I.

Dilectiſſimis fratribus omnibus Epiſcopis per diuerſas prouincias conſtitutis Felix Epiſcopus in Domino ſalutem.

M *AGNO* [a] *munere miſericordiæ Dei totius Eccleſiæ Catholicæ multiplicata ſunt gaudia*; cum Eccleſiarum ſtatus eo viget ordine, quo Apoſtolorum ſucceſſores illum ſtatuerunt. Et cum antiqui hoſtis aſtutia eum turbari agnoſcimus, non modico contriſtamur mœrore. Quamobcauſam, fratres, hortamur vos, monemus & flagitamus, [b] *vt à tramite* Apoſtolicæ ſedis inſtitutis nequaquam recedatis, nec [c] *à capite diſſideatis*; ſed fidem & ordinem, quem Apoſtoli & Apoſtolici viri ſtatuerunt, abſque vlla hæſitatione teneatis. Nam ſi columnæ alicuius magnæ domus ruerint, ipſa poſtea domus minime ſtabit; ſic & vos, qui [d] *columnæ Eccleſiæ* eſtis, ſi labefactari cœperitis, ſancta Eccleſia, quæ per vos regitur, tabeſcit & labitur. Hæc (fratres) quæ dico valdè timenda ſunt, & ſummo moderamine penſanda, atque ne fiant cauenda. Ipſa enim per ſe veritas ait, [e] *Vos eſtis ſal terræ; quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?*

a verba Leonis epiſt. 54. quæ ſibi vindicat Pſeudo Eleuther. epiſt. 1. Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 2.
b Siric. epiſt. 1. c. 1.
c Leo epiſt. 84.
d columnas Eccleſiæ vocant Epiſcopos, Pſeudo-Anaclet. epiſtol. 2. Pſeudo-Zephyr. epiſt. 1. &c.
e Matt. 5.

ſalietur? Ideò (chariſſimi) vos moneo quia debitor ſum vobis,& valdè vos diligo;& quando bona audio de vobis, nimis ſum gauiſus;& è contra quando mala, nimis conturbatus.

Ego [f] *vero, quamuis à vobis per longa terrarum atque maris* [g] interualla *diſiunctus ſim, ſum tamen omnino vobis corde coniunctus; idque de Beatitudine veſtra erga me modis omnibus confido: quia cum me viciſſim diligitis, à me non longe eſtis.* Vnde [h] *gratias referimus illi grano ſinapis,* [i] qui *ex modici deſpicabilisque ſeminis ſpecie, ita* [k] *ramis ex eadem radice ſurgentibus, atq; ſe diſtendentibus vſquequaq; diffuſis vt in eis volatilia cæli nidificent: gratiaque ſit fermento illi,* [l] quod *tribus farinæ ſatis totius humani generis maſſam in vnitate conſperſit: atque paruo lapidi qui abſciſſus* eſt *de monte ſine manibus,* & *occupauit vniuerſam faciem orbis terræ; qui ad hoc ſe vſquequaque diſtendit, vt* [m] omni *humano genere in vnitatem redacto, totius corpus perficeretur Eccleſiæ: atque ita* [n] vt *totius compagis pertineret commodum membrorum partialis iſta diſtinctio. Vnde nos quoque à vobis non longe ſumus, quia in illo qui vbique eſt vnum ſumus. Agamus ergo ei gratias, qui* [o] *ſolutis inimicitiis in carne* ſua *fecit vt in omni orbe terrarum vnus eſſet grex,* & *vnum ouile ſub ſe vno paſtore: ſemper memores, quid nos* [p] *egregius prædicator admoneat dicens,* [q] *Solliciti ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* [r]

Sanctitatis veſtræ ſcripta, quæ ad ſedem Apoſtolicam miſiſtis ſuper quibuſdam conſultis, [ſ] *quaſi ad caput, vt inde* acciperetis *reſponſa* vnde [t] *omnis Eccleſia totius religionis ſumpſit exordium,* [u] *gratanter* ſuſcepi,& breuiter vobis reſpondere curaui.

Capitulum I.

Vide Pſeudo-Clement. epiſt. 2. & 5.

De Eccleſiarum enim conſecratione, & de Miſſarum celebrationibus, non alicubi quam in ſacratis Domino locis, abſque magna neceſſitate fieri debere liquet omnibus quibus ſunt nota [x] *Noui* ac Veteris [y] Teſtamenti præcepta. [z] Tabernaculum vero Moſen Domino præcipiente feciſſe & ſacraſſe, cum menſa &

[f] verba Gregorij, epiſt. 36. lib. 4. quæ vſurpat Pſeudo-Sixt. II. epiſt.
[g] ſpatia.
[h] & magis gratias.
[i] quia.
[k] ita eſt.
[l] quo tribus.
[m] vt ex humano.
[n] ita ad totius.
[o] Eph. 2.
[p] nos prædic. veritatis.
[q] Epheſ. 4.
[r] huc uſque Pſeudo-Sixt. II.
[ſ] ſic Innocẽt. epiſt. 4. & ex eo Pſeudo-Damaſ. epiſt. 5.
[t] additam. impoſtoris falſiſſ. licet à *Petro exordiũ Epiſcopatus cœpiſſe* ſcribãt Innoc. epiſt. 2. Siric. epiſt. 4.
[u] Greg. epiſt. 53. lib. 4.
[x] profer Noui Teſtamenti præcepta ſi potes, nos nulla nouimus.
[y] Num. 7.
[z] Tabernaculum fuit cœleſtium ὑπόδειγμα teſte Paulo Heb. 9.

altari eius, & cæteris vaſis vtenſilibus ad diuinum cultum explendum legimus; & non ſolum diuinis præceptis ac precibus ea ſacraſſe; ſed etiam ſancti olei vnctione Domino iubente perliniſſe nouimus. Qualiter autem hæc facta ſint, & quomodo ipſa ſacra non alij quam Sacerdotes ſacra vnctione delibuti, Dominoque cum veſtibus ſanctis ſacrati, & Leuitæ tractabant, ferebant, erigebant & deponebant; in ipſis inſtitutionibus quæ (Domino iubente) per Moſen conſcriptæ ſunt, in lege Domini reperitur. Qualiter *ergo* [a] Dauid regum piiſſimus amplificauerit cultum Dei, & templum Domini ædificare voluit; ſed propter multum ſanguinem quem effuderat prohibitus eſt, & ipſe collegerat expenſas, Salomonque filius eius idipſum quod ipſe facere optauerat, iubente & auxiliante Deo perfecit, & templū cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum conſecrauit, in libr. Regum inter cętera legitur ita: [b] *AEdificans* (inquit Salomon Domino) *ædificaui* [c] *inhabitaculum tuum*, fortiſſimum *ſolium tuum in ſempiternum. Conuertitque rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael. Omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat, & ait: Benedictus Dominus* [d] *Iſrael, qui locutus eſt* in ore *ſuo Dauid* [e] *patrem meum, & in manibus* eius *perfecit dicens: A die, qua eduxi populum meum Iſrael de AEgypto, non elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael, vt ædificaretur domus, & eſſet nomen meum ibi: ſed elegi Dauid, vt eſſet ſuper populum meum Iſrael. Voluitque Dauid pater meus ædificare domum nomini* [f] *Dei Iſraël: & ait Dominus ad Dauid patrē meum, Quod cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti, hoc ipſum mente tractans. Verumtamen tu non ædificabis domum; ſed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis; ipſe ædificabit domum nomini meo. Confirmauit Dominus ſermonem ſuum quem locutus eſt, ſtetique pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrael, ſicut locutus eſt Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Iſraël: & conſtitui ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini eſt, quod percuſſit cum patribus noſtris, quando egreſſi ſunt de terra AEgypti. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conſpectu Eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cœlum, & ait,* [g] Dominus *Deus Iſrael, nō eſt ſimilis tui, in cœlo deſuper, & ſuper terram deorſum:*

qui cu-

a Nota connexionem.

b 3. Reg. c. 8.

c domum inhabit.

d Dominus Deus.

e ad Dauid.

f Domini Dei.

g Domine Deus.

qui cuſtodis pactum & miſericordiam ſeruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde ſuo. Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfeciſti, vt hæc dies probat. Nunc igitur, Domine Deus Iſraël, conſerua Dauid famulo tuo patri meo quæ locutus es ei; [h] *Non auferetur de te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſraël; ita tamen, ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam, vt ambulent coram me, ſicut tu ambulaſti in conſpectu meo. Et nunc, Deus Iſraël, firmentur verba tua quæ locutus es Dauid ſeruo tuo patri meo. Ergo ne putandum eſt, quod verè Deus habitet ſuper terram? Si enim cælum, & cæli cælorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui? Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius, Domine Deus meus. Audi* Domine *hymnum & orationem, quam ſeruus tuus orat coram te hodie, vt ſint oculi tui aperti ſuper domũ hanc nocte & die, ſuper domum de qua dixiſti,* [i] *Erit nomẽ meum ibi: vt exaudias orationem quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus, vt exaudias deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſraël, quodcunque orauerint in loco iſto, &* [k] exaudias *in loco habitaculi tui in cælo, & cum exaudieris propitius eris. Si peccauerit homo in proximum ſuum, & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur adſtrictus; & venerit propter iuramentum coram altari tuo, in domum tuam, tu exaudies* de [l] *cælo & facies, & iudicabis ſeruos tuos, condemnans impium, & reddens viam ſuam ſuper caput eius, iuſtificanſque iuſtum, & retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam. Si fugerit populus tuus Iſraël inimicos ſuos, (quia peccaturus eſt tibi) & agentes pænitentiam, & confitentes nomini tuo venerint & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Iſraël: & reduces eos in terram quam dediſti patribus eorum. Si clauſum fuerit cælum, & non plueris propter* [m] *peccatum eorum, & orantes in loco iſto pænitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis* [n] *conuerſi fuerint propter afflictionem ſuam, exaudi eos in cælo, & dimitte peccata ſeruorum tuorum, & populi tui Iſraël; & oſtende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam ſuper terram* [o] *quam dediſti populo tuo in poſſeſſionem. Fames ſi oborta fuerit in terra, aut peſtilentia, aut corruptus aër, aut ærugo, aut locuſta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obſidens, omnis plaga, vniuerſa infirmitas, cunctaque deuotatio & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Iſraël, ſi quis* [p] agnouerit

h 2. Reg. 7. 12
i Deut. 12.
k exaudies.
l in cælo.
m peccata.
n pecc. ſuis.
o terrã tuam.
p cognouerit

plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cœlo, in loco habitationis tuæ, & repropiciaberis, et facies vt des vnicuique ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor eius, (quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum) vt timeant te cunctis diebus, quibus viuunt ſuper faciem terræ quam dediſti patribus noſtris. Inſuper et alienigena, qui non eſt de populo tuo Iſraël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique) cum venerit ergo, & orauerit in loco hoc, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena; vt diſcant vniuerſi populi terrarum nomen tuum timere, ſicut populus tuus Iſraël: et probent quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc quam ædificaui.

Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos ſuos, per viam quocunque miſeris eos orabunt te contra viam ciuitatis quam elegiſti, & contra domum quam ædificaui nomini tuo,
q orationes *& exaudies in cœlo* [q] orationem *eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quod ſi peccauerint tibi, (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longè, vel propè, & egerint pœnitentiam in corde ſuo, in loco captiuitatis, & conuerſi deprecati fuerint te in captiuitate ſua, dicentes, Peccauimus, inique egimus, impie geſſimus, & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorum ſuorum ad*
r fuerint. *quam captiui ducti* [r] fuerant, *& orauerint te contra viam terræ ſuæ quam dediſti patribus eorum, & ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo, exaudies in cœlo, in firma-*
ſ orationes. *mento ſolij tui* [ſ] orationem *eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum, & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati ſunt in te, & dabis miſericordiam coram eis qui captiuos habuerint, vt miſereantur eis: Populus enim tuus eſt, & hæreditas tua, quos eduxiſti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ, vt ſint oculi tui*
t exaudias. *aperti ad deprecationem ſerui tui & populi tui Iſraël, &* [t] exaudies *eos in vniuerſis pro quibus inuocauerint te. Tu enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatem de vniuerſis populis terræ, ſicut locutus es per Moſen ſeruum tuum, quando eduxiſti Patres noſtros*
u de Ægypto. [u] de terra Ægypti, *Domine Deus. Factum eſt autem cum compleſ-*

compleſſet Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Domini. Vtrumque enim genu in [x] terra *fixerat, & manus expanderat* [y] ad *cœlum. Stetit ergo & benedixit omni Eccleſiæ Iſraël voce magna dicens; Benedictus Dominus qui dedit requiem populo ſuo Iſraël, iuxta omnia quæ locutus eſt. Non cecidit, ne vnus quidem ſermo,* [z] in *omnibus quæ locutus eſt per Moſen ſeruum ſuum. Sit Dominus* [a] *noſter nobiſcum ſicut fuit cum patribus noſtris, non derelinquens nos, neque proijciens, ſed inclinet corda noſtra ad ſe, vt ambulemus in vniuerſis vijs eius, & cuſtodiamus mandata eius, & ceremonias,* [b] *& iudicia, quæcunque mandauit patribus noſtris; & ſint ſermones mei iſti quibus deprecatus ſum coram Domino, appropinquantes Domino Deo noſtro die ac nocte, vt faciat iudicium ſeruo ſuo, & populo ſuo Iſraël per ſingulos dies;* & *ſciant omnes populi terræ quia Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt vltra abſque eo. Sit quoque cor noſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro, vt ambulemus in Decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius, ſicut & hodie. Igitur Rex & omnis Iſraël cum eo immolabant victimas coram Domino. Mactauitque Salomon hoſtias pacificas quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia; & dedicauerunt templum Domini rex &* [d] *filij Iſraël. In die illa ſanctificauit rex medium atrij, quod erat ante domum Domini:* fecit autem [e] *ibi holocauſtum & ſacrificiũ, & adipem pacificorũ;* [f] quia *altare æneum quod erat coram Domino minus erat, & capere non poterat holocauſtum & ſacrificium* [g] *adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem: et omnis Iſraël cum eo, multitudo magna ab introitu Emath, vſque ad riuum Ægypti coram Domino Deo noſtro, ſeptem diebus & ſeptem diebus, id eſt, quatuordecim diebus; & in die octaua dimiſit populos.*

Iudæi ergo loca, in quibus Domino ſacrificabant, *diuinis* habebant ſupplicationibus conſecrata: nec in aliis quam in Deo dicatis locis munera Domino offerebant. Si [h] *enim* Iudæi, [i] *qui vmbræ* legis *deſeruiebant*, hæc faciebant: multo magis quibus veritas patefacta eſt, & [k] *gratia & veritas per Ieſum Chriſtum data eſt*, [l] templa Domino ædificare, & (prout melius poſſumus) ornare, eaque diuinis precibus & ſanctis vnctionibus

x in terram.
y in cælum.
z ex omnibus bonis.
a Dominus Deus.
b cęrem. eius.
c vt ſciant.
d & omnes filij.
e fecit quippe holoc. ibi.
f quoniam.
g & adipem.
h non cohærent hæc pręced.
i Heb. 8.
k Ioan. 1.
l templum lucidum typus fuit cœli teſte Apoſtolo Hebr. 9. non templorũ noſtrorũ: niſi quis per templ. Chriſtianorum pios ipſos intelligat cum Petro 1. epiſt. c. 2. & Paulo Eph. 2. 8 leſia enim quo hic ædificanda, ornanda piis moribus, dicanda precibus vngenda ſpiritu Sancto.

ſuis cum altaribus, & vaſis, veſtibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vtenſilibus, deuote & ſolenniter ſacrare, & non in aliis locis quam in Domino ſacratis, ab Epiſcopis, & non à Chorepiſcopis,[m] qui ſæpe prohibiti ſunt, niſi (vt prædictum eſt) ſumma exigente neceſſitate, Miſſas celebrare, nec ſacrificia offerre Domino debemus. Et hoc (ſi ſumma neceſſitas agere compulerit) non in domibus, quia in ſacris canonibus ſacrificia [n] *in domibus* offerri prohibita ſunt; ſed in [o] *tabernaculis* diuinis precibus à pontificibus dicatis, & in menſis Domino ſacratis, & ſacra vnctione à pontificibus delibutis, pro ſumma (vt præfixum eſt) neceſſitate & non pro libito cuiuſquam & pigritia agatur. [p] *Satius ergò eſt*, [q] *Miſſam* non *cantare*, aut *non* [r] *audire quam* in illis locis *vbi* fieri *non oportet*: niſi (vt ſæpedictum eſt) pro ſumma contingat neceſſitate; quoniam neceſſitas non habet legem. Vnde ſcriptum eſt, [ſ] Vide *ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed* [t] *in* loco *quem elegerit Dominus Deus tuus.* Et in Exodo legitur: *Vos vidiſtis* [u] quia *de cœlo locutus* ſum *vobis: Non facietis Deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis: altare de terra facietis mihi, & offeretis* [x] *ſuper* illud *holocauſta & pacifica veſtra: oues veſtras & boues in omni loco in quo fuerit memoria nominis mei.* Et ſicut non alij quam ſacrati Domino ſacerdotes debent *miſſas cantare*, nec ſacrificia ſuper altare offerre: ſic nec in aliis, quam in præfatis Domino ſacratis locis *Miſſas cantare*, aut ſacrificia offerre licebit. Si autem, vt legitur in Concilio [y] Laodicenſi cap. 26. *quod hi qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati, tam in Eccleſiis, quam in domibus exorcizare non poſſunt:* multo magis maioris gradus miniſteria niſi ab eis qui ad eos gradus ſunt ſacrati, quibus fungi debent officia agi vel ſacrificia offerri licet. Quod autem (vt paulo ſuperius prælibatum eſt) oblationes in domibus offerri non debent, in eodem Concilio cap. 58. prohibitum habetur; ita [z] *Non oportet in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis & presbyteris.* Solennitates vero dedicationum Eccleſiarum & ſacerdotũ per ſingulos annos ſolenniter ſunt celebrandæ, ipſo [a] Domino exempla dante; qui ad feſtum dedicationis templi,

m hoc falſum eſſe iam docui: Vide pſeudo-Damaſ. epiſt. 5.
n Concil. Laodic. c. 58.
o An idem ſibi ſunt templum & tabernaculum?
p imitatur impoſtor Conc. Pariſ. ſub Ludouico Pio lib. 1. ca. 47. & Capitular. libr. 7. c. 334.
q phraſes ſeculorum poſteriorum.
r Greg. epiſt. 18. lib 3.
ſ caue. Deut. 12.
t in eo. hæc locum non habent ſub N. T. vide Malach. 1. & Ioan 4.
Exod. 20.
u quod. ſim. facietis mecum.
x ſuper eo.
y Concil. Laod. c. 26. ſecundum verſ. Dion.
z Concil. Laod. cap. 58. ex eadẽ verſione.
a Dominus non dedit formam Chriſtianæ obſeruantiæ, ſed legalia impleuit ſub lege factus pro nobis.

templi, omnibus, id faciendo, dans formam cum reliquis populis, eandem feſtiuitatem celebraturus venit, ſicut ſcriptum eſt, *facta* [b] *ſunt Encænia in Hieroſolymis, & hyems erat. Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis.* Quod [c] autem octo dierum ſint Encænia celebranda, in libro Regum, peracta dedicatione templi, reperies.

2. De [d] Eccleſiarum vero conſecratione, quoties dubitatur, & nec certa ſcriptura, nec certi teſtes exiſtunt à quibus conſecratio ſciatur: abſque vlla dubitatione ſcitote eas eſſe conſecrandas, ne talis trepidatio faciat deteriorationem; *quoniam monſtratur* eſſe *iteratum quod* neſcitur factum.

His, fratres, teſtimoniis ſcripturarum, [e] Apoſtolica auctoritate confirmatis; conſultis veſtris breuiter reſpondiſſe ſufficiat. Vobis tamen præuidendum eſt, [f] omnibus prædicandum, vt illicita non agantur, & Domini *præcepta conſeruentur* & fideliter *peragantur.*

Rogamus [g] *autem vos, fratres,* (vt dicta Apoſtoli replicemus) *corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes; videte ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicem & in omnes, ſemper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite: Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate; quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Data Kal. Martij, [h] Lampadio & Oreſte viris Clariſſ. Coſſ.

b Ioan. 10.

c Hoc nihil c Hoc nihil ad Chriſtianos, fuit enim ceremoni[a]le.

d Hæc deſumpta ſunt è penu Leonis epiſt. 92. ca. 15. impoſtor verba Leonis arripuit, ſententiam non expreſſit.

e quaſi vero auctoritas ſcripturæ nutet ſi Rom. ſedes confirmationem ſuam neget.

f not. phraſ.

g 1. Theſſ. 5.

h A.D. 530.

Baron. ad A. D. 530. §. 1.

Extat eius epiſtola data hoc anno ſub dictis Coſſ. Kal. Martij, ad omnes epiſcopos de Eccleſiarum conſecratione, &c.

CENSVRA.

IMPVRVS Agyrta ſub Felicis IV. larua latens, longum trahit Scripturæ ſacræ, Leonis, & Gregorij ſententiarum ſyrma, cui paralogiſmos multiplices, & pudenda fœdæ inſcitiæ ἀνδέιγματα adſuit, vt ſupra pro inſtituti ratione breuiter docuimus.

FELICIS IV. PAPÆ

Epiſt. II.

Exhortatoria ad Sabinam.

SINGVLARE [a] *membrum Eccleſiæ, tuæ religionis amplitudinem exiſtere, & à nobis reuerendiſſime coli, ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo enim apice nobilitatis multo nobiliorem Eccleſiæ deuotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione præceptis eius obtemperas, & in fide potius exultas, quam tanti generis flore iactaris.* [b] Summa virtus eſt *viciſſe gloriam carnis; &* magna *eſt Chriſti* gratia, *nobilitatem moribus ſuperaſſe, Domina filia meritò illuſtris. Certa igitur, exiſtens dilectiſſima, vitæ huius (quæcumque ſunt) ſpatia æternis diuiniſque officiis illuſtrare contende, vt qui inſignem te præſtitit, reddat ſibi per ſecula clariorem.* [c]

Quapropter tuam hortamur dilectionem, vt [d] *bonum, quod cœpiſti,* ſemper *implere* non differas; quia [e] *non laudatur initium ſed finis.* Sapientiam [e] *enim* te hortamur diligere & ſcrutari, vt rationabiliter & ſapienter diſponas, & [f] iudices ea, quæ tibi commiſſa ſunt, dicente Domino per Prophetam, [g] *Erudimini qui iudicatis terram.* Time ergo [h] *Dominum,* & mandata eius ſerua, & dilige eum totis viſceribus; *& proximum tuum ſicut teipſum.* Deus [i] *altiſſimus creauit* ſapientiam *in Spiritu ſancto, & vidit & dinumerauit* ea terram, *& menſus eſt, & effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem: ſecundum datum ſuum* [k] *præbuit illam diligẽtibus ſe. Timor* [l] *Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium* in [m] *longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Dilectio Dei honorabilis ſapientia; quibus autem apparuerit in viſu, diligunt eam* [n] *in viſione & in agnitione magnalium ſuorum. Initium ſapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus eſt, & cum electis fœminis graditur, & cum iuſtis & fidelibus agnoſcitur. Timor Domini, ſcientiæ religioſitas. Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iucunditatem atque*

gaudium

a Epiſt. 13. Innocẽtij ad Iulianam.

b ſummæ virtutis eſt magnæ Chriſti gratiæ.

c ſequẽtia ad finem habet Pſeudo Dionyſ. epiſt. 1.

d imitatur Greg. epiſt. ad Auguſtini ſocios quam Beda recitat lib. 1. cap. 23.

e etiam.

f qualeiudicium mulieri cõmiſſum.

g Pſal. 2. ineptæ. Prophetæ ad reges verba ad mulierculam torquet. impoſtor.

h Deum.

i Eccl. 1. 9. &c.

k & præbuit.

l Eccl. 1. 9.

m gaudiũ & longit. Pſeudo Dionyſ. in longitudine.

n eorum.

gaudium dabit. Timenti Dominum [o] bene erit, in diebus conſummationis illius benedicetur. Plenitudo ſapientiæ eſt timere [p] Dominum, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit [q] à generationibus, & receptacula à theſauris illius. Corona ſapientiæ timor Domini, replens pacem & ſalutis fructum; & vidit, & dinumerauit eam; vtraque autem ſunt dona Dei; ſcientia & intellectus prudẽtiæ. Sapientia compartietur, & gloriam tenentium ſe exaltat. Radix ſapientiæ, eſt timere Dominum, & [r] rami illius longæui. In theſauris ſapientiæ intellectus & ſcientiæ religioſitas, execratio autem peccatoribus ſapientia. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari; iracundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt. Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iucunditatis. Bonus ſenſus vſque [s] ad tempus abſcondet verba illius, & labia multorum enarrabunt ſenſum illius. In theſauris ſapientiæ, ſignificatio diſciplinæ; execratio autem peccatori cultura Dei. Fili concupiſcens ſapientiam [t] ſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & diſciplina timor Domini; & hoc quod beneplacitum eſt illi. fides & manſuetudo, & adimplebit theſauros illius. [u] Contumax non ſis, & incredibilis Timori Domini, & ne acceſſeris ad illum [x] duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris [y] labijs tuis. Attende in illis; ne fortè cadas, & [z] ponas ſcandalum animæ tuæ, & [a] adducas inhonorationem tibi, & reuelet Deus abſconſa tua. Pro fide & iuſtitia, ac pro ſalute animæ [b] certa ſemper, & pro adiutorio fratrum viriliter age, vt à Domino recipias remunerationem. Scriptum eſt enim, [c] fili conſerua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Eſt [d] enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens [e] gratiam & gloriam. Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam, nec aduerſus animam tuam mendacium. Non reuerearis proximum tuum in caſu [f] tuo, nec retineas verbum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore [g] eius. In lingua enim [h] agnoſcitur ſapientia, & ſenſus, & ſcientia, & doctrina in [i] verbis veritatis, & firmamentum in operibus iuſtitiæ. Non contradicas veritati vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubjicias te homini pro peccato. Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluminis. [k] Pro iuſtitia ago-

o Deum.
p Deum.
q impleuit.
r rami enim.
s vſque in tempus.
t Pſeudo-Dion. Sétentiam cõſerua.
u Pſeudo-Dionyſ. eius.
x com.
y in labils.
z verſio q̃ ſecutus Auguſt. in ſpeculo.
a verſio vulg.
b Pſeudo-Dion. animæ tuæ.
c Eccl. 4.
d Pſeudo-Dionyſ.
e gloriam & gratiam.
f ſuo, Pſeudo-Dion.
g decore ſuo.
h dignoſcitur.
i verbo ſenſati.
k Auguſt. lib. ſpeculi ver. verſio fulminis vulgata fluuij, ſic & Pſeudo-Dionyſ.

in angustijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris; per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores, & veraces: ſicut qui ignoti, & cognoti; *quaſi morientes, & ecce viuimus; vt caſtigati & non mortificati; quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes; ſicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes. De cætero, fratres,* [z] *gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, pacem habete,* vt *Deus pacis & dilectionis* ſit ſemper *vobiſcum*, Amen.

z 2. Cor. 13.

Data 3. Idus Iunij Maximo & * Olybrio viris Clariſſ. Coſſ.

* Olybrius ſine collega Conſulatum geſſit A.D. 526.

Baron. ad A. D. 525. §. 9. 10.

ACCEDANT adhuc firmiſſimę autoritates. Quid firmius atque ſolidius deſiderari poteſt quam publica ad omnes Italiæ Epiſcopos tunc ſcripta ab ipſo Ioanne Papa circularis epiſtola? in qua hæc ipſa leguntur verba, *Eccleſias vero Arianorum* &c.—A quonam hæc certius dici poſſunt, quam ab ipſo qui egit? & quorum ſcriptorum genere fidelius probari valent, quam publica, parenti, cunctiſque nota data ab eodem epiſtola? 10. At ne qua vel leuis ſaltem de impoſtura ſuſpicio in aduerſariorum refractariam mentem ſurripere poſſit, vt vel animo quis eorum fingere valeat epiſtolam illam ſpuriam eſſe atque ſuppoſitam; accipe tantę veritatis teſtem eiuſdem ſeculi ſcriptorem Gregorium Turonenſem, eadem ipſa diſertis verbis teſtantem &c.

Idem ad A.D. 526. §. 3. *Cum in fine data legatur (epiſt.) 3. Idus Iunij ſub Conſulatu Maximi & Olybrij, expungendus eſt Maximus, vtpote ſuperadditus; tam enim Maximus quam Olybrius diuerſis annis (vt vidimus) Conſulatum geſſerunt: nec potuit ea epiſtola ſub Maximo dicta die Iunij dari; nam eo tempore nondum creatus erat Pontifex Ioannes, qui menſe Auguſti eiuſdem anni ſedere cœpit. Dicendum ergo Olybrij huius anni abſque collega Conſulatus tempore dictam ſcriptam eſſe epiſtolam: ſed & in eo quod habetur ipſa data 3. Idus Iunij deprehenditur error; nam quomodo ita ſe habere potuit, ſi 27. menſis Maij idem Ioannes hoc anno ſub eodem Conſulatu Olybrij mortuus eſſe ponitur? &c.

* hæc repetit Binius in Notis ad epiſt. 2. Ioan. I.

4. Ne autem ex errore diei exiſtimes epiſtolam ipſam haud eſſe germanam, ſed commentitiam, habes huius ſeculi ſcriptorem Gregorium Turonenſem eidem adſtipulantem verbis iſtis. *Multi quidem ſunt Martyres apud vrbem Romam, quorum hiſtoria paßionum nobis integra non ſunt delata. De Ioanne tamen Epiſcopo, quoniam Agon eius ad nos vſque*

non

non acceßit ſcriptus; quæ à fidelibus comperi, tacere nequiui. Hic cum ad Epiſcopatum veniſſet, ſummo ſtudio hæreticos execrans, Eccleſias eorum in Catholicas dedicauit: quod cum Theodoricus Rex comperiſſet, furore ſuccenſus, quia eſſet ſectæ Arianæ deditus, iußit gladiatores per Italiam dirigi, qui vniuerſum, quotquot inueniſſent, Catholicum populum iugularent. Hæc audiens B. Ioannes, ad Regem ne hæc fierent deprecatus acceßit: à quo cum dolo ſuſceptus, alligauit eum, & poſuit in carcerem dicens, Ego te faciam, ne audeas contra ſectam noſtram amplius mußitare. Poſitus vero ſanctus Dei in carcere tantis attritus eſt iniuriis, vt non poſt multum tempus ſpiritum exhalaret, &c.

CENSVRA.

Anaſtaſij narrationem falſam eſſe non euincunt quę Baron. affert; quandoquidem aſſyſtata non ſunt, Iuſtinum Ioannis precibus permotum Arianis ſua iura reliquiſſe, & Ioannem re proſpere geſta & ex Theodorici voto reducem ab eodem Theodorico comprehenſum & carcere clauſum fuiſſe: potuit enim ſuſcepti muneris partes implere, & alia de cauſa in Regis Ariani offenſionem incurrere. Quid enim ſi coronatio Iuſtini, aut ſuborta de Ioannis fide ſuſpicio *Theodorici bilem accendit? an quicumque à preuaricationis & violatæ fidei labe purus eſt, læſæ Maieſtatis reus aliorumve criminum obnoxius eſſe non poteſt?

* Beda de 6. ætat. mundi. Theodoricus eum cum comitibus carceris afflictione peremit, inuidia ductus quia Catholicæ pietatis defenſor Iuſtinus eum honorifice ſuſcepiſſet. Idem in Martyrol. ad 5. Cal. Iunij.

Gregorij Turon. locus quo pacto epiſtolę fidem concilier non video: non enim aſſerit (quod neceſſe eſt, vt eius teſtimonio fulciatur epiſtola) Ioannem Arianorum Eccleſias *Conſtantinopoli, & in Orientis partibus* conſecraſſe, idque *Iuſtini ſuaſu*; nihil illi compertum de Epiſtola Ioannis nomine ſcripta: quinimò epiſt. auctoritatem multis modis eleuat: 1. Scribit Ioannem cum ad Epiſcopatum veniſſet Eccleſias hæreticorum in Catholicas dedicaſſe: at epiſt. id demum factum poſt legationem ſuſceptam. 2. Greg. in Italia dedicatas Arian. Eccleſias inſinuat: epiſtol. *Conſtantinopoli, & in partibus Orientis*. 3. Greg. Ioannem carceri mancipatum teſtatur, cum acceſſiſſet deprecaturus pro Catholicis ob conſecrationem Eccleſiarum iam peractam periculo expoſitis: epiſt. vero Theodoricum infenſum Ioanni ob Eccleſias Orientalibus orthodoxis reſtitutas.

Non igitur ſola Conſulum nota ſuperaddita, ſed totius epiſt. ſeries ſuſpicionem mouet, quam augent ſequentia. 1. Vix tria verba de ſuo fudit qui eam ſcripſit: initium Leonis eſt; maxima pars Apoſtoli, eaque deprauata: quæ interſeruntur pluribus nominibus ſuſpecta, ne dicam inepta.

2. Si vera relatio Gregorij, nulla fuit cauſa ſcribendæ epiſtolæ: quid enim neceſſe eſt, ad Eccleſiarum iam conſecratarum à Catholicis conſecrationem eoſdem Catholicos hortari?

3. Infirmiſſimo epiſt. ſcriptor niti videtur argumento, hoc nimirum *Arianorum Eccleſias Catholico ritu conſecraui in Orientis partibus. Ergo id vobis attentandum in Italia.* An quicquid licuit ſub Imp. orthodoxo,

DDd d

ſuaſionibus ſuis animos faciente, audendum fuit in Italia Theodorico Ariano rerum potente, orthodoxis excidium minante? Orientalibus certe Epiſcopis nullum, Italis certum ex Baſilicarum occupatione periculum. Ergo diſpar vtrorumque cauſa.

4. Si (quod aſſerit epiſt. ſcriptor) Ioannes Theodorici mandata non impleuit, ſuſcipere non debuit: ſi (quod ſcribit Anaſtaſius) impleuit, præuaricationis turpiſſimæ, & violatæ religionis reus eſt Baronij iudicio.

5. Vno verbo, nullo ingenio nulla arte Ioannis factum excuſari poſſe videtur. Siue enim libens Theodorici mandata ſuſcepit: ſiue (mutata poſteà mente) neglexit, eoque ipſo furentem hæreticum in Catholicorum perniciem impulit; imprudentia ſua & temerario auſu ſibi & Eccleſiæ nocuit.

FELICIS IV. PAPÆ

Epiſtola I.

Dilectiſſimis fratribus omnibus Epiſcopis per diuerſas prouincias conſtitutis Felix Epiſcopus in Domino ſalutem.

MAGNO [a] *munere miſericordiæ Dei totius Eccleſiæ Catholicæ multiplicata ſunt gaudia*; cum Eccleſiarum ſtatus eo viget ordine, quo Apoſtolorum ſucceſſores illum ſtatuerunt. Et cum antiqui hoſtis aſtutia eum turbari agnoſcimus, non modico contriſtamur mœrore. Quamobcauſam, fratres, hortamur vos, monemus & flagitamus, [b] vt *à tramite* Apoſtolicæ ſedis inſtitutis nequaquam recedatis, nec [c] *à capite diſſideatis*; ſed fidem & ordinem, quem Apoſtoli & Apoſtolici viri ſtatuerunt, abſque vlla hæſitatione teneatis. Nam ſi columnæ alicuius magnæ domus ruerint, ipſa poſtea domus minime ſtabit; ſic & vos, qui [d] *columnæ Eccleſiæ* eſtis, ſi labefactari cœperitis, ſancta Eccleſia, quæ per vos regitur, tabeſcit & labitur. Hæc (fratres) quæ dico valdè timenda ſunt, & ſummo moderamine penſanda, atque ne fiant cauenda. Ipſa enim per ſe veritas ait, [e] *Vos eſtis ſal terræ; quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?*

a verba Leonis epiſt. 54. quæ ſibi vindicat Pſeudo Eleuther. epiſt. 1. Pſeudo-Sixt. II. epiſt. 2.

b Siric. epiſt. 1. c. 1.

c Leo epiſt. 84.

d columnas Eccleſiæ vocant Epiſcopos, Pſeudo-Anaclet. epiſtol. 2. Pſeudo-Zephyr. epiſt. 1. &c.

e Matt. 5.

ſatietur? Ideò (chariſſimi) vos moneo quia debitor ſum vobis,& valdè vos diligo;& quando bona audio de vobis, nimis ſum gauiſus;& è contra quando mala, nimis conturbatus.

Ego [f] *vero, quamuis à vobis per longa terrarum atque maris* [g] interualla *diſiunctus ſim, ſum tamen omnino vobis corde coniunctus; idque de Beatitudine veſtra erga me modis omnibus confido: quia cum me viciſſim diligitis, à me non longe eſtis.* Vnde [h] *gratias referimus illi grano ſinapis*, [i] qui *ex modici deſpicabiliſque ſeminis ſpecie, ita* [k] *ramis ex eadem radice ſurgentibus, atq; ſe diſtendentibus vſquequaq; diffuſis vt in eis volatilia cæli nidificent: gratiaque ſit fermento illi*, [l] quod *tribus farinæ ſatis totius humani generis maſſam in vnitate conſperſit: atque paruo lapidi qui abſciſſus* eſt *de monte ſine manibus*, & *occupauit vniuerſam faciem orbis terræ; qui ad hoc ſe vſquequaque diſtendit, vt* [m] omni *humano genere in vnitatem redacto, totius corpus perficeretur Eccleſiæ: atque ita* [n] vt *totius compagis pertineret commodum membrorum partialis iſta diſtinctio. Vnde nos quoque à vobis non longe ſumus, quia in illo qui vbique eſt vnum ſumus. Agamus ergo ei gratias, qui* [o] *ſolutis inimicitiis in carne* ſua *fecit vt in omni orbe terrarum vnus eſſet grex, & vnum ouile ſub ſe vno paſtore: ſemper memores, quid nos* [p] egregius *prædicator admoneat dicens*, [q] *Solliciti ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* [r]

Sanctitatis veſtræ ſcripta, quæ ad ſedem Apoſtolicam miſiſtis ſuper quibuſdam conſultis, [s] *quaſi ad caput, vt inde* acciperetis *reſponſa* vnde [t] *omnis Eccleſia totius religionis ſumpſit exordium*, [u] *gratanter* ſuſcepi,& breuiter vobis reſpondere curaui.

f verba Gregorij, epiſt. 36. lib. 4. quæ vſurpat Pſeudo-Sixt. II. epiſt.
g ſpatia.
h & magis gratias.
i quia.
k ita eſt.
l quo tribus.
m vt ex humano.
n ita adrotius.
o Eph. 2.
p nos prædic. veritatis.
q Epheſ. 4.
r hucuſque Pſeudo-Sixt. II.
s ſic Innocent. epiſt. 4. & ex eo Pſeudo-Damaſ. epiſt. 5.
t additam. impoſtoris falſiſſ. licet à *Petro exordium Epiſcopatus cœpiſſe* ſcribant Innoc. epiſt. 2. Siric. epiſt. 4.
u Greg. epiſt. 53. lib. 4.

Capitvlvm I.

Vide Pſeudo-Clement. epiſt. 2. & 5.

De Eccleſiarum enim conſecratione, & de Miſſarum celebrationibus, non alicubi quam in ſacratis Domino locis, abſque magna neceſſitate fieri debere liquet omnibus quibus ſunt nota [x] *Noui* ac Veteris [y] Teſtamenti præcepta. [z] Tabernaculum vero Moſen Domino præcipiente feciſſe & ſacraſſe, cum menſa &

x profer Noui Teſtamenti præcepta ſi potes, nos nulla nouimus.
y Num. 7.
z Tabernaculum fuit cœleſtium ὑπόδειγμα teſte Paulo Heb. 9.

altari eius, & cæteris vaſis vtenſilibus ad diuinum cultum explendum legimus; & non ſolum diuinis præceptis ac precibus ea ſacraſſe; ſed etiam ſancti olei vnctione Domino iubente perliniſſe nouimus. Qualiter autem hæc facta ſint, & quomodo ipſa ſacra non alij quam Sacerdotes ſacra vnctione delibuti, Dominoque cum veſtibus ſanctis ſacrati, & Leuitæ tractabant, ferebant, erigebant & deponebant; in ipſis inſtitutionibus quæ (Domino iubente) per Moſen conſcriptæ ſunt, in lege Domini reperitur. Qualiter *ergo* [a] Dauid regum piiſſimus amplificauerit cultum Dei, & templum Domini ædificare voluit; ſed propter multum ſanguinem quem effuderat prohibitus eſt, & ipſe collegerat expenſas, Salomonque filius eius idipſum quod ipſe facere optauerat, iubente & auxiliante Deo perfecit, & templũ cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum conſecrauit, in libr. Regum inter cętera legitur ita: [b] *AEdificans* (inquit Salomon Domino) *ædificaui* [c] *inhabitaculum tuum*, fortiſſimum *ſolium tuum in ſempiternum. Conuertitque rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael. Omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat, & ait: Benedictus Dominus* [d] *Iſrael, qui locutus eſt* in *ore ſuo Dauid* [e] *patrem meum, & in manibus* eius *perfecit dicens: A die, qua eduxi populum meum Iſrael de AEgypto, non elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael, vt ædificaretur domus, & eſſet nomen meum ibi: ſed elegi Dauid, vt eſſet ſuper populum meum Iſrael. Voluitque Dauid pater meus ædificare domum nomini* [f] *Dei Iſraël: & ait Dominus ad Dauid patrẽ meum, Quod cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti, hoc ipſum mente tractans. Verumtamen tu non ædificabis domum: ſed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis; ipſe ædificabit domum nomini meo. Confirmauit Dominus ſermonem ſuum quem locutus eſt, ſtetique pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſraël, ſicut locutus eſt Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Iſraël: & conſtitui ibi locum arcæ, in quâ fœdus Domini eſt, quod percuſſit cum patribus noſtris, quando egreſſi ſunt de terra AEgypti. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conſpectu Eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cælum, & ait,* [g] Dominus *Deus Iſrael, nõ eſt ſimilis tui, in cælo deſuper, & ſuper terram deorſum:*

a Nota connexionem.

b 3. Reg. c. 8.

c domum inhabit.

d Dominus Deus.

e ad Dauid.

f Domini Dei.

g Domine Deus.

quicuſtodis pactum & miſericordiam ſeruis tuis, qui ambulant
coram te in toto corde ſuo. Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri
meo quæ locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfeciſti, vt
hæc dies probat. Nunc igitur, Domine Deus Iſraël, conſerua Da-
uid famulo tuo patri meo quæ locutus es ei; [h] Non auferetur de te h 2. Reg. 7. 12.
vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſraël; ita tamen, ſi cuſto-
dierint filij tui viam ſuam, vt ambulent coram me, ſicut tu am-
bulaſti in conſpectu meo. Et nunc, Deus Iſraël, firmentur verba
tua quæ locutus es Dauid ſeruo tuo patri meo. Ergo ne putandum
eſt, quod verè Deus habitet ſuper terram? Si enim cælum, & cæli
cælorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quam æ-
dificaui? Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius, Do-
mine Deus meus. Audi Domine hymnum & orationem, quam
ſeruus tuus orat coram te hodie, vt ſint oculi tui aperti ſuper domũ
hanc nocte & die, ſuper domum de qua dixiſti, [i] Erit nomẽ meum i Deut. 12.
ibi: vt exaudias orationem quam orat in loco iſto ad te ſeruus
tuus, vt exaudias deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſraël,
quodcunque orauerint in loco iſto, & [k] exaudias in loco habita- k exaudies.
culi tui in cælo, & cum exaudieris propitius eris. Si peccauerit ho-
mo in proximum ſuum, & habuerit aliquod iuramentum quo te-
neatur adſtrictus; & venerit propter iuramentum coram altari
tuo, in domum tuam, tu exaudies de [l] cælo & facies, & iudicabis l in cælo.
ſeruos tuos, condemnans impium, & reddens viam ſuam ſuper
caput eius, iuſtificanſque iuſtum, & retribuens ei ſecundum iuſti-
tiam ſuam. Si fugerit populus tuus Iſraël inimicos ſuos, (quia pec-
caturus eſt tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini
tuo venerint & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac,
exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Iſraël: & reduces
eos in terram quam dediſti patribus eorum. Si clauſum fuerit cæ-
lum, & non pluerit propter [m] peccatum eorum, & orantes in loco m peccata.
iſto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis [n] conuerſi fue- n pecc. ſuis.
rint propter afflictionem ſuam, exaudi eos in cælo, & dimitte
peccata ſeruorum tuorum, & populi tui Iſraël; & oſtende eis viam
bonam per quam ambulent, & da pluuiam ſuper terram [o] quam o terrã tuam.
dediſti populo tuo in poſſeſſionem. Fames ſi oborta fuerit in ter-
ra, aut peſtilentia, aut corruptus aër, aut ærugo, aut locuſta, vel ru-
bigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obſidens, omnis plaga,
vniuerſa infirmitas, cunctaque deuotatio & imprecatio quæ ac-
ciderit omni homini de populo tuo Iſraël, ſi quis [p] agnouerit p cognouerit

plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cœlo, in loco habitationis tuæ, & repropiciaberis, et facies vt des vnicuique ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor eius, (quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum) vt timeant te cunctis diebus, quibus viuunt ſuper faciem terræ quam dediſti patribus noſtris. Inſuper et alienigena, qui non eſt de populo tuo Iſraël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique) cum venerit ergo, & orauerit in loco hoc, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena; vt diſcant vniuerſi populi terrarum nomen tuum timere, ſicut populus tuus Iſraël: et probent quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc quam ædificaui.

q orationes *Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos ſuos, per viam quocunque miſeris eos orabunt te contra viam ciuitatis quam elegiſti, & contra domum quam ædificaui nomini tuo, & exaudies in cœlo* [q] orationem *eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quod ſi peccauerint tibi, (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longè, vel propè, & egerint pœnitentiam in corde ſuo, in loco captiuitatis, & conuerſi deprecati fuerint te in captiuitate ſua, dicentes, Peccauimus, inique egimus, impie geſſimus, & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorum ſuorum ad* r fuerint. *quam captiui ducti* [r] fuerant, *& orauerint te contra viam terræ ſuæ quam dediſti patribus eorum, & ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo, exaudies in cœlo, in firmamento ſolij tui* ſ orationes. [ſ] orationem *eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum, & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati ſunt in te; & dabis miſericordiam coram eis qui captiuos habuerint, vt miſereantur eis: Populus enim tuus eſt, & hæreditas tua, quos eduxiſti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ, vt ſint oculi tui* t exaudias. *aperti ad deprecationem ſerui tui & populi tui Iſraël, &* [t] exaudies *eos in vniuerſis pro quibus inuocauerint te. Tu enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatem de vniuerſis populis terræ, ſicut locutus es per Moſen ſeruum tuum, quando eduxiſti Patres noſtros* u de Ægypto. [u] de terra Ægypti, *Domine Deus. Factum eſt autem cum compleſ-*

compleſſet Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Domini. Vtrumque enim genu in [x] terra *fixerat, & manus expanderat* [y] ad *cælum. Stetit ergo & benedixit omni Eccleſiæ Iſraël voce magna dicens; Benedictus Dominus qui dedit requiem populo ſuo Iſraël, iuxta omnia quæ locutus eſt. Non cecidit, ne vnus quidem ſermo,* [z] in *omnibus quæ locutus eſt per Moſen ſeruum ſuum. Sit Dominus* [a] *noſter nobiſcum ſicut fuit cum patribus noſtris, non derelinquens nos, neque proÿciens, ſed inclinet corda noſtra ad ſe, vt ambulemus in vniuerſis viÿs eius, & cuſtodiamus mandata eius, & cæremonias,* [b] *& iudicia, quæcunque mandauit patribus noſtris; & ſint ſermones mei iſti quibus deprecatus ſum coram Domino, appropinquantes Domino Deo noſtro die ac nocte, vt faciat iudicium ſeruo ſuo, & populo ſuo Iſrael per ſingulos dies;* & *ſciant omnes populi terræ quia Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt vltra abſque eo. Sit quoque cor noſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro, vt ambulemus in Decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius, ſicut & hodie. Igitur Rex & omnis Iſraël cum eo immolabant victimas coram Domino. Mactauitque Salomon hoſtias pacificas quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia; & dedicauerunt templum Domini rex &* [d] *filii Iſraël. In die illa ſanctificauit rex medium atriÿ, quod erat ante domum Domini: fecit* autem [e] *ibi holocauſtum & ſacrificiũ, & adipem pacificorũ;* [f] quia *altare æneum quod erat coram Domino minus erat, & capere non poterat holocauſtum & ſacrificium* [g] *adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem: et omnis Iſraël cum eo, multitudo magna ab introitu Emath, vſque ad riuum Aegypti coram Domino Deo noſtro, ſeptem diebus & ſeptem diebus, id eſt, quatuordecim diebus; & in die octaua dimiſit populos.*

Iudæi ergo loca, in quibus Domino ſacrificabant, *diuinis* habebant ſupplicationibus conſecrata: nec in aliis quam in Deo dicatis locis munera Domino offerebant. Si [h] *enim* Iudæi, [i] *qui vmbræ* legis *deſeruiebant*, hæc faciebant: multo magis quibus veritas patefacta eſt, & [k] *gratia & veritas per Ieſum Chriſtum data eſt*, [l] templa Domino ædificare, & (prout melius poſſumus) ornare, eaque diuinis precibus & ſanctis vnctionibus

x in terram.
y in cælum.
z ex omnibus bonis.
a Dominus Deus.
b cęrem. eius.
c vt ſciant.
d & omnes filij.
e fecit quippe holoc. ibi.
f quoniam.
g & adipem.
i non cohærent hæc præced.
i Heb. 8.
k Ioan. 1.
l templum Iudaicum typus fuit cœli teſte Apoſtolo Hebr. 9. non templorũ noſtrorũ: niſi quis per templ. Chriſtianorum pios ipſos intelligat cum Petro 1. epiſt. c. 2. & Paulo Eph. 2. B[a]ſilica enim quo[n]i[a]m ædificanda, ornanda piis moribus, dicanda precibus vngend[a] Spiritu Sancto.

ſuis cum altaribus, & vaſis, veſtibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vtenſilibus, deuote & ſolenniter ſacrare, & non in aliis locis quam in Domino ſacratis, ab Epiſcopis, & non à Chorepiſcopis,[m] qui ſæpe prohibiti ſunt, niſi (vt prædictum eſt) ſumma exigente neceſſitate, Miſſas celebrare, nec ſacrificia offerre Domino debemus. Et hoc (ſi ſumma neceſſitas agere compulerit) non in domibus, quia in ſacris canonibus ſacrificia [n] *in domibus* offerri prohibita ſunt; ſed in [o] *tabernaculis* diuinis precibus à pontificibus dicatis, & in menſis Domino ſacratis, & ſacra vnctione à pontificibus delibutis, pro ſumma (vt præfixum eſt) neceſſitate & non pro libito cuiuſquam & pigritia agatur. [p] *Satius ergò eſt,* [q] *Miſſam* non *cantare*, aut *non* [r] *audire, quam* in illis locis *vbi* fieri *non oportet*: niſi (vt ſæpedictum eſt) pro ſumma contingat neceſſitate; quoniam neceſſitas non habet legem. Vnde ſcriptum eſt, [ſ] *Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed* [t] *in* loco *quem elegerit Dominus Deus tuus.* Et in Exodo legitur: *Vos vidiſtis* [u] quia *de cælo locutus* ſum *vobis: Non facietis Deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis: altare de terra facietis mihi, & offeretis* [x] *ſuper* illud *holocauſta & pacifica veſtra: oues veſtras & boues in omni loco in quo fuerit memoria nominis mei.* Et ſicut non alij quam ſacrati Domino ſacerdotes debent *miſſas cantare*, nec ſacrificia ſuper altare offerre: ſic nec in aliis, quam in præfatis Domino ſacratis locis *Miſſas cantare*, aut ſacrificia offerre licebit. Si autem, vt legitur in Concilio [y] Laodicenſi cap. 26. *quod hi qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati, tam in Eccleſiis, quam in domibus exorcizare non poſſunt:* multo magis maioris gradus miniſteria niſi ab eis qui ad eos gradus ſunt ſacrati, quibus fungi debent officia agi vel ſacrificia offerri licet. Quod autem (vt paulo ſuperius prælibatum eſt) oblationes in domibus offerri non debent, in eodem Concilio cap. 58. prohibitum habetur; ita [z] *Non oportet in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis & presbyteris.* Solennitates vero dedicationum Eccleſiarum & ſacerdotũ per ſingulos annos ſolenniter ſunt celebrandæ, ipſo [a] Domino exempla dante; qui ad feſtum dedicationis templi,

m hoc falſum eſſe iam docui: Vide pſeudo-Damaſ. epiſt. 5.
n Concil. Laodic. c. 58.
o An idem tibi ſunt templum & tabernaculum?
p imitatur impoſtor Conc. Pariſ. ſub Ludouico Pio lib. 1. ca. 47. & Capitular. libr. 7. c. 334.
q phraſes ſeculorum poſteriorum.
r Greg. epiſt. 18. lib 3.
ſ eaue. Deut. 12.
t in eo. hæc locum non habent ſub N. T. vide Malach. 1. & Ioan 4. Exod. 20.
u quod. ſim. facietis mecum.
x ſuper eo.
y Concil. Laod. c. 26. ſecundum verſ. Dion.
z Concil. Laod. cap. 58. ex eadẽ verſione.
a Dominus non dedit formam Chriſtianæ obſeruantiæ, ſed legalia impleuit ſub lege factus pro nobis.

templi, omnibus, id faciendo, dans formam cum reliquis populis, eandem feſtiuitatem celebraturus venit, ſicut ſcriptum eſt, *facta*[b] *ſunt Encænia in Hieroſolymis, & hyems erat: Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis.* Quod[c] autem octo dierum ſint Encænia celebranda, in libro Regum, peracta dedicatione templi, reperies.

2. De[d] Eccleſiarum vero conſecratione, quoties dubitatur, & nec certa ſcriptura, nec certi teſtes exiſtunt à quibus conſecratio ſciatur: abſque vlla dubitatione ſcitote eas eſſe conſecrandas, ne talis trepidatio faciat deteriorationem; *quoniam monſtratur* eſſe *iteratum quod* neſcitur factum.

His, fratres, teſtimoniis ſcripturarum,[e] Apoſtolica auctoritate confirmatis, conſultis veſtris breuiter reſpondiſſe ſufficiat. Vobis tamen præuidendum eſt,[f] omnibus prædicandum, vt illicita non agantur, & Domini *præcepta conſeruentur* & fideliter *peragantur.*

Rogamus[g] *autem vos, fratres,* (vt dicta Apoſtoli replicemus) *corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes; videte ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicem & in omnes, ſemper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite: Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate; quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Data Kal. Martij,[h] Lampadio & Oreſte viris Clariſſ. Coſſ.

b Ioan. 10.
c Hoc nihil
c Hoc nihil
ad Chriſtianos, fuit enim ceremoniale.
d Hæc deſumpta ſunt è penu Leonis epiſt. 92. ca. 15. impoſtor verba Leonis arripuit, ſententiam non expreſſit.
e quaſi vero auctoritas ſcripturę nutet ſi Rom. ſedes confirmationem ſuam neget.
f not. phraſ.
g 1. Theſſ. 5.
h A.D. 530.

Baron. ad A. D. 530. §. 1.

Extat eius epiſtola data hoc anno ſub dictis Coſſ. Kal. Martij, ad omnes epiſcopos de Eccleſiarum conſecratione, &c.

CENSVRA.

IMPVRVS Agyrta ſub Felicis IV. larua latens, longum trahit Scripturæ ſacræ, Leonis, & Gregorij ſententiarum ſyrma, cui paralogiſmos multiplices, & pudenda fœdæ inſcitiæ ἐνδείγματα adſuit, vt ſupra pro inſtituti ratione breuiter docuimus.

FELICIS IV. PAPÆ

Epiſt. II.

Exhortatoria ad Sabinam.

SINGVLARE [a] *membrum Eccleſiæ, tuæ religionis amplitudinem exiſtere, & à nobis reuerendiſſime coli, ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo enim apice nobilitatis multò nobiliorem Eccleſiæ deuotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione præceptis eius obtemperas, & in fide potius exultas, quam tanti generis flore iactaris.* [b] Summa virtus eſt *viciſſe gloriam carnis; &* magna *eſt Chriſti* gratia, *nobilitatem moribus ſuperaſſe, Domina filia meritò illuſtris. Certa igitur, exiſtens dilectiſſima, vitæ huius (quæcumque ſunt) ſpatia æternis diuiniſque officiis illuſtrare contende, vt qui inſignem te præſtitit, reddat ſibi per ſecula clariorem.* [c]

Quapropter tuam hortamur dilectionem, vt [d] *bonum, quod cœpiſti,* ſemper *implere* non differas; quia [e] *non laudatur initium ſed finis.* Sapientiam [e] *enim* te hortamur diligere & ſcrutari, vt rationabiliter & ſapienter diſponas, & [f] iudices ea, quæ tibi commiſſa ſunt, dicente Domino per Prophetam, [g] *Erudimini qui iudicatis terram.* Time ergo [h] *Dominum,* & mandata eius ſerua, & dilige eum totis viſceribus; *& proximum tuum ſicut teipſum.* Deus [i] *altiſſimus creauit* ſapientiam *in Spiritu ſancto, & vidit & dinumerauit* ea terram, *& menſus eſt, & effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem: ſecundum datum ſuum* [k] *præbuit illam diligētibus ſe. Timor* [l] *Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium* in [m] *longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Dilectio Dei honorabilis ſapientia; quibus autem apparuerit in viſu, diligunt eam* [n] *in viſione & in agnitione magnalium ſuorum. Initium ſapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus eſt, & cum electis fœminis graditur, & cum iuſtis & fidelibus agnoſcitur. Timor Domini ſcientiæ religioſitas. Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iucunditatem atque*

gaudium

a Epiſt. 13 Innocētij ad Iulianam.

b ſummæ virtutis eſt magnæ Chriſti gratiæ.

c ſequētia ad finem habet Pſeudo Dionyſ. epiſt. 1.

d imitatur Greg. epiſt. ad Auguſtini ſocios quam Beda recitat lib. 1. cap. 23.

e etiam.

f quale iudicium mulieri cōmiſſum.

g Pſal. 2. ineptæ. Prophetæ ad reges verba ad mulierculam torquet impoſtor.

h Deum.

i Eccl. 1: 9. &c.

k & præbuit.

l Eccl. 1. 9.

m gaudiū & longit. Pſeudo Dionyſ. in longitudine.

n eum.

gaudium dabit. Timenti Dominum [o] bene erit, in diebus conſummationis illius benedicetur. Plenitudo ſapientiæ eſt timere [p] Dominum, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit [q] à generationibus, & receptacula à theſauris illius. Corona ſapientiæ timor Domini, replens pacem & ſalutis fructum; & vidit, & dinumerauit eam; vtraque autem ſunt dona Dei; ſcientia & intellectus prudẽtiæ. Sapientia compartietur, & gloriam tenentium ſe exaltat. Radix ſapientiæ, eſt timere Dominum, & [r] rami illius longæui. In theſauris ſapientiæ intellectus & ſcientiæ religioſitas, execratio autem peccatoribus ſapientia. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari; iracundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt. Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iucunditatis. Bonus ſenſus vſque [ſ] ad tempus abſcondet verba illius, & labia multorum enarrabunt ſenſum illius. In theſauris ſapientiæ, ſignificatio diſciplinæ; execratio autem peccatori cultura Dei. Fili concupiſcens ſapientiam [t] ſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & diſciplina timor Domini; & hoc quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo, & adimplebit theſauros illius. [u] Contumax non ſis, & incredibilis Timori Domini, & ne acceſſeris ad illum [x] duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris [y] labiis tuis. Attende in illis; ne fortè cadas, & [z] ponas ſcandalum animæ tuæ, & [a] adducas inhonorationem tibi, & reuelet Deus abſconſa tua. Pro fide & iuſtitia, ac pro ſalute animæ [b] certa ſemper, & pro adiutorio fratrum viriliter age, vt à Domino recipias remunerationem. Scriptum eſt enim, [c] fili conſerua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Eſt [d] enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens [e] gratiam & gloriam. Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam, nec aduerſus animam tuam mendacium. Non reuerearis proximum tuum in caſu [f] tuo, nec retineas verbum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore [g] eius. In lingua enim [h] agnoſcitur ſapientia, & ſenſus, & ſcientia, & doctrina in [i] verbis veritatis, & firmamentum in operibus iuſtitiæ. Non contradicas veritati vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubjicias te homini pro peccato. Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluminis. [k] Pro iuſtitia ago-

o Deum.
p Deum.
q impleuit.
r rami enim.
ſ vſque in tempus.
t Pſeudo-Dion. Sẽtentiam cõſerua.
u Pſeudo-Dionyſ. eius.
x cum.
y in labiis.
z verſio quã ſecutus Auguſt. in ſpeculo.
a verſio vulg.
b Pſeudo-Dion. animæ tuæ.
c Eccl. 4.
d Pſeudo-Dionyſ.
e gloriam & gratiam.
f ſuo, Pſeudo-Dion.
g decore ſuo.
h dignoſcitur.
i verbo ſenſati.
k Auguſt. lib. ſpeculi ver. verſio fulminis vulgata fluuij, ſic & Pſeudo-Dionyſ.

nizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. [l] *Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis, & remiſſus in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos & opprimens ſubiectos tibi. Non ſit tibi manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.*

l Pſeudo-Dion. inimicos tuos, & eos euertet viriliter.

His *fulta* [m] ſcripturarum auctoritatibus, ſemper ſta *recta*, & à via veritatis ne auertaris; vt gratiam Dei [n] acquiras, & bonorum hominum amicitia [o] fruaris; *tantoque* [p] tua voluntas *facilius ab amore huius ſeculi* [q] *exeat, quanto & impellitur dum vocatur.* [r] *Nam nos & præſentes vos videre cupimus, & abſentibus per epiſtolam ſaltem colloqui deſideramus. Vnde & optamus, vt vos B. Petrus Apoſtolorum princeps, ad ſua limina feliciter perducat; quatenus in omnipotentis* [ſ] *gratia, perfrui veſtra præſentia mereamur.*

m Pſeudo-Dion. fultus. rectus.
n Pſeudo-Dion. ſemper acquiras.
o fruaris.
p verba Gregor. epiſt. 70. lib. 9
q Pſeudo-Dion. mens exeat.
r eiuſd. verba epiſt. 79. li. 7 indict. 2.
ſ Dei gratia.

Data 12. Kal. Nouemb. Lampadio & Oreſte viris Clariſſ. Coſſ.

Baron. ad A.D. 530. §. 1.

EXTAT rurſum alia eiuſdem argumenti ſub iiſdem Coſſ. data, ſed perperam 12. Kal. Nouembris, quo tempore non amplius Felix, ſed Bonifacius II. Romanæ Eccl. Pontifex præſidebat: facile enim accidiſſe potuit vt loco Bonifacij, Felicis nomen fuerit appoſitum. Dolemus res eiuſdem Papæ Felicis ob iniuriam temporum admodum ieiunas eſſe relictas &c.

Binius in Notis.

Data 12. Cal. Nouemb.) Hæc Chronologia menſtrua pſeudoſa eſt. Nam hoc menſe Bonifacius Pontifex creatus erat, vt patet ſupra.

CENSVRA.

His addo primam epiſtolæ partem Innocentio, 2. Symmachæ, 3. Gregorio reſtituendam eſſe.

BONIFA-

BONIFACII II. PAPÆ

Epiſtola.

Ad Eulalium [a] *Alexandrinum Epiſcopum, de reconciliatione Carthaginenſis Eccleſiæ, directa.*

Bonifacius Epiſcopus Eulalio coëpiſcopo ſalutem

OLIM[b] *ab initio tantam percepimus à B. Petro Apoſtolorum principe fiduciam, vt habeamus authoritatem* vniuerſali Eccleſiæ (auxiliante Domino) ſubuenire, & quicquid nociuum eſt autoritate Apoſtolica corrigere & emendare.

Ad hoc [c] enim [d] diuinæ diſpoſitionis *prouiſio gradus diuerſos & ordines conſtituit eſſe diſtinctos; vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate contextio, & recte officiorum* [e] generaretur *adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia* [f] poterit *ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia vero quæque creatura in vna eademque* [g] æqualitate *gubernari vel viuere non poteſt, cæleſtium militiarũ* [h] exempla *nos* inſtruunt: [i] *quia dum* ſint *Angeli*, ſint *Archangeli, liquet* [k] quia *non æquales* ſunt, *ſed in poteſtate & ordine (ſicut noſtis) differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui ſine peccato ſunt,* [l] conſtet iſtam eſſe diſtinctionem; *quis hominum abnuat* [m] *libenter* illorum *ſe diſpoſitioni ſubmittere?* [n] Hic enim *pax & charitas mutuò ſe vice complectuntur; & manet firma* [o] concordia, ac *in alterna & Deo placita dilectione ſinceritas. Quia igitur vnumquodque ſalubriter tunc completur officium, cum fuerit vnus ad quem poſſit recurri præpoſitus.* [p]

Vota [q] *noſtra charitatem tuam latere nolumus, ne qui parti-*

a Nullus Eulalius tẽpore Bonifacij Alexãdrino inſedit throno. Hard.ng. art. 4. ad prouoc. & ſect. 28. de primatu Papæ, ad Eulaliũ Theſſalonicenſem datam vult hãc epiſt. ſed fide caret eius aſſertio.

b Leonis verba epiſt. 24. ab initio: eadem vſurpãt Pſeudo-Zephyrin epiſt. 1. Pſeudo-Dionyſ. epiſtol. 2. Pſeudo-Liberius epiſt. 13.

c Gregorij verba epiſt. 52. lib. 4.

d diſpẽſationis diuinæ

e gereretur.

f poterat.

g qualitate.

h exemplar nos inſtruit.

i ſunt Angeli & ſunt.

k quod non ſunt.

l iſta conſtat eſſe diſt.

m huic ſe libenter diſp. n adde ex Greg. *cui non it etiam Angelos obediret Hinc etenim.* o concordiæ in. p hucuſque Pſeudo-Dionyſ. ex Gregor. & Leone. q epiſtola Hormiſdæ 64. ad verbum.

ceps fuit ſolicitudinis, gaudiorum fructus red latur extorris. *Et ideò* [r] Carthaginenſem *Eccleſiam ad communionem noſtram rediſſe (Domino propitiante) tradentibus ſignificamus alloquy* [s], *& mandatorum quæ legatus* [s] *dedimus ſeriem in omnibus fuiſſe completam. De qua parte, vt ad dilectionem tuam plenius* [t] perfecte *gaudium perueniret, libelli* [u] Eulalij *fratris & conſacerdotis noſtri* Carthaginenſis [x] *Epiſcopi*, & Iuſtiniani *Clementiſſimi principis Orientis, ſacrarum literarum exemplaria pariter credidimus deſtinanda; indicantes nihilominus per Orientis partes plurimos Epiſcopos ſic feciſſe. Supereſt, vt à nobis competentibus precibus Diuinitas exorata concedat, quatenus de aliarum quoque Eccleſiarum redintegratione gratulemur. Ea verò quæ ſignificare curauimus, in eorum Sacerdotum, qui fraternitati tuæ vicini ſunt, curabis perferre notitiam; vt & ipſi de affectu tantæ rei gratias nobiſcum cœleſtis miſericordiæ beneficys referre non ceſſent.* Aurelius enim præfatæ Carthaginenſis Eccleſiæ olim Epiſcopus cum [y] collegis ſuis (inſtigante Diabolo) ſuperbire [z] temporibus prædeceſſorum noſtrorum Bonifacij atque Cœleſtini, contra Romanam Eccleſiam cœpit; ſed videns ſe modo peccatis Aurelij Eulalius à Romanæ Eccleſiæ communione ſegregatum, humilians recognouit ſe, pacem & communionem Romanæ Eccleſiæ petens, [a] ſubſcribendo vna cum collegis ſuis, damnauit *Apoſtolica autoritate* [b] omnes Scripturas quæ aduerſus Romanæ Eccleſiæ priuilegia factæ quoquo ingenio fuerunt.

[r] Conſtantinopolitaná.
[s] legatis noſtris.
[t] perfectum.
[u] Ioannis.
[x] Epiſc. Cōſtantinopolitani & Iuſtiniani.
[y] Auguſtino &c.
[z] cō.trouerſia mora non ab Africanis ſuperbientibus ſed à Zoſimo vrbico Papa criſtas erigēte. vide commonitorium ab ipſo legatis datū, inter acta Concilij Carthag. habiti 8. Cal. Iunij Montano & Plinta Coſſ. A. D. 419.
[a] non opus fuit Eccleſ. Rom. cōmunionē petere quæ tunc Afris denegata non eſt.
[b] ſi quod Epiſcopi decernunt *Apoſtolica auctoritate* decernitur, quid ſibi peculiare vindicat Romanus cui ſupparaſitaris Alaſtor?

CENSVRA.

PRAECEDENTEM epiſtolam ab impuro conſarcinatore ex pannis male conſutis compaginatam eſſe iam demonſtrauimus, ſupereſt vt aduerſariorum de ea ſententiam audiamus.

Bellarmin. de Rom Pontif lib. 2. c. 25.

Reſp. Primum, valdè mihi eas epiſtolas eſſe ſuſpectas, nam imprimis pugnare videntur cum iis quæ diximus de cōiunctione Auguſtini, Eugenij, Fulgentij & aliorum Africanorum cum Rom Eccleſia. Deinde Eulalius Alexandrinus, cui Bonifacius ſcribere videtur, nullus fuit, aut certe eo tempore non fuit, vt patet ex Chronologia Nicephori Conſtantinopolitani. Præterea Bonifacius ſignificat in epiſtola ſua, Iuſtino Imperante ſe ſcribere, at Iuſtinus

obierat

obierat antequam Bonifacius ſedere inciperet, vt ex hiſtoriis omnibus conſtat. Adhæc epiſtola quæ Bonifacio adſcribitur tota fere conſtat ex duobus fragmentis; quorum alterum ſumptum eſt ex epiſtola Hormisdæ Pontificis ad Ioannem, alterum ex epiſtola S. Gregorij ad Epiſcopos Galliæ, quæ eſt 52. libri 4. At S. Gregorius eo tempore nondum erat natus, neque credibile eſt Gregorium à Bonifacio illa verba ſumpſiſſe, ſiquidem ſtylus omnino Gregorianus eſt.

Baron. in Not. Martyrol. ad 16. Octob.

Scias falſam eſſe & adulterinam epiſtolam illam quæ fertur nomine Bonifacij II. Rom. pontif. ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum, quæ edita habetur Tom. 2. Concil. recentioris edit. Si hæc (*Eccl. Afri. ſchiſmaticam Romanæ reconciliatam*) vera ſunt, certe quidem expungendi eſſent ex albo ſanctorum quotquot martyres & confeſſores illo ipſo tempore in Africana Eccleſia ſunt coronati Martyrio, vel egregiæ ſanctitatis meritis claruere: quos ipſos S. Rom. Eccleſia in ſuo Martyrologio vel inter martyres numerauit, vel inter confeſſores adſcripſit: cum exploratiſſimum ſit mille ſententiis Cypriani, Auguſtini & aliorum omnium S. Patrum extra vnitatem Eccleſiæ nec poſſe eſſe Martyrium nec aliquam ſanctitatem. Quin amplius ex collegis Aurelij, qui ea epiſtola in crimen vocantur, inter alios fuiſſe conſtat ipſum Patrem Sanctiſſ Auguſtinum, Cathol. Eccleſiæ iubar fulgentiſſimum; qui, vt eadem caligine ſchiſmatis obſcuratus, è Claſſe S. E. Doctorum, è numero ſanctorum, necdum ex Martyrologio, ſed & è Sacro Rom. Eccleſię Calendario (ſi illæ veræ ſunt literæ) delendus eſſet. Nam poſt prædictum Aurelium, intra præfatum temporis ſpatium, deceſſiſſe ipſum certiſſimum eſt. Quid numerem Fulgentios, Eugenios, & alios fere innumeros clariſſimos Sanctitate & doctrina viros, eadem cum prædictis ſorte cenſendos? Ecce in quod diſcrimen vnus Iſidorus Mercator illarum epiſt. Collector res noſtras adduxit, vt ex ea parte periclitari videatur Eccleſia, ſi quæ ipſe collegit vel potius effinxit, firma certaque eſſe dixerimus. Teſtimonium illi perhibeo (vtar verbis Apoſtoli) quod *Zelum* habuit, *ſed non ſecundum ſcientiam*, vt quia ſibi viſa eſt paulo ardentior altercario Aurelij Epiſcopi Carthaginenſis, Auguſtini & aliorum Africanorum Epiſcoporum cum Bonifacio & Celeſtino Rom. pontificibus in cauſa Apiarij presbyteri: ea epiſtola nomine Bonifacij conficta, ſarciendum quod ſciſſum putabat, exiſtimarit: faceſſant hæc; non innititur vel fulcitur paleis Dei Eccleſia quæ eſt *columna & firmamentum veritatis*. Sed deregamus technam, & aperiamus impoſturam, &c. Rom. 10. 1. Tim 3.

Ibid. Poſtquam varia (vt probaret communionem Eccl. Africanę cum Rom.) congeſſit teſtimonia Concil. Af. ic. cap. 102. Auguſtin. epiſt. 162. 163. Proſperi de promiſſ. cap. 50. Celeſtini in epiſt. ad Gal.

los, Vincentij Lerin. cap.42.& 43. aduerſ hær. ſ. Leonis in epiſt 85. Concil Rom. ſub Hilare Rom. Martyrologij, Victoris de perſec. Vandal. lib.1.& 2 Gregorij Turon. de gloria Martyr cap. 25. 52 & 79. Subiungit, Ipſas iam confictas nomine Bonifacij Papæ literas attendamus. Inſcriptæ in primis habentur ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum. Sane quidem non tantum prædicti Papæ temporibus nullus eius nominis in Alexandrina Eccl. ſediſſe reperitur;(ſedit namq; eo tēpore Timotheus eius nominis tertius, idemque hæreticus) ſed nec prioribus vel poſterioribus temporibus aliquis eius ſedis Epiſcopus nominatus reperitur Eulalius ab his qui ſcripſerunt Catalogum Epiſcoporum Alexandrinorum. Quod inſuper in eadem epiſtola mentio habetur de altero Eulalio tunc Epiſcopo Carthaginenſi, qui libellum pro communione accipienda Bonifacio dicitur obtuliſſe, ignorauit qui illa finxit, res illorum temporum geſtas in Africa; quando regnante Gilimere rege Ariano, nullus erat relictus in Africa orthodoxus Antiſtes; qui ante fuerant exturbati nec eo ſunt amplius reuerſi, donec capto Gilimere Iuſtinianus Imp. debellata Africa pulſis Arianis, omnes Eccleſias reſtituit orthodoxis. Ecce, ex prædictis omnibus literarum illarum impoſturam, & merces Mercatoris agnoſcis, &c.

Idem Annal. Tom.5. ad A. D. 419. §. 92.

Nec parcendum illi, qui ignoratione rerum geſtarum, ex turbis his actus in fugam, quæſiuit (quod piis non licet) in mendaciis latebras.---quid improbe improbus finxit impoſtor? ---quam enorme excogitauit commentum? Finxit Bonifacij II. Papæ nomine epiſtolam ad Eulalium Epiſc. Alex. &c. Hæc quidem & alia mendaciorum frigidus concinnator, ſed callidus veterator, &c.

§. 93. & 94. repetitis probationibus quibus vſus fuerat in Notis ad Martyrol. addit. Inſuper dum inconcinnus effictor in eadem epiſtola meminit Iuſtini tunc regnantis Imperatoris, quam apertè ſe mentium eſſe ſignificat? Etenim eo tempore Bonifacij non Iuſtinus ſed Iuſtinianus regnabat in Oriente. Vides, Lector, quot quantiſque certis demonſtrationibus res tibi facta ſit nota, cum vel vna tantum ex adductis hic rationibus pluſquam ſatis eſſe poſſit ad arguendam epiſtolæ falſitatem: & intelligis quantò periculo recipiantur indiſcuſſa quæque Rom. pontificum nomine edita. Vide eundem ad A. D. 430. § 5.

Binius in Notis ad Concil. 6. Carthag.

Impoſtorem & mendaciorum frigidum concinnatorem, callidumque veteratorem fuiſſe oportuit, qui epiſtolam illam plurimis mendaciis ſcatentem nomine Bonifacij II. ad Eulalium aliquem Alexandrinum Epiſcopum tempore Iuſtini Imperatoris mendaciter ſcriptam excogitauit, &c.

Idem

Idem Baronij indiuiduus aſſecla, in notis ad hanc epiſt. repetit pene ad verbum quæ Baronius habet in notis ad Martyrol. iam citatis.

Poſſeuin. Apparat. Sacr. verbo Bonifacius.

Ex Baronio & Bellarmino Bonifacij II. nomine conficta fuit ab impoſtore epiſtola ad Eulalium Alexandrinum &c.

Gretſer in defenſ. B. llarmini col 800 confirmat cenſuram à Bellarmino ſcriptam lib. 2. de pontif. Rom. cap. 25.

male Poſſeuinus pro Bonifacio, Eulalium ſubſtituit.

EXEMPLAR PRECVM [a] eius & Iuſtiniani prædicti principis.

a Eulalij ſcil.

PRIMA [b] *ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis patrum nullatenus deuiare; & quia non poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis;* Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: *Et hæc quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus, quia in ſede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata religio. De qua ſpe & fide minime ſeparari cupientes, & Patrum ſequentes conſtituta, anathematizamus omnes* qui cōtra ſanctam Romanam & Apoſtolicam Eccleſiam ſuperbiendo ſuas erigunt ceruices.

b verba libelli ab Hormiſda miſſi ad Ioan. Nicopolitanum, & libelli Ioan. Conſtātinopoli. & epiſt. 51 Hormiſdę eadem habet epiſt. 3. Pſeudo Euſebij.

[c] *Sequentes in omnibus Apoſtolicam ſedem, & prædicantes eius omnia conſtituta, & per omnia, ſpero vt in vna communione vobiſcum, quam ſedes Apoſtolica prædicat, eſſe merear: in qua eſt integra & vera Chriſtianæ religionis & perfecta ſoliditas; promittens* [d] *ſequeſtratos à communione Eccleſiæ Catholicæ, id eſt non conſentientes ſedi Apoſtolicæ, eorum nomina inter ſacra non recitanda eſſe myſteria. Quod ſi in aliquo à profeſſione mea deuiare tentauero, his quos damnaui complicem mea ſententia me eſſe profiteor. Hanc autem profeſſionem meam manu mea ſubſcripſi, &* [e] Bonifacio *ſancto & venerabili Papæ vrbis Romæ direxi;* damnans & anteceſſores & ſucceſſores meos, & omnes qui S. Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ priuilegia caſſare nituntur.

c verba eiuſdem libelli ex epiſt. Hormiſdæ 51.

d in ſequenti tempore ſequeſtratos.

e Hormiſdæ.

Hinc [f] *enim ſuperna miſericordiæ documentum perdocetur,*

f verſio è Græco epiſt. 80. Hormiſdæ, quæ act. 5. Concilij Conſtant. ſub Menna relecta eſt.

quando & mundani principes cauſas fidei cum reip. ordinatione coniungunt, & Eccleſiarum Præſules, quod ad diſpenſationem ſuam pertinet, officij memores exequuntur. Talibus enim indigebat poſt diſcordiæ procellas religio Chriſtiana rectoribus, qui compreſſis prouida diſpenſatione turbinibus, diu peregrinatam pacem depulſa tempeſtate reducerent; vt in futura poſt ſecula ad propoſiti ſui exempla tendentes, ſibi adſcribendum indubitanter oſtenderent quicquid Domino placitum poſteris pro ſua imitatione feciſſent. Benedicamus Dominum, fratres chariſſimi, *noſtris hoc diebus fuiſſe conceſſum, & totis orationum, & curarum viribus adnitamur, vt quæ Dei ope benecœpta ſunt ipſo adiuuante per omnia compleantur. Sperandum enim eſt, vt ad compagem corporis ſui reliqua quæ adhuc diuiſa ſunt membra feſtinent, & potioribus minora non diſcrepent. Ad quod, cum me dilectio tua Chri-*

g εἰς ὃ ἀνάγει τὸ *ſtianæ ſtudio charitatis hortatur, debet* [g] *quod inuitat ſequi; & quod amandum ſuadet amplecti. Similem enim iam fidei curam gerentes per religioſam patientiam, par etiam præmium de boni*

h εὐδοκ. *operis ſperamus* [h] affectu. *Nec enim difficultatibus eſt cedendum. Non* enim *fatigatur aſperis fides, nec ad cælorum ardua per*

i Gal. 6. *procliue tenditur, nec* [i] *remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Vnde ne facientes bona deficiamus, ſpecialiter ad-*

k Pſal. 105. *monemur, etiam teſtante Pſalmiſta;* [k]Beati, qui cuſtodiunt iuſtitiam in omni tempore: *Quia non initium laboris remunerationem præmij conſueuit inuenire, ſed terminus. Ergo ſtudium ſolicitudinis aſſumentes, quibus eſt vna in communione*

l ἐν κοινωνίᾳ καὶ πίστει. [l]*ſocietas* & credulitas; *quemadmodum de vnitate ſedis Apoſtolicæ & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ pariter exultamus in Domino, ita de reliquorum quoque (ſicut* [m] affectione *monet) re-*

m εὐδιαθέτως *dintegratione lætemur, & curemus præmium, vt fidem integritatemque noſtram immaculatam ab omni contagione ſeruemus.*

n τιμιώτατε.
o ποῖοι.
p αὐθεντικά.
q ἴασις.
r κενόδοξος.
ſ ἀπόκρυφος.
t ἀσφαλῶς.
u καὶ χρεία ... ἰσχύ...

Noſti enim, frater chariſſime, [n] ac ſanctiſſime; [o] *qui Eccleſiaſtica ſeruant vincula concordiam, quæ nos ab hæreticorum ſepeatur inſidiis, per quam etiam canonum cuſtoditur* [p] integritas. *His in robore ſuo omni circumſpectione ſeruatis,* [q] remedia ſperantibus conſeruantur. *Habet enim Eccleſiaſticarum ordo regularum, & ipſius forma iuſtitiæ, vt medicina rationabilis benigne &* [r] *fideliter ſperantibus non negetur; nec quiſquam ita ab humanitate diſcretus, quem non à rigore diſtrictionis ſecludat* [ſ] *cauta ſimplicitas. Sed vt* [t] caute hoc, [u] cæteraſque quæ... las, ...

las, aut errores alicuius æui valeas expedire, dilectiſſimè *frater, perſonam meam te in hoc oportet induere; ſcientem in huiuſmodi cauſis (ſicut prædictum eſt)* [x] quid cauendum ſit, *& ita omnia* [y] præuidendum, *vt à te non ambigas rationem diſpenſationis huius Deo eſſe reddendam. Ita tamen, vt eos qui vobis fuerint communione ſociati, vel per vos ſedi Apoſtolicæ veſtræ nobis ſcripta declarent, quibus etiam & quam continentiam libellorum obtulerint inſeratur.*

x πἁπαντέον ἔαν, πὶ φυλακτέοι.
y προορώμενος.

Sic [z] quoque *humilitatem* [a] debemus tenere *in mente*, vt inde *ordinis noſtri dignitatem ſeruemus in honore; quatenus in nobis nec humilitas timida nec* [b] ratio *ſit ſuperba.*

[c] *Omnipotens Deus,* chariſſime, [d] *ſua* te *protectione cuſtodiat atque ad cæleſtis remunerationem patriæ* [e] *multiplici animarum fructu perducat.*

Deus [f] *te incolumem cuſtodiat, Reuerendiſſime frater.* Amen.

Data 8. Kal. Octob. [g] Iuſtiniano 3. & Oreſte viris Clariſſ. Coſſ.

z verba Gregorij lib. 4. epiſt. 36. indict. 13.
a teneamus in mente & tamen.
b erectio.
c eiuſdē verba li. 7. epiſt. 127.
d vos.
e cum multiplic.
f ſubſcriptio epiſt. 1. Greg. III.
g Iuſtinianus 3. Conſul fuit A.D. 533. ſed ſine collega Oreſtes cum Lampadio magiſtratum geſſit A.D. 530.

CENSVRA.

RVRSVS impoſtor centones ex Gregorio & Hormiſda Lectori obtrudit, ſeqq. pontificalis verbis abuſus: *eodem tempore venit relatio ab Afris Epiſcopis de conſtitutione, & vt cum conſilio ſedis Apoſtolicæ omnia Carthagin. Epiſcopus faceret.* vide librum Pontif. in Bonifacio II.

Baron. Annal. Tom. 7. ad A.D. 530. §. 5.

Legitur in collectione Conciliorum nomine Iuſtini Imp. ad Bonifacium Papam fidei profeſſio, quæ incipit *Prima ſalus eſt*, &c. quam quidem nec eſſe poſſe Iuſtini, qui ante annos quatuor iam obierat, prudens collector epiſtolarum Romanorum Pontificum conſiderans exploſit, vtpote quæ nec ſit Iuſtiniani, cum multa habeat epiſt. Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi miſſæ ad Hormiſdam Papam, quam & ipſe [a] Pontifex ad Hiſpaniarum Epiſcopos dedit; habeatque & alia admixta ex aliis eius epiſtolis, vt plane eſſe appareat cento male conſutus. Sed & inde vitioſa detegitur; quod data habetur ſub conſulatu Iuſtiniani 3. cum iam non amplius Bonifacius, ſed & Ioannes Rom. Eccleſię Epiſcopus præſideret: ſed & cum additur collega Oreſtes, magis arguitur impoſtura. Eodem planè vitio laborat, ſed abſurdiora continet illa quæ nomine eiuſdem Bonifacij legitur data epiſtola ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum, prout oſtendimus in notis ad Rom. Martyrol. [b] & ſuperius Tomo 5. cum eam manifeſtiſſimæ impoſturæ conuictam penitus confutaui-

a Hormiſd. epiſt. 45.
b ad A.D. 419

mus. Eant procul à fidelium cœtu, qui in Eccleſiam non habentem maculam neque rugam eiuſmodi conantur inferre quiſquillas: longeque longius exulent à Catholico orbe, qui quæ corruere videntur mendaciis ſuffulcire nituntur: nam ſuper ſolidum fundamentum firmamque Petram ſtructa eſt ſemper manens nunquam caſura ſyncera fides.

Binius, in Notis ad hanc epiſt. eadem iiſdem pene verbis repoſuit.

Poſſeuin. in Appar.

Epiſtola quę dicitur eſſe Eulalij Epiſcopi Carthaginenſis ad eundem Bonifacium valde ſuſpecta eſt.

Bellarminus de Rom. Pontif. lib. 2. cap. 25.

In epiſtola etiam quæ Eulalio Carthaginenſi tribuitur, quædam ſententia Gregoriana inſeritur, ex libro 4. epiſt. 36. ad Eulogium. Et reliquum eius epiſtolæ nihil eſt, niſi fragmentum epiſtolæ Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Papam Hormiſdam.

IOANNIS II. PAPÆ

Epiſtola I.

Reuerendiſſimo fratri Valerio Epiſcopo, Ioannes.

a videtur imitatus initium epiſt. 37. Hormiſdæ, & epiſt. 80. lib. 1. Gregorij & 2. lib. 3.

SCRIPTA[a] *tuæ* ſanctitatis *ſuſcipiens, plena eaſdem fidei* regula, qua plurimum polles, inueni, & *Deo gratias retuli* quod anima & corpore te bene vigere didici. Sane ea quæ ſignificaſti quoſdam dicere, quod non ſit Filius æqualis Patri, & quod in Euangelio ſcriptum ſit, *Pater maior me eſt*. Sciant non recte intelligere tales fidei regulas, nec rectam fidem penes ſe habere.

b verba Ithacij c. a. i. aduerſ. Varimadum cap. 4. quæ 12. vſurpauit Pſeudo Hyginus, epiſt. 1. c Epheſ. 4. d Heb. 2.

Paulus[b] *Apoſtolus non ſecundum Deitatis naturam Chriſtum creatum inſinuat, ſed ſecundum humanæ naturæ ſubſtantiam eundem creatum affirmat, ipſo Epheſiis conſcribente*[c]: Renouamini inquit, ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis: *& ad Hebræos*[d] In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, etiam poteſt his qui tentantur auxiliari.

tur auxiliari. Vnde, fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum, fidelem exiſtentem ei qui creauit eum. *Et ad Coloſſ.* [e] Nunc etiam deponite & vos vniuerſa, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpiaque ex ore veſtro non procedant. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius qui creauit eum. *Nunquid is qui* [f] *vniuerſam creaturam, viſibilia & inuiſibilia,* [g] propria *poteſtatis virtute procreauit ac fecit, ſeipſum antea vel poſtmodum, (quod dicere nefas eſt) creauit vel facere potuit?* [h] *Filius minor eſt Patre in aſſumpti hominis forma, æqualis vero Patri eſt in Deitatis naturæ ſubſtantia, eodem proteſtante,* [i] Ego & Pater vnum ſumus. *Et iterum,* Qui me odit, odit & Patrem. *Et iterum,* [k] Vt omnes glorificent Filium ſicut honorificant Patrem. *Et iterum,* [l] Vt ſint in nobis vnum, ſicut & nos ſumus vnum. *Et iterum,* Tu in me, & ego in eis. *Et iterum,* Omnia tua mea ſunt: *Et iterum,* [m] Ego in Patre, & Pater in me. *Et iterum,* Pater in me manens facit opera hæc. *Et Ioannes Euangeliſta ait,* In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. [n] *Et iterum ipſe ad Parthos,* Tres ſunt, *inquit*, qui teſtimonium perhibent in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis; & tres [o] *vnum* ſunt: & tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cœlo; Pater, Verbum & Spiritus; & hi tres vnum ſunt. *Nos itaque in natura Deitatis,* [p] quia *vnum ſunt* Pater & Filius, *nec Patrem credimus aliquo tempore præceſſiſſe,* [q] *ne maior ſit Filio; nec Filium poſtea natum eſſe,* [r] *vt* Deitate *patris* minoretur.

Si [ſ] *æqualis Patri Filius non eſt, cur ita de illo Ioannes Euangeliſta teſtatus eſt?* [t] Propterea, *inquit*, perſequebantur Iudæi Ieſum, & quærebant eum occidere, quia non ſolum ſoluebat Sabbathum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciẽs Deo. *Et Paulus Apoſtolus,* [u] Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet conſtitutus, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. *Et in Salomone,* [x] Qui genuit me

[e] Coloſſ. 3.

[f] vniuerſa creata.

[g] propriæ pot. virtute ex nihilo.

[h] Ithacius eiuſd. lib. cap. 5. & ex eo Pſeudo-Hygin.

[i] Ioan. 10.

[k] Ioan. 14.

[l] Ioan. 17.

[m] hæc verba omiſit ὑπο-λέξις, omnia quæ habet pater mea ſunt & iterum.

[n] item ipſe. 1. Ioan 5.

[o] in nobis ſunt.

[p] quâ vnum ſunt patrem & filium.

[q] vt maior.

[r] vt Deitas Patris minoraretur in Filio.

[ſ] Ithic. eod. lib. cap. 6.

[t] Ioan. 5.

[u] Phil. 2.

[x] Eccleſ. 24. 3.

y Eccleſ. 42.

requieuit in tabernaculo meo. *Et Eccleſ.* [y] Sicut eſt ab initio, ita vſque in ſeculum; neque adiectum eſt ei, neque minuetur illi. Ipſe eſt enim Dominus creaturę ſuæ, qui nihil eguit ab aliquo. *Et in Pſal.* 72. Quid enim mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram? *Hæc omnia* [z] filium *non inferiorem* natura *demonſtrant, ſed* & *æqualitatem Deitatis* [a] annunciant; *quoniam qui vtraque locutus eſt, verum dixit, quia veritas mentiri non potuit.*

z in filio non
a pronunciát.

b Leonis verba epiſt. 15.
c leg. quo iniquitatus Eutyches ſcil.
d Phil. 2.

Taliter, [b] frater chariſſime, ſemper age, cæteroſque omnes agere mone: *vt abolito hoc* [c] qui natus *videbatur errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum vna fides ſit, & vna eademque confeſſio: vt* [d] *in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur; quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Dat. Non. Auguſt. [e] Iuſtiniano & Athalarico viris Clariſſ. Coſſ.

e Iuſtinian. quater Côſul fuit A.D. 521. cum Valerio A.D. 528. & 533 abſq; collega A.D 534 cũ Paulino. Marcellin ad A.D. 5 9 Iuſtinianum ſolum, Caſſiodorus Deciũ ſolum Conſulem facit. Nemo Conſulatus Athalarici meminit.

CENSVRA.

De hac epiſt. apud Baronium & Binium altum ſilentium. Suppoſitam à veteratore indicant Ithacij & Leonis ſententiæ, licet à plagiario corruptæ.

Stylus diuerſus ab aliis Ioannis epiſtolis.

Nota Conſulum mendax.

An Ioannis ad Iuſtinianum epiſtola, cuius initium *Inter claras*, &c. genuina ſit nec ne, à multis nouimus diſputari, quorum litem componere noſtri non eſt inſtituti; rationes vtriuſque partis Iuriſconſultis diſcutiendas reliquimus: nullo certè (quocumque eorum iudicia inclinent) præiudicio, Eccleſiæ cauſam grauari poſſe cenſeo.

AGAPETI PAPÆ

Epiſtola V.

Agapetus Anthimo Epiſcopo ſalutem.

a Initium epiſt 80. Hormiſdæ.
b ſum repletus quod.
c ſanctiſſimi Imp.
d alludit ad verba libri Pôtificalis in Agapeto, dũ *conſenſio verſaretur ita Dominum adfuit vt Epiſc. Conſtantinop. nomine Anthimum inueniret Agapetus Papa hæreticum.*

M*VLTO* [a] *gaudio* [b] eſſem *repletus*, ſi te talem *circa Eccleſiæ pacem, &* glorioſiſſimi [c] *Imperatoris at*que populi doctrinam reperiſſem, qualem te in primordio eſſe audiui. Sed nunc, quia [d] dicimus

dicimus

dicimus à reuerendiſſimis fratribus te contra ſtatuta Patrum Imperatorem & reliquos populos docere ita, [e] vt negata humanæ carnis atque animæ veritate, [f] tantum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnius [g] aſſeras eſſe naturæ, tanquam verbi Deitas ipſa ſe in carnem animamque [h] verterit, & tanquam concipi ac naſci, nutriri & creſcere, crucifigi ac mori, ſepeliri ac reſurgere, & aſcendere in cælum, [i] ſedere ad dextram patris, venire ad iudicandum viuos & mortuos, diuinæ tantum [k] voluntatis fuerit, quæ nihil horum in ſe ſine carnis recipit veritate: [l] quæ natura vnita naturæ Patris natura eſt ſpiritus Sancti, ſimulque impaſſibilis, [m] ſimulque incommutabilis, ſempiternæ Trinitatis indiuiſa vnitas, & [n] vnius voluntatis æqualitas. Vnde ſi [o] aliquis malæ voluntatis homo, aut infidelis quiſque deſciſcit, ne conuincatur Deitatem paſſibilem ſentire, atque mortalem, & tamen verbi incarnati, id eſt, verbi & carnis vnam [p] auſus fuerit pronuntiare naturam, manifeſtè in [q] apertam & Deo odibilem tranſit inſaniam, [r] qui Mediatorem Dei & hominum hominem Ieſum Chriſtum, ſimulatorie credit omnia egiſſe, [s] nec verum in ipſo corpus, ſed phantaſticam eius corporis ſpeciem oculis apparuiſſe cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides Catholica deteſtatur, & [t] alia aſſertionum ſacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum dudum ſunt damnata ſententijs; non dubium eſt eam nos fidem prædicare atque defendere.

Quam S. Apoſtoli docuerunt, & hactenus eorum ſuorumque ſucceſſorum ſequens ſancta hæc Romana & Apoſtolica Eccleſia doctrinam tenuit ac tenet, docuit & docet.

Si [u] quidam enim ita ſunt obcæcati, & à lumine veritatis alieni, vt [x] verbi Dei a tempore incarnationis [y] denegent veritatem; oſtendant, in quo ſibi Chriſtianum nomen vſurpent, & cum Euangelio veritatis, qua ratione concordent, ſi per [z] virginis partum aut caro ſine Deitate, aut Deitas eſt orta ſine carne. Sicut enim negari non poteſt (Euangeliſta dicente) [a] quod verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. ita negari non poteſt, (B. Apoſtolo Paulo prædicante.) [b] quod Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Quæ autem reconciliatio eſſe poſſet qua humano generi [c] repropitiaretur Deus, ſi

e verba Leonis epiſt. 97.
f totum.
g aſſereret.
h conuerterit.
i leg. & in patris dextra vnde ad iudicandos viuos & mortuos veniet, conſidere.
k eſſentiæ fuerit.
l quoniam natura vnigeniti, natura eſt &c.
m ſimul eſt.
n & conſubſtantialis.
o ab Apollinaris peruerſitate Eutychianus quiſque.
p audet.
q in Valentini & Manichæi.
r & Mediat.
ſ humanum
t aliarum.

u Leo ibid. hunc locum iam deprauauit pſeudo-Caius.
x verbo.
y humanæ carnis deneg.
z per B. Virg.
a Ioan. 1.
b 2. Cor. 5.
c propitiaretur Deus niſi omnium.

d hominomque.

e pro iniuſtis ſanguinis iuſti Chriſti, tam potens fuit priuilegium, tam.

f vincula retinerent.

g Rom 5.

hominis *cauſſam Mediator Dei*, & [d] *hominum* non *ſuſciperet*? *Qua vero ratione veritatem Mediatoris implet*, *niſi* quia q[illegible] *in forma Dei æqualis eſt patri, in forma ſerui particeps eſſet & noſtri: vt mortis vinculum vnius præuaricatione contractum, vnius morte (qui ſolus morti nihil debuit) ſolueretur? Eff*[illegible]*o enim* [e] iuſti ſanguinis *Chriſti tam* fuit *diues ad pretium, vt ſi vniuerſitas captiuorum in redemptorem ſuum crederet*, [illegible]*lum Diaboli* [f] vinculum retineret. *Quoniam (ſicut Apoſtolus ait)* [g] vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. *Et cum ſub peccati præiudicio nati poteſtatem ac ceperint ad iuſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum libertatis quam debitum ſeruitutis. Quam itaque ſibi in huius Sacramenti præſidio ſpem relinquunt, qui in Saluatore noſtro negant humani corporis veritatem? Dicant quo ſacrificio reconci*[illegible]*ati, quo ſanguine ſint redempti. Quis eſt (vt Apoſtolus ait)* [h] qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis? *Aut quod vnquam ſacrificium fuit ſacratius, quam quod verus & æternus pontifex altari crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit?*

h Ephef. 5.

i Pſal. 115.

Quamuis enim multorũ ſanctorum in conſpectu Domini pretioſa mors fuerit.

k & dc.

l cum inter filios hominum.

m Ioan. 12.

n vera iuſtif.

o ad humanitatis ſuæ tracta participem.

p Syncera fidei.

[i] *In conſpectu Domini pretioſa mors* iuſtorum fuit; *nul*[illegible]*us tamen inſontis occiſio redemptio fuit mundi. Acceperunt iu*[illegible] *non dederunt coronas.* [k] *De fortitudine fidelium exempla nata ſunt patientiæ, non dona iuſtitiæ. Singulares quippe in ſingu*[illegible] *mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine per*[illegible]*uit; cum* [l] filius hominis *vnus ſolus Dominus noſter Ie*[illegible] *Chriſtus, qui verè agnus erat immaculatus, extiterit in qu*[illegible] *mnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes ſunt eti*[illegible]*m ſuſcitati. De quibus ipſe dicebat*, [m] cum exaltatus fuer[illegible] terra, omnia traham ad meipſum. *Fides etenim* [n] [illegible]*cans impios, & creans iuſtos, ad* [o] humilitatis retracta p[illegible]ticipium *in illo acquirit ſalutem, in quo ſolo homo ſe inu*[illegible]*nocentem, liberum habens per gratiam Dei de eius potent*[illegible]*riari, qui contra hoſtem humani generis in carnis noſtræ hum*[illegible]*tate congreſſus, his victoriam ſuam tribuit in quorum co*[illegible] *triumphauit. Licet ergo in vno Domino* noſtro *Ieſu Ch*[illegible]*o vero Dei atque hominis filio verbi & carnis vna perſona ſit, q*[illegible] *inſeparabiliter atque indiuiſe habeat actiones commun*[illegible] *ligenda tamen ſunt ipſorum operum qualitates. Et* [p] ſic v[illegible] *fidei contemplatione cernendum eſt ad quæ prouehatur hum*[illegible]*tas*

carnis,

carnis, & ad qua inclinetur altitudo[q] Deitatis; *quid ſit, quod caro ſine verbo non agit; & quid ſit, quod verbum ſine carne non efficit. Sine*[r] *verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret; & ſine veritate carnis obuoluta*[ſ] *pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent Magi puerum ſtella indice declaratum,*[t] *ſine veritate carnis non iuberetur transferri in Aegyptum puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine verbi potentia non diceret vox patris miſſa de cælo,*[u] Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipſum Audite: *& ſine veritate carnis non proteſtaretur Ioannes,*[x] Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Sine verbi potentia, redintegratio non fieret debilium, & viuificatio mortuorum; & ſine veritate carnis nec cibus ieiuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius faſtigato. Poſtremò ſine verbi potentia non ſe* Dominus[y] *Patri profiteretur æqualem: & ſine veritate carnis non idem diceret,*[z] Patre ſe eſſe minorem; *cum Catholica fides vtramque ſuſcipiat, vtramque defendat, quæ ſecundum confeſſionem B. Petri Apoſtoli,*[a] *vnum Chriſtum* Dei *viui filium & hominem credit & verbum.*

[b] Chriſtus vero Deus noſter *ita inter* Deum *& hominem Mediator apparuit, vt in vnitate perſonæ copulans vtramque naturam, & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret.*

[c] *Quid* igitur? *cum Chriſtus ſit* Deus *& homo, loquitur*[d] *homo, & calumniaris* Deo*? ille in ſe naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam?*

[e] Gemina ergo eſt ſubſtantia Chriſti: diuina *ſcilicet,* quæ *æqualis eſt Patri*; humana vero, *quâ minor eſt Patre. Vtrumque autem ſimul, non duo ſed vnus*[f] *Chriſtus; ne ſit quaternitas non Trinitas,* Deus. *Sicut enim vnus eſt homo*[g] in anima rationali & carne; *ſic vnus eſt Chriſtus* Deus *& homo; ac per hoc Chriſtus*[h] Deus, *anima, rationalis & caro.*[i] Chriſtus *in his omnibus. Chriſtum in ſingulis confitemur.*

Deus te conuertat in bonum, frater, & rectæ fidei normam te in omnibus tenere & docere concedat. Amen. Data Kal. Maij,[k] Juſtiniano 4. & Theodato viris Clariſſ. Coſſ.

q Diuinitatis.
r Luc. 1. & 2.
ſ Math. 2.
t & ſinc.
u Math. 17.
x Ioan. 1.
y Ioan. 10.
z Ioan. 14. patrem ſe eſſe maiorem.
a Math. 16.
b Auguſtinus epiſt. 3. cuius verba citat Leo epiſt. 79. Theodoret. Dial 2. Concil. Chalced. Act. 2.
c Idem tract. 78. in Ioan. quem locum citant Leo epiſt. 97. Theodoret. Dial. 2. Conc. Chalced Act. 2.
d *leg.* quid agitur hæretice, loquitur v. homo, & ſiam.
e Ibidem. *leg.* agnoſcamus geminã ſubſt. Chriſti, diuinam ſcilicet quâ. quâ maior eſt pater.
f vnus eſt.
g *leg.* anima rationalis & caro.
h eſt Deus.
i Chriſtum.
k 4. Iuſtiniani Conſulatus inciclt in A. D. 534. quo Paulinum collegam habuit.

Baronij Cenſura Ad An. D. 535. §. 88.

Hæc ad verbum deſcripſit. Poſſeu. in Appar.

NON vacat impoſturæ ſuſpicione epiſtola illa nomine Agapeti vulgata, ad Anthimum inſcripta, quæ erroris hæreſis Eutychianæ ipſum redarguit. Etenim hæc ſimulata ab Anthimo nequaquam detecta atque damnata fuere, antequam ſequenti anno (vt dicetur) ſe contulit ipſe pontifex Conſtantinopolim.] Intereà autem quaſi profeſſor fidei Catholicæ, & communicator Apoſtolicæ ſedis eſt habitus idem Anthimus ex ſua ipſius (vt dictum eſt) publica profeſſione, qua ſe cuncta recipere quæ ſummus Pontifex credenda præſcriberet publicè ob omnium oculos coramque ipſo Iuſtiniano Imp. teſtatus eſt. Sed & ex falſa omnino Conſulum nota Iuſtiniani IV. cum Theodato ſeu potius Theodoto collega, detegitur impoſtura; cùm data ipſa epiſtola reperiatur anno ſuperiori Kalend. Maij: nam ex his quæ ſuperius dicta ſunt, certum eſt tunc non Agapetum ſed Ioannem eius prædeceſſorem ſediſſe in hunc vſque annum Rom. pontificem. Sed & longè diuerſus ſtylus ab aliis Agapeti epiſtolis, alterius eſſe ſobolem parentis ſatis indicat. Neque enim quicquam conqueſtus fuerat Iuſtinianus Imp. apud Agapetum de Anthimo, ſed tantummodo de Cyro & ſectatoribus eius.

Binius in Notis.

Epiſt. hæc, qua Anthimus de hæreſi Eutychiana redarguitur, quæque Agapeto adſcribitur, impoſturæ ſuſpicione laborat. Nam cum Anthimus per literas Seueri, cum quo Conſtantinopoli diutius egerat, de hæreſi diffamaretur; homo callidus ſe iuramento expurgauit, atque coram ipſo Imperatore profeſſus eſt, ſe in omnibus aſſenſurum iis quæ ſedes Apoſtolica ſentienda proponeret. Accedit quod etiam ex falſa omnino Conſulum Nota, Iuſtiniani IV. cum Theodato ſeu potius Theodoro collega detegitur impoſtura: *cætera ad verbum ex Baronio.*

CENSVRA.

EGO vero luce clarius demonſtraui, epiſtolam ex Leonis, Auguſtini & Hormiſdæ ſententiis, à plagiario corruptis, concinnatam.

SILVE-

SILVERII PAPÆ

Epiſtola. I.

Siluerius Epiſcopus Vigilio.

MVltis [a] te tranſgreſſionibus irretitum, Sacerdotalis iamdudum nouit generalitas. Et quia *cruentis humano ſanguine manibus* deceſſoribus noſtris peruicacia [b] *ſubripiens*, Leuiticis præſumpſeris excubare miniſteriis, plerique nouerunt fidelium. Nam quia cõtra *iura canonica* temporibus ſanctæ memoriæ Bonifacij Papæ, ipſo viuente, ſucceſſor eius deſignari conabaris, niſi tibi ampliſſimi [c] Senatus obuiaſſet iuſtitia: tunc prouidentia paſtorali ac Pontificali auctoritate tua execranda iam debuerant auſpicia *detruncari*. Sed dum paruum vulnus in te neglectum eſt, inſanabile accreuit Apoſtema; quod niſi [d] *ferro* altius *abſcindatur*, *fomentorum ſentire non poteſt* medicinã: quippe qui nequiſſimi Spiritus audaciâ ambitionis phreneſim concipiens, in illius *Apoſtolici medici*, cui animas [e] *ligandi ſoluendique* collata & conceſſa *poteſtas* eſt, verſaris contumeliam; *nouumque ſcelus erroris* in Apoſtolica ſede rurſus niteris inducere; & in morem [f] Simonis, cuius diſcipulum te oſtendis operibus, [g] data pecunia, meque repulſo qui (fauente Domino) *tribus iam iugiter emenſis temporibus* ei præſideo, *tempora mea nitaris inuadere*. *Habeto* [h] *ergo, cum his* qui tibi conſentiunt, pœnæ damnationis ſententiam: *ſublatumque tibi nomen & munus miniſterij ſacerdotalis agnoſce, Spiritus iudicio, & Apoſtolica* à nobis *auctoritate damnatus*. Sic enim decet fidem Sanctorum Patrum in Eccleſia ſeruari Catholica, vt quod habuit amittat qui improbabili temeritate quod nõn accepit aſſumpſerit.

Dat. octauo Kal. Iulij Principe Baſilio. Cœlius Siluerius Papa vrbis Romæ *huic* [i] Decreto Anathematis in [k] Vigilio peruaſore facto [l] *ad omnia* ſtatuta *conſenſum præbens ſubſcripſi*. Pariter & quatuor Epiſcopi ſubſcri-

a Simile initium excommunicationis Acacij Conſtantinop. per Felicem III.

b quid ſurripuit?

c Anaſtaſ. in Pontificali Synodum obſtitiſſe votis Vigilij aſſerit, de Senatu nihil habet, niſi corã eo & clero conſumptũ Chirographum.

d hæc verba deſumpta ex Conc. Rom. 6. ſub Symmacho. *ferro abſcindenda ſunt vulnera quæ fomenta non ſentiunt.*

e Matth. 16.

f Act. 8.

g Liberat. breuiarij ca. 22.

h verba Felicis III. epiſt. 6. ad Acacium.

i ſimilem ſubſcript. habes in fine epiſt. Epiſcoporum Dardaniæ ad Gelaſium.

k in Vigilio not. phraſ.

l ad quæ ſtatuta conſenſum præbuit.

m Campani omnes. Minturnenſem Epiſcopatum Formienſi vnitum legimus à Gregorio M. Vide epiſt. 8. lib. 1. indict. 9.

pſerunt, id eſt [m] Terracinenſis, Fundanus, Firmanus, & Minturnenſis. Data iſta chartula per Anaſtaſium ſubdiaconum.

Baron. ad A. D. 539. §. 3. & ex eo Binius in Notis.

Quod ſequitur *Principe Baſilio*, ſiue (vt alia lectio habet) *Beliſario patricio*, adiectum putatur, cum temporibus his Siluerij nullus conueniat Beliſarij Conſulatus, neque Baſilij; quorum alterius, nempe Beliſarij, contigit ante duos annos; alterius itidem, Baſilij ſcilicet, poſt annum ſequentem.

CENSVRA.

SI tibi mendoſa nota Conſulatis videtur, Baroni, mihi non vacat impoſturæ ſuſpicione epiſtola ipſa; non ſolum quia alienis floſculis inſperſa, ſed etiam quia autore Latino indigna eſt. Barbari ſcriptoris eſt, *detruncare auſpicia; verſari in contumeliā alicuius; ſcelus in Apoſtolica ſede inducere; tempora iugiter emetiri; tempora aliena inuadere; pœna damnationis ſententiam* habere; *decreta in alijs facere*, &c.

2. Nullo hiſtoricorum teſtimonio confirmantur quæ de Vigilio Siluerius ſcripſiſſe dicitur, ſcilicet *cruentis ſanguine manibus* Leuiticum munus affectaſſe, *deceſſoribus ſuis* ſurrepſiſſe, *Senatus iuſtitia* repreſſum fuiſſe. Anaſtaſius qui ſolus meminit ſtatuti quo Bonifacius II. ſucceſſorem deſignauit, facti inuidiā non onerat Vigilij peruicaciam, ſed Bonifacij odium & dolos in Dioſcorum æmulum. Idem Senatum Vigilij conatibus obuiaſſe non aſſerit. quin imò diſertè ſcribit clerum factum improbaſſe, ipſumque Bonifacium pœnitentia ductum coram Synodo, quam denuò conuocauerat, decretum de ſucceſſoris electione *incendio conſumpſiſſe*.

3. Abſonum videtur à veritate hiſtoriæ, Siluerium, (quem ſtatim à deiectione ſub aduerſariorum cuſtodiā detentum, ac demum in exilium deportatum vult Liberatus) indicto Epiſcoporum conuentu anathematis ſententiam in ſedis ſuæ peruaſorem pronuntiaſſe. Dicant, quæſo, quo tempore id factum oportuerit: an quo Pataram, patria pulſus, ſede priuatus pontifex incolebat? Cur ergo Anathematis decreto ſubſcribunt, non Aſiani, ſed Itali? A radice excommunicatum Vigilium nemo ſanus dixerit: veriſimile enim non eſt Siluerium carceri mancipatum cuſtodum vigiles oculos fallere, Synodos celebrare, Epiſcoporum conuentus clandeſtinos indicere, canonicas ſanctiones condere, anathematiſmos in aduerſarios torquere potuiſſe.

A.M.A-

AMATORIS
Epiſtola.

Beatiſſimo Siluerio Amator Epiſcopus.

A Quibuſdam, Pater dilectiſſime, illis à partibus aduentantibus, audiuimus *vos* à ſede ſancti Petri iniuſte *pulſum*, exilio deſtinatum. Quod nimis [a]*graue* ferentes, miſimus [b]*parua munuſcula*, id eſt argenti libras triginta, ad veſtram veſtrorumque ſuſtentationem; quæ petimus vt ita grato animo ſuſcipiatis ſicut grata mittuntur intentione. Precamur quoque, vt per veſtram epiſtolam nobis *remandare* non dedignemini qualiter circa vos ſit actum, vel modo agitur; vt *certam rationem de vobis ſcire*, & fratribus valeam nuntiare. [c] Quid enim putas de nobis fieri, pater ſumme, cum de ſummo Paſtore, & Vicario ſancti Petri talis fiunt? [d] *Vos tamen nolite multum triſtari*, ſed [e] *confortamini* ſemper *in Domino:* Quoniam [f]*potens eſt Diuinitas immenſa tempeſtatis incerta bono ſerenitatis amouere.* Ora pro nobis beatiſſ. Papa.

a Sic Pſeudo-Sixt. I. epiſt. 2. ſicut egerit ita recipietiſi bene, bene, ſi graue, graue: ſi peſſime, peſſime, &c.
b Nota phraſim ſequioris æui, cuius exempla præbent epiſt. 3. 7. 11. 37. 64. 78. &c. inter epiſt. Bonifacij Archiep. Moguntini.
c quem alloquitur? Deũ an Papam?
d verba Pſeudo-Felicis I. epiſt. 1. vide Nehem. 8. 10.
e Epheſ. 6. 10.
f verba Bonodij epiſt. 24. lib. 4. quibus abuſus eſt Pſeudo-Anacletus epiſt. 1.

Baron. ad A. D. 539. §. 6.

CONGEMVIT vniuerſus Catholicus orbis ad vniuerſalis Eccleſiæ Præſulis ignominias, communicans ipſius vinculis (vt licuit) ſcriptis epiſtolis: quarum vnicum quod ſupereſt hic tibi reddimus monumentum: quas enim vnus inter alios Amator Epiſcopus (quem puto Auguſtudunenſem illum, qui hoc tempore claruit ſanctitate) ad eum literas cum muneribus dedit, vt ea quam patiebatur, ipſum leuaret inopia, hic tibi integras exhibemus, &c.

CENSVRA.

Mercatoris quiſquilias hic à te nobis exhiberi diuerſa perſuadēt;

1. Improbabile eſt Auguſtoduno Pataram delata Amatoris munuſcula. Quis enim in animum inducat, profectionem à quoquam Gallo ſuſceptam ad 350. coronatos in Lyciam vſque deferendos?

2. Minus probabile eſt Syluerio ante deportationem Auguſtodunenſis Antiſtitis munera oblata; aut Beliſarium ſtertentem, mo-

tas tantiſper nexuiſſe, donec Ædui domum repetentes Epiſcopum ſuum de Pontificis vrbici calamitate certiorem feciſſent.

3. Plane falſum videtur, Siluerio iam relegato Gallis innotuiſſe quas in Lycia ferre cogebatur ærumnas. Quis enim *illis à partibus aduentans* toto velut orbe remotis quæ in extrema Aſia fiebant nuntiaſſet?

4. Liberatus aſſerit Syluerium ſimul ac larem inter Patarenos fixit, ab Imperatore Epiſcopi precibus exorato reuocatum fuiſſe: dicant ergo aduerſarij quo in loco Siluerius redux Amatoris munera ſuſceperit.

5. In inſula ſiue Ponria ſiue Palmaria derentum, Amaroris eleemoſynis ſuſtentatum crederem, niſi Liberatus moneret, miſerum expontificem *duobus Vigilij defenſoribus, & ſeruis eius traditum*, poſtquam *in Palmariam inſulam adductus* eſt, *ſub eorum cuſtodia inedia defeciſſe*. Cui autem credibile fiat, Vigilium diurino mœrore confectum aduerſarium tandem inedia enecaſſe, ac non potius è veſtigio ſuſtuliſſe?

6. Phraſis epiſtolæ ſolœciſmis & barbariſmis fœda, non patitur vt alium à Pſeudo-Iſidoro eius autorem agnoſcamus. Colliget Lector hos floſculos, *audiuimus vos pulſum, grauè ferentes* (qua locutione vſus Pſeudo-Sixtus epiſt. 2.) *remandare, certam rationem de vobis ſcire*, &c.

7. Vltima epiſtolæ verba Ennodio reſtituenda eſſe monuimus.

SILVERII PAPÆ

Epiſtola II.

a cur deeſt fraterna compellatio?

Dilectiſſimo atque amantiſſimo [a] *Amatori Epiſcopo, Siluerius.*

b Greg. verba epiſt. 50. li. 4. à Pſeudo-Sixto III. epiſt. 3. iam vſurpata.
c ſibimetipſis
d vnit.
e Coloſſ. 3.
f etiam ligat.
g nota phraſim.

O [b] *QVAM bona eſt charitas, quæ abſentia per imaginem, præſentia* [c] ſibimet ipſi *exhibet per amorem. Diuiſa* [d] tangit, *confuſa ordinat, inæqualia ſociat, imperfecta perficit. Quam rectè prædicator egregius* [e] vinculum perfectionis *vocat; quia virtutes quidem cæteræ perfectionem generant, ſed tamen eas charitas* [f] *ligat, vt ab amantis mente diſſolui iam nequeant. Hac itaque virtute, frater chariſſime, plenum te reperio*, dum non ſolum [g] de me ſciſcitando & viſitando curam habes, ſed etiam bonis tuis me fulcire & ſuſtentare non deſinis. Quanta autem mala

mala in me peracta ſunt, nec enarrare nec ſcribere tibi per omnia poſſum. Ante omnia vero [h] Patricia infeſta mihi erat, eo quod nō reſtituebam Anthimum dudum Patriarcham Conſtantinopolitanū, quem ſanctæ memoriæ Agapetus prædeceſſor meus [i] *ſuis meritis damnauit. Vrgente* [c] quoque eius *iuſſione exierunt quidam falſi teſtes* dicentes aduerſum me crimina quorum nunquam particeps fui. Sed dum multi in eadem accuſatione perſiſterenr, timuit *Belliſſarius* [k] *Patricius* noſter, & [l] mandauit me *ad ſe venire* pacificè pro quibuſdam Eccleſiaſticis diſpoſitionibus *in Palatium* [m] principis; *& ad primum & ſecundum velum retinuit omnem clerum* & populum qui mecum veniebat, & nullum permiſit intrare niſi me ſolum & Vigilium Diaconem meum Me vero retento, & ante prædictam Patriciam deducto, miſerunt in exilium; in quo modo ſuſtentor [n] *pane tribulationis & aqua anguſtiæ.* Ego tamen propterea non dimiſi nec dimitto officium meum: [o] ſed cum Epiſcopis quos congregare potui, eos qui talia erga me egerunt anathematizaui, & vnà cum illis Apoſtolica & Synodali auctoritate ſtatui nullum vnquam taliter decipiendum ſicut deceptus ſum: & ſi aliquis deinceps vllū vnquam Epiſcopum ita deciperet, [p] *Anathema maranatha* fieret in conſpectu Dei & ſanctorum Angelorum. Similiter *ſanctorum Patrum roborantes decreta*, ſtatuimus (licet ſæpiſſimè iam ſtatutum fuerit) nec falſos, nec inimicos ſuſpectos, accuſatores vel teſtes vnquam ſuper Epiſcopos ſuſcipi, eiſque nocere nullatenus poſſe; quia falſam, aut ſuſpectam, aut odioſam *vocem*, [q] aut *funeſtam potius interdici, quam audiri* ſanctis patribus placuit.

Summoperè, [r] *chariſſime, tales cauendi ſunt, & auertendi, atque rejiciendi ſi nocentes apparuerint; quia non ſolum Eccleſiaſticæ, ſed etiam ſeculi leges* tales *non ſuſcipiunt ſed repellunt*; *vnde ſcriptum eſt*, [ſ] Os impiorum deuorat iniquitatem: *& Dominus per Prophetam loquitur dicens*, [t] Cum Sancto ſanctus eris; & cum viro innocente innocenter ages; cum electo electus eris; & cum peruerſo peruerteris. *Et Apoſtolus inquit*, [u] peruertunt mores bonos colloquia mala. *Idcirco (vt iam prælibatum eſt), mali ſemper cauendi, & bonis ad-*

h de Auguſta, non de patricia loquitur Martyrol. ad 20 Iunij Auctor. lib. pontific.

i Nota phraſim.

k verba libri Pontifi.

l mandauit me.

m pontificale *Pincis* ſeu *Pincianum*.

n 3. Reg. 22. pontificale ibid.

o Locus opportunus cōgregandis Epiſcopis carcer.

p 1. Cor. 16. ſic Pſeudo-Vrbanus in epiſtola.

q verba Pſeudo-Euſebij epiſt. 3. ex C. Theod. lib. 3 tit. 6. c. 3. intercidi.

r ſeqq. ad finē habet epiſt. 1. Pſeudo Fabiani.

ſ Prou. 19.

t Pſal 17.

u 1. Cor. 15.

quæ beneuolis eſt inhærendum, [x] vt periculum deſidiæ quantum poſſumus deuitemus.

Et [y] ne peſtis hæc latius diuulgetur, ſeueritate quâ poſſumus abſcindamus; quoniam [z] non temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis. *Agat ſemper* [a] vnuſquiſque *veſtrum hac informatione*, *Apoſtolica fultus auctoritate* iuxta vires ſuas; & *fraterna dilectione*, *ac ſancta religione* mores proprios conſeruare, & in *communi* alterutrum adiuuare, & in charitate permanere, *&* Dei *voluntati indeſinenter ſtudeat inhærere*, *vt* ſimul laudantes Dominum, *indefeſſas illi* gratias *ſemper* agamus. *Vale* in Chriſto *chariſſime ſemper*, *& prædicta* (*prout melius poteris*) *Domino opem ferente adimplere, & reliquos fratres Apoſtolica auctoritate informare ſtudeto.* Data 9. Kal. Decembris Iuſtiniano [b] V. & Beliſſario viris Clariſſ. Coſſ.

x Leo epiſt. 4
y Leo epiſt. 2
z Idem epiſt. 92.
a verba Bonifacij Mogũt. epiſt. 17.
b nullus Iuſtiniani Conſulatus quintus. Beliſarius Magiſtratum geſſit ſine collega A. D. 535. ſub Agapeto ſi Baronio credamus.

Baron. ad A. D. 539. §. 6.

Extat ad eundem Amatorem reddita Silverij nomine ab aliquo otioſo ex Anaſtaſij ſcriptis conſarcinata, mendaci Conſulum appoſita nota, à veritate hiſtorica procul abhorrens, quam ex huius temporis ſcriptore Liberato Diacono ſincere prodidimus; vnde indignum putantes quæ ipſius Silverij nomine cenſeatur, relinquimus eam vndique impoſturæ labe ſuſpectam.

Poſſeuin. Baronij iudicio ſubſcribit in apparatu.

Binius in Not. ex Baronio.

Hæc epiſt. nomine Siluerij ad Amatorem Epiſc. (Auguſtodunenſem fortaſſe, qui his temporibus ſanctitate celeberrimus extitit) reſcripta, ab aliquo otioſo ex Anaſtaſij ſcriptis conſarcinata videtur. Nota Conſulum mendaci inſignita, à veritate hiſtorica valdè abhorret; vt conſtat ex Liberato Diacono huius temporis ſcriptore fideliſſimo. Indignam itaque iudicantes quæ ſub ipſius Siluerij nomine edatur, loco inſolito, & inconſueta inſcriptionis nota eam hic exhibere placuit.

CENSVRA.

Non crediderim ex Anaſtaſio otioſum Blateronem, qui epiſtolam Siluerio ſuppoſuit, nugamenta ſua conſarcinaſſe. Antiquior certe Anaſtaſio Pſeudo-Iſidorus, quem huius ſcriptionis exaratorem credo, inductus ſtyli & ſententiarum ſimilitudine. Antiquiores vero Pſeudo-Iſidoro Arcadius & Honorius AA. Leo & Gregorius Epiſcopi Rom. Bonifacius primus Moguntinorum Archiepiſcopus ipſique primi libri pontificalis ſcriptores qui Bedam Bonifacio priorem anteceſſerunt.

PELA-

PELAGII I. PAPÆ
Epiſtola I.

Pelagius Epiſcopus Vigilio coëpiſcopo ſalutem.

GAVDEO *fidei*[a] deuotione, *quod religioſum ſtudium* & diuinum officium *dignanter* [b] impendis; & maximè quod fidei inimicos æmularis, Apoſtolicæ ſedis quærens exempla. Didici ſanè tam per latorem literarum tuarum, quam & per literas tuas, quod ſint quidam penes vos qui dicentes garriunt, Qualiter[c] *Pater & Filius vnus* poteſt eſſe *Deus, cum præter Patrem alius non ſit Deus qui dicatur*[d] *ingenitus* atque *inuiſibilis?* Hi ſanè, *ſi*[e] *ſcirent donum Dei*, & veræ fidei regulas intelligerent, nequaquam talia muſſitarent. Sed quia non habentes [f] *mundum cor* quo videre ſecreta Dei & intelligere myſteria valeant diuina, mundanda ſunt prius corda eorum per pœnitentiam, vt intelligere poſtmodum & capere lumen veritatis poſſint; quibus tamen, ad eorum ac multorum illuminationem, corrigendo talium errorem Apoſtolica auctoritate reſpondendum eſt ita: [g] Quomodo *vos Patrem & Filium vnum*[h] *profiteri non vultis? eos*[i] enim *nos*[k] *vnū & verum Deum à Prophetis & Apoſtolis oſtendimus prædicatum, à quibus etiam Spiritum Sanctum credimus non* eſſe *diſcretum; Eſaïa Propheta dicente,*[l] Ego ſum Deus, & non eſt alius præter me. *Et* per memetipſum iuro quia exiuit ex ore meo veritas, & ſermo meus non [m] *auertitur*; quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per Dominum, dicens; Iuſtitia & gloria ad eum veniet. *Et vt hoc in teſtimonio Patrē ſimul & Filium cognoſcat fuiſſe, Paulum audi dicētem,* [n] Vt in nomine (inquit) Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur [o] *quia* Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris omnipotentis. [p] *Quod ſi iſte Filius minor eſt Patre ſuo, ergo minorata eſt gloria Patris in Filio. Et vbi eſt, quod in Salomone*[q] *ſcriptura loquitur, dicens,* Sicut[r] *etiam* in conſpectu eorum (inquit) magnificatus [ſ] *es* in nobis, ita in con-

a initium epiſt. 55. Leonis. Clementiæ veſtræ.
b impendictis
c I hacius Clarus aduerſ. Varimadum cap. 2.
d inuiſib. & ingen.
e Ioan. 4.
f Matth. 5.
g Idem ibid.
h vnū Deum.
i etiam nos.
k hæc verba deſcripſit & Pſeudo-Sixt. epiſt. 1.
l Eſ:i. 45.
m auferetur.
n Paul. Apoſtol. Phil. 2.
o quoniam.
p ſi ſecundum te.
q Eccl. 36.
r enim.
ſ eſt, ita & in.

ſpectu noſtro magnificaberis in illis, vt cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus quoniam non eſt Deus præter te, Domine. *Diligenter attende, &* [t] agnoſce *Filium eſſe qui* [u] magnificabitur *in iudicio, dum venerit viuos & mortuos iudicare. Item Eſaias,* [x] Audite Domus Iacob, & reſiduum *domus* Iſraël qui egredimini ex vtero meo, & erudimini à puero vſque ad ſenectutem. Ab initio ego ſum, & quouſque ſeneſcatis ego ſum. Ego *vos* feci, & ego ſuſtineo, ego remittam & ego ſuſcipiam, dicit Dominus: *& iterum,* [y] Ego ſum Dominus Deus, & præter me non eſt alius Deus, annuntians nouiſſima priuſquam fiant, & ſtatim conſummata ſunt. *Item* [z] alibi. Audi me, Iacob & Iſraël quem ego feci; ego ſum Dominus Deus *tuus*, primus & ego nouiſſimus, & in ea quæ *ſuper*uentura ſunt in nouiſſimo ego ſum. *Item* [a] alibi. Ego ſum Deus qui te creaui, [b] *qui te* adiuui, & communiui dextera mea. *Et vnitatem Patris & Filij* [c] *aſſignans loquutur dicens,* Ego teſtis veſter, dicit Dominus Deus; & puer meus, *tu* quem ego elegi, vt ſciatis & credatis, quia ego ſum. Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit. *Vnum,* [d] *hæretice, elige è duobus; Aut fatere Patrem & Filium vnum Deum; aut ſi ſolum Patrem Deum eſſe cõtendis, ergo tibi Dominus Ieſus Chriſtus Dei Filius, non erit Deus; quia ſcriptum eſt,* [e] Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit. *Si ſecundum te ita eſt, cur Apoſtolus talia prædicat,* [f] *& eundem Filium Deum ſuper omnia benedictum inſinuat?* Quorum Patres (inquit) [g] ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. *Item Eſaias* [h] *dicit,* Dominus Deus Iſraël, qui liberauit [i] *eum* de Ægypto. Ego ſum primus, & ego poſt hæc, & præter me non eſt Deus ſicut ego ſum, qui ſtet, & vocet, & præparet mihi ex quo hominem feci in ſeculo. *Item alibi,* [k] In te eſt Deus, & neſciebamus; *Deus*, & non eſt alius Deus præter te; Tu enim es Deus, & neſciebamus, Deus Iſraël Saluator. [l] *Vnus Deus non ſunt Pater & Filius?* [m] Qui eſt *hic Deus in quo eſſe dicitur Deus, præter quem alium Deum non eſſe Propheta* [n] ſæpè *numero ſingulari proteſtatur? & Hieremias;* [o] Hic Deus noſter, *ait*, & non applicabitur alter ad eum, qui inuenit omnem ſcientiæ viam, & dedit

eam

t cognoſcere.
u manifeſtabitur.
x Eſai. 46.
y ibid.
z ibid. leg. ibi.
a leg. ibi.
b & adiuui.
c Eſaias aſſig.
d vnum tibi.
e Eſai. 34.
f Rom. 9.
g & ex.
h Eſai. 43. ſic dicat.
i eos.
k Eſai. 45.
l ſi vnus.
m quis eſt.
n ſub numero.
o Baruch. 3.

eam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus *eſt*, & inter homines conuerſatus eſt. *Et in Salomone,*[p] Miſerere nobis, Deus omnium; & oſtende nobis lumen miſerationis;[q] & immitte timorem tuum ſuper gentes quæ non exquiſierunt te, vt cognoſcamus [r] *quia* non eſt alius Deus niſi tu. *Item ibi,*[ſ] Domine Deus Iſraël, non eſt tibi ſimilis in cœlo ſurſum, neque in terra deorſum. *Et*[t] *pſal.* 17. Quoniam quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum noſtrum? *Et in*[u] Geneſeos, Et pluit Dominus à Domino ignem & ſulphur ſuper Sodomam & Gomorrham, & euertit ciuitates illas. *Si ſolus pater Deus eſt, quis pluit ignem & ſulphur à Domino vt ſupradictas ciuitates euerteret? quæſo reſponde. Et in Deuteronomio,* [x] Dominus ſolus deducebat eos, & non fuit cum illis Deus alienus. *Et Paulus Apoſtolus,* Vnus Deus [y] qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem. *Et ad Corinthios,*[z] Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. *Et iterum,*[a] Non eſt Deus niſi vnus. *Et ad Galatas,*[b] Mediator autem vnius non eſt; Deus autem vnus eſt. *Et vnitatem Patris, Filij & Spiritus Sancti*[c] monſtrans, *Epheſiis*[d] *ſcribens ita confirmat;* Sufferentes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus. *Si enim*[e] prædicti hæretici *vnitatem fidei*[f] voluerint *ſimplici corde recipere, ex hoc*[g] iam *teſtimonio in vno ſpiritu*[h] poſſunt *ſimul Patris & Filij vnitatem condiſcere. Patrem igitur* ([i] vt ipſi ſe dicunt inueniſſe *in diuinis literis*) genitum [k] *proprie poſitum, nec legere* poſſunt *penitus, nec probare; ſed quia idipſum fides exigit Chriſtiana, abſque vlla dubitatione ingenitus creditur; qui tamen ſecundum ſeriem ſcripturarum in Filio à ſe genito viſus eſſe monſtratur.*

[l] *Apoſtolus* vero *Paulus miſſionem Filij Dei, in Spiritu ſancto longe antè conſpiciens, Romanæ Eccleſiæ ſcribens hæc teſtatus eſt dicens,*[m] Quod enim impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur [n] *per carnem*, Deus filium ſuum miſit in [o] *ſimilitudinem* carnis peccati; & de peccato damnauit peccatum in carne, vt *iuſtitia* legis impleretur. *Cerniſ-*

p Ec 1.36.
q tuæ &.
r quoniam.
ſ Deut. 4.
t & in pſal.
u Gen.19. Geneſi.
x Deut.32.
y Deus, inquit, Rom.3.
z 2.Cor 5.
a 1.Cor.8.
b Gal.3.
c demonſtrãs
d Epheſ.4.
e ſi enim hæretice.
f volueris.
g itaque.
h poteris.
i vt ſuperius poſuiſti.
k ingenitum.
l Ithacius eiuſd. libri c.3. cuius verba Pſeudo-Hygyni epiſt. 1. ſibi vendicat.
m Rom.8.
n in carne.
o ſimilitudine.

ne, quoniam filius non ſecundum Deitatem à patre miſſus eſt, ſed ſecundum carnem, quam clementer & pie pro nobis aſſumere non dedignatus eſt? Nam quod ſemetipſum [q] exinanita *Maieſtatis ſuæ potentia* [r] *idem* ſe *filius* miſerit, Apoſtolus *conteſtatur* dicens; [ſ] Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Humiliauit [t] *ſemetipſum*, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. *Et Eſaias*, [u] Non legatus, neque Angelus, ſed ipſe Dominus [x] *veniet* & *ſaluabit* eos. *Item ibi*, [y] Palam apparui non quærentibus me. [z] *Et* in Hieremia, *Dereliqui* domum meam, & veni, & factus ſum illis in opprobrium. [a] *Et in Michæa*, Ecce Dominus veniet, & commouebuntur montes ſub eo. [b] *Et in Zacharia*, Gaude & exulta filia Sion; quia ecce, ego venio, & commorabor in medio tui, dicit Dominus. *Et Apoſtolus ad* [c] *Timotheum*, [d] *Fidelis* ſermo & omni acceptione dignus, [e] *quia* Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. *Et* [f] *Malachias*; Ecce ſubito veniet in [g] *templum ſuum* Dominus, quem vos quæritis, & Angelus Teſtamenti quem vos vultis. *Et in Euangelio*, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam. *Item*, [h] Quid nobis, & *quid* tibi Ieſu fili Dei? veniſti ante tempus perdere nos? Item ibi, Venit filius hominis [i] quærere, *& ſaluum facere* quod perierat. *Item ibi*, Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. [k] *Item ibi*, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. *Nunquid in his tantis ac talibus teſtimoniis, quibus ſe Filius* [l] Dei *à ſemetipſo* veniſſe *teſtatus eſt, poteris dicere ab alio & non à ſemetipſo veniſſe, dũ manifeſtũ eſt eum qui carnẽ noſtrã dignanter aſſumpſit*, [m] voluntariè *& nõ ab alio* miſſum aduenisse? *Nã qui in patre manens* [n] vbique potentia ſua *conſiſtit; vbi à patre mitteretur omninò non habuit.* Scimus enim *quoniam nulla pars cœlorum ac terræ à conſpectu patris excipitur, vbi ſecundum* [o] eos *à Patre filius mitteretur. Interim* [p] *vero dei opecum (quantum fieri poteſt)* [q] tua *dilectio vt omnibus Eccleſiæ filiis innoteſcat* [r] quid *contra impium ſenſum ſecundum Euangelicam doctrinam & Apoſtolicam* [ſ] prædicemus, *Quia licet plene quæ ſemper fuiſſet atque eſſet Catholicorum ſententia ſcripſerimus; tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes, non paruam exhortationis addimus.*

p iuſtificatio.
q exinaniuit.
r idem miſit Apoſtolum qui conteſtatur & dicit.
ſ Phil. 2.
t ſeipſum.
u Eſai. 63.
x venit & ſaluauit.
y Eſai. 65.
z & Hieremias, Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam.
a Mich. 1.
b Zach. 2.
c 1. Tim. 1.
d Humanus.
e quoniam.
f Malach. 3.
g templo ſuo.
h Item ibi.
i Saluare & quærere.
k Item ibi, Ego veni in nomine patris mei. Item ibi.
l Deum.
m voluntate & non ab alio miſſus aduenit?
n virtute potentiæ ſuæ.
o vos.
p Leonis verba epiſt. 12. quæ pſeudo-Caliſtus I. epiſt. 1. inſeruit.
q veſtra dil.
r quod.
ſ prædicamus.

Memor enim ſum, me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Domino Ieſu Chriſto eſt glorificata[t] *confeſſio; & cuius fides omnes quidem hæreſes deſtruit, ſed maximè impietatem præſentis erroris expugnat. Et intelligo*[u] aliter *non mihi licere, quam vt omnes conatus meos ei cauſæ in qua vniuerſalis Eccleſiæ ſalus infeſtatur impendam. Ne autem aliqua negligentiæ occaſione ſcripta noſtra ad vos non potuerint peruenire, exemplaria eorundem nunc mittenda*[x] credimus; *vt nullo modo fidei quam defendimus prædicatio veſtræ*[y] doctrinæ *notitia ſubtrahatur.*

Data 5. Nonas Maij,[z] Joanne & Narſete viris Clariſſ. Coſſ.

t Matth. 16.

u mihi aliud non licere.

x credidimus.

y redundat.

z nullus Conſulatus Ioannis cum Narſete.

Baron. ad A.D. 559. §. 6.

QVOD vero ad eiuſdem Pelagij Papæ ſcripta pertinet, præter epiſtolas quas ſuperius ſuis locis poſuimus, extat eiuſdem nomine epiſtola nonnihil prolixa, ad Vigilium quendam Epiſcopum ſcripta: ſed dum ad finem eius data ponitur ſub Conſulatu Narſetis atque Ioannis, impoſturæ ſuſpicionem auget. Etenim [cum vetera quoque monumenta ſignata vbique reperiantur poſt Baſilij Conſulatum toties repetitum: plane ſignificatur, nullum alium interea Conſulem eſſe creatum.] Et ne de his dubites, habes. [Caſſiodorum numerantem annos poſt Conſulatum eiuſdem Baſilij vicies ſemel repertum. Quod ſi Narſetis vel aliorum poſt Baſilij Conſulatus faſtis interpoſitus: certè non ab illo vltimo Conſulatu Baſilij tot anni poſt eius Conſulatum reperirentur inſcripti, ſed poſt Conſulatum Narſetis atque Ioannis.] Sic igitur ex his reliquæ etiam epiſtolæ poſt Conſulatum Baſilij datæ, ſed aliorum à Mercatore Conſulum notæ ſuppoſitæ, impoſturæ ſuſpectæ redduntur.

[ ] his notis incluſa Binius ex Baronio deſcripſit in Not. ad hanc epiſt.

CENSVRA.

BARONII ſuſpicionem abundè confirmaui, epiſtola enim ab impoſtore contexta ex Ithacij & Leonis locis variè deprauatis.

IOANNIS III. PAPÆ Epiſtola.

Ioannes Epiſcopus vniuerſis per Germaniæ & Galliæ prouincias conſtitutis in Domino Salutem.

OPTAVERAM[a] ſiquidem,[b] chariſſimi, *pro* noſtri *charitatis collegij, omnes Domini ſacerdotes in vna*[c] *deuo-*

a verba Leonis epiſt. 48. à Pſeudo-Damaſ. deſcripta epiſt. 7.

b quidem dilectiſſimi pro veſtri, &c.

c in vna Cathol. fidei deuotione.

tione perſiſtere, nec quenquam prohibita *gratia* aut fauore ſacerdotum ſectari, aut via recta diſcedere.

Et[d] quanquam credamus *dilectionem* veſtram *ad omne bonum opus eſſe*[e] paratam; *vt tamen efficacior* fiat, congruum nobis viſum eſt literis ſedis Apoſtolicæ, (vt anteceſſorum quoque noſtrorum veſtigia imitemur) vos monere, præcepta diuina & [f] *Apoſtolicæ ſedis inſtituta viriliter peragere*, & prohibita non tangere, ſed cauere. *Nec*[g] *cuiquam liceat* vnquam *doctrinam* patrum *deſerere, & ſacerdotali honore gaudere*.

Perlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam,[h] *emerſiſſe* & denuo reuiuiſcere prohibitum, & funditus extirpatum, [i] tam à Sancto Damaſo quam à Sancto Leone viris Apoſtolicis, atque ab vniuerſis Synodali autoritate Epiſcopis, *reprehenſibilem* atque oppidò *inolitum vſum, eo quod quidam Chorepiſcopi*, [k] (qui & prædictorum anteceſſorum ſanctorum Apoſtolicorum Patribus & viris Apoſtolicis, & ab ipſis ſiue à nobis ſunt prohibiti, ſicut eorum hactenus teſtantur Decreta) *vltrà modum ſuum progredientes, donum Sancti ſpiritus per impoſitionem manuum tradant, & alia quæ ſolùm pontificibus debentur, contra fas peragant*; [l] *præſertim cum nullus ex ſeptaginta diſcipulis, quorum ſpeciem in Eccleſia gerunt, legatur donum Spiritus ſancti per manus impoſitionem tradidiſſe.* [m] *Quod autem ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus propriÿ ſit officÿ tradere Spiritum ſanctum, liber Actuum Apoſtolorum docet. In Concilio vero* [n] *Cæſareenſi ita de Chorepiſcopis habetur ſcriptum:* [o] *Chorepiſcopi quoque ad exemplum & formam ſeptuaginta videntur eſſe: vt comminiſtri autem propter ſtudium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.* Si enim meliores ſanctioreſque Sanctis Apoſtolis eſſe putatis, facite quæ illi non fecerunt, & ſuper extollite vos illis. Si vero [p] eiuſdem ordinis eſtis, & æquiparare vos vultis, nolite ea agere quæ illi non egerunt; ſed imitamini, (prout melius poteſtis) exempla & veſtigia eorum. [q] Illi autem (præcipiente Domino, illiſque denuntiante, vt illi & ſucceſſores eorum tantummodò per manus impoſitionem traderent Spiritum ſanctum) [r] nulli vnquam ex 70. tradere Spiritum

d Leo epiſt. 46. & ex eo pſeudo-Stephan. epiſt 1. licet ſperem dilect. tuam.
e deuotam.
f Not. phraſ.
g Leo epiſt. 44. & ex eo pſeudo Victor epiſt. 1.
h Diuerſo charactere expreſſa deprompta ſunt ex actis Syn. Pariſ. ſub Ludouico Pio lib. 1. ca. 27.
i à neutro extirpatum ſupra docui. Vide pſeudo Damaſ epiſt. 5. & in ea Leoninas epiſt 88.
k not. ſtupendam barbariem.
l Eadem habet verba pſeudo-Damaſus & Innocentij epiſt. ad Decentium. Quid inde?
m hoc non docent act. 1.
n Neocæſarienſi.
o can 13. ex verſ. Dionyſij.
p Nemo propriè loquendo eiuſdem eſt cum Apoſtolis ordinis in Eccleſia.
q Hoc à Domino præceptum? vbi? r hoc probari non poteſt.

ritum ſanctum per manus impoſitionem permiſerunt; eis (quorum typum, vt prædictum eſt, Chorepiſcopi antequam prohibiti eſſent gerebant in Eccleſia) ſcientes illicitum fore, dantes ſucceſſoribus eorum exemplum ne vnquam talia præſumerent. Unde in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, [s] *Cum audiſſent Apoſtoli qui erant* [t] *Hieroſolymis* quia recepit *Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis vt acciperent Spiritum Sanctum.* Nec *dum enim in quemquam illorum venerat, ſed Baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Non ergo (vt iam dictum eſt) aliquem ex 70. licet pauci eſſent Apoſtoli, ad hoc opus perficiendum direxerunt, [u] ſed Petrum & Ioannem Apoſtolos per manus impoſitionem tradere Spiritum ſanctum miſerunt: quorum vicem Epiſcopi in Eccleſia gerunt, [x] & non Chorepiſcopi, qui ſeptuaginta diſcipulorum formam ante prohibitionem eorum gerebant. Quod illi non fecerunt, vos facere nolite; ne diſſimiles eis, aut indigni eorum ſucceſſione & miniſterio eſſe videamini: quia (vt [y] ait Dominus in Euangelio) *qui non eſt mecum* aduerſum *me eſt, & qui non colligit mecum diſpergit.*

Si autem Petrus princeps Apoſtolorum [z] adiutores ſibi adſciuit Linum & Cletum, non tamen poteſtatem Pontificij, aut ligandi, aut ſoluendi eis normam tradidit; ſed ſucceſſori ſuo Sancto Clementi, qui ſedem Apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem tradente ſibi B. Petro tenere promeruit. Linus vero & Cletus miniſtrabant *exteriora*, princeps autem Apoſtolorum Petrus *verbo & orationi inſiſtebat*; quæ non incongruè ad traditionem Spiritus ſancti per manus impoſitionem pertinent. [a] Vnde & in Actibus Apoſtolorum ſcriptum habetur, *Non eſt æquum nos* relinquere *verbum Dei & miniſtrare menſis:* [b] Quapropter [c] ſeptuaginta electi ſunt diſcipuli, qui exteriora peragerent, ipſi vero Apoſtoli verbo & orationi inſiſterent. Inde & in [d] Euangelio ſecundum Lucam ſcriptum eſt ita: *Poſt*

s Act. 8.
t in Hieroſol.
u in forma ſequentia Apoſtoli alii, quem ex 70. non miſerũt: ergo ad 70. diſcipulorũ preces mitti non debuit Spiritus Sanctus.
x contrariũ ſentit. Nicol. I. cuius hæc verba ſunt, in epiſt. ad Rudolph. Biturie. *ad formã 70. Chorepiſcopi facti ſũt, quos quis dubites Epiſcoporum habuiſſe officia?*
y Luc. 11.
z videtur hęc Mercator hauſiſſe ex Ruffini præfat. ad Gaudentium Recognit. libris præfixa; & ex libello de geſtis pontificum; & Martyrol. Bedæ.
a Actorum liber de Munere Diaconi loquitur loco citato; de presb. quatenus ab Epiſcopis diſt. ſunt nihil habet.
b Act. 6.
c Ideo electi 7. Diaconi non 70. diſcipuli quos Dominus ipſe deſignauit.
d Luc. 10.

c Nulla conſeq. *Chriſtus 70. diſc. inſtituit.* ergo *Chorepiſcoporum non eſt confirmare,* &c. Et & hic notanda ſuppoſitoris [illegible], qui verſionem vulgatam 72. diſcipulos à Domino deſignatos aſſerentem citare, non erubuit, cum ipſe ab ea diſſentiret, 70. præciſe diſcipulos agnoſcens cum patribus Neocæſarienſibus.

[c] *hæc autē deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis, Meſſis quidem multa, operarÿ autem pauci: Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in Meſſem ſuam. Ite, ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta; & neminem per viam ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra. Sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis,* Appropinquabit *in vos regnum Dei. In quamcunque autem ciuitatem intraueritis, & non receperint vos, exeuntes in plateas eius dicite,* E*tiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra extergimus in vos. Tamen hoc ſcitote, quia* appropinquabit *regnum Dei. Dico vobis quia Sodomis in illa dia remiſſius erit quam illi ciuitati.*

f Matth. 10.

Et in Matthæo [f] Euangeliſta ſcriptum eſt, *Ecce, ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in Concilÿs, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos, & ad* [g] reges & prę ſides *ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem* [h] ad *mortem, & pater filium: & inſurgent filÿ in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

g præſides & ad reges.

h in mortem.

i Hæc ſuperioribus non cohærent.

k Concil. Nicæn. can. 4. ex verſione Dionyſÿ exigui.

Linum [i] namque & Cletum nihil legitur vnquam ex pontificali miniſterio egiſſe *poteſtatiue*; ſed quantum eis à B. Petro præcipiebatur, *tantum ſolummodo* agebant. Nam & in canone legitur Nicæno: [k] *Epiſcopum* namq; *conuenit maxime quidem ab omnibus qui ſunt in prouincia* E*piſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem ne-*

tem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, à tribus tamen omnimodis in idipſum conuenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per vnamquamque Prouinciam Metropolitano tribuatur Epiſcopo. Omnia quoque maxima Concilia affirmant eum non eſſe Epiſcopum, qui minus quam à tribus Epiſcopis auctoritate etiam Metropolitani fuerit factus Epiſcopus. Ideoque illos, quos Chorepiſcopos vocatis, quia ab vno (vt audiuimus) fiunt Epiſcopo, Epiſcopos non eſſe, nec *aliquid de* pontificali *priuilegio agere* debere perſpicuum eſt. Quoniam [l] *ſi nomen non habent*, quomodo *officium* poſſunt habere? *Si* ergo *Epiſcopi non ſunt, & preſbyteri*, (quorum vicem gerunt quia [m] *ad exemplum & formam ſeptuaginta* olim fiebant) *eſſe deſpiciunt, quid erunt?* Profectò, quod ratione caret, aut nihil, aut *parum prorſus* eſt. Si quis de his amplius, & quod fieri non debeant voluerit ſcire, legat prædictorum Apoſtolicorum Decreta, & ibi reperiet. De quibus aliqua & hic inſerere dignum duximus. *Si Domini deſideramus eſſe diſcipuli, &c.**

Data [n] 14. Kal. Auguſti [o] Iuſtino ſextò: & Narſete viris Clariſſ. [p] Coſſ.

l verba pſeudo Damaſi epiſt. 5.
m verba Concil. Neocæſar.
* quæ ſequuntur ad finem communia ſunt epiſt. 5. pſeudo Damaſi, pauciſſimis verbis immutatis quæ ſupra annotauimus.
n 13. Kal.
o Iuſtiniano.
p Nullus hic Conſulatus.

Baron ad A.D. 572. §. 3.

VT ad poſtremum de ſcriptis eiuſdem Ioannis pontificis nomine editis agamus; fertur eius epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos Germaniæ & Galliæ aduerſus Chorepiſcopos qui ſibi quę eſſent Epiſcoporum vſurparent; data habetur eadem ſub Conſulatu Iuſtini 7. cum Narſete, quo deſignatur iſte præſens annus, ſi annis ſingulis eum geſſiſſe dixerimus Conſulatum. Etenim quem anno 3. Conſulem ſecundò fuiſſe conſtat ex recitata ſuperius eius conſtitutione, vtique hoc ſui imperij anno 7. & non ante oportuit geſſiſſe ſextum Conſulatum. Verum dum 14. Kal. Auguſti eadem data reperitur epiſtola, viique non niſi ad tempus poſt obitum Ioannis referri poteſt; adeo vt impoſturæ argui facile poſſit; quæ & non ex his tantum ſed & aliis ſignis conuincitur non eſſe Ioannis, ſed ex ſuppoſitis mercibus Mercatoris. Etenim nomen Chorepiſcoporū, de quorum munere integra eſt epiſtola illa ſcripta in Galliis, ſiue in Germania, penitus erat abolitum. Conſule cuncta Gallicana Concilia his temporibus celebrata, & nullam de Chorepiſcopis inuenies mentionem. Sed quod eadem epiſtola continet de Lino & Cleto Romanis pontificibus, quod non fuerint reuera Romani pontifices

ſed Chorepiſcopi tantum, eſt plane ab omni antiquitate & veritate hiſtoriæ alienum. Sunt præterea alia ſigna quæ vultum exprimant Mercatoris, ſiue potius ſubdoli venditoris. Sed de his ſatis.

Poſſeuin. in Apparat.

Ioannis Pontif. Maxim. nomine, qui A.D. 572. tertium decimum ſui pontificatus gerebat annum, extat Epiſtola *ad vniuerſos Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, aduerſus Chorepiſcopos qui ſibi quæ eſſent Epiſcoporum vſurparent*; quæ habetur ſpuria, & adeo (vt inquit Baron. Card. 7. tom. Ann.) ex ſuppoſitis mercibus Mercatoris.

Binius in Not. ad hanc epiſt.

Hanc epiſtolam ab aliquo impoſtore ſub nomine Ioannis Papæ III. poſt obitum illius ſuppoſitam fuiſſe, multis argumentis oſtendi poteſt. Primò, quod ſub Conſulatu Iuſtini ſexto, 14. Kal. Aug. anno 7. Iuſtini & 572. Chriſti ſcripta fuiſſe reperiatur, quo tempore Ioannes Papa iam in viuis eſſe deſierat. Secundo, quod nota Conſulari inſignita ſit qua his temporibus epiſtolæ pontificiæ conſignari deſierant. Tertio, quod in ea ſcribatur Linum & Cletum fuiſſe tantum Chorepiſcopos; quos tamen omnis penè antiquitas ſcriptorum optimorum, vt in notis ad vitas eorundem pontificum diximus, pro veris pontificibus agnouit. Taceo, quod nomen Chorepiſcoporum, de quorum munere integra epiſtola ſcripta eſt, in Gallia & Germania plane abolitum fuerit. Hoc vnum duntaxat Sanctiſſ. pontificis ſcriptum commentitium, germanis eiuſdem epiſtolis deperditis extare vehementer eſt dolendum.

CENSVRA.

PHRASIS barbara, *ἀσυλλογισία, αὐτοπρεπὲς* &c. autorem ſatis indicant: impoſtor aliquot Leonis & Concil. Pariſ. ſub Ludouico ſententias deprauauit, ne quis eum plagij reum perageret. Nota phraſes Pſeudo-Iſidoro digniſſimas, Lector, *Apoſtolicæ ſedu inſtituta viriliter peragere: ſanctorum Apoſtolicorum patres & viri Apoſtolici: Apoſtolis proprij eſt officij; cu ſcientes illicitum fore, dantes, &c. miniſtrabant exteriora, &c. tantum ſolummodo agere parum prorſus, &c.*

An ſequens epiſtolium genuinum ſit expendet Chriſtianus Lector.

Ioannes Epiſcopus Edaldo Viennenſi Archiepiſcopo.

Eruit Io n. à Baſco è MSS. Biblioth. Floriac.

DE officiis Miſſarum, de quibus in literis veſtris requiſiſtis, ſciat charitas veſtra; quia variè apud diuerſas Eccleſias fiant, aliter enim Alexandrina Eccleſia, aliter Hieroſolymitana, aliter Epheſina, aliter Romana facit: cuius morem & inſtituta debet ſeruare

Eccleſia

Eccleſia tua, quæ fundamentum ſancti habitus ab illa ſumpſit. *Venerabilis* pallij vſum per S. preſbyterum veſtrum Felicem tibi deſtinauimus, nolentes te priuari antiquo B. Petri munere: ſimul mittentes de capillis S. Pauli, vt eſſet Eccleſiæ veſtræ illius interceſſione ſolatium, per cuius diſcipulum ſuſcepit primum religionis honorem. *Et alia manu.* Benedictio Apoſtolorum vos ab imbre malignorum defendat.

venerandi.

BENEDICTI I. PAPÆ

Epiſtola [a] Decretalis.

Reuerendiſſimo fratri Epiſcopo Dauid, Benedictus ſalutem in Domino.

RESPONDERE [b] literis *veſtris* plenius cogitaui; ſed cum hoc meditarer, tantus me dolor tetigit, *vt magis flere quam aliquid dicere* delectatus ſim. Sed ne *funditus remaneret*, pauca vobis reſcribere curaui, ad potiora vos tempora congruè inuitans. Quod autem literę tuæ teſtes ſunt quoſdam intra prouinciam Bæticam eſſe qui dicerent, [c] neminem veraciter probare poſſe *Trinitatem vnitatem fieri*, cum neque tres vnum, neque vnum in tribus poſſe quenquam propriè approbare; quas ob cauſas, [d] dilectiſſime fili, conſulta tibi Apoſtolicæ ſedis miſimus; vt aut his eos ad rectam fidem conuerti facias, aut ab Eccleſia, [e] *antequam peſtis hoc latiùo diuulgetur*, repellas.

His, frater, *ſcripturarum teſtimonijs vnitatem Trinitatis agnoſce, & deſine Arianorum prauitatem ſequi, vt ab eadem poſſis peccatorum indulgentiam promereri. Eſaia Propheta dicente,* [g] *Vidi Dominum Sabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum, & Seraphim ſtabant in circuitu eius; ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem* eius, *duabus autem velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant* ad *alterutrum dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Si Trinitas non eſt, quare tertiò Sanctus dixerunt?* Et [h] *ſi vnitas non eſt, quare ſub trina repetitione vnum Deum ac Dominum intimarunt? Si Trinitas non eſt, cur in Geneſeos dicitur,* [i] *Dixit Deus, fe-*

a huius epiſt. meminit Baron. ad A.D. 577. §.1. ſed meminit tantùm.

b initium epiſt. 41. lib. 1. regiſt. Greg. *Reſp. epiſtolis veſtris tota intentione voluiſſem, niſi paſtoralis cura ita me labor attereret, vt mihi magis flere libeat quam*, &c.

c An probandum eſt Trinitatem vnitatem fieri?

d mox frater erit qui nunc filius.

e nota phraſim Leonis I. epiſt. 1.

f Sequentia ſunt Ithacij Clari aduerſus Varimadum cap. 1.

g Eſai 6.

h aut ſi.

i Gen. 1.

cit Deus, & *benedixit Deus? Si vero vnitas non eſt, quare tertiò dixit Deus, & non Deos* [k] pluraliter *commendauit?* Et *ſi Trinitas non eſt, quare in Exodo* [l] *dictum eſt tertio Domine, Domine, Domine* [m] *miſerator & miſericors? Si vnitas non eſt, quare dum tertio diceret Domine, poſtea Miſerator ſingulariter dixit, & non Miſeratores, vt plures oſtenderet, intimauit? Si Trinitas non eſt, cur* [n] *Abraham ad ilicem Mambre* [o] ſedens, *tribuſque occurrens vni, Domine, dixit; & non (vt viderat) tribus ſalutationis obſequium reddidit? Si vnitas non eſt, quare cum Moyſi,* [p] *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob tertio diceret; vnitatem oſtendens, Hoc mihi nomen eſt dixit; & non, Hæc ſunt* noſtra *nomina deſignauit? Si Trinitas non eſt, quare Dauid tertio* [q] *dixit Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus? Si vnitas non eſt, quare cum* Deus [r] *tertiò nominaſſet, Benedicat,* [ſ] *& non Benedicant adiunxit? Si Trinitas non eſt, cur Eſaïas* [t] *denuò dixit, Domine Deus Sabaoth, Deus Iſraël qui ſedes ſuper Cherubim? ſi vnitas non eſt, quare Qui ſedes dixit, & nõ Qui ſedetis adſtruxit? Si Trinitas non eſt, quare* in Regnorum [u] libro *dicitur, Domine Deus, omnipotens, Deus Iſrael, ſermones tui fideles ſunt? Si vnitas non eſt, quare Tui dicitur, & non Veſtri potius intimatur? Si Trinitas non eſt, cur in pſalmo* 58. [x] cantatur, *Domine Deus virtutum, Deus Iſrael, intende ad viſitandas omnes gentes? Si vnitas non eſt, quare Intende poſuit, & non Intendite, vt* [y] prædicatus *eſt, Intimauit? Si Trinitas non eſt, quare in Apocalypſi tertiò* dixit, [z] *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui eſt, & qui erat?* [a] *Si vnitas non eſt, quare non Qui ſunt* [b] *pluraliter,* ſed *Qui* erat, *deſignauit? Si Trinitas non eſt, quare in* [c] *Deuteronomio dictum eſt, Dominus Deus tuus,* Deus *miſericors eſt,* & *audiet vocem tuam? Si vnitas non eſt, quare Audiet, poſuit, & non Audient intimauit? Si Trinitas non eſt, quare in* [d] *Ieſu naue dicitur libro, Dominus Deus Deorum eſt? ſi vnitas non eſt, quare Eſt dixit, & non Sunt, more locutionis* [e] induxit? *ſi Trinitas non eſt, quare* [f] *Elias orando Domine, Domine,* Domine, *Deus Iſrael; oſtende quia tu es* Deus *meus, dixit? ſi vnitas non eſt, quare Oſtende, & non Oſtendite poſuit? ſi Trinitas non eſt, cur* [g] *Mardochæus orando, Domine, Domine Deus omnipotens, omnia in poteſtate tua ſunt, dixit? ſi vnitas non eſt, quare in Tua poſuit & non, in Veſtra* [h] ſignauit? *ſi Trinitas non eſt, cur etiam* [i] *Iudith orando* dixit, [k] *Domine*

[k] plurali numero.
[l] Exod. 34.
[m] Deus miſer.
[n] Gen. 18.
[o] aperte ſedenti.
[p] Exod. 3.
[q] Pſal. 66.
[r] Deum tertium.
[ſ] bened. dixit
[t] Eſai. 37.
[u] In regum dicitur. 2. Reg. 7. 3. Reg. 8.
[x] Pſal. 58. canitur.
[y] precatus.
[z] dicit, Apoc. 4.
[a] erat dicitur
[b] ſunt: & qui erant plus.
[c] Deuter. 4.
[d] I ſue 2. Deut. 10.
[e] indixit.
[f] 3. Reg. 18.
[g] Heſther. 13.
[h] deſignauit.
[i] Iudith 9.
[k] ait.

Deus omnium virtutum, reſpice in orationem meam? ſi vnitas non eſt, quare Reſpice poſuit; & non Reſpicite, [l] deſignauit? *ſi Trinitas non eſt, quare in* [m] *Hieremia dicitur, Dominus Deus veſter, Deus verax eſt? ſi vnitas non eſt, quare Verax eſt dixit, & non Veraces potius intimauit? ſi Trinitas non eſt, quare in* [n] *Apocalypſi ſcriptum eſt, Dominus Deus & ſpiritus Prophetarum miſit Angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis quæ oportet fieri cito? ſi vnitas non eſt, quare cum Patrem & Filium & Spiritum* [o] *nominaſſet, Miſit Dominus* dixit *& non Miſerunt ſub prætextu trium perſonarum &* nominum [p] introduxit? *ſi Trinitas non eſt, quare in* [q] *Deuteronomio dicitur, Dominus veſter hic eſt Deus? ſi vnitas non eſt, quare Hic eſt, dixit;* & *non Hi ſunt, plurali numero deſignauit? ſi Trinitas non eſt, quare in* [r] *eodem dicitur libro, Dominus Deus tuus, Deus tuus, Deus magnus & potens eſt? ſi vnitas non eſt, quare Magnus, & potens* [ſ] *non pluraliter nominatur? ſi Trinitas non eſt, cur* [t] *Tobias filium ſuum cum in Rages ciuitatem cum Raphaële* [u] Angelo *mitteret, benedicens* [x] eos, *ita dixiſſe docetur; Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, ipſe impleat benedictionem ſuam in vobis? ſi vnitas non eſt, quare Ipſe impleat, dixit & non Ipſi impleant intimauit? Poſtremò ſi Trinitas non eſt, quare* [y] *Dominus diſcipulos ſuos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, vniuerſas gentes* miſit [z] *Baptizare? ſi vnitas non eſt, quare In nomine dixit, & non In nominibus præcipiendo perdocuit? ſi Trinitas non eſt, quare* [a] *Apoſtolus Paulus ait Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia? ſi vnitas non eſt, quare Ex ipſo poſuit & non Ex ipſis adſtruxit? Si enim certò certius volueris Vnitatem Trinitatis agnoſcere, à ſæpe dicto Doctore gentium Apoſtolo poteris vniuerſa condiſcere, & ſequi catholicam fidem, & Arianorum prauitatem reſpuere. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti,* [b] *inquit, & charitas Dei, & communicatio Sancti ſpiritus.* [c] *Ipſa eſt Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Quomodo autem in Trinitate vnum ſunt?* Quia *natura atque* [d] *ab inuicem ſeparari non poſſunt.*

Cæterum, frater chariſſime, quæ tua continebant ſcripta ex ſubiectis ſententiis maxime omnia poteris colligere. [e] *Neceſſe eſt*, frater chariſſime, *adeſſe diuinum vbi humanum ceſſat auxilium.* Et vt iuxta Apoſtolum Paulum dicamus, licet verba replicemus quæ ipſe Timotheo ſcribit dicens: [f] *Eccleſia Dei viui, columna & firma-*

[l] ſignificauit.
[m] Hiere. 10.
[n] Apoc. 1.
[o] Spir. S.
[p] numero indixit.
[q] Deut. 10.
[r] ibid.
[ſ] potens eſt dicitur non magni & pot.
[t] Tob. 7.
[u] Archágelo.
[x] enim.
[y] Math. 28.
[z] docuit.
[a] Rom. 11.
[b] 2. Cor. 13.
[c] lege ex Ithacio cum omnib. vobis.
[d] ſi enim gratia, & charitas & cõmunicatio Spirit. ſancti ipſa eſt & Patris & Filij, quomodo in Trinitate vnum non ſunt qui natura atque ſubſtantia ab inuicem ſeparari non poſſunt?
[e] Hincmar. Dial. de ſtatu Eccl. Bibl. PP. Tom. 9. parte 2 p. 247 hæc Philoni verba adſcribit, forte verſione aliqua quæ nunc excidit vſus. *Philo, inquit, maximus legatorum à Iudæis Caio directorũ, dicit, Neceſſe eſt* &c. vt in textu.
[f] 1. Tim. 3. & 4. impoſtor nec-

mentum eſt veritatis. Et manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt in gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibētium nubere, abſtinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & [g] his *qui cognouerunt veritatem; quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus* [h] verbo *fidei, & bona doctrina, quam aſſecutus es. Ineptas autem & inanes fabulas deuita,* [i] *& exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt & futuræ: fidelis ſermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia* [k] ſperamus *in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum, maximeque fidelium. Præcipe* [l] hoc *& doce. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Dum venio attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij. Hæc meditare, in his eſto, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attende tibi & doctrinæ, inſta in illis: hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.*

Fame [m] enim nimis affligitur populus Romanus, qua clade atque aliis anxietatibus vexatus longam epiſtolam minime ſcribere valui. Tempore congruo denuo (ſi neceſſe fuerit) mitte, & ea quæ deſideraueris ſume. [n] *Deus te incolumem cuſtodiat, frater chariſſime.* Amen.

Data [o] quarto Nonas April. Iuſtino & Libio viris Clariſſimis Conſulibus.

CENSVRA.

IMPOSTOR operis aduerſus Varimadum Arianum ab Ithacio ſcripti capiti 1. variè interpolato, Philonis ſententiam & 1. ad Tim. cap. 4. adtexuit; verſionem ex vetere & Hieronymiana ſibi peculiarem

Italicam nec Hieronymianam verſionē ſequitur.

g iis.

h nobis.

i exerce autē.

k ſperauimus

l hæc.

m petenda à Rapſodo fibula qua hæc ſuperioribus adnectantur, ſunt autem è pontificali petita.

n hoc fine pluſimi ex Rom. Epiſcopis epiſtolis ſuas clauſunt. vide exempli gratia Vigil. epiſt. 3 6. 7. 8. 9 10. 11. 12.

o huius Conſulatus memoria deliteſcit in Manciſſa Mercatoris ſubdoli; alibi nuſquā.

culiarem cudit: Epiſtolam denique commentitia Conſulatus nota obſignauit. An hæc Benedictum Papam decuerint Lectoris iudicium eſto.

PELAGII II. PAPÆ

Epiſtola I.

Dilectiſſimo fratri Benigno Archiepiſcopo, Pelagius Epiſcopus.

LECTIS [a]*fraternitatis tuæ literis, vigorem fidei tuæ, quem* [b]dudum *noueramus, agnouimus: congratulantes* [c]dilectioni tuæ, *quod ad* cuſtodiendum gregem *Chriſti paſtoralem curam vigilanter impendis*, & pro tibi ſubditis ſolicitus exiſtis.

Ad [d] *noſtram enim lætitiam & benefacta perueniunt*, & ſi aliqua ſecus quam oportet prouenerint, non modico nos mœrore conturbant. Magnam [e]enim *gratulationem diuina* concedit *gratia quando tribuit inter nos & ſalutaris diſciplinæ* [f]normam literis conferre, *&* prouenire *ad pacificorum ſtudia* facit *præoptata*.

Exigit [g]*ergo dilectio tua conſulta ſedis Apoſtolicæ*, ſi licitum foret Epiſcopum tranſire, aut mutare de ciuitate ad ciuitatem, dum quidam canones (vt tibi videtur) hoc fieri prohibeant. Significaſti etiam literis tuis quendam fratrem nomine & actu Dei ſeruum, [h] *cauſâ vtilitatis* mutare te velle in locum & ciuitatem defuncti; licet quidam dicant hoc fieri non licere, niſi conſenſum Apoſtolicæ ſedis habuiſſes. Quapropter ſcias, frater dilectiſſime, *aliud* [i] *eſſe cauſam neceſſitatis & vtilitatis; & aliud cauſam præſumptionis & propriæ voluntatis. Non* [k]*ergo mutat ſedem qui non mutat mentem*; id eſt qui non *cauſâ auaritiæ*, aut dominationis, *aut propriæ voluntatis*, vel ſuæ electionis migrat de ciuitate ad ciuitatem, *ſed cauſa neceſſitatis aut vtilitatis* mutatur. Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati aut voluntati præferenda eſt. Aliud eſt enim mutare, & aliud mutari; ſic aliud miniſtrare, & aliud

a verba Leonis epiſt. 3. quæ deſcribit & Pſeudo-Marcus in epiſt.

b ollim.

c tibi quod ad cuſtodiē gregem.

d verba Celeſtini epiſt 2.

e verba Conc. Tolet. 10. ab initio *gratul. nobis ſpiritualem contulit diu. grat.*

f diſcip. frequen iam & cōuenire ad.

g verba Zoſimi epiſt. 1. eadem phraſi vtitur Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. Pſeudo-Cornel. epiſt. 2. Pſeudo-Ioan. I. epiſt. 1.

h ſexies decies ad minimū hæc verba repetit Impoſtor: alludit autem ad can 37. Conc. 4. Carthag.

i aliam eſſe cauſſam.

k verba Pſeudo-Antheri.

miniſtrari. Vnde Dominus in Euangelio loquitur dicens, *non* [l] *veni miniſtrari ſed miniſtrare*.

[Quod [m] enim in canonibus legitur, *non debere Epiſcopum de ciuitate ad ciuitatem tranſire vel transferri*, non de his dicitur qui aut vi expulſi, aut neceſſitate coacti, aut auctoritate maiorum hoc agunt; ſed de his qui *auaritiæ ardore inflammati* ſponte ſua proſiliunt; & potius *ambitioni* quam vtilitati Eccleſiæ *ſeruire*, *& vt dominationem agant*, inſiſtere cupiunt. Vnde in ſubiectis canonibus cōtinetur, [n] *Si aliquis extiterit temerarius, qui forſitan* [o] accuſationem afferat, *quod populi literas acceperit*, & ideo migraueritdum *manifeſtum ſit præmio & mercede paucos qui ſinceram fidem non habent potuiſſe corrumpi, vt clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur; omnino has fraudes* [p] remouendas *eſſe* cenſemus. His verbis & aliis multis exemplis liquet, non de [q] his dicere, (vt paulò ſuperius prælibatum eſt) qui pulſi, aut non recepti à ciuibus, vel à quibuſcumque aut neceſſitate cogente, vel auctoritate maiorum tranſeunt de ciuitate ad ciuitatem: ſed de his qui ſponte proſiliunt, aut temeritatis, aut ambitionis cauſa hoc faciunt. Nam aliud eſt ſponte tranſire, & aliud eſt coacte aut neceſſitate venire. Vnde [r] non iſti *mutant* ciuitates, ſed mutantur; [ſ] quia non ſpontè, ſed coacte hoc agunt. Quis enim vnquam audet dicere ſanctum Petrum Apoſtolorum principem non bene egiſſe, quando mutauit ſedem [t] *de Antiochia in Romam*? Aut quis eum negat, ob id ſanctum non eſſe, aut dignitatem aut meritum vnquam Apoſtolatus tam in cœlis quam in terris perdidiſſe? Aut quis negat ſanctos non eſſe multos alios Epiſcopos, qui de ciuitatibus ad ciuitates tranſlati ſunt, aut meritum Pontificatus perdidiſſe? Quorum nomina ſi cœperim enumerare, ante dies pertranſiet quam hęc omnia perſcribere *poſſem*, & [u] prolixior erit Epiſtola quam neceſſe ſit. Aut quis vnquam poteſt approbare ſanctum non eſſe [x] Alexandrum, qui Hieroſolymam de altera ciuitate tranſlatus eſt? aut S. Gregorium Nazianzenum, qui in Nazianzo conſtitutus eſt? aut S. Proclum qui de [y] *Zyzico* tranſlatus, & *Conſtantinopolim* [z] *inthroniZatus eſt?* Non ergo bene intelligunt

l Matth. 20.
m [ ] his notis clauſa Binius reponit pro epiſt. 10. Pelag j.
n Conc. Sardic. c. 2.
o excuſationem.
p damnandas eſſe arbitror.
q ſimo de quibuſcumq. loquuntur canones. vide Nicæni Cōc. c. 15. Antioch. c. 25. Sardic. c. 1. Chalced. c. 5.
r quaſi vero non mutet qui coactus mutat.
ſ vide Pſeudo-Anteri epiſt.
t probare debuiſti Petrū aliquando cuidam Eccleſiæ miniſterium ſuū affectaſſe.
u plus ſatis prolixa eſt.
x videtur ἐπιπολαίως hæc mutuatus ex Socrate hiſt. lib. 7. cap 36. edit. Græc.
y leg. Cyzico.
z Not. phraſim.

ligunt Eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant *cauſa vtilitatis aut neceſſitatis* fieri non poſſe, quoties communis *vtilitas & neceſſitas* perſuaſerit. Nullum enim ex his aut ex aliis, qui meliori conſilio mutauerunt ciuitates neceſſitate quadam, vel [a] *vtilitate Eccleſiaſtica*, aut *laïca communione* carere reperimus, nec vllatenus vnquam fieri debet. Sententia verò quæ in Antiocheno Concilio habetur, [b] vt Epiſcopus ab alia Parochia nequaquam migret ad aliam, tota, atque omnes ſententiæ de ea re, vim ſuperius comprehenſam retinent, & nihil *prætaxato* modo translationibus Epiſcoporum actis aut agendis nocent: ſed magis robur eis ac Domini ſaluatoris, (quę omnes canonicos ſuper exaltat libros) autoritatem præſtant. Tales autem quæſtiones [c] magis ex *inuidia* quam ex charitate aut vtilitate naſci videntur, cum ipſa per ſe Veritas dicat: [d] *ſi vos perſecuti fuerint* in vnam ciuitatem, *fugite in aliam*, & reliqua. Huic ergo ſententiæ nullus Catholicorum vſquam contradicere poteſt: quæ non alterius, ſed ipſius proprio ore prolata & firmata eſſe dignoſcitur. Cui ſi aliquis contradixerit, non ſolum [e] *extorris*, ſed etiam *Anathematizatus* ab Eccleſia pellatur.]

Et Dominus in Euangelio alias dicit, *Beati* [f] *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* Si eos Dominus beatos dicit, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quis eos damnare poteſt? Et ſi ipſe de ciuitate [g] ad ciuitatem propter perſecutionem fugere præcipit, quis *eos detrahere* aut damnare propterea audet vel poteſt, quod verbis Dominicis obtemperant? Profectò is qui contradicit aut reſiſtit ſeipſum damnat, quia ori Domini contumax & inobediens exiſtit. Vnde & ipſa per ſe Veritas dicit, [h] *Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo eſt verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Omninò [i] *oportet Deo obedire* pluſquam *hominibus.* Et idcirco quod Deo obedimus, & de ciuitate ad ciuitatem (ipſo præcipiente) perſecutionis cauſa, [k] id eſt,

a inſurgit nebulo in can. 1. Sardic. hæc enim ſunt verba Oſij de ijſdem mutationibus: *exiſtimo eos ne laicorum quidem debere habere communionem.*

b imò Conc. Antioch. 21. can. diſertè contrarium ſtatuit. Tu *neceſſitatis aut vtilitatis cauſa* vis Epiſcopos transferri. Concil. Antioch. vtcunque ve at, μὴ μεθίστασθαι, μήτε αὐθαιρέτως ἐπιρρίπτοντα ἑαυτὸν, μήτε ἀπὸ λαῶν ἐκβιαζόμενον, μήτε ὑπὸ ἐπισκόπων ἀναγκαζόμενον.

c alludit ad dictum Caſſiodori hiſt. tripart. li. 12. cap. 8. *faciente inuidia,* prohibitum ne Proclus Cōſtantinopolitanæ Eccleſiæ præficeretur.

d Matth. 10.

e *extorris* expelli non poteſt, eſt enim *extra*, notabit autem 1 &or *anathemate percelli & extorrem ab Eccleſia fieri* pro eodē haberi à patribus Conc. 6. Rom. ſub Symmacho.

f Matth. 5. g Matth. 10. h Ioan. 8. i Act. 5. k nota expoſitionem dignam pſeudo Iſidoro.

neceſſitatis aut *vtilitatis* tranſimus, damnandi ſumus? Non omninò, ſed potius *venerandi* atque [l] *portandi*: quoniam nec ipſis Epiſcopis hoc imputari poteſt. Qui [m] his reſiſtit, Profectò *Dei ordinationi reſiſtit*, & *eſt infideli deterior*: quia *melius* eſt *non cognoſcere viam* veritatis, *quam poſt agnitionem retrorſum* abire. Nam [n] & ipſe Dominus de loco ad locum ſeceſſit, id eſt tranſiuit, Iudæis illum quærentibus. Fugiens ille quærentes & perſequentes ſe, dedit nobis exemplum fugere [o] nos perſequentes, & de ciuitate ad ciuitatem tranſire, dicens, *Si vos perſecuti fuerint in ciuitate iſta fugite in aliam*, & cætera his ſimilia. [p] *Nam ſi fugere malum eſt, perſequi multo deterius. Hic quidem ne moriatur abſconditur: hic autem perſequitur vt occidat; & vt fugiatur* [q] præcipitur; quia *qui quærit occidere præuaricatur legem, & magis fugiendi præbet occaſionem. Si* [r] *fugam improperant perſequentes*, erubeſcant *potius* ſemetipſos, & *quieſcant inſidiari, & quieſcent continuò fugientes.* Nemo *enim mitem fugit aliquando, ſed magis ferocem ſimul & callidum. Omnis* [s] *enim qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat & veniebat ad Dauid.* Si ergo piiſſimus atque iuſtiſſimus Dauid ſciret peccatum eſſe, perſecutionem fugientes & tranſeuntes de loco ad locum & de ciuitate ad ciuitatem, tales nequaquam reciperet, nec ſecum teneret, [t] nec in aliis ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur Domini Epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt, nec eos tantum perſequuntur quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum [u] *cuius legatione funguntur.* Nec ipſi in hoc peccant Epiſcopi, quoniam non ſponte ſed coacte hoc agunt; ſed illi à quibus *perſequuntur*: nec ipſis Epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt. [x] *Sanctus enim Protomartyr Stephanus lapidabatur, ſed Ieſus ſuſcipiebat plagas. Ideoque vnicuiq; præuidendum eſt ne aliquem iniuſte perſequatur, iudicet vel puniat, ne Ieſum* perſequatur, *iudicet & puniat.* Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, ac neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia & [y] *veritas*, & omnibus neceſſitatem patientibus ſubuenire iubet. Pauca ſunt, frater, quæ aſſerui; ſed quanta ex his pen-
deant

l not. phraſim familiarem Mercatori.
m 1. Pet. 2.
n Egregium argumentum: Dominus ſeceſſit. Ergo licet Epiſcopos transferre.
o Matth 10.
p Verba Athanaſij Apol. pro fuga ſua, ex hiſt. tripert. Lib. 6. cap. 22. deſcripta.
q quidem ſcriptum eſt, qui autem quærit.
r ſequentia repetit verba pſeudo-Iulius epiſt. 2. lege *pudeat eos potius ſui ipſorum, &c.*
* hic omiſſa lin. 5. *nullus enim mitem atque clementem.*
ſ 1. Reg. 22.
t in quibus ciuitatibus ad ſe fugientes collocauit Dauid?
u familiare dictum Mercat.
x Actor. 7. verba pſeudo-Marcellini epiſt. 2. deſumpta ex Adriani I. cap. 66. ad Ingelramum.
y Ioan. 14.

deant tua prouidentia poteris æſtimare. [z] Quare *hanc* adnituntur maleuoli irrumpere miſericordiam? cur illudere *vanis intentionibus fœlicitatem? Excuſationem* iam *non habet furor iſte* [a] in credentibus: nec *intereſt quibus itineribus ad mundi principē currat*, qui à beneuolentia fratrū deſciſcit, aut neceſſitatem patientibus miſericordiam negat. [b] Negat miſericordiā neceſſitatem patientibus, qui populis indigētibus diuinis myſteriis, & nō habentibus proprium Epiſcopum qui eos inſtruat, *cauſa vtilitatis atque neceſſitatis* ex alia ciuitate (licet minor ſit) in eam quæ non habet Epiſcopum doctiorem vel vtiliorem meliori conſilio non ſponte tranſeuntem, ſed maiorum exhortatione mutare aut Epiſcopum eiectum & perſecutionem patientem *cauſa vtilitatis aut neceſſitatis inthronizari* non permittit. [c] *Apud veteres* enim *ſine vlla differentia de* vna *ciuitate ad* [d] alteram *migrabat* Epiſcopus, *dum vtilitas* aut neceſſitas *euocaret*. Quapropter ipſam [e] *etiam regulam huic* epiſtolæ placuit inſeri; *vt* monſtretur eos *mentitos eſſe qui* Epiſcopum non poſſe inthronizari dixerunt. Vnde & in canonibus legitur ita, [f] *Si quis* Epiſcopus *ordinatus ad Parochiam in qua ordinatus eſt, minime proficiſcitur non ſua culpa, ſed aut populo reſpuente, aut propter aliam quamlibet cauſſam* [g] *neceſſitate factam*; *hunc honore miniſterioque* participare, [h] *nec* tamen *miſceri rebus* Eccleſiæ, *in qua collectas celebrat, ſed ſuſtinere* quoque *quod prouinciæ Synodus ſuo iudicio terminauerit*, decernimus. Huic regulæ contradicere nullus poteſt, quæ etiam *cauſa vtilitatis* aut neceſſitatis *inthronizari* Epiſcopū [i] iubet, & mutari ac trāſire eū de ciuitate ad aliā ciuitatē nō proprium habentē Epiſcopū ſinit. [k] *Pingues hoſtias litat Diabolo* qui his reſiſtere nititur, aut miſericordiā & vtilitatē Eccleſię iam dictis negat, id eſt, & Epiſcopis & populis.

In vanum ergo contra ſimplices, qui hæc olim dicentes agere prohibuerunt, *tendicula* deinceps parabunt, cum his & aliis *armati adminiculis* nouerint quid ſuper his ſit agendum, & quid vitandum. [l] *Nimis* enim *armatus eſt, qui illa quæ aduerſarius* miſericordiæ, vtilitatis, atque *concordiæ miniſtrat tela contemnit*.

z locus ex Ennodij Apol. pro Symmacho miſere corruptus p. 253. *leg.* Quid hanc adnituntur interrumpere quietem? Quid ludere, &c.

a ſi creditis Non.

b Hoc argumento vtitur pſeudo-Antherus in epiſt.

c ſic Caſſiodorus hiſt. tripart. li. 12. cap. 8. Latine reddidit verba Socrat. lib. 7. cap. 36.

d de ciuit. ad aliam.

e oportet autem etiam regulā huic operi copulari, vt oſtendatur mentitos eſſe qui Proclum inthronizare prohibuerūt, reg. 18.

f Concil. Antioch. c 18.

g non neceſſitate.

h participari tantum nec cum miſceri, &c. μόνον μηδὲν πράγμασι ... &c.

i hoc non iubet.

k verba Ennodij in Apol. p. 253. Bibl. Patrum edit. col. 1618. tom. 6. l Ennodij verbo loco citato.

Sufficit ergo *contra omnia iacula iurgiorum fidei nuda oppoſitio.*

Scio [m] te non ignorare, frater, memoratas canonum ſententias, atque Euangelicas ſanctiones nouas non eſſe, ſed noſtro eas aſſenſui mancipari. Cur his contradicentes, & emigrationes Epiſcoporum *vtilitatis & neceſſitatis* cauſa fieri prohibentes, vt ſæpe dictum eſt, & non auaritiæ aut temeritatis, *in perniciem* [n] ſacerdotum ac populorum lædunt *Sacerdotale Concilium*? *Cur lacerant ſententiam, in qua inſpirante Chriſto oracula* [o] ſuprema *patuerunt, & inter Deum & homines interpres extitit lingua pontificum?* [p] *Illa enim & cœli curia variarum aucta dotibus* [q] curulium, *& multo Redemptoris noſtri auro oſtroque decorata, nihil in illa* [r] deciſione *auctore ſe protulit, ſed per humanæ linguæ miniſterium diuino militauit imperio. Intellexit non eſſe ſuum, quicquid impulſa conſtituit*; *nihil* quoque *habet in illa ſententia, niſi vnde de ſola deuotione gratuletur.*

[ſ] *Nam dum prophanis* memoratorum *verbis* creditur, *&* ſuæ veſaniæ inſcitiam produnt *& liuorem.* [t] *Quis hic locus erroris, vbi congruentia pari ductu exempli & hiſtoriæ verba concurrunt? Nec diuerſum eſt ab intellectu Catholico & lectionibus quod profertur.* [u] Nam non *bene nodus in ſcirpo quæritur,* [x] dum *inuoluit nebula prædicatæ lucis auctores.* [y] *Fœda* [z] quoque *à nitore Domini ſui obligatione diſſoluitur, qui ſtatutis cœleſtibus minus* [a] vera fide *dependit officia.* Talium ergo dictiones vel prohibitiones indignæ etiam fiunt memoratu. [b] *Profunda* eſt ergo nimis imperitia eorum, & [c] *ſepulcrum patens guttur eorum,* quia *linguis ſuis doloſè agunt. Non eſt* enim *in ore eorum rectum, interiora eorum inſidiæ.*

Denſis [d] *cor* eorum *vepribus ſuffocatur, & interna vitia alijs* certant *adſcribere.* [e] *Nobilitatem* ergo *dat facinoribus qui in* talibus *ventilationem ipſorum* in exemplum ſumit, aut *ad aures poſteras* digna *relatione tranſmittit.* Tibi autem non ſit cura talium quæſtionum, ſed ſequere ſententiam [f] *B. Pauli* Apoſtoli *qui monet per diſcipulum cunctos, & clamat* dicens: *Inanes quæſtiones deuita.* Inanes namque (iuxta [g] Apoſtolum) quæſtiones ſemper deuita; & age quod meliori conſilio, non auaritiæ vel temeritatis, ſed *vtilitatis & neceſſitatis* (vt ſæpe dictum eſt) cauſa

m Ennod. ibid. ſcitis. nec noua ſunt iſta, &c. veſter mihi miniſtrauit aſſenſus.
n Ennod. verbi ibid. veſtram lęditis ſacerdot.
o ſuperna.
p hic impoſtor omiſit 2. lineas.
q curialium.
r diſciſſione.
ſ Hic denuo Mercator 4. lin. omiſit.
M moratos verbis cœdicis & inſaniæ proditis, &c.
t hic omiſſæ lin. 8.
u nunquam bene.
x non inuoluit.
y hæc verba repetenda è col. præcedente.
z ergo.
a mera fidei.
b Ennod. ibid. Ecce profundam imperitiam.
c Pſal. 5. ex verſ. Hieron.
d Ennod. ibid. p. 254.
e hic omiſſæ lin. 14.
f tranſmittit B. Pauli eſt ſequenda ſententia qui, &c.
g 2. Tim. 2.

cauſa faciendum vtiliter perſpexeris. [h] Quapropter, chariſſime, *his Apoſtolicis fultus auctoritatibus* muta Epiſcopum *cauſa neceſſitatis aut vtilitatis*, ſuper quo conſulere nos voluiſti; & alios fratres noſtros, quibus hoc faciendũ *neceſſitas aut vtilitas* cõpulerit, agere doce: quia hoc quod tibi ſoli ſcribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Quia [i] *ſicut poteſtatem* habemus *Epiſcopos & ſacerdotes regulariter* titulare & *ordinare*; ita (vt prædictum eſt) *cauſa neceſſitatis, aut vtilitatis* habes & mutare, ac de titulo ad titulum *tranſlatare*, licet de minori ad maiorem vrbem mutandus ſit. Hoc tamen *ſummopere prauidendum eſt*, [k] ne cauſa arrogantiæ aut auaritiæ vnquam fiat: quia hi à prædictis canonibus damnantur, non illi qui *neceſſitate aut vtilitate* maiorum conſilio & ſana ac pura & Deo placita intentione hoc faciunt. *Tu*, frater, ſemper [l] *ſectare iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam*, & *manſuetudinem. Certa* etiam *bonum certamen fidei*, & *apprehende vitam æternam in qua vocatus es.* Quoniam [m] *ſpiritus timentium* Dominum *quæritur* ab illo, *& in reſpectu illius benedicitur. Spes enim illorum in ſaluantem illos, & oculi Dei in diligentes ſe. Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipſe eſt ſpes eius. Timentis Dominum beata eſt anima;* [n] *Ad quem reſpicit &* [o] quæ *eſt fortitudo eius? Oculi Domini ſuper timentes eum: protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegmen ardoris, & vmbraculum meridiani*, & [p] prædicatio *offenſionis, & adiutorium caſus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans ſanitatem & vitam & benedictionem. Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata; & non ſunt beneplacitæ ſubſannationes injuſtorum. Dominus ſolus ſuſtinentibus ſe in via veritatis & juſtitiæ. Dona iniquorum non probat Altiſſimus; nec reſpicit in* [q] oblationibus iniuſtorum; *nec in multitudine Sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium vita pauperum eſt; qui defraudat illum homo ſanguinis eſt; qui aufert in ſudore panem*, & ſudanti cibos, *quaſi qui occidit proximum ſuum. Qui effundit ſanguinem & qui facit fraudem mercenario, fratres ſunt: vnus ædificans & vnus deſtruens; quid prodeſt illis niſi labor? vnus orans,* [r] *vnus male-*

h nor. phraſim ſolennem Mercatori.

i Iiſdem verbis vſus eſt pſeudo-Antherus.

k phraſ. pſeudo-Anth.

l 1. Tim. 6.

m Eccl. 34. 14. &c.

n anima eius

o quis.

p deprecatio.

q oblationes iniquorum.

r & vnus.

s exaudiet. dicens; cuius vocem [s] audiet Deus? Qui baptizatur à mortuo & iterum tangit eum, quid proficit lauatio ipſius? Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit hu-
t exaudiet. miliando ſe? Orationem illius quis [t] audiet?
u Eccl. 35. Qui [u] conſeruat legem multiplicat orationem. Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate; & propitiatio litare ſacrificium ſuper iniuſtitias; & deprecatio pro peccatis recedere ab iniuſtitia. Retribuit gratiam qui offert ſimilaginem; & qui facit miſericordiam offert ſacrificium. Beneplacitum eſt Domino, recedere ab iniquitate; & depre-
x pro peccatis recedere. catio [x] recedere ab iniuſtitia. Non apparebis ante conſpectum
y Domini. [y] Dei vacuus. Hæc enim omnia propter mandatum [z] Domini
z Dei. fiunt. Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu altiſſimi. Sacrificium iuſti acceptum eſt, & memoriam eius non obliuiſcetur Dominus. Bono animo gloriam redde Deo,
a manuum. & non minuas primitias [a] frugum tuarum; [b] quoniam Dominus
b hic omiſſi duo verſiculi retribuens eſt, & ſepties tantum reddet tibi. Noli offerre munera praua, non enim ſuſcipiet illa. Et noli inſpicere ſacrificium iniuſtum, quoniam Dominus iudex eſt, & non eſt apud illum gloria
c deprecationem. perſonæ. Non accipiet Dominus perſonam in pauperem, & [c] precationem læſi exaudiet. Non deſpiciet preces pupilli; nec viduam ſi effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendunt vſque ad cœlum; & Dominus exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat Deum in oblectatione
d deprecatio ſuſcipietur, & [d] precatio illius vſque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit; & donec propinquet non
e conrogabitur. [e] conſolabitur. Et non diſcedet donec aſpiciat altiſſimus: &
f iuſtos. Dominus non elongabit, ſed iudicabit [f] iniuſtos, & faciet iudi-
g quouſque contrib. cium; & fortiſſimus non habebit in illis patientiam, [g] vt contri-
h reddet. bulet dorſum ipſorum, & gentibus [h] reddat vindictam; donec
i hominibus. tollat plenitudinem ſuperborum, & ſceptra iniquorum contribulet, donec reddat [i] omnibus ſecundum actus ſuos, & ſecundum opera Adæ, & ſecundum præſumptionem illius, donec iudicet iudicium plebis ſuæ; & oblectabit iuſtos miſericordia ſua.

k Phil. 4. 20. Deus [k] autem (frater chariſſime) impleat deſiderium, &
l not. additamentum. [l] miniſterium tibi diuinitus collatum; ſecundum diuitias ſuas in gloria, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Deo autem & Patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Data

Data 13. die Auguſti menſis [m] indictione quarta decima. m A.D. 581.

Baron. ad A.D. 581. §. 1.

SEQVITVR annus Chriſti quingenteſimus octogeſimus primus 14. indictionis; quo Conſultus Pelagius Papa ſcripſit ad Benignum Archiepiſcopum epiſtolam Decretalem die 13. Auguſti de tranſlatione Epiſcoporum, An & quando Epiſcopum è ſede in ſedem tranſire deceat; quæ incipit *Lectis fraternitatis tuæ literis*, &c. An autem & ipſa ex Iſidori ſit mercibus tu videto.

CENSVRA.

Ego ſane rapacem corniculam Athanaſij Zoſimi, Celeſtini, Leonis, Socratis Ennodij Concil. 10. Tolet. plumis verſicoloribus circumueſtitam, in Concilij Antioch. can. 21. temerario impetu inſurgentem video. Notabit mecum Lector cordatus ἀσυλλογιστίαν nebulonis multiplicem, audaciam in peruertendis aliorum ſententiis incredibilem, horridam vbique Barbariem.

PELAGII II. PAPÆ

Epiſtola II.

Dilectiſſimis atque clariſſimis fratribus vniuerſis Epiſcopis, & cunctis ſpecialiter [a] per Campaniæ & Italiæ prouincias militantibus Domino, Pelagius ſalutem.

SOLLICITVDINEM omnium Eccleſiarũ (iuxta Apoſtolum) circumferentes, [c] Diuinæ circa nos gratiæ memores eſſe debemus, quod *nos per dignationis ſuæ Dominus miſericordiam* ad hoc *faſtigium Sacerdotale prouexit; vt mandatis ipſius inhærentes, in quadam Sacerdotum eius ſpecula conſtituti prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus.*

[d] *Omnes,* charıſſimi, *qui volunt in Chriſto pie viuere, neceſſe*

a imperitiã ſuam prodit ὑποβολιμαῖαν plures prouinciæ Campaniæ? an Cãpania extra Italiam? apage inſaniam. b initiũ epiſt. Acacij Conſtantinopolitani ad Simplicium Cõcil. Tom. 2. p. 1. p. c initium epiſt. Hilari Papæ ad Aſcanium Tarraconenſem, cuius verba vſurpant Pſeudo Zephyrinus epiſt. 1. Pſeudo Fabianus ep ſt 3. Pſeudo-Marcellus epiſt. 1. d ſentent. 32. Proſperi, quam pari plagio ſuam fecerunt Pſeudo-Zephyrin. epiſt. 2. Pſeudo-Felix I. epiſt. 2. eſt autem deſumpta ex enarrat. Auguſtini in pſal. 122.

eſt vt ab impiis & diſſimilibus patiantur opprobria, *& deſpiciantur tanquam ſtulti & inſani*: qui ideo *præſentia bona*[e] perdunt, vt *inuiſibilia ſibi*[f] *profutura* acquirant. *Sed hæc deſpectio & irriſio in*[g] ipſos *retorquebitur*,[h] dum *& abundantia eorum in egeſtatem*, *& ſuperbia* eorum *tranſiuit in confuſionem.*

[i] *Iuſto* enim *iudicio datur plerumque poteſtas peccatoribus*, *qua ſanctos* eius *perſequantur*, *vt qui ſpiritu Dei iuuantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores.*

[k] Et quanquam, fratres, hæc ita ſe habeant; non tamen *non ſunt conſentiendi* ſed reprobandi, qui prælatos ſuos reprehendunt vel accuſant.

Vnde canonica ſanctorum patrum ſtatuta [l] ne *columnæ ſanctæ Eccleſiæ* vacillent ſequentes ac roborantes, [m] omnes infames, cunctoſque ſuſpectos vel inimicos, & eos qui non ſunt eorum gentis, vel *quorum fides*, *vita & libertas neſcitur*, & *qui non ſunt bonæ conuerſationis*, vel *quorum vita eſt accuſabilis* ab omni accuſatione Epiſcoporum funditus ſubmouemus.

[n] Similiter & omnes, quos diuinæ leges mortuos appellant, ſubmouendos eſſe ab eadem accuſatione, & publicæ pœnitentiæ ſubmittendos iudicamus.

[o] Neque dum Eccleſiæ alicuius Epiſcopi, aut poſſeſſiones, vel res ab æmulis eius, vel à quibuſcumque aliis non ſua ſpontè detinentur, aliquid illi debet aut poteſt à quoquam ante redintegrationem omnium rerum ſuarum objici; ſed prius illi *legibus redintegranda* ſunt omnia, & poſtea tempore à patribus præfinito ſunt negotia ventilanda.

[p] Refutandi ſunt etiam raptores, fures, ſacrilegi, adulteri & horum ſimiles. Manifeſtum eſt enim quod ſemper tales magis diſcordiam quam pacem ſectantur. Nullus quoque Monachus talia vnquam arripiat, nec ſecularia aut Eccleſiaſtica negotia perturbare præſumat; quia mortua in talibus vox eſt eorum. Immobiles enim Dominus ſuos ſemper vult manere prædicatores, & non à quibuſdam temerari, ſed ſibi liberè & quietè

e perdant &c. f ac futura promittant. g impios. h eum &c. i ſent. Proſperi 23. à pſeudo-Zephyrino epiſt. 2. & pſeudo Sixto II. epiſt. 2. deſcripta, hauſta eſt è comment. Auguſtini in pſal. 118 ad lit. H. h. k agnoſce lector in ſequentibus importunos pſeudo Iſidori coccyſmos. l vide pſeudo-Zephyr. epiſt. 1. pſeudo-Iulium epiſt 2. m pſeudo-Calixt. epiſt. 2. pſeudo-Eutiſt. epiſt. 2. pſeudo-Sixt. epiſt. 1. pſeudo-Iuli' epiſt 2. pſeudo Felix epiſt. 1. n pſeudo-Alexand. epiſt. 1. pſeudo-Stephan epiſt 2. pſeudo Melchiad. epiſt. 1 o pſeudo-Zephyrin epiſt. 2. pſeudo-Fabian. epiſt. 2 pſeudo-Stephan epiſt. 2. pſeudo Sixt. II. epiſtol. 2. pſeudo-Felix I. epiſt. 2. pſeudo-Euſeb. epiſt. 2. pſeudo-Gaius in epiſt. Pſeudo-Marcellus epiſtol. 2. pſeudo-Iulius epiſt. 2. p pſeudo-Eutychian. epiſt. 2. pſeudo-Euſebius epiſt. 3. pſeudo Felix II. epiſt. 1. &c.

famu-

Famulari. [a] Vnde & ipſe ait, [b] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: & qui vos contriſtat, me contriſtat.* Et *qui fecerit iniuriam, recipiet quod iniquè geſſit.* Et alibi, *Qui vos recipit, me recipit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.*

[c] *Ita* quoque *& à plebibus* vel cæteris generaliter omnibus *ſunt* timendi & *ferendi* atque venerandi paſtores, & prædicatores Eccleſiæ; *vt ſub exercitatione* bonæ voluntatis *ſuſtineantur temporalia, ſperentur æterna. Auget enim merita virtutis* * qui *propoſitum non violat*, ſed auget *religionis.*

[d] *Charitas* vero ſemper *hominem innouat; & ſicut malignitas veteres, ita dilectio nouos facit.*

[e] *Fides eorum qui Deum viſuri ſunt quod non videt credit; nam ſi videt non eſt fides. Credenti colligitur meritum, videnti redditur præmium.*

[f] *Tunc pretioſum paſtoris diadema eſt, quando ſuaſioni eius grex Eccleſiaſticus dum ad probitatem graditur non repugnat. Ille ſine fuco monitorem &* [g] veridico *ore diligit qui eius inſtituta ſectatur.*

[h] *Præbent hominibus natura inſtitutione & muta reſponſum. Redit ad mortales viciſſitudo clamoſa* ſollicitudinis, quia vnuſquiſque prout geſſerit recipiet. Nam *perit quod linguæ acceperunt* fruſtra *beneficium*; niſi legitimè cœptum fuerit negotium & canonicè peractum.

[i] *De fiducia* enim *partium noſtrarum* mittitur *quod* Apoſtolica mandat autoritas. *Vos tantum* modò præſules Chriſti *ſalua aurium animorumq́;* æquitate & bona voluntate ſemper *præſtate.*

Nam *aduerſus impetus iuuare, peregrinantem reducere, poſt interualla* eſt iuſtitia.

[l] *Libat enim Domino proſpera qui ab afflictis pellit aduerſa.*

a vide ſupra Pſeudo-Pontian. epiſt. 1. Pſeudo-Marcellus epiſt. 2 Pſeudo-Iuli⁹ epiſt. 2.
b Zachar. 2. 2. Cor. 2. Coloſſ. 3. Matth. 10.
c Sent. Proſp. 34. deſumpta ex Auguſt in pſal. 124 hæc quia tactu fœdo contaminauit impoſtor, & ſuo Pſeudo Zephyrino antea tribuit in integrum reſtituo *Ita & à plebibus principes, & à ſeruis domini ſunt ferendi vt ſub exercitatione tolerantia, &c.*
* quod.
d poſtrema pars ſent. 273 Proſperi.
e eiuſd. ſent. 361. è tract. 69 in Ioannem.
f Ennodij dictio incipientis Epiſcopi Bibl PP. Tom. 6. pag. 276.
g l g. feriato:

h hunc locum miſere deprauauit impoſtor. ſic legendum *clamoſa ſolitudinis. Non perit quod lingua acceperunt vel luſtra beneficium* verba ſunt Ennodij epiſt. 22. lib. 7.
i profligati penitus pudoris impoſtor elinguis exemplum præbet, dum eloquentiſſimi viri Ennodij verba ſua balburie dehoneſtat: ea ſic reſtituenda è dictione 21. p. 285 *de fiducia partium noſtrarum oritur quod audemus, vos tantum principes viri benignitatem veſtram ſalua aurium animorumque cautione præſtate.*
k lege ex Ennodio ibid. *quid eſt aliud aduerſus eius* (Quintiliani ſcil.) *impetus nos iuuare, niſi peregrinantem reducere poſt interualla iuſtitiam?*
l verba Concil. Toletan. 8. cap. 2. quæ ſupra Mercator ſubdolus Pſeudo-Fabiano ſuo epiſt. 3. & Pſeudo-Damaſo epiſt. 4. adſcripſit.

[m] Statutus, *venerandi præſules*, ſudoribus *fructus eſt* cum *iudicio* puriſſime reddendus; *vt in vtroque congruus nitor*, *nec ſuſcipientem deuenuſtet, ſi indigno autore prouenerit; nec, ſi conferatur immerito, maculet largientem.*

Sit ſemper aduerſus prauos & impios atque ſeruorum Dei perſecutores libera vox, & [n] *oris gladio feriantur* & redarguantur; perſequantur & repellantur, confundantur & auertantur, nec lædendi pie viuentes vllam habeant facultatem.

[o] Plerumque *periculis plena ſunt quæ videntur eſſe tutiſſima.* [p] Videte *quantis* laborent tales *inſidiis*, ideò *abſconditum eſſe non licet quod* audimus; iam latebat *noſtra perſecutio* manifeſta.

[q] *Miſericordia eſt circa* perſecutores & *facinoroſos ſeruata diſtinctio.* [r] *Ergo ſopori* quietem tribuite, *cæleſtium mandatorum hoſtem* quoque depellite, *ne candida conuerſatio* [ſ] *vobiſcum habitantium fuſca ſuperuenientis contagione violetur.*

[t] *Antè* enim prouidenda *ſunt remedia quam morbus* [u] increſcat.

[x] *Sanctorum* quoque Apoſtolorum & reliquorum Sacerdotum *petamus exercitum*, & prędictorum perſecutorum ora claudamus.

[y] *Seculi conuerſatio legum metu tenetur.*

Eccleſiaſtica quoque cuſtodia regularum frenis ſeruatur & regitur.

[z] *Deus*, chariſſimi, ſemper *procul auertat inuidiam.*

Vos [a] ergo armamini, iuxta Apoſtolum, *gladio ſpiritus quod eſt verbum Dei*, & Apoſtolicæ auctoritatis clypeos vt [b] *Eccleſiaſticæ fœcunditatis* iura *nulla ſæuientis procellæ* poſſint *impulſione ſubuerti.*

m hic rurſus plagiari.s ſuis barbariſſimis Ennodij verba fœdat. Scrij ſit is dictionem *in Tyrannū qui premy nomine parricidæ ſtatuam inter viros fortes dedit.* Impoſtor verò in ſententiam eius manu rapaci iniecta, ne quis furtū deprehendat, ſenſum & verba ſtupēda metamorphoſi deformat. vt fraus pateat, reſtituo loc:ū. *Statua* (inquit Autor) *venerādi præſules ſudoris fructus eſt. iudicio reddēda puriſſimi, vt in vtroque*, &c. vide Bibl. PP. Tom. 6. 283.

n hac phraſi vtitur Conc. Rom. 5. ſub Symmacho, & Pſeudo-Gregor. li. 12. epiſt. 32. vide ſupra epiſtol. 2. Pſeudo-Fabiani & epiſt. 2. Pſeudo-Euſebij qui verba Concilij Romani ſibi vindicare nititur.
o verba Ennodij in vita Antonij Monachi Bibl. PP. Tom. 6. 267. quæ ſuo more nebulo detruncat & peruertit.
p leg. vide quantis labores inſidiis, abſconditum eſſe non licet quod adimus. latebram noſtram perſecutio manifeſtat hoſtilis, &c.
q Ennodius loco citato p. 266.
r lege, Ergo ſopori terminum ponens mandatorum cœleſtium hoſtem depelle, &c.
ſ tecum.
t ibid. leg prouiſa.
u adoleſceret
x ibid. p. 267. lege. Sanctorum petamus exercitum, (Lerinenſes Monachos.)
y Ennodius epiſt. 13. lib. 5.
z idem epiſt. 14. lib. 1.
a Epheſ. 6.
b Idem ibid. ita vomeribus tuis Eccleſiaſticæ fœcunditatis planta conualuit, vt nullæ ſæuientis procellæ poſſit, &c.

Nullo

[c] Nullo vnquam *præiudicio* grauate quenquam; ſed inſpicite ſemper *quæ* regularum *teſtimonio declarantur. Supereſt*, ſalute *prælata, vt ad gaudia* ſemper fratrum deuote properetis: *quia diuina beneficia gradibus ſemper accedunt, & quibus bona conferunt meliora pollicentur.*

[d] *Semper* enim *incrementis ad culmen aſcenditur, vbi ſupernus fauor præſtat exordium.*

[e] *Deus* omnipotens *indulta* ſemper cuſtodiat, augeatque *ſucceſſibus* profutura.

[f] *Omnia* enim *veſtra* ſemper, fratres, *in charitate fiant.*

Et detrahentibus nolite detrahere; quoniam [g] *detrahentibus detrahere non eſt bonum*; [h] *ne ad ea quæ ſcripta ſunt commoti* [i] minime *certamen faciamus.*

[k] *Non debemus omnino timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci; quoniam hoc nobis Dominus iubet per Eſaiam* [l] *prophetam, dicens audite me qui ſcitis iudicium populus meus, in quorum cordibus lex mea eſt. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis,* [m] *conſiderantes quod in pſalmo* [n] *ſcriptum eſt, Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim nouit occulta cordis, & cogitationes talium hominum quoniam vana ſunt.* [o] *Vana autem locutus eſt vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt mala. Sed diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? Nam ſi hæc in memoria retinerent, minimè ad* tantam *proſilirent iniquitatem.*

Non [p] *enim per probabilem & paternam doctrinam* hoc faciunt, ſed vt ſuam exerceant in ſeruos Dei vindictam. *Scriptum eſt* namque, *Via ſtulti recta in oculis eius: Et ſunt viæ quæ videntur homini iuſta, nouiſſima autem earum deducunt ad mortem.*

Nos enim qui hæc patimur iudicio Dei hæc reſeruare debemus, [r] *qui reddet vnicuique* iuxta *opera* ſua. Qui etiam per miniſtros ſuos intonuit dicens, [ſ] *Mihi vindictam, ego retribuam.* Vos enim recta fide ac pura in bona voluntate ſuccurrite viciſſim; nec aliquis à ſupple-

c Ibid. lege, Nolo præiudicio laudis ſanctitatis tuæ grauare conſcientiã: inſpicies quę literarum teſtimonio declarantur. Supereſt ſalutatione pręlata, vt ad gaudia tua iam properes, &c.

d idem epiſt. 16. lib 5.

e ibid. Deus bone, Indulta cuſtodi; auge ſucceſſibus quod dediſti.

f 1. Cor. 16.

g verba Deuſdedit Caralitani in Concilio Lateranenſi ſub Martino I. Conſultatione 4. p. 449. Tom. 2. Conc. part. 2.

h vt ne.

i iniuriæ.

k Seqq ad finem inſerunt epiſtolis ſuis pſeudo Zephyrin epiſt. 2. & pſeudo-Felix II epiſt. 2. ſunt autem Martini I. in Cõcil Lateran. Conſult. 3. p. 439.

l Eſai. 51.

m hic deſunt ad minimũ 25. lineæ repetendæ ex Conc. Lateran. ſupra citato. n Pſal. 93. o Pſal. 11.

p Martin. I. in Conc. Later. Conſult. 3. p. 436. q Prou. 12. 14. r Rom. 2. ſ Deut. 32.

t Ioan. 13. mento fratris ſubtrahat manum; quoniam [t] *in hoc* (ait Dominus) *cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Data Kalend. Decembr.
u A.D. 582. [u] indict. 15.

Baronij de epiſt. præced. Iudicium Annal Tom. 7. ad A.D. 582. §. 8. p. 706.

Incluſa his notis [ ] Binius deſcripſit ſ[e] more Baronij perpetuus interpolator.

QVOD ad res pontificias ſpectat, data reperitur à Pelagio Papa epiſtola ad omnes Epiſcopos, præcipue ad Campaniæ atque totius Italiæ ſacerdotes. Quod enim [bello vigente Longobardorum quo vniuerſa flagrabat Italia, cultus Epiſcopis deferri ſolitus nonnihil diminutus eſſe videretur,] ex quo quamplurima mala manarent, nempe vt qui minime ſuos reuererentur Antiſtites, contemnentes perſonas, nequaquam parcerent bonis Eccleſiaſticis, [perſuaſi nimirum bellorum tempore ſilere iura:] hinc Pelagius Papa hoc ipſo anno Kal. Decemb. decretalem dedit epiſtolam, de accuſationibus ac iudiciis Epiſcoporum. [Euenire enim frequenter ſolet, vt cum Epiſcopi bona Eccleſiarum à laicis vſurpata repetere, atque ad vſum priſtinũ vindicare ſtudent, in ſe illorum linguas prouocent; qui ne quod abſtulerunt reddant, criminoſis primum omnium Epiſcopos accuſationibus impetunt.] Quæ omnia Pelagius, ea edita conſtitutione correxit, &c.

CENSVRA.

AT ego epiſtolam quæ à Pelagio data dicitur centonem ex variis ſententijs, Proſperi, Hilari, Acacij, Ennodij, Conciliorumque Romani ſub Symmacho, * *Lateranenſis ſub Martino I. qui anno demum 647. id eſt, 57. à morte Pelagij ad pontificatum adſumptus eſt, ad oculum demonſtraui.*

*Toletani &

PELAGII II. PAPÆ

Epiſtola. VIII.

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Epiſcopis, qui illicita vocatione Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Synodum Conſtantinopolim conueniunt, Pelagius.

a. Manifeſtato. initium cepit ſ[ub] Leonis vſurpa[tio]ne ipſo da Victore epiſt. ...

[a] MANIFESTO (*ſicut optauimus*) *per gratiam Dei lumine Euangelicæ veritatis, ab vniuerſali Eccleſia, pernicioſiſſimi erroris nocte depulſa, ineffabiliter gaudemus in Domino.* Sed non modico contri-

contriſtamur mœrore, quia ea quæ olim calcata fuerant, & [b] *funditus damnata*, nec vnquam fieri debuerant, rediuiuis radicibus germinant atq; pullulant. Et quoniam [c] *multa quæ pœnitudinem poſſunt generare proueniunt*, neceſſe eſt ea caſſare quæ contra ordinem & omnem auctoritatem facta eſſe noſcuntur. Vnde fratres, [d] *rececta penitus audacia* [e] (contra Apoſtolicam ſedem, & cōtra ipſam Domini Saluatoris vocem, qua dictum eſt; *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*) ſumpta eſt [f] *diſputandi contra* Domini præcepta, *vana errantium* corda conquieſcant, *nec liceat defendi quod non liceat* agere.

Relatum eſt ergo ad Apoſtolicam ſedem, [g] Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum vniuerſalem ſe ſcribere: voſque ex hac ſua præſumptione ad Synodum conuocare generalem, cum generalium Synodorum conuocandi auctoritas Apoſtolicæ ſedi B. Petri ſingulari priuilegio ſit tradita, & [h] nulla vnquam Synodus rata legatur quæ Apoſtolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter, quicquid in prædicto veſtro conuenticulo, (quia Synodus taliter præſumpta eſſe non potuit) ſtatuiſtis, ex auctoritate S. Petri Apoſtolorum principis, & Domini ſaluatoris voce, qua B. Petro poteſtatem ligandi atque ſoluendi ipſe Saluator dedit, [i] quæ etiam poteſtas *in ſucceſſoribus eius* indubitanter tranſiuit, [k] præcipio omnia quæ ibi ſtatuiſtis & vana & caſſa eſſe, ita vt deinceps [l] quam appareant nec ventilentur. Etenim ipſe Saluator B. Apoſtolo Petro tanquam ipſa per ſe veritas loquitur: dicens [m] *Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in cælo.* [n] Multis denuo

b nou. phraſ.
c verba Leonis epiſt. 47. di id.
e verba Chriſti nihil ſedi Rom. pollicentur: hoc de ſuo increſcit impoſtor verbis Leonis.
Matth. 16.
f Leo epiſt. 47. d. ſp. cōtra fidem diuinitus inſpiratam, vana errāctiu m infidelitas conquieſcat, nec liceat, &c. credi.
g ſicut Ioannem ſe Epiſcopum vniuerſalem ſcripſiſſe verum eſt, ita Synodum generalem conuocaſſe: aut ſingulari priuilegio ad ſedē Petri pertinuiſſe ius cōuocationis, commentum eſt Pſeudo-Iſidori. Solus Imperator Syn. vniuerſales congregauit, etiam ſcribente Epiſcopo Rom.

h Æquum certè fuit Epiſcopum Rom. cuius ſedes vrbs regia & prima Occidentis Metropolis, ſuo ſuffragio firmare quæ Synodis vniuerſalis Eccle. placita erāt. At ſuffragiū illud robur proprie nō addidit Synodalibus cōſtitutis, ſed docuit Occidentales Epiſcopos, inter quos Romanus primas tum habebatur, iam Decretis. Vno verbo ſubſcriptio eius non fuit poteſtatis in Synodos ſignum: ſed obedientiæ ſynodis debitæ profeſſio.
i Poteſtas ligandi commune ius fuit Chori Apoſtolici, non ſingulare priuilegium Petri; multo minus Papæ, qui (ſi Petro ſuccedit) non aliter ſuccedit, quam morbus ſanitati.
k Multa quidem cte[illegible] as m nd[illegible], ſed Autæ Omnia diſcerpunt, & nubibus irrita donant. l nunquam: m. Matth. 16.
n Hoc falſum.

Apoſtolicis & canonicis atque Eccleſiaſticis inſtruimur regulis, [o] *non debere abſque ſententia Romani Pontificis Concilia celebrari:* quapropter (vt iam dictum eſt) rectè non Concilium, ſed veſtrum conuenticulum vel conciliabulum caſſatur: & quicquid in eo actum eſt, irritum habetur & vacuum. [p] Vos quoque deinceps vt nullius hortatu talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis; [q] modo vero *ideo ſuſpenditur vltio, vt locum poſſit habere correctio.* [r] Prædeceſſores vero Ioannis, & ipſe Ioannes, non ſemel ſed ſæpiſſime epiſtolas atque libellos propria manu ſubſcriptos ſanctis anteceſſoribus noſtris miſerũt; quibus coram Deo proteſtati ſunt, nihil vnquam proterue contra Apoſtolicam ſedem agere, nec de illius aut aliorum priuilegiis quicquam vſurpare: qui hactenus in [t] Archiuo S. Romanæ Eccleſiæ, ſub ſigillis ac chirographis eorum roborati habentur integri. In ipſis enim epiſtolis vel libellis, Anathematis vinculo ſe & ſucceſſores eorum conſtrinxerunt, ſi vnquam aliquod contra eos præſumpſiſſent, aut contra Apoſtolicam, vel vllius alterius Epiſcopi ſedem quicquam aduerſi quoquo modo eſſent moliti. Idcircò eos nõ eſt neceſſe excommunicare, aut Anathematizare; quia ipſi anathematis vinculo propriis manibus profeſſiones ſuas ſuaque ſcripta roborando conſtrinxerunt. [u] Sciat ſe tamen & ipſe Ioannes, niſi errorem ſuum cito correxerit, à nobis excommunicandum fore, & Apoſtolicæ ſedis atque omnium ſanctorum communione carere. Vniuerſalitatis quoque nomen, quod ſibi illicitè vſurpauit, nolite attendere, [x] nec vocatione eius ad Synodum abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ vnquam venire, ſi Apoſtolicæ ſedis, & ceterorum Epiſcorum communione vultis frui. [y] *Nullus* [z] Patriarcharum *hoc tam prophano vocabulo* [a] vnquam vtatur; *quia ſi* ſummus *Patriarcha vniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed abſit hoc,*

o ſcripſerunt id quidem Socrates lib. 2 c. 8. & 17. & Sozom. lib. 3. c. 9. ſed corã ſententia vndique nutat.

p m. n. tuæ, Mercator, Bruta fulmina ſunt, & vana terriculamenta.

q verba Leonis epiſt. 47. à Pſeudo Damaſo itidem vſurpata epiſt 7.

r hoc fingit Pſeudo-Iſidorus. Solus Ioannes & qui Ioanni ſucceſſit Epiphanius, libello dato Eccleſiæ Romanæ de perſona Chriſti ſententia ſe ſubſcribere profeſſi ſunt. Quid hoc ad factum paparum tyrannicum?

t Archiuum cerebri tui dicere debuiſti. ſi enim quas memoras epiſtolæ in Romanæ vnquam Eccleſiæ Chartophylacio latuiſſent, nunquam eas ſitu & puluere obrui paſſa eſſet Papalis φιλαυτία.

u egregiam vero laudem excommunicatum excommunicare.

x ſcil. expectabunt Orientis Epiſcopi Præſulis vrbici permiſſionem.

y verba Gregorij lib. 4. epiſt. 36.

z deceſſorum meorum.

a vti conſenſit, quia videlicet ſi vnus.

abſit à [b]

abſit à[b] fidelis cuiuſquam *mente* hoc *ſibi* vel *velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacumque parte videatur.*[c] *Quapropter*[d] charitas *veſtra neminem vnquam ſuis in epiſtolis vniuerſalem nominet, ne ſibi debitum*[e] ſubtrahat *cum alteri honorem offert indebitum.*

[f] *Aduerſarius*[g] namque noſter *Diabolus, qui contra humiles ſauiens, ſicut* leo rugiens circuit quærens quem deuoret, *non iam, vt cernimus, caulas circuit; ſed ita validè in quibuſdam Eccleſiæ neceſſarijs membris*[h] dentem *figit, vt nulli ſit dubium quia niſi vnanimiter fauente Domino cunctorum prouida paſtorum turba concurrat, omne (quod abſit) citius ouile dilaniet.* [i] Perpenditis, *fratres chariſſimi, quid è vicino*[k] ſubſequatur, cum *& in Sacerdotibus erumpunt tam peruerſa primordia: Quia enim iuxta eſt* illi *de quo ſcriptum eſt,* [l] Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ (*quod non ſine graui dolore dicere compellor,* dum *frater & coëpiſcopus noſter Ioannes mandata Dominica* & *Apoſtolica præcepta, regulaſ*que *Patrum deſpiciens, eum præcurrere*[m] *conatur in nomine) veſtræ*[n] *Beatitudini indicet omnipotens Deus; quam graui conſiderationis huius gemitu torqueor, quod ille*[o] *qui eleemoſynis, orationibus, atque ieiunijs videbatur occupatus,* & *ex eo*[p] quo fœtebat *cinere, ex ea quam prætendebat humilitate, iactantiam tantam ſumpſit, ita vt vniuerſa ſibi tentet adſcribere; & omnia quæ ſoli*[q] *vni capiti cohærent, videlicet Chriſto, per*[r] electionem *pompatici ſermonis eiuſdem Chriſti ſibi ſtudeat membra ſubiugare. Nec mirum, quod ille tentator, qui*[ſ] initium omnis peccati *ſcit eſſe* ſuperbiam, *& tunc ea in primo homine ante omnia vſus eſt, & nunc eam*[t] in *quibuſdam* hominibus *ponit in fine virtutum:*[u] & *qui aliquatenus bonis vitæ ſtudijs videbantur crudeliſſimas manus eius effugere, eis in*[x] ipſis metis *boni operis, & in ipſa quodammodo apponat perfectionis concluſione tendiculam. Vnde magnopere orandum eſt, & omnipotens Deus aſſiduis precibus implorandus, vt hunc à mente illius auertat errorem, hoc ab vnitate atque humilitate Eccleſiæ malum ſuperbiæ & confuſionis amoueat; & fauente Deo omnibus viribus*[y] occurrendum *atque prouidendum, ne in vnius veneno ſermonis, viuentia in Chriſti corpore membra moriantur. Si enim dici hoc licenter permittitur, honor Patriarcharum omnium negatur; &*[z] *fortaſſe is in errore perit, qui vniuerſalis dicitur;* & *nullus iam Epiſcopus re-*

b à Chriſtiani mente id ſibi velle.
c hic omiſit ὑπερβολῶς lin. 2.
d ſancti as veſtra.
e detrahat.
f hic omiſſæ lin. 13.
g quippe. 1. Pet. 5.
h dentes.
i Perpendite.
k ſubſequitur cuius.
l Iob 41.
m per elationem præcurrere.
n veſtræ antè.
o ille quondã mihi modeſtiſſimus, ille omnibus dilectus, ille qui in eleem.
p in quo ſedebat.
q N. ſolum vnum caput Eccl. Chriſt.
r elationem.
ſ Eccl. 10.
t leg eã quibuſdam nominibus.
u vt qui.
x in ipſa meta.
y concurrendum.
z & cum fortaſſe.

manſiſſe in ſtatu veritatis inuenitur.[a] Oportet ergo vt conſtanter ac ſine præiudicio ſeruetis, ſicut accepiſtis, Eccleſias, & nihil ſibi in vobis hæc tentatio Diabolicæ vſurpationis adſcribat. State fortes, ſtate ſecuri. [b] Scripta quæ vniuerſalis nomine falſitate condemnata ſunt, nec dare vnquam nec[c] accipere præſumatis. Omnes Epiſcopos curæ veſtræ ſubiectos ab huius [d] adulationis inquinatione prohibete, vt [e] vniuerſa vos Eccleſia Patriarchas, non ſolum in bonis operibus, ſed etiam in veritatis auctoritate [f] cognoſcat. Si qua autem forſitan aduerſa [g] ſubſequantur, vnanimiter perſiſtentes etiam moriendo debemus oſtendere; quia in [h] damno generalitatis, noſtrum ſpecialiter aliquid non amamus. Dicamus cum Paulo, [i] Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Audiamus quod primus omnium [k] Apoſtolorum dicit, ſi quid [l] patimini propter iuſtitiam, Beati eritis. Mihi enim credite, quia honorem quem pro prædicanda ſuſcepimus veritate, ſi neceſſitatis cauſa exigat, ſecurius pro eadem veritate relinquimus quàm tenemus.

Orate, fratres, vt honor Eccleſiaſticus noſtris diebus non euacuetur; nec vnquam Romana ſedes, quæ (inſtituente Domino) caput eſt omnium Eccleſiarum, priuilegiis ſuis vſquam careat aut expolietur.

[n] Confidimus [o] autem de vobis, [p] chariſſimi, meliora atque viciniora [q] ſalutis; quia [r] neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque inſtantia, neque [ſ] fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia (Magiſtro gentium docente) poterit [t] nos ſeparare à charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quæ in ipſo eſt rectâ fide. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim [u] nobis neceſſaria eſt ad colluctationes aduerſariorum; quatenus fidem intemeratam vſque in finem conſeruantes, repromiſſionem percipiamus quam repromiſit his qui legitimè certare deproperant. [x] Adhuc enim modicum [y] aliquantulum qui venturus eſt veniet, & non tardabit. [z] Ecce enim iudex antè ianuam aſſiſtit, coronas hilariter promittens his qui pro eo paſſionibus ſubmittuntur. Quod [a] ſi quis ſe ſubtraxerit, non placebit animæ meæ: ſed cadet de promiſſione propter negationem. Nos autem non ſumus ſubtractionis [b] filij in perditionem animæ. Propter [c] quod aſſumite arma Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo

[d] aduer-

a obiector ergò.
b ſcriptaque eũ vniuerſalis nominis.
c ſuſcipere.
d elationis.
e vniuerſæ vos eccleſiæ.
f cognoſcãt.
g ſub equuntur.
h damnando general. nomine noſtrũ.
i Ph.1.1.
k paſtorum. 1.Pet.3.
l patiamini.
m Rom. Eccl. inſtituente Domino, aliarum caput eſſe negamus, agnoſcimus vero Hormiſdã à ſecundæ Syriæ monachis caput omniũ appellatum.
n Heb.6.
o verba Marini Papæ in epiſt. Encyclica addita Concil. Lateran.
p fratres chariſſ.
q ſaluti.
r Rom.8.
ſ neque futura neque fortitudines.
t vos ſepar. Heb.10.
u vobis.
x Abac.2.
y quantulum
z Iac.5.
a Heb.10.
b leg ſubtractionis in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.
c Epheſ.6.

[a] *aduerſus* omnes inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ & veſtros; *& induite loricam iuſtitiæ, calceati pedes in* [e]*præparationem Euangelÿ pacis; in omnibus aſſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia iacula nequiſſimi* [f]*ignea extinguere; & galeam ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei per omnem orationem & obſecrationem, radicati & fundati* [g] in ſolatio fratrum pro Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Sed & nunc, fratres,* [h] *commendamus vos omnes Domino, & verbo gratiæ eius qui poteſt perficere & dare hæreditatem* [i] *vobis* cum *omnibus* ſanctis. [k] *Ipſe autem Deus pacis & conſolationis det vobis idipſum ſapere in alterutrum,* [l] vt vobis inuicem ſuccurratis, & non ſitis diuiſi; *vt vnanimes, vno ore, & vno corde,* [m] *honorificemus eum* [n] *in* concordiam & conſolationem fratrum, *qui potens eſt confirmare* [o] vos *ſecundum Euangelium eius,* [p] *&* iuxta *reuelationem myſterÿ æternis temporibus taciti,* [q] quibus vobis futurorum gaudiorum largienda ſunt munera. Summoperè etiam conſiderare debetis, quod hi qui fratribus inuident, eoſque damnare aut perdere cupiunt, *per ſe* & *ſua dogmata* deſtruuntur: *dicit enim Dominus.* [r] *Omne regnum in ſe diuiſum non ſtabit; & omnis ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa non ſtabit. Ideoque neceſſe eſt, vt* [s] *concorditer* [t] *ſalubres ſuſcipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes; ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes diuinis & Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis; & in nullo patiamini prouidentiſſima canonum Decreta violari, quatenus* & Nicænorum canonum conſtituta, *& quæ à nobis,* vel à prædeceſſoribus noſtris ſunt *prouidè & ſalubriter* decreta, *intemerata permaneant* in futuro.

[u] Et in Apocalypſi Dominus per Ioannem loquitur dicens, [x] Nolite *timere: ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum: & habeo claues mortis & inferni.* Et paulò poſt, *Vincenti* [y] *dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Item idem, *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Et iterum, *Qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea dabo* [z] ei *poteſtatem ſuper gentes, & reget* [a] illas *in virga ferrea, &*

d aduerſus omnem hæreticum virum & dogma, & induite vos, loricam. e præparatione. f ignita. g hic omiſit Ra[...]io ſuis lin. 12. addidit vero [...]de ſuo *in ſolatio, &c.* h Act. 20. i leg. in omnibus ſanctificatis. k Rom. 15. l & in ipſo ſemper vt, in omnibus vnanim. m Rom. 16. n in concordia orthodoxæ fidei, qui potens, &c. o nos. p ſecundum reuel. q huc vſque Martin. & ex eo Pſeudo-Cornel. epiſt. 1. Pſeudo Liberius epiſt. 12. ſeqq. iidẽ adnectunt. Pſeudo Gregor. epiſt. 32. li 12. Pſeudo-Hygin epiſt. 1. Pſeudo-do Cornel epiſt 1. Pſeudo Liberius, epiſt. 12. r Matt. 12. ſ omnes concorditer ſtatuta S. Patrum noſtrorum teneamus nihil videl. per cont. &c. t Leonis verba epiſt. 87. huc uſque Pſeudo-Libe[...] loco citato. u Apoc. 1. hæc ſuperioribus non cohærent. x noli. y Apoc. 2. z illi. a eas.

tanquam vas figuli confringentur. Item idem, [b] *Ecce, ego ſto ad oſtium & pulſo. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit* mihi *ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo & ipſe mecum: Qui vicerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut & ego vici, &* [c] conſedi *cum Patre meo in throno eius.*

Vos fratres, ſi non vultis cum eo damnari (quia [d] *non ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus* rei ſunt) hortamini eum, & monete recedere à præfatis illicitis; & [e] *memor* ſit *vnde exciderit, & agat pœnitentiam, & prima opera* faciat. Sin minus (non mea loquar verba, ſed ipſa Domini Saluatoris, quæ per prædictum Ioannem in iamdicto libro locutus eſt) replicans aio; Veniam, [f] *& mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.* Ipſe enim magis tenet *doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere ſcandalum coram filijs Iſrael:* ſicut iſte docet vos ſcandalizare ſanctam matrem Eccleſiam [g] & vniuerſum cœtum tam Sacerdotum quàm religioſorum Chriſtianorum atque fidelium. Vnde & in ſupradicto libro cõtinetur ita, (*ſemper* enim *potius* vos verbis Domini Saluatoris *ferire & inſtrui* cupio, quàm meis, [h] licet & ipſa Apoſtolicæ auctoritatis ſint ponderibus plena) [i] *noui opera tua nouiſſima plura prioribus: ſed habeo aduerſus te, quia permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit* Prophetam, *docere & ſeducere ſeruos meos fornicari & manducare de idolotythis.* [k] *Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui mœchantur cum ea in* [l] tribulationem maximam *niſi pœnitentiam egerint ab operibus ſuis, & filios eius interficiam in morte. Et ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans corda & renes, & dabo vnicuique veſtrum ſecundum opera* [m] veſtra.

[n] *Hæc, fratres, valdè cauenda ſunt*, & præcepta Domini atque S. ſedis Apoſtolicæ, quæ vice Domini Saluatoris *legatione fungitur*, monita fideliter amplectenda & peragenda.

[o] De cætero, fratres, [p] ſuper *prouinciæ cauſa*, vnde ſe-

b Apoc. 3. c ſedi. d Rom. 1. e Apoc. 2. f mouebis candelabrum Pelagi? quib. machinis? g atq; ſi nemo off. ndeuatur ſuperbia Ioãnis Conſtantinopolit appellatione, præter Rom. antiſtitem. Alexand. certe & Antiochenus non ſcandalizabantur teſte Gregorio epiſt. 60 lib. 5. epiſt 24. li. 6. epiſt. 30. & 80. lib. 7. h *Deme ſupercilio nubẽ;* licet, ita ſedulo vẽdites ea non *Apoſtolica auctoritatu ponderibus plena*, nouimus, ſed inſulſa vanitate. i ibid. k ſicut suum non eſt ſcrutari corda, ſic tuum non eſt fideles, ſeruos tuos indigetare: peccantibus pœnitẽdi tẽpus largiri, In ore tuo agnoſco verba diuina, in opere tuo Diabolicum typhum. l in tribulatione maxima erunt. m ſua. n egregiè: ſedes leg tione fungitur, non ſedens, nota phraſ. Pſeudo-Iſid familiares.

o Hunc locum iterat Hincmar. Lib. cap. 55. cap. 55. p Itane, conſuluerint Rom Eccleſiam Ioannis aſſeclæ, & fautores? ſolemnis hæc fraus Mercatori; cum aqua hæret, fingit adeſſe conſultores ἀπὸ μηχανῆς.

dem

dem Apoſtolicam dudum conſulere voluiſtis, videtur nobis ſufficienter tractatum à S. prædeceſſoribus noſtris. Sed quia denuò noſtram mediocritatem de eadem re interrogare dignum duxiſtis [q] ſcitote, certam prouinciam eſſe, quæ habet decem vel vndecim ciuitates, & *vnum regem*, & totidem minores poteſtates ſub ſe; & vnum Epiſcopum, alioſque *ſuffragatores* decem vel vndecim Epiſcopos iudices; ad quorum iudicium omnes cauſæ Epiſcoporum, & reliquorum Sacerdotum, [r] ac *ciuitatum cauſa* referantur, vt ab his omnibus iuſtè conſona voce *diſcernantur*, niſi [s] *ad maiorem auctoritatem fuerit*, ab his qui iudicandi ſunt *appellatum*. Vndè non oportet vt [t] *degradetur* vel vt *dehonoretur vnaquaque prouincia*, ſed apud ſemetipſam habeat iudices Sacerdotes & Epiſcopos, videlicet iuxta ordines ſuos. Et quicumque [u] cauſam habuerit à ſuis iudicibus iudicetur, & non ab alienis, id eſt à ſuæ iuſtis iudicibus prouinciæ, & non ab externis, niſi (vt iam prælibatum eſt) à iudicatis fuerit appelatum.

Si vero in qualibet Prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & [x] inter ipſius Prouinciæ Epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat, *ad maiorem tunc ſedem referantur*. Et ſi illæ facile & iuſte non diſcernuntur, vbi fuerit Synodus regulariter congregata, canonice & iuſte iudicentur.

[y] *Maiores* vero *& difficiles quæſtiones* (vt Sancta *Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit*) *ad ſedem Apoſtolicam* ſemper *referantur*. Cæterorum ſanctorum Patrum ſtatuta ſequentes, Synodali auctoritate [z] *omnes qui aduerſus Patres armantur, vt Patrum inuaſores* & mactatores *infames eſſe* cenſemus; quoniam [a] *ea vulnera quæ fomentis non ſanantur, ferro abſcindi vel curari neceſſe eſt*.

Vnde, fratres, ceſſent iniuſtæ æmulationes, ceſſent inuidiæ, ceſſent falſæ criminationes, ne *infirmus* quiſquam *propter quem Chriſtus mortuus eſt*, talibus [b] *laceretur inſidiis*; ne ouis, pretio Chriſti redempta, lupinis à fratre ſaucietur morſibus. [c] *Meritò* ergo *cauſa nos reſpicit, ſi*

q Nota inepti[?] p.ouinciæ deſcriptionem, & ſeculo Pelagij ſtultiſsimá.
r ad Epiſcopos ciuitatũ cauſæ referãtur? quis igitur Magiſtratus ciuilis vſus?
ſ Conc. 3. Carthag. can. 10.
t N. phraſ. reponit in. potior crambem à Pſeudo-Anacleto epiſt. 1. appoſitam. vide & Pſeudo Zephyrin. epiſt. 1. Pſeudo-Fabian. epiſt. 2. &c.
u vide Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. conſt. 10 & 16. Adrian. collect. Ingelramo data cap. 10. & 17.
x vide Conc. Antio. h. c. p. 14.
y hæc ſcil. eſt illa Helena cui hactenus ornamenta quæſiuiſti.
his verbis vſus Pſeudo-Anacle epiſt. 1. Pſeudo-Sixt. epiſt. 2. &c. ex Innocentio epiſt. 2.
z verba Procli in epiſt. ad Donan. Antioch. quibus ; butuntur Pſeudo-Alexander. epiſt. 1. & alij.
a verba Conc. Rom. 6. ſub Symmacho, quæ ſibi vindicant Pſeudo-Anaclet. epiſt. 3. Pſeudo-Fabian epiſt. 2.
b N. phraſ.
c verba Celeſtini epiſt. 1.

[d] talibus fauere cœperimus. *Corripiantur* ſemper talia, nec illis qui hæc exercere conantur, aut patribus vel fratribus inſidiantur, liberè loqui concedatur, aut pro voluntate ſermo proferri permittatur. Liquet omnino, quod conniueant *illis qui* talia eos *loqui permittunt*: quoniam *occurreret veritas, ſi falſitas* & calumnia *diſpliceret* vel odium. [e] *Deſinat* igitur falſitas *inceſſere* veritatem: deſinat ſuſpicio quæ iuſtè repellitur, inſidiari: deſinat conſpiratio, quæ ab omnibus eſt repudianda, infeſtare Magiſtros.

Horum igitur [f] *vitiorum* auctores vel *patratores* non ſunt in accuſatione Pontificum recipiendi, ſed penitus repellendi; quoniam iubent canonica Decreta Patrum, vt [g] accuſatio vel teſtimonium eorum qui odio quoſlibet inſequuntur, vel qui inimici aut ſuſpecti habentur, nullo modo recipiantur. Quorum *ſtatuta* [h] & nos *firmantes*, eadem omnibus inuiolabiliter futuris temporibus *tenere* cenſemus. [i] Quicquid autem ſuper hac cauſa Patres noſtri decernendum duxere dignum, vt condecet neceſſe eſt, (cum labefactari vel infirmari cœperit) Apoſtolicâ denuò auctoritate firmari ac renouari, fratribuſque dari.

Data Kal. Mart. Anno Domini 587. indictione 5.

d ſi ſilentio faueamus errori, corripiantur ergo huiuſmodi non ſit his liberũ habere pro voluntate ſermonem. Deſinat ſi ita res ſunt inceſſere nouitas vetuſtatem.
e ibid Timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis nõ caret ſuſpicione taciturnitas; quia occurr. &c.
f N. phraſ.
g hunc ſemper lapidem mouet Siſiphus, vide Pſeudo Teleſph. epiſt. 1. Pſeudo Plj epiſt. 1. Pſeudo-Calixt. epiſt 2 &c. ex Adrian. collect. c.
h phraſ Concil 5. ſub Symmacho.
i hoc autem nec decet, nec expedit, nec neceſſe eſt.

Baron. ad A. D. 587. §. 7.

CVM Pelagius Papa accepiſſet in Synodo Conſtantinopolitana (vt vidimus) hoc anno habita ipſum Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum œcumenici nomen vſurpaſſe continuo aduerſus eum datis literis quæ in dicta Synodo facta ſunt ad eam remſpectantia irrita reddidiſſet. Extant ipſæ literæ omni memoria digniſſimæ quæ vt Chriſtiano orbi innoteſcerent exemplar ipſarum S. Gregorius Papa ſucceſſor ipſius Pelagij miſit ad Eulogium Epiſcopum A[illegible]and[illegible]inum &c.

Idem §. 14. & 15. Sententiis 11. huius epiſt. Cen t lu vali[illegible]ſimis in Molinæum. Iuriconſul um contortis, ſubdit Hæc ex Pelagij Papæ epiſtola, ex cuius fragmento abrogationem primatus Romanæ Eccleſiæ ſe eliciuiſſe ſtulte vaniloquus exiſtimauit.

Binius in Not. ad hanc Epiſt.

Hæc eſt illa epiſtola Pelagij, qua Pelagius (teſte S. Gregorio Synodi Conſtantinop. omnia acta præterquam abſolutionem Gregorij g[illegible]

rij Antiocheni Epiſcopi caſſauit & reprobauit; præcipuè vero illud Decretum quo Ioannes Conſtantin. Epiſcopus nomen Oecumenici ſibi arroganter vſurpauerat; qua de re vide quæ infrà dicam in notis allegatæ Synodi Conſtantinop. Ridiculum eſt quod ex hac epiſtola nouantes hæretici primatum Eccleſiæ impugnent: cum hinc potius vndecim validiſſima argumenta colligi poſſint, quibus Romani Pontif. primatus, firmiſſime corroboratur, &c.

CENSVRA.

Argumentorum veſtrorum, (ſi Deo placet) validiſſimorum ſedes, arithmeticis notis ſupra diſtinxi: totidemq; Pſeudo-Iſidori figmenta in tranſcurſu eſſe docui. Epiſtolam à Pelagio ſcriptam fateor, extare nego; 1. Eius enim quam veſtris præconiis extollitis, ſtylus à reliquis Pelagij ſcriptis, v.g. epiſtolis ad Epiſcopos Iſtriæ, plurimum abhorret. Quinimo Mercatoris omnia lineamenta refert, & *veteris veſtigia fraudis*, quæ ſuo loco breuiter indicaui.

2. Sententias è Procli, Celeſtini, Leonis, Innocentij, Gregorij, & Martini primi ſcriptis emendicatas, ſuas facit.

3. Si aliis omnibus argumentis deſtitueremur, vnicum Gregorij teſtimonium pondere ſuo epiſtolæ patronos obrueret; Greg. epiſt. lib. 4. epiſt. 36. aſſerit ſe epiſtolarum à Pelagio ſcriptarum exemplaria Alexandrino & Antiocheno Patriarchis *deſtinare ſtuduiſſe*; Qua autem fronte auſus fuerit quæcumque Pelagius de titulo vniuerſalis Epiſcopi aduerſus Ioannem Conſtant. diſputauit; eidem epiſtolæ, quam vnà cum Pelagiana tranſmittebat, αὐτολεξεὶ inſerere, ac ſententiam ſuam verbis non propriis ſed mutuatitiis tantum exprimere? dicat qui poteſt, mihi credibile nunquam fiet.

Dolendum ſane eſt Molinæum, emunctæ alioquin naris virum Gratiani collectaneis plus æquo fidem habuiſſe nec deprehendiſſe verba canon. *Nullus Patriarch.* Gregorij eſſe non Pelagij cuius ementito titulo prænotantur. Nullum tamen eius error veritati quam propugnauit præiudicium creabit. Licet epiſtol. Pſeudo-Pelagij variis ſit infarta quiſquiliis, Gregoriana ſententia eidem inſerta nulli contemnenda eſt; Eludi certe à vobis nullo ſubterfugio poſſe, clarum eſt.

PELAGII II. PAPÆ Epiſtola IX.

Pelagius [a] Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus vniuerſis Germaniarum ac Galliarum regionum Epiſcopis.

a Initium epiſt. 88. Leoni adſcriptæ.

b in Rom. Eccleſ.

C*VM in Dei nomine*[b] *Romana Eccleſia Synodum Epiſcoporum ſiue cæterorum conſacerdotum* Dei *fidelium congregatam habuiſſemus*; *&* *de* Eccleſiaſticis ſtatutis, vt ſunt ab Apoſtolis & ſanctis Patribus tradita, diligentius tractaremus; ſuperuenire literæ veſtræ, &, vt magnæ eſſent auctoritatis, etiam viuæ *voces* præceſſerunt; *rogantes*, vt ordinem præfationum, quem Sancta Romana Eccleſia hactenus haberet, noſtris literis vobis *remandaremus*.

Tunc de veſtra voluntate & ſtudio *tam bono*, multum gauiſi ſumus; & ſacrum N. *ordinem Romanum*, ſacraque conſtituta noſtrorum anteceſſorum ſolerter relegentes, inuenimus has nouem præfationes *in ſacro catalogo* tantum modò *recipiendas*, quas *longa retrò veritas* in Romana Eccleſia hactenus ſeruauit: vnam in albis Paſchalibus; aliam de Aſcenſione Domini; 3. de Pentecoſte; 4. de Natali Domini; 5. de Apparitione Domini, 6. de Apoſtolis; 7. de Sancta; Trinitate 8. de Cruce; 9. de ieiunio & quadrageſima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & cuſtodit S. Romana Eccleſia. Has tenendas vobis mandamus.

Baron. ad A. D. 590. §. 5.

Inter alias res geſtas ab ipſo Pelagio Papa, eſt mentio de Concilio Romano ab eodem habito: id quidem ipſe teſtatur in epiſt. quam poſteà ſcripſit ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ, his verbis. Cum, &c.

CENSVRA.

STYLVS à Pelagiano plurimum diſcrepans, Mercatorem artificem probat; Selectas phraſes adnotabit mecum Lector. Quod ad ſubiectam materiam attinet, impoſturæ ſuſpicionem auget. 1. Nemo enim ignorat Eccleſiam Gallicanam ad ſeculum Caroli M. peculiarem liturgiam retinuiſſe. 2. Veriſimile non eſt legatione inſtituta Epiſcopos noſtrates de re minimi momenti vrbicũ pontificem conſuluiſſe. 3. Ridiculum eſt quod ait ὑπερβολικῶς, *Ordinem ſe Romanum, maiorumque conſtituta ſolerter relegiſſe*; quis enim vſus inquiſitionis in rebus quas continua praxis, omnibus quodammodo obuias facit? 4. Si fides habenda ſit Anaſtaſio, Gelaſium autorem præfationum de quibus verba facit Pſeudo-Pelagius aſſerenti; falſiſſimum eſt eas *longam retrò veritatem* in Eccleſia Romana ſeruaſſe, à tempore enim Gelaſij ad Pelagium II. non interceſſit 100.

annorum

annorum interuallum, cum ſederit Gelaſius ab A. D. 492. ad 497. Pelagius vero ab Anno 578. ad 590.

5. Si per ordinem Romanum, intelligendus ſit libellus editus à Caſſandro, Hittorpio, & procuratoribus edit. Colon. Bibl. PP. Epiſtolæ quam pręmanibus habemus ſcriptorem poſt A. D. 870. vixiſſe, eoque ipſo Pſeudo-Iſidoro poſteriorem fuiſſe neceſſe eſt; citat enim ordo Romanus pag. 420. Tom. 8. Bibl. PP. Hymnum *Gloria laus & Honor*, cuius autor Theodulphus Aurelianenſis, qui in viuis erat A. D. 850. 2. citantur ibid. p. 407. verba Anaſtaſij, in vita Sergij, vixit autem Anaſtaſ. ad A. D. 870. Denique Trithemius ordinem Romanum ſcriptum aſſerit à BertholdoConſtantienſi, qui ſuperfuit ad A D. 1100

PELAGII II. Epiſt. 10. cuius initium. *Quod enim in canonibus legitur: &c.* partem eſſe epiſt. 1. ſupra monui. Iraque non eſt, quod Baron. ad A. D. 590. §. 7. referendum putet fragmentum epiſt. Pelagij ad Benignum Archiepiſc. ex promptuariis Vaticanis erutum: cum enim nihil aliud exhibeat quam quod ſupra dedimus, id denuo deſcribendum curare, eſt oleum & operam perdere.

PRIVILEGIVM MEDARDI monaſterio à Gregorio M. (ſi Deo placet) collatum.

Gregorius[a] omnibus Epiſcopis.

Pretioſiſſimis[b] *lapidibus in Diademate Chriſti merito*[c] *renitentibus*, omnibuſ*que*[d] *Sanctæ Dei Eccleſiæ membris*, quorum vniuerſale caput eſt Chriſtus, *Gregorius licet Sanctæ Romanæ ſedis pontificio ſublimetur, humillimus tamen ſeruorum Dei ſeruus.*

QVANDO[e] *Catholicorum regum corda ad ea quæ pontificalibus ſunt monitis prouocanda, ita ardenti deſiderio diuina præueniente gratia ſuccenduntur vt ab eis vltrò poſcantur; tantò alacri & læto ſunt ani-*

a Titulum hunc vel falſum vel mancum eſſe neceſſe eſt, quandoquidem Epiſcopi ſoli non ſunt *omnia ſancta Dei Eccleſiæ mēbra.* b Eccleſiam *coronam gloria & diadema regni in manu Dei*, teſtatur Eſaias cap. 62. 3. eadem de Piis Pauli Phil. 4. 1 & Theſſ. 2 19 quin & Zachariæ cap. 9 15. fideles *Corona lapilles* vocantis ſententia. c *Renitor* Latinè, *reniteo* Barbarè dicitur: hac voce nec Gregorius nec veterum vllus vnquam vſus eſt. d an alia ſunt *Eccleſia membra* à *lapidibus in Diademate Chriſti pretioſiſſimis*? licet hic ὑπερβολῆς imperitiæ pœnas l ere dignus ſit, laudem tamen meretur quod Chriſto dignitatem ſuam ſartam tectam ſeruari voluit.

e initium epiſt. 10. 11. & 12. lib. 11. regiſtri Greg.

mo concedenda, quantò & ea ipſa quæ cupiunt ſi nollent facere peti debuerant.

Proinde iuxta filiorum noſtrorum præcellentiſſimorum ſcripta regum Brunichildis [f] *ac nepotu* eius *Theodorici*, monaſterio Sanctæ Dei genitricis Mariæ, ac Beatorum Petri Apoſtolorum principis; necnon Protomartyris Chriſti Stephani, quod eſt in [g] *Sueſſorum* ciuitate ſitum, vbi [h] S. Medardus requieſcere, & vir venerabilis Gairaldus [i] Abbas præeſſe videtur; [k] *huiuſmodi priuilegia* [l] *auctoritatis noſtræ Decreto indulgemus:* & ea plenius confirmamus priuilegia quæ ad bonæ memoriæ [m] *Domino Papa* Joanne, [n] comitante illuſtrium regum clementia, Clotarij ſcilicet & Sigeberti huius noſtræ filiæ iugalis, ipſi loco ſub anathematis vinculo ſunt conceſſa, vel indulta concedimus atque firmamus.

Statuentes [o] *nullum regum*, [p] *antiſtitum*, vel iudicum, *nullum quacunque præditum dignitate*, [q] ea *quæ à præcellentiſſimis regibus vel quibuſlibet aliis* Deum timentibus loco conceſſa ſunt vel conferentur *ſub cuiuſlibet occaſionis ſpecie minuere vel auferre, vel ſuis vſibus applicare*, [r] *ſed cuncta quæ* Deo ſeruientibus monachis *oblata ſunt vel offerri contigerit, perenni tempore illibata, ſine aliqua inquietudine volumus poſſideri, eorum* [s] *vſibus pro quorum ſuſtentatione* [t] *conceſſa ſunt modis omnibus profutura.* Concedimus etiam [u] *vt obeunte Abbate, non alius ibi* quicunque *obreptionis aſtutis ordinetur, niſi quem* [x] communis conſenſus *monachorum elegerit, aut præuiderit ordinandum.*

Caueant autem præfati monachi *Simoniacum* [y] *hære-*

f Brunichildæ ac nep. ipſius.
g nulla *Sueſſorum* in Gallia ciuitas, Sueſſiones dicere voluit impoſtor elinguis.
h Medardum A.D. 564. obiiſſe vult Baronius.
i fortaſſe is Gairaldus nunquam fuit.
k verbi Greg. epiſt. 10. lib. 11.
l lege præſentis auctoritatis.
m notabit Lector Gregorium anteceſſores ſuos nullibi Dominos Papas vocare conſueuiſſe.
n *Clotharius Baſilicam ſuper Medardi ſepulcrũ fundari cœpit, quam poſtea Sigebertus filius eius explenit atq; compoſuit*, inquit Greg. Tur. lib. 4. c. 19. Sigebertum A.D. 567. Brunichildem duxiſſe ex eiuſd. Gregorij lib. 4. cap. 27. colligit Baron. § 17. incertum vero quo anno Romanæ Eccleſiæ gubernaculis admotus fuerit Ioannes III. quam loquidem Nicephorus anno 571 Anaſtaſius A. 571 Hermannus & Onuphrius A. 566. faſciculus temporum A 564. Baronius & Bellarminus A. 559. id contigiſſe volunt. o Verba epiſt. 10. lib. 11. eg. Greg. p n l um n. iſt.
q *lege* vel quenquam alium de his quæ Xenodochio, à ſupraſcriptis præcell. filiis noſtris regibus iam donata ſunt in futuro à quibuſlibet aliis de proprio fuerint iure collata ſub cuiuſlibet cauſæ occaſioniſque, &c.
r applicare vel aliis quaſi piis cauſis pro ſuæ auaritiæ excuſatione poſſe concedere, ſed cuncta quæ ibi oblata, &c. ſ eorum tamen vſibus. t ſuſtent. gubernationeque
u Conſtituimus item vt obeunte abbate atque presbytero ſupradicti Xenodochij atq. monaſterij non alius ibi quicunque abrept. &c. x niſi quem rex eiuſdem prouinciæ cum conſenſu monachorum, ſecundum timorem Dei elegerit, &c.
y Simoniacam hæreſim ſæpius exagitauit Gregorius. Vide præſertim lib. 7. indict. 1. epiſt. 50. 53. indict. 2. epiſt. 115. 116. lib. 9. epiſt. 40 51. 53. 55.

ſim, ne

ſim, ne potentia regum vel antiſtitum *conuicti* loco paſtoris ſuſcipiant tyrannum. Quod omninò fieri prohibemus, & [z] *eundem abbatem cauſa ordinationis ſuæ aliquid dare præſumere* vetamus; *ne hac occaſione* [a] *quæ à fidelibus pijs locis offeruntur* vel [b] *oblata ſunt conſumantur.*

Et quia fama religionis Deo ſeruientium monachorum noſtras [c] *peruenit ad aures*, quibus vitæ venerabilis Gairaldus præeſſe dignoſcitur: iuſtis petitionibus præcellentiſſimorum regum [d] *Brunichildis* atque Theodorici fauentes, ob amorem *Domini* [e] *Medardi*, tantam [f] *diuini honoris dignitatem* & ſecuritatem *concedimus* perenni tempore manſuram.

Auctoritate [g] igitur *diuina* vice B. Petri Apoſtolorum principis, [h] *conſenſu omnium Romanorum pontificum*, & *voluntate totius Senatus Romani*; ſuadente nobis [k] *viro Apoſtolico* [l] Anſerico [m] *Sueſſorum* vrbis pontifice, &

z verba Greg. loco cit. 10 poſt lineas aliq. tot.
a ea quæ.
b aut iam oblata.
c imitatus videtur Virgilium cuius hæc verba ſunt Æneid. 2. *fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures.*
d Brunichildam vbique vocat Gregorius.
e hæc phraſis in genuinis Gregorij ſcriptis nullibi comparet: fuit autem Galloſrancis vſitatiſſima; ſic enim Patres Conciliorum Turon. 2. cap. 1. & Autiſidor. cap. 5. Venantius Fortunatus in prologo vitæ Martini, & Merouæus apud Greg. Turon. lib 5. ca. 14 *Domnum Martinum*. Epiſcopi regni Aurelianenſis eodem Gregorio referente lib 9. cap. 41 *Domnum Paulum Apoſtolum*. Continuator hiſt. Greg. Turon. ca. 54 *Domnum Medardum, Domnum Dionyſium*, &c. Clotharius apud Aimoin. lib. 2. cap. 20. *Domnos ſanctos* appellant.

f *Diuini honoris dignitas* nec cœnobio competere, nec ab homine concedi poteſt: Quid vero *diuini honoris ſecuritatis* nomine indigetat Bilarro?

g Auctoritatem diuinam prætendere quilibet poteſt, probare pauci: tua apud cordatos quoſuis nulla eſt. h forte *Concilium* vocauit *Diuum pater atque hominum rex Sidcream in ſedem*, vt conſidentes *cælicolæ* decernerent Gregorio Hypobolimæo fauerent.

l Quaſi vero conſulendus fuerit Senatus vrbis, an liceret Medardi cœnobiũ fictitio priuilegio munire. k Cum Gregorius aliis Epiſcopos titulis inſignire ſolcat, notandum hic Gallorũ Epiſcopos quoſuis {*Apoſtolicos Domnos*, *Patres*, &c.} vocantium idioma. Hinc Sidonio epiſt. 1. lib. 6 Lupi Trecenſis. & Gregorio Turon. lib 4. cap. 26. Martini *ſedes Apoſtolica* Sidonio lib. 6. epiſt. 7. & lib. 7. epiſt. Fonteij Vaſionenſis, lib. 4 epiſt 6. Lupi Trecenſis *Apoſtolatus* eidem Sidonio libr. 6. epiſtol. 12. Patientis Lugdun. cura *Venatus Apoſtolicus* Clodouæo patres Aurelian. Concil. 1. *Apoſtolica ſede Papa digniſſimi*. Radegundi apud Greg. Turon. lib. 9. cap. 42. omnes Epiſcopi *Apoſtolici viri*: eidem & Epiſcopis ſub Guntchramni ditione degentibus referente Greg. Turon. lib. 9. cap. 41. *Epiſcopi Apoſtolica ſede digniſſimi*. Venantio Fortunato Italo ſed qui larem in Gallo Francia fixerat. Gregorius Turonenſis *vir Apoſtolicus prædicandus Papa*. præfat. lib. 1. *Apoſtolicus meritis præconiandus* lib. 5. epiſt. 5. *paſtor Apoſtolica ſedis amore placens*, eiuſdem libr. epiſtol. 9. *cuius Apoſtolatus deſudat* libr. 8. epiſtol. 25. *Apoſtolicus piiſſimus pater* initio libr. 1. de vita Martini. *Apoſtolicus Domnus* Euphronius libr. 3. epiſtol 1. *Apoſtolica ſede digniſſimus* Felix ibidem epiſtol. 4. & Syagrius Auguſtodunenſis libr. 5. epiſtol. 6. *Summus Apoſtolico præcellens paſtor ouili* Nicetius Treuirenſis lib. eod. epiſt. 11. *Apoſtolicis actibus prædicandus* Auitus ibid. epiſtol. 16. *Apoſtolicus & primipilus* Martinus Bracarenſis libr. 5. epiſt. 1. Epiſcopi omnes *Apoſtolici patres* lib. 5. epiſt. 21. l Anſaricum vocat Frodoard. lib. 2. cap. 5. m Sueſſorum ciuitas nulla vt ſupra monuimus: licet corrupte ſic dicta videatur à ſcriptoribus. 9. ſeculi inter quos Hincmarum epiſt. ad Nicol. Papam *Auguſta Sueſſionum*.

[n] *omnium Galliæ Epiſcoporum fauente iudicio* decernimus vt nullus Archiepiſcoporũ vel [o] Archidiaconorũ [p] *fratres* præfatæ *baſilicæ* de ordinatione ſui Abbatis vel Eccleſiaſticorum graduum aſſumptione inquietet, ſed ſecundum prærogatiuam ipſius loci, vobis modo recitatam, beatiſſimi prædeceſſoris noſtri [q] *Domini Ioannis Papæ* tempore decretam, & Apoſtolica auctoritate firmatam, ordinationem ſui Abbatis ipſi fratres peragant, & Eccleſiaſticorum graduum dignitatem ſuſcipiant.

Conſecrationes quoque fontium & [r] *ſcrutinÿ myſteriis* in ipſo monaſterio celebrent. Chriſmatis quoque, ac olei, altaris, calicis, [r] *corporalis*, à quocunque voluerint pontifice benedictionem expetant: ne tantus [r] *honor* à quoquam rectore vllius occaſionis cauſa vel neceſſitatis *intermittatur*; ne vileſcat tantæ ſublimitatis locus S. Mariæ & B. Petri, [r] *nec non & protomartyris*, & [r] *Domini Medardi* [ſ] meritis ſacratus, quem [t] *caput monaſteriorum* totius Galliæ conſtituimus, [u] nulliuſque ditione patimur ſubeſſe.

Sed velut hæc ſedes Romana [x] *ſpeculationem ſuam toto orbi indicit*, & [y] *nouas conſuetudines omnibus mittit*; & [z] *omnium perſonarum ſeruitio caret*: ita præfatus locus remota [a] omni conſuetudine peſſima regum, antiſtitum, iudicum exemplum diuinæ religionis & honeſtatis cæteris exhibeat monaſteriis, & [b] *ſuper ea plena gaudeat libertate*. Cuius *rectores & filÿ* præſentes & ſucceſſuri, tantum ſub [c] *regum* cuſtodia poſiti, [d] *admonitionem* S. Petri, & ſucceſſorum ſuorum, huius S. Romanæ ſedis pontificum auctoritate *proclament*; & ſi neceſſitas incumbit [e] *adeam*.

n Quando coacta eſt plenaria Gallicanæ Eccleſię Synodus cuius iudicium concors mentitur ὑποβολιμαῖος?
o Cur de Epiſcoporum ſæcularis moleſtiarum inquietudine ſilet pſeudo Gregorius? an quicquid moleſtię paſſuri ſunt cœnobitę à ſolis Archiepiſcopis & Archidiaconis expectandum eſt?
p nota phraſim.
q hanc phraſim ſuſpicione non vacare ſupra diximus.
r nota ſeqq. phraſes.
ſ templa ſoli Domino cõſeruanda docet Auguſtin. aduerſ. Maximin. lib. 1. de Ciuit. Dei lib. 8. cap. 28.
t Caput id in caudam propemodum deſiit nec dignitatem priſcam retinuit.
u P..ti ſcilicet non potes, vt canones Eccleſ. veteris illæſi Inuio atique permaneant.
x Nota ſeqq. phraſes. y atqui *magis antiqua reddi conuenit quam inchoari ſuperuacua. Eſt enim iniuria genus antiquitati aliquid ſociare.* Cod. Theod. lib. 14. tit. 1. c. p. 6. & lib. 15 tit. 1. cap. 27. concinit Gregorius ipſe lib. 1. epiſtol. 75. proteſtatus, *ſe conſuetudinem, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil vſurpare dignoſcitur, immotam permanere conceſſurum*: quod ab ὑποβολιμαίῳ lib. diu quam longiſſime abeſt.
z S. Eccl. Romana *omnium perſonarum ſeruitio caret*, nulli dominari debet: quomodo ergo *omnibus prælata*? hic ſuo ſe gladio iugulat impoſtor.
a Quid deliquerunt reges, antiſtites, &c? omnes ſcilicet in culpa fuerunt. Sola Romana lupa deterſo ore vociferari poteſt, *non ſum operata malum*, Prou. 30. b not. phraſ.
c forte *regum*. p Note[illegible] phraſ. e forte *adeant*.

Huius rei gratia fratribus [f] *dirigendis in via* tanti itineris, filia noſtra *Brunichildis* regina XX. [g] *manſos ingenuos* & totidem ſeruiles, *cunctâ integritate æternaliter facta præceptione*, iuxta [h] *finem* Alpium contulit: & multos alios *reditus terrarum* ob hanc cauſam delegauit, ſitos in eiuſdem itineris ſpatio. Tuſiacum verò & Mortinetum [i] *fiſcos regios*, communiter ad ſtipendia fratrum dedit: & ita omnes villas [k] *Deo & S. Medardo* traditas vel tradendas ſua præceptione concluſit; vt quicunque [l] *ſuper terras Domini Medardi* habitare voluerit vel ſteterit, ſiue ſeruus ſiue *liber, cuiuſcunque ſit, alterius dominio* priuetur, & S. Genitricis ſeruitio aptetur, nec vltrà redeundi licentiam habeat.

Quod ſi fugerit, reputetur vt ſeruus, [m] *nunc*, eiuſque ſanctæ Dei Eccleſiæ.

De altaribus quoque (iuxta inſtitutionem [n] *Domini Papæ* Ioannis) Apoſtolica auctoritate confirmamus, vt qui fuerit rector præfati monaſterij, fiat prætereà *altarium* [o] *præſul*, & *omnium Eccleſiarum ſibi pertinentium*: & inde præfatorum ſanctorum [p] *præcipuo altari luminaria exhibeantur*, & *hoſpitalitas peregrinorum* cum reuerentia *agatur*.

Subiungimus & aliud [q] *edictum*, Si *cauſa* [r] *capitali criminis* abbas eſt deponendus, non prius deponatur donec *depoſitores* Apoſtolicam auctoritatem requirant, &

f not. phraſes.

g De *manſo* quod vnicuique Eccleſiæ tribui.or in Caroli M. & Ludouici Pij capitularibus plura, in Gregorij & Italorum coætaneorum ſcriptis ne ſyllabam legere licet *Maſſarũ* meminerunt Caſſiodorus lib. 8. epiſt. 23. & 33 & lib. 12. epiſt. 5. Gregorius lib. 1. epiſt. 42. lib. 7. epiſt. 29. Indict. 2. lib. 12. epiſt. 20. & 29. apud eundem: *terrularum* libr. 2. indict. 10. epiſtol. 1. *terrarum ſationalium* libr. 11. epiſtol. 5 *Caſalium camporum* libr. 9. epiſtol. 24. *fundorum campulorum* lib. 10. epiſtol. 12. mentio fit; *manſorum* nullibi.

b vero propius eſt, nihil contuliſſe *iuxta Alpium finem*, vt loquitur impoſtor: hæc enim pars Imperij Gallofrancici ad ditionem Guntohramni non Sigiberti *Brunichildis iugalis* pertiouit.

i *fiſcos regios* vocat *prædia fiſci iuribus addicta*, ſeu *fundos patrimoniales regum*, quos hodie *terras domaniales* appellamus. Hunc autem Gallo-francorum idiotiſmum obſeruare liceat; Nemo enim Italorum Gregorij æuo patrimonia principum *fiſces* vocauit. at Gallo francorum ruditatem fiſci voce licentius etiam ante Gregorij tempora abuſam teſtatur Aimoinus recitans Childeberti primi pragmaticam de Bonis à ſe S. Vincentij Eccleſiæ (quæ nunc S. Germani à pratis dicitur) collatis: ibi enim ter *Iſiaca villa fiſcus* appellatur. Vide Aimoin. lib. 2. ca. 20. Baron. ad A. D. 561. §. 10. Concil. Valentinum A.D. 855. congregatum; eodem ſenſu *fiſcorum* meminit c. 10. *Sed & de fiſci & villis* (inquit) *quas conſtat dominio Eccleſiæ contraditas*, &c.

k nota phraſim ſequioris æui, cuius vix vnum atque alterum in Gregorij ſcriptis exemplum reperias.

l de hac phraſi ſupra diximus.

m Not. hanc phraſ.

n hac phraſi nunquam vſum fuiſſe Gregorium monuimus.

o fingit Impoſtor plures Eccleſias ad Medardi cœnobium pertinentes, pari mendacio *de Monaſteriis ipſi loco ſubiectis* infra garrict.

p not. phraſes.

q Gregorium decreta ſua *edicta* vocare non memini.

r dixerat Greg. lib 11. epiſt 10. abbatem, &c. nullo modo priuandum deponendumque *niſi cauſa criminis ſpecialiter exigente*: hæc vero arripiens verba impoſtor abbatem *cauſa criminis deponendum* inepte ſcribit.

f an vbicunque tres Metropolitani conueniunt, ibi ſtatim agnoſcenda eſt Apoſtolica auctoritas? notabit Lect. r ſuffraganeorum mentionem, blateroni impudentiſſimo minime ſuffragari, cuius ætatem à Gregoriana longius abeſſe demonſtrat. Notabit item edictū de requirenda in Monachorum cauſa Rom. præſulis auctoritate Catholicæ Eccleſiæ regulis & praxi aduerſa ſibi e obniti; cum diſerte ſtatuat Chalced. Concil. can. 4 τοὺς καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ.

f ita ſint tres Metropolitani, cum *ſuffraganeis* ſuis, & abbates quamplurimi.

In ipſo autem concilio accuſatores, [t] vnuſquiſque cum XII. teſtibus, præſentes aſſiſtant, & ita [u] *veri iudicij examine probent* ſe vidiſſe, vt audiente Concilio *obteſtentur.*

Ad vltimum vero ipſe abbas rationes ſuæ excuſationis reddat, & [x] *iureiurandi pacto ſupra ſacrorum myſteria quatuor Euangeliorum* ſatisfaciat. Tunc verò ſi [y] *conuinctus* fuerit, [z] *correctione deponatur.* Sin autem, ſuo honori reddatur, & *Eccleſiaſticæ dignitatis myſteria recipiat,* & inter ſacra Miſſarum ſolemnia benedictionē & *prædicationem* iuxta inſtituta *Domini Papæ Ioannis peragat,* & *ſuæ conuerſationis vitam melioribus exemplis deducat.* Monachis [a] quoque hanc proponimus ſententiam; vt nullus eorum inuidia aut odio Abbatis, quod abſit, comprimatur, vel [b] extranearum perſonarum cenſura plectatur.

Quod ſi [c] *culpa principalis vitij deliquerit,* priuatim intra clauſtrum eiuſdem monaſterij ab ipſo Abbate, & ſpiritualibus fratribus arguatur, & à corpore ſanctæ congregationis ſegregetur. Quod ſi (perſeuerante contumacia) abſciſſus fuerit; præcipimus illi, vt [e] *precatorias* accipiens literas quodcumque voluerit ingrediatur monaſterium; aut [f] cauſa pœnitentiæ huius ſedis Apoſtolicæ licentiam petat, & ſuſceptis [g] *à Domino Papa* literis liber ſuum monaſterium repetat. *Hæc* [h] *igitur*

Obſeruabit denique Gregorium ipſum lib. 11. epiſt. 10. cuius verba arripuit ὑποβολεύς, non eximere monachos, quorum Priuilegia ſancit, à iuriſdictione Epiſcopi, ſed monere ſolum *ne ſolus ſed adhibitis ſex aliis Epiſcopis* cauſas ipſorum examinet. t. quaſi vero Gregorius diuinam legem duorum vel trium teſtimonio contētam antiquandam cenſuerit: nec cuiquam niſi teſtium turba ſtipato Sueſſionenſes cœnobitas lite pulſare licuerit. u non eſt accuſatorum examen inſtituere ſed iudicum. x Not. phraſ. y forte *conuictus.* z Not. ſeqq. phraſes. a Id vero niſi peponem cordis loco habuiſſet impoſtor, Abbati non Monachis proponere viſum fuiſſet. b cum extranei ſint quicunque extra monaſterij ſepta habitant, gaudeant fraterculi à *Metropolitarum trium, & quamplurimorum abbatum* cui ſubiacent ipſi monaſterij rectores cenſurā, ſi mercatori ſubdolo credamus tuti. c Not. phraſ. principalia vitia ſuperbia & inanis gloria Greg. moral. lib. 34. c. 26. d an abſciſſio alia pœna eſt à ſegregatione à corpore ſanctæ congregationis? e hactenus *συστατικὰς, εἰρηνικὰς, κανονικὰς, ἀπολυτικὰς, κοινωνικὰς, ἐκκλησιαστικὰς, formatas,* audiueramus, nunc (quod Felix fauſtumque ſit) *precatorias* literas habemus. f hæc ſequioris æui & tyrannidis ſi quo preſſi odorem ſpirant. g non ſic de ſe & ſucceſſoribus loqui ſolitus eſt Gregorius. h *Simile habet Gregorius lib. 11. epiſt. 10.* Hæc igitur omnia quæ huius præcepti decretique noſtri pagina continet tam tibi quàm cunctis qui in eo quo es ordine locoque ſucceſſerint vel eis quorum iuſtitiæ potentia, in perpetuum ſeruanda decernimus

omnia qua huius Apoſtolicæ auctoritatis & noſtræ præceptionis priuilegio continentur, præfati *monaſterij rectoribus & filiis* præſentibus & futuris, & omnibus [k]*monaſteriis ipſi loco ſubiectis vel ſociatis* ſub anathemate *ſeruanda* conſtituimus. *Si quis autem regum*, antiſtitum, *iudicum*, vel quantumcumque *ſecularium perſonarum* huius Apoſtolicæ auctoritatis & præceptionis *Decreta* violauerit, aut [l]*contradixerit*, aut negligenter duxerit, vel fratres inquietauerit, vel conturbauerit, vel aliter ordinauerit, cuiuſcumque dignitatis vel ſublimitatis ſit, honore ſuo priuetur; & vt Catholicæ fidei deprauator, vel ſanctæ Dei Eccleſiæ deſtructor à conſortio Chriſtianitatis & *corpore ac ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti* ſequeſtretur; & *omnium maledictionum anathemate*, quibus infideles & hæretici ab initio ſeculi vſque in præſens damnati ſunt, cum Iuda traditore Domini in [m]*inferno inferiori* damnetur, niſi digna pœnitentia præfatorum [n]*ſanctorum ſibi propitiauerit clementiam*, & fratrum communem *reconciliauerit concordiam.*

Ego Gregorius S. Rom. ſedis antiſtes huic priuilegio ſubſcripſi.

Euterius[a] *Arelatenſis Archiepiſcopus ſubſcripſit.*

Sabaudus Arelatenſis Eccleſiæ præſul, mortalitatem exuit A.D. 589. Childeberti 11. in eius locum ſubrogatus Licerius teſte Greg. Turon.lib.8.cap.39. An Licerio Euterius ſucceſſerit ignoro. Virgilium certe annis 591.595.596.599.& 601.ſediſſe conſtat, ex Greg. lib. 1. epiſt.45.lib.4.epiſt.50. lib.5.epiſt.53. lib.7. indict.2. epiſt.116.& 119. lib.9.epiſt.49.& 63.

Ætherij Lugdunenſis, in cuius nomen impegiſſe videtur [illegible], meminerunt Greg.lib.7.indict.2.epiſt.111.lib 9.epiſt.50.lib.11.epiſt.7.Gregor.Turon.lib.9.& 10.Inſcriptas ad Ætherium Arelat.literas deſcripſit Beda lib.1. hiſt. cap.23. ſed mendoſe Baronio reſte ad A.D.596. §.11. Idem mendum irrepſit in Gregorij vitam per Ioann. Diac.ſcriptam lib.2.cap.35.& 36.

Gregorius[b] *Portuenſis Epiſcopus ſubſcripſit.*

Aliam mox Eccleſiæ Portuenſis antiſtitem memorabit impoſtor, Felicem nimirum; quaſi vero anno D.593. bini Epiſcopi communi

Si quis vero regum ſacerdotum, iudicum, perſonarumque ſecularium hanc cõſtitutionis noſtræ paginã agnoſcens contra eã venire tentauerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reumq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi vel ea quæ ab illo male ablata ſũt reſtituerit, vel digna pœnitẽtia illicite acta fleuerit; à ſacratiſſ. corpor. & ſang. Dei & Domini noſtri redempt. Ieſu Chriſti alienus fiat, atq; in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat, &c.

i Not. phraſ.

k ſupra hoc commentum notauimus.

l not. phraſ.

m Pſal. 85. 13.

n not. iterum phraſ.

a Arelate caput Viennenſis primæ, Romanorũ coloris in Defuuiatum agro. b Portus Romanus vrbs ſuburbicaria ad Tiberis oſtium Occidentale qua Tuſciam ſpectat in prouincia Sabinenſi. Greg Dial lib.4.cap.50.

opera plebem Portuenſem pauerint: ſubſcripſit Georgius Portuenſis Concilio Rom. ſub Greg. II. A. D. 722. Gregorius item Portuenſis Concilio ſub Zacharia Papa A. D. 745.

Andreas[c] *Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſit.*

Homobonum Albæ A. D. 595. ſediſſe docent ſubſcriptiones Concilio Rom. ſub Greg. M. appoſitæ; an poſt Andream? doceat qui poteſt. Andreas certe ſubſcripſit Conc. Rom. ſub Greg. II.

Auguſtinus[d] *Canthuariorum Epiſcopus ſubſcripſit.*

Auguſtinus in Angliam primum miſſus A. D. 596. à Virgilio Arelatenſi Epiſcopus ordinatur A 601. vide Greg. lib. 9. epiſt. 58. lib. 12. epiſt. 15. & 31. Bedam hiſt. Angl. lib. 1. cap. 27.

Anaſtaſius[e] *Tyburtinæ Epiſcopus ſubſcripſit.*

Deeſt vox *Eccleſiæ* vel *ciuitatis* in ſubſcriptione ſupplenda: ſubſcripſit Anaſtaſius Tiburtinus Concilio Rom. A. D. 595. ſub Greg. M. congregato. Eſt & alius eiuſdem inter patres Conc. Rom. ſub Gregor. II. A. D. 722. ſubſcribentes.

Sergius[f] *Præneſtinæ Epiſcopus ſubſcripſit.*

Hic iterum deeſt *ciuitatis* vox vel alia ſimilis. Proculum Præneſtinæ Eccleſiæ habenas moderatum A. D. 595. docent ſubſcriptiones Conc. Romano additæ: an vero Sergio ſucceſſerit iudicent periti.

Petrus[g] *Ananiæ Epiſcopus ſubſcripſit.*

Pelagius Eccleſiam Anagninam adminiſtrabat A. D. 595. an poſt Petrum? fateor me neſcire. vide Conc. Rom. ſub Greg. I.

Agnellus[h] *Sutrinæ Epiſcopus ſubſcripſit.*

Supplenda hoc loco vox *Eccleſiæ* vel ſimilis: vnicum in monumentis Eccleſiaſticis Agnellum Sutrinum Concilio Rom. ſub Greg. Iuniore ſubſcribentem inuenio.

Mellitus[i] *Lundoniæ Epiſcopus ſubſcripſit.*

Mellitum Abbatem ad Auguſtinum A. D. 601. miſſum memorat Greg. ipſe lib. 9. epiſt. 48. 52. 55. 56. creatum vero Eccleſię Londinenſis præſulem A. D. 604 refert Beda lib. 2. hiſt. Angl. cap. 3. ad Mellitum data à Greg. epiſt. 71. lib. 9.

Ioannes[k] *Veliternenſium Epiſcopus ſubſcripſit.*

Sediſſe anno 592. agnoſcimus, datæ ſiquidem ad eum epiſtolæ extant inter Gregorianas lib. 2. epiſt. 11. & 35. indict. 10. ſubſcripſit anno 595. Concil. Rom. ſub eodem Gregorio. Eiuſdem nominis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio ſub Greg. II.

Tiberius[l] *Syluæ candidæ Epiſcopus ſubſcripſit.*

Subſcripſit hic Tiberius Concil. Rom. ſub Greg. II.

Marinianus[m] *Rauennatis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit.*

Ioannem Rauennatem Eccleſiam annis 590. 592. 594. & 595. rexiſſe docent epiſtolæ Gregorij tricesima quinta lib. 1. 22. 28. & 32. lib. 2. Indict. 10. 54. eiuſd. lib. Indict. 21. 1. 11. & 15. lib. 4. In Ioannis locum ſubſtitutus anno 595. Marinianus; ad quem ſcripſit Gregorius libri 4. epiſt.

c Alba vrbs ſuburbicaria olim Latij caput. Flor. lib. 1. c. 1. & ex eo Iornand.

d Cantuaria prima Eccleſiæ Anglicanæ ſedes, Cantij caput.

e Tibur. Albę colonia in Latio ad Anienem ſita, inter Piceni ſuburbicarij ciuitates numeratur. vide Conc. 6. act 4

f Præneſte vrbs Latij ſuburbicaria Albæ colonia

g Anagnia vrbs Verus Hernicorum in Latio ſita, eſt inter ſuburbic.

h Sutriũ vrbs Suburbicaria prouinciæ Tuſciæ.

i Lundonia ſiue Londinũ regni Anglicani caput, olim Trinobãtũ oppidũ.

k Velitrę vrbs Volſcorũ in Latio ſuburbic. Campaniæ ciuitatẽ appellat Cõcil 6. act. 4.

l Sylua cãdida vrbs ſuburbic. Tuſciæ, Romano Portui conterminа.

m Rauẽna caput Pentapo-

4. epiſt. 54. lib. 5. epiſt. 1. 24. 28. lib. 6. epiſt. 39. 40. lib. 7. Indict. 1. epiſt. 18. 19. 21. Indict. 2. epiſt. 10. 50. 80 & 99. lib. 8. epiſt. 8. 9. lib. 9. epiſt. 2. 28. lib. 10 epiſt. 5 lib. 11. epiſt. 34. lib. 12. epiſt. 1. ſubſcripſit idem Conc. Rom. anno 595. leos olim Sabinenſium oppidum.

Vitulinus [n] *Sipontinenſis Epiſcopus ſubſcripſit.*

Ad Vitalianum Sipontinæ Eccleſiæ Epiſcopum extat Gregorij epiſt. 9. lib. 7. Indict. 2. ad finem A. D. 597. ſcripta. Quem qui crediderit à priuilegij huius architecto deſignatum, ante quadriennium Sipontinæ plebi præfectum eum demonſtret neceſſe eſt: huius Vitaliani meminit Ioan. Diac. vit. Greg. lib. 3. cap. 39.

n Sipontum vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem.

Ioannes Syracuſanorum Epiſcopus ſubſcripſit.

Prima Ioannis apud Gregorium mentio anno 596. ſucceſſit is Maximiano ad quem datæ epiſtolæ quarta 18. & 26. lib. 2. Indict. 10. 32. 50. & 53. Indict. 11. vndecima 12. 13. 14 36 & 42. lib. 3. ad Ioannem vero ſcriptæ 18. & 43. lib. 5. 9. & 36. lib. 6 27. & 18. lib. 7 Indict. 1. & 22. 44. 63. 64. 102. Indict. 2. 10. 47. & 48. lib. 4. 31. 36. & 37. lib. 9. 48. lib. 10. 46. lib. 11.

Sabinianus [o] *Tudertinorum Epiſcopus ſubſcripſit.*

Legendum forte Iadertinorum, meminit enim Gregorius Sabiniani Iadertinę Eccleſiæ Epiſcopi anno 597. & 598. ſedentis. vide lib. 6. epiſt. 17. & lib. 7. Indict. 1. epiſt. 12. & 25.

o Tudertum Vmbriç oppidum ſuburb. Iadera Liburnorum.

Eulogius Alexandriæ Epiſcopus ſubſcripſit.

Eulogium Alexandrino throno inſediſſe ab anno Dom. 581. ad 608. non negamus: negamus vero eundem vnquam Alexandria vt Romam inuiſeret pedem extuliſſe, vel (ſi Romam profectum fuiſſe conſtaret) decimo ſeptimo loco ſubſcriptutarum fuiſſe: abſurdum quinetiam putamus ſecundæ vniuerſi orbis ſedis hæredi, & Carthaginenſi totius Africanæ Diœceſeos Exarcho Archiepiſcopi titulum negari, dari vero Arelatenſi & Rhemenſi præſulibus, quorum vterque Gregorij tempore partem duntaxat Gallicanæ Diœceſeos rexit: ad Eulogium à Gregorio ſcripta eſt lib. 1. epiſt. 24. lib. 5. epiſt. 60. lib. 6. 31. & 37 lib. 7. Indict. 1. epiſt. 29. & 30. & Indict. 2. epiſt. 79. lib. 8. epiſt. 35. & 42. lib. 10. epiſt. 5. lib. 11. epiſt. 48. & 49.

Dominicus Carthaginenſis Epiſcopus ſubſcripſit.

Huius Gregorius non meminit ante annum 594 nemo vero teſtatur ipſum vnquam Carthagine ſoluiſſe vt Romam adiret. vide regiſtri Gregor. ad eundem datas epiſt. tertiam libri quarti, 52. lib. 5. 32. lib. 6. 32. lib. 7. Indict. 1. 41. lib. 8. 1. lib. 10.

Fortunatus [p] *Neapolitanorum Epiſcopus ſubſcripſit.*

Interfuit Concilio Rom. anni 595. Vix autem ſubſcribere potuit huic (ſi Deo placet) priuilegio 26. Maij Indict. 11. ſiquidem conſtat ex epiſt. 35. lib. 2. menſe Maio eiuſdem 11. Indict. datâ, nondum ſucceſſorem electum Paulo Neapolitanæ Eccleſiæ curatori: fatemur tamen in eius locum ſubrogatum Fortunatum ad quem ſcriptæ

p Neapolis ciuitas Campaniæ fœlicis, hodie regni caput.

epiſtolæ 59. & 61. lib. 2. Indict. 11 & 31. lib. 5. 1 & 29. lib. 6. 11. 15. 25. 35. 86. 92. 108. & 109 lib. 7. Indict. 2. 3. 16. 23. 24. 25. 27. 59. lib. 8.

Ioannes [q] *Surrentinus Epiſcopus ſubſcripſit.*

Subſcripſit Concilio Romæ anno 595. congregato: ſedebat vero antea A.D. 591. Vide Greg. lib. 1. epiſt. 52. & lib. 7. Indict. 2. epiſt. 11.

q Surrentum vrbs Campaniæ fœlicis.

Primæuius [r] *Nurcienſium Epiſcopus ſubſcripſit.*

Extat inter Gregorianas epiſtola ad Primerium Nucerinum Epiſcopum data A.D. 598. lib. 7. Indict. 2. epiſt. 11. an ad hanc epiſtolam reſpexerit Sanderus iudicium lectoris eſto.

r Nurſia Benedicti patria in Vmbria ſita, eſt in ea ſuburbicarias.

Felix Portuenſium Epiſcopus ſubſcripſit.

Interfuit Concilio Rom. A. 595. ad eum data A. 598. epiſt. 11. lib. 7. Indict. 2. an vero Portuenſem Eccleſiam anno 595. rexerit non liquet.

Glorioſus [ſ] *Oſtienſium Epiſcopus ſubſcripſit.*

Extat in regiſtro Gregoriano lib. 7. Indict. 2. epiſt. 11. ad Glorioſum Oſtienſem ſcripta A.D. 598. at quo tempore Glorioſus idem Eccleſiaſticis gubernaculis admotus fuerit neſcire me fateor. huius meminit Ioan Diac. vitæ Greg. lib. 4. cap. 7.

ſ Oſtia vrbs ſuburbicaria ad Tiberina oſtia ab Anco Martio condita, in Latio.

Conſtantius [t] *Narnienſis Epiſcopus ſubſcripſit.*

Subſcripſit A.D. 595 Concilio Romano: Quando vero Narnienſi Eccleſiæ præpoſitus fuerit inexploratum eſt. certe Præiectitij Narnienſis Epiſcopi meminit Gregorius ad finem anni 591. lib. 2. epiſt. 2. Proiectum vocat Ioan. Diac. Gregorij vitæ lib. 2. cap. 50.

t Narnia vrbs ſuburbicaria prouinciæ Tuſciæ, cuius pars Vmbria (in qua Narnia ſita eſt) olim fuit.

Conſtantius [u] *Mediolanenſis Epiſcopus ſubſcripſit.*

Succeſſit Laurentio A.D. 593. menſe Aprili: vide Greg. lib. 2. Indict. 11. epiſt. 29 & 30. lib. 3. epiſt. 1. 2. 3. 22. 8. 17. 37. lib. 6. epiſt. 14. lib. 7. Indict. 2. epiſt. 34. 57. 69. 87. 131. lib. 8. epiſt. 30.

u Mediolanũ caput Italiæ ſpecialiter ſic dictæ in Liguriæ prouincia.

Sutellius [x] *Burdegalenſium Epiſcopus ſubſcripſit.*

Bertchramnus ſubſcripſit Concilio 2. Matiſconenſi A.D. 588. in eius locum cooptatus eſt Gundegiſillus teſte Greg. Turon. lib 8. cap. 22 Ad eundem ſcripto anno 593. ab Epiſcopis ſub Guntchramni ditione degentibus epiſtola, quam deſcripſit idem Greg. lib. 9. cap. 41. an vero eiuſdem anni initio viuendi finem fecerit, vt Sutellius Burdegalenſis Eccleſiæ clauum teneret, & Maio menſe Gregorianum priuilegium ſubſcriptione ſua firmaret, afferat cui libitum eſt. Nos hunc Sutellium laruam putamus.

x Burdegala caput Aquitaniæ ſecundę, olim Biturigum Vibiſcorum ſedes.

Vitalis [y] *Veſoncenſium Epiſcopus ſubſcripſit.*

Veſoncenſis Eccleſia extra veteris nouique orbis fines quærenda eſt. Viſuntinam adminiſtrauit Syluester annis 582. & 588. ſubſcripſit enim Matiſconenſibus Conciliis: quis verò ei ſucceſſerit in obſcuro eſt. Ad finem canonum Concilij 2. Turon. A.D. 570 habiti legitur corrupte *Viſoncẽſis* Eccleſia pro *Viſuntina*, vel *Viſuntionẽſi*, vel *Viſuntiẽſi*.

y Veſontio Sequanorum metropolis.

Bonifacius [z] *Placentiæ Epiſcopus ſubſcripſit.*

De hoc Bonifacio nihil compertum habeo.

z Placentia Æmiliæ ciuitas.

Siagrius

Siagrius[a] *Auguſtodunenſium Epiſcopus ſubſcripſit.*

Subſcripſit idem Concil. 1. Matiſcon. A.D. 582. & Lugdunenſi A. 587. ad eum datæ Gregorij epiſt. 111. 113. 18. & 120. lib. 7. Indict. 2. Anno 599.

Flauius[b] *Rhemorum Archiepiſcopus ſubſcripſit.*

Romulphum Rhemenſi Eccleſiæ præfectum A.D. 594. teſtatur Greg. Turon. lib. 10. cap. 19. Præerat anteà eidem Eccleſiæ Ægidius, quem Gallicani pontifices poſtulante Childeberto Francorum Rege deturbarunt. Nullus itaque Flauius ab impoſtore ſubornatus præter eum cuius ſubſcriptionem ad calcem capitulorum Concilij Aruernenſis A.D. 541. congregati legimus. Vide hiſt. Frodoardi præſulum Rhemenſium Catalogum ex profeſſo texentis.

Anſericus[c] *Sueſſorum Epiſcopus ſubſcripſit.*

Droctegiſillum Sueſſionenſem Eccleſiam A.D. 592. menſe 6. adminiſtraſſe docet Greg. Turon. li. 9. cap. 37. An huic initio ſequentis anni ſucceſſerit *Anſericus*, vel potius *Anſaricus*, quomodo eum Frodoard. vocat lib. 2. cap. 5. doceat qui poteſt. Hunc certe Anſaricum Synodo Rhemenſi ſub Sonnatio ſubſcripſiſſe ex eodem Frodoardo conſtat: coactam autem Synodum circa Anno 630. colligit Binius ex ſubnotatione nominum Palladij Autiſidorienſis, Chadoindi Cenomanenſis, Claudij Regienſis, Donati Viſontionenſis qui ad Concil. 2. Cabilonenſis tempora, id eſt ad A.D. 662. ſuperfuerunt.

Theodoricus Rex ſubſcripſit.

Bimulus ſcil. natus[d] eo ipſo anno quo Radegundis animam efflauit, & ſecundam ad Guntchramnum de pace legationem inſtruxit Hiſpaniarum Rex Recaredus. [e] Anno ſequenti nim. 591. *cogitauit Childebertus Theodobertum* primogenitum *Sueſſiones dirigere*. A. 591. menſe Sextili direxit. Hinc ab eo anno ſequẽti quo conceſſum Medardi cœnobio priuilegium contendit Baronius, reuocatum nemo ſcribit. Vana ergo de Theodorico tunc temporis regnante, ſubſcribente &c. fabula; cum adhuc A.D. 593. in viuis fuerit Childebertus pater; quem Baronius A.D. 596. vltimum diem clauſiſſe, alij vitam ad annum 600. produxiſſe aſſerunt: nec potuerit Theodoricus vix faſciis euolutus regia poteſtate antequam infulas regales patre deponente ſumpſiſſet, vti: vel Romæ quam nunquam adiit ſubſcriptione ſua priuilegium Gregorianum munire.

Brunichildis Regina ſubſcripſit.

Romæ ſcilicet, quam ne ſemel quidem vidit. Hic indicio ſuo perit ſorex.

Ego Petrus ſanctæ Romanæ ſedis ſubſcripſi & ſigillaui.

Petrum hunc populi filium fuiſſe oportet, quem nec preſbyteri, nec Diaconi, nec Subdiaconi, nec defenſoris, nec notarij, nec Actoris titulo cohoneſtare auſus eſt impoſtor.

Datum 7. Kalend. Iunij anno ab incarnatione Domini D CXIV. indictione XI.

[a] Auguſtodunum olim Æduorũ caput in Lugdunenſi prima.

[b] Rhemi caput Belgicæ ſecũdæ, olim Durocortorũ Rhemorum.

[c] Auguſta Sueſſionum Belgicæ ſecundæ ciuitas.

[d] Greg. Tur. lib. 9. cap. 1. 2. 4.

[e] ibid. cap. 36

Indictio 11. incidit in A.D.593. non in 594. nota itaque temporis fallax mendaci ſcripto adfixa eſt.

Iudicia Pontificiorum.

Baron. ad A. D. 593.§.85 Eodem anno petentibus Francorum regibus datum legitur à S.Gregorio Papa priuilegium monaſterio S.Medardi Sueſſionenſi in Gallia &c. §.8·. Sed quas infligat pœnas, audi quæ habet in fine, *ſi quis autem regum* &c. vides lector Pontificis Romani eſſe ſancire leges;quibus ſi ipſi reges non pareant, regno priuentur: quæ etiam comminatio ab eodem apponi ſolita erat in aliis priuilegiis ſiue monaſteriis,ſiue hoſpitalibus conceſſis, nempe vt priuarentur regno reges,ſi quid ab eis contra ea quæ conceſſiſſet factum fuiſſet.Conſiderauit hęc Gregorius VII.Rom.Pontifex in epiſtola ad Metenſem Epiſcopum,atque recitatis priuilegij huius dictis verbis hæc addidit; *Quod ſi B.Gregorius* &c.

Bellarm.lib.5.de Rom.Pontif cap.8. Quartum *exemplum poteſtatis Papæ in reges*, eſt Gregorij I. in priuilegio quod cōceſſit monaſterio S.Medardi,& habetur in fine epiſtolarum, *Si quis*, inquit, *regum*, &c.

*Reſp. Guil.Barcl.lib.de poteſt.Papæ &c.cap.*39. Si viueret hodie B. Gregorius,& ſuperiora ſua verba eo ſenſu accipi intelligeret,quaſi ipſe poteſtatem habuiſſet priuandi reges ſuo honore & dignitate, exclamaret profecto calumnioſam eſſe interpretationem, & ſe numquam tale quid vel per ſomnium cogitaſſe, & vero quæ alibi ſcripta ab eo ſunt, fidem plane abrogant huic expoſitioni. Sunt igitur iſta non imperantis ſed imprecantis verba , quibus admonet & adiurat omne genus hominum ne priuilegium à ſe datum violent; quod ſi violauerint, Deum vindicem fore qui eos ſuo honore priuet.Quod genus admonitionis & imprecationis nunc ſemper addi ſolet extremis Bullarum & conſtitutionum Pontificiarum hoc modo, *Nulli ergo hominum liceat hanc paginam &c. infringere , vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius incurrat*;ſiue,quod idem eſt, *ſe nouerit incurſurum.*

Eadem Rogeri VVidringtoni mens Apologia pro iure Principum, §. 381. Reſpondetur in his Gregorij verbis, non tam præceptum imperantis quam imprecantis deſiderium contineri , vt ex ipſo priuilegij contextu colligi videtur. Ita enim ſe habent verba Priuilegij. *Hæc igitur omnia quæ,&c.* hæc Gregorius §.382. Ex quibus conſtat S. Gregorium eadem verborum formula (vt alia ad rem quoque ſpectantia nunc prætermittam) Decreti ſui violatores honore ſuo priuare, qua eos ad infernum cum Iuda traditore , niſi reſipuerint,damnat: at ſatis liquet, poſſe pontifices impœnitentibus damnationem ſolum imprecari, non autem præcipere : Quare ſignum eſt S. Gregorium regibus præceptionem eius violantibus honoris priuationem non iuridicè imperaſſe ſed tantum male precando exoptaſſe, aut ad ſummum à Deo eſſe priuandos declaraſſe. §.385.Neque veriſimile eſt.

le eſt, voluiſſe S. Gregorium in priuilegio prædicto reges & principes ſupremos, quibus ipſe (licet alioquin iniquis) maximam reuerentiam exhibere conſueuit, pro parua quaſi negligentia, & delicto comparatione aliorum leuiuſculo, nempe ſi fratres inquietarent, aut priuilegium illis conceſſum vel violarent vel negligenter ducerent, ſuis dominiis, dignitatibus atque honoribus per ſententiam definitiuam priuare: ex quorum depriuatione maximæ in republica perturbationes cædeſque innumeræ conſequi ſolent, vt experientia nimis compertum eſt: Qui tamen Gregorius (vt ſuperius vidimus) ob conſcientiæ ſcrupulum, ne Deum offenderet, in mortem alicuius ſe miſcere formidabat: tametſi, ſi in alicuius necem conſentire auſus fuiſſet, facili negotio (vt ipſemet fatetur) Romanam Eccleſiam à Longobardis ſæuè diuexatam, ab eorum perſecutionibus vindicare, totumque ipſorum imperium funditus diſſipare potuiſſet. 384. Non ergo Gregorius ſententiam Bellarmini amplecti auſus eſt, &c.

Inſtat Bellarminus lib. de poteſtate pontif. in temporalibus cap. 40 Reſpondeo. Interpretatio verborum S. Gregorij non mea eſt, ſed alterius S. Gregorij dignitate paris, & ſanctitate non multum inferioris. Sanctus inquã Gregorius Papa 7 in epiſt. ad Epiſcopum Metenſem, quæ eſt 21. libri 8. hunc locum S. Gregorij adducit ad probandum iure à ſe fuiſſe depoſitum Henricum Imperatorem. *B. Gregorius* (inquit) *Papa reges à ſua dignitate cadere ſtatuit, qui apoſtolicæ ſedis Decreta violare præſumpſerint, ſcribens ad quendam Senatorem Abbatem his verbis:* Si quis vero regum, &c. *Quod ſi B. Gregorius, doctor vtique mitiſſimus, reges qui ſtatuta violarent, non modo deponi, ſed etiam excommunicari atque in æterno examine damnari decreuit; quis non Henricum non ſolum Apoſtolicorum iudiciorum contemptorem, verumetiam ipſius matris Eccleſiæ, quantum in ipſo eſt, conculcatorem, totiuſque regni & Eccleſiarum improbiſſimum prædonem, & atrociſſimum destructorem depoſuiſſe & excommunicaſſe reprehendat, niſi forte ſimilis eius?* hæc ille: cui Barclaius, ſi cedere noluerit in interpretatione verborum S. Gregorij, nimis temerarius erit; ſi autem ceſſerit, fateri debebit S. Gregorium primum non ignoraſſe poteſtatem ſibi diuinitus datam extendi vſque ad regum & principum depoſitionem. Sed addamus & alium interpretem verborum S. Gregorij, *vt in ore duorum teſtium ſtet omne verbum.* Thomas Valdenſis vir doctiſſimus in libro ſecundo doctrinalis fidei antiquæ art. 3. cap. 75. *Profecto*, inquit, *nec B. Gregorius eminentia ſui ſtatus ſuper ſtatum Imperialem præiudicauit in aliquo cum regem ſibi verbo tenus præpoſuit, negotio quod tunc tractabatur attento: quod tunc apte videbimus, ſi poſteriora eius facta & ſcripta quæramus. Vide an ſe Magiſtrum & Imperatorum & regum non arbitrabatur, cum poſt priuilegia quædam Senatori presbytero & Abbati Xenodochij Francorum directa ſub excommunicatione dignitatis & honoris, omni eius violatori concluſit, Si quis regum, &c.* En quam bene Doctor iſte Barclaium nondum natum confutauit. Barclaius dicit ex aliis ſcriptis

S. Gregorij colligi S. Gregorium non exiſtimaſſe habere ſe poteſtatem ſuper reges ſeculi, quamuis eius verba id ſignificare videantur. Thomas Valdenſis contradicit, ex aliis S. Gregorij ſcriptis colligi S. Gregorium *verbo tenus* ſe Imperatori ſubieciſſe, re autem vera non ignoraſſe *eminentiam ſui ſtatus ſuper ſtatum Imperialem.* Barclaius dicit verba S. Gregorij ſonare imprecationem, quam etiam quilibet priuatus adiungere poteſt literis ſuis: Thomas Valdenſis contrà dicit verba S. Gregorij ſonare *interminationem honoris & dignitatis*, quam literis ſuis adiungere non poteſt niſi princeps ſupremus. Vtrum autem maior fides habenda ſit vni Barclaio quam duobus viris tantæ eminentiæ, atque doctrinæ, ſtultum eſt quærere. Sed etiamſi id quæratur ex verbis ipſius S. Gregorij, tota quæſtio nullo negotio diſſoluetur. Si quidem S. Gregorius tria ſimul coniungit, videlicet *honore ſuo priuetur, à communione fidelium ſegregetur, in diuino examine ad pœnas æternas damnetur.* At duo poſteriora non continent imprecationem ſed Decretum ſiue declarationem. non enim prælatus qui dicit, *qui hoc fecerit excommunicetur*, imprecatur excommunicationem, ſed iubet excommunicari: & qui dicit *qui hoc fecerit, in diuino iudicio ad pœnas æternas damnetur*, non imprecatur damnationem æternam (quis enim tam crudelis inuenitur qui hoc imprecetur?) ſed declarat qui hoc fecerit eum grauiſſime peccaturum, & pœnas æternas in diuino examine promeriturum. Igitur eodem modo illud *honore ſuo priuetur* non eſt imprecatio ſed Decretum, vt ab honore ſuo decidat; & declaratio vt liceat populo non obedire eiuſmodi regi tanquam honore ſuo ac dignitate priuato. Quemadmodum etiam verba extrema conſtitutionum Apoſtolicarum non ſignificant imprecationem, vt perperam Barclaius exponit, (neque enim ſummus paſtor & Vicarius *boni* illius *paſtoris qui animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit* imprecaretur ouibus ſuis indignationem omnipotentis Dei) ſed declarationem & denuntiationem continent grauiſſimæ pœnæ, quæ contemptores Apoſtolicorum præceptorum ſine dubio conſequetur. Hoc enim manifeſte ſignificant illa verba, *indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli ſe nouerit incurſurum.* Quare ſi S. Gregorius nunc in terris *viueret*, haud dubiè *exclamaret, calumnioſam eſſe interpretationem* Barclaij, *& ſe nihil tale vnquam vel per ſomnium cogitaſſe.*

Bellarminum refutat Ioan. Barclaius Vindiciarum pro patre, cap. 40 Quid tu (*inquit*) nobis auctoritatem Gregorij VII? Si ſcripturæ verba accepit *Quodcunque ligaueris*, &c. quaſi ſignificarent, omnium regum, omnium principum temporalia eſſe in pontificis manu, vt ea poſſit *auferre & dare*, multo magis deceſſoris ſui ſcripta ad alienos ſenſus potuit detorſiſſe. Nemo certior Gregorij primi interpres quam ipſe Gregorius, qui vt ſe politico principi ſubiectum profeſſus ſit ſuſe retulimus cap. 3. § 17. Eius auctoritas ſatis ſit Gregorio VII. verbis illius abutenti. Thomæ vero Valdenſi egregium quoque Anglum opponimus Rog. VVidringtonum, qui Gregorij primi

verba

verba eodem prorſus quo Barclaius modo expoſu t; nempe vt cõminationem diuinæ vltionis contineant, non iudicij præſentis ſententiam. Iam porro & imponis Barclaio, *Barclaius dicit*, inquis, *verba S. Gregorij ſonare imprecationem, quam etiam quilibet priuatus adiungere poteſt literis ſuis.* At id Barclaius neutiquam dixit; quis enim ignorat *ben d ctionem, aut maledictionem ſuperioru*, ſiue temporalis ſiue ſpiritualis, maioris longe momenti quam priuati hominis & nulla poteſtate pollentis?

Sed bene eſt; ais *ex verbis S. Gregorij totam quaſtionem nullo negotio diſſolui*; quia nempe Gregorius tria coniungit, *honore ſuo priuetur, à co munione fidelium ſegregetur, in diuino examine ad pœnas æternas damnetur.* Atqui, inquis, *duo poſteriora non continent imprecationem, ſed Decretum ſiue declarationem*: ergo & illud primum, honore ſuo priuetur, *non eſt imprecatio ſed Decretum.* En vt miniſtras ferrum, quo cadat tua cauſa. Nam hæc ſcilicet verba Gregorij, *in diuino examine ad pœnas æternas damnetur*, ſiue, vt eſt in ipſo Gregorio, *omnium maledictionum anathemate quibus infideles & haretici ab initio ſeculi vſque in præſens damnati ſunt, cum Iuda traditore Domini in inferno inferiori damnetur*, declarationem continent quid Deus facturus videatur, non vero Decretum pontificis iuſſu implendum; cum pontificis non ſit decernere quos damnari ipſe velit, & quam grauibus pœnis, aut in quo barathri loco ſeruari; ſed declarare atque oſtendere, qui mereantur ſententia numinis æterna damnari. Sic igitur ſanctionis illa pars, *honore ſuo priuetur*, non accipienda eſt quaſi ipſius pontificis ſententia honorem regibus poſſit auferre; ſed quod Reges digni ſint quibus numen poteſtatem abroget; vt & ſæpe videmus impiorum regum ſolium iuſtiſſimo Dei nutu concidere. Vt eſt igitur expectandum donec numen æternis addicat ſuppliciis de quo pronuntiauerit pontifex, *cum Iuda traditore Domini in inferno inferiori damnetur*; ſic & expectandum eſt, dum idem omnium poteſtatum creditor huic regi dignitatem & honorem adimat, de quo pontifex edixerit *honore ſuo priuetur.* Et vt hic homo poſt eiuſmodi ſententiam necdum *damnatus* eſt, ita neque iſte Rex *honore ſuo priuatus.* Tantum eſt comminatoris declaratio, ſurrecturum in vindictam ipſum Deum, & hunc honore, illum ſalute multaturum. Hic omnino genuinus Gregorij magni ſenſus: cuius verba ſi ad tuam capimus mentem, quàm lubrica regum dignitas, quam etiam in re ſeria leuis Gregorius, quam denique ſuæ ipſius oblitus ſententiæ! qui diſerte perſcripſit obſtitiſſe Dei metum (lib.7.epiſt.11.) *ne in mortem cuiuſlibet hominis ſe miſceret*: ideoque noluiſſe ſe, licet de facto poſſet, Longobardorum Reges ac Duces perdere tam acerbe vexantes Eccleſiam, vt ſcribat ſe incurſiones illorum, *multis exp'e e vocibus ſu g ſtionis valere*, homil.18. ſuper Ezechiel lib.11.epiſt.45.qui, inquam, tam infeſtos principes, quibuſque tollendis idoneas vires habebat, tolerauit, ne in Dei legem committeret; etiam impios Principes tolerare iubentem; an iam quoſcunque Principes, & qui ſine maxima cæde non abeant

Imperio, non ob turbatam (vt à Longobardis) Eccleſiam, ſed ſi *inquietauerint Medardenſis monaſterij fratres*, exire ſolio imperet, regnoq; priuari? Bardus & fungus, cui perſuadeas, Bellarmine.

Sed quem nõ miſereat Imperatorum, regum, principum, ſi ob delictum eiuſmodi, nempe ſi priuilegio Medardenſis monaſterij *contradixerint, aut negligenter duxerint, vel fratres inquietauerint, vel conturbauerint* ſpoliari à pontifice regno poſſunt? Dicebas antea (cap. 12. §. 4.) id pontificem demum poſſe, *ſi neceſſarium ad ſalutem animarum ſit, ſi antea admonuerit, ſi ſpatium reſipiſcendi dederit, ſi perniciosum & incorrigibilem* Regem *eſſe perſpexerit*. Iam hoc fieri poſſe dicis, ſi rex priuilegium alicui monaſterio datum violet. An eſt porro neceſſarium ad ſalutem animarum vt Rex ob eiuſmodi delictum abdicetur? An *incorrigibilis* qui hoc patrauerit? reſipiſcet forte monitus: & ſic tamen Gregorij verba capis, vt ſtatim à violato priuilegio Rex eſſe deſinat: ais enim: *eſt declaratio vt liceat populo non obedire eiuſmodi Regi, tanquam honore ſuo ac dignitate priuato.*

Quod ſi ob eiuſmodi cauſam poteſt Pontifex Regnum auferre, certe & ob alias poterit, puta ob homicidium, adulterium, rapinas, omne denique crimen, ſi id patrari prohibeat, *ſub pœna priuationis regni & honoris*. En quo deuenerimus: En tuum illud, *ſi neceſſarium eſt ad ſalutem animarum*. Dicendum tibi fuerat, Si Rex committat aliquid quod pontifex vetuerit, *ſub priuatione honoris*. Præterea non hic de ſolis Regibus Gregorius; ſed & de minore Magiſtratu. Ait enim, *cuiuſcunque dignitatis vel ſublimitatis ſit*. Erit igitur in pontificis arbitrio, vt vbique in Chriſtiano orbe, præſidibus, Cancellariis, iudicibus politicis poteſtatem abroget, quam à Rege acceperint. Si enim quidpiam *ſub priuatione honoris* iuſſerit, & in illud Cancellarius peccet, iam non erit Cancellarius: ſi Præſes, ſi Senator, à dignitate excidet; & illum licet fidum, licet Catholicum, Rex cogetur ob leue fortaſſe delictum, ſed à Papa damnatum, à curia expellere, faſces auferre. Hanc rem quot ſequantur incommoda, quoniam & innumera ſunt & obuia prætermitto, mihi ſatis oſtendiſſe S. Gregorium nihil minus illis verbis cogitaſſe, *Honore priuetur*, quam Reges ac Principes per Romani pontificis ſententiam de ſolio poſſe expelli. Neque diuerto hic ad diſputationem ſuperfluam, ſuppoſititia ne hæc verba, an vere Gregorij.

Perronius Cardinalis in orat. ad 3. ordinem regni Francici.

Nolo vti Bullis Abbatiæ Sueſſionenſis, quoniam inſertæ nõ ſunt regiſtro epiſtolarum S. Gregorij, ſed ex archiuis Monachorum S. Medardi depromptæ, additę ſunt, per modum appendicis, ad finem regiſtri: quod conſtat tum antiquis editionibus eiuſdem regiſtri, tum ex citatione quam Gregorius ſeptimus qui ante quingentos annos viuebat, fecit epiſtolæ *ad Senatorem* nullâ Sueſſionenſis facta mentione.

CENSV-

CENSVRA.

CREDIDERIM è Sueſſionibus fratricellis aliquem, Lectione priuilegij Xenodochia Auguſtodunenſi conceſſi facta, inconditam farraginem in gratiam gregalium ſuorum Gregorio M. ſuppoſuiſſe. Id non tam inſinuare quam clamare videtur ſcriptionis ignobilis obſcuritas. cuius hæc damus indicia. 1. Deeſt (Iameſio teſte) in MSS. Codd. 2. A nullo veterum (quicquid dicant Baronius & Bellarminus Gregorij ſeptimi & Thomæ Valdenſis epiſt. 10. lib. 11. Gregoriani regiſtri allegantium teſtimoniis abutentes) citatur. Monemus etiam Idiotiſmos Gallo-francicos, quos ſupra indicauimus frequentes; ſtylum à Gregoriano δὶς διὰ πασῶν distantem ſubſcriptionum ab ipſis priuilegij patronis notatam falſitatem: titulos Archiepiſcopales ſolis Eccleſię Gallicanę Metropolitanis collatos, totidem eſſe impoſturæ deteſtandæ argumenta.

Aduertendum eſt, inquit Baron. ad A.D. 593. §. 85. *ſubſcriptionem Epiſcoporum & regis Francorum Theodorici haud congruere his temporibus: ſiquidem cõplures Epiſcopi qui ſubſcripti reperiuntur, poſt aliquot ab hinc annos creati noſcuntur, veluti inter alios (vt de reliquis dicere omittamus) Auguſtinus Epiſcopus Cantuarienſis, & Mellitus Londonienſis, quos conſtat neque hoc tempore profectos eſſe in Angliam, quo etiam neque Theodoricus regnabat in Gallijs, ſed Childebertus ac Gunthramnus. Quamobrem in eam inducor ſententiam, vt ea ſubſcriptio poſtea adiecta fuerit*, &c.

Porro quoniàm epiſtolæ ad Senatorem Auguſtodunenſi Xenodochio præfectum datæ fidem aſſerunt, 1. Manuſcripti Gregoriani Regiſtri codices: 2. Veterum citationes. 3. ipſiúſque Gregorij epiſt. 8. & 9. lib. 11 quas nemo hactenus ſuſpectas habuit, ne quis Hildebrãdici de regum depoſitione dogmatis patronus, Gregorij in hac epiſt. aduerſarios diris denouentis verba arripiens, eorum ope poteſtatem quam ſibi in ſpiritualia & temporalia omnia arrogant vrbis antiſtites, ſtatuminari poſſe speret: varias hic imprecationum formulas, quibus non Epiſcopi modo ſed & Moniales vſæ ſunt, congerere opportuuum duximus.

Remigius Eccleſiæ Remenſis Epiſcopus in teſtamento à Frodoardo hiſt. lib. 1. cap. 18. deſcripto, *generi tantummodo regio quod ad honorem S. Eccleſiæ, & defenſionem pauperum vna cum fratribus meis & coepiſcopis omnibus Germaniæ, Galliæ atque Neuſtriæ in regia maieſtatis culmen perpetuo regnaturum ſtatuens elegi, baptizaui, à fonte ſacro ſuſcepi donoque ſeptiformis ſpiritus conſignaui, & per eiuſdem ſacri chriſmatis vnctionem ordinato in regem parcens; Statuo vt ſi aliquando genus illud regium per benedictionem meã toties Domino conſecratum, mala pro bonis reddens Eccleſiarum Dei peruaſor, deſtructor, depopulator grauis aut contrarius exiſtere voluerit, conuocatis Remorum Diœceſeos Epiſcopis primum moneatur; & deinde Eccleſia Remenſi præfata, adiuncta ſibi ſorore Eccleſia ſcil. Treuirenſi iterum conueniatur. 3 vero, Archiepiſcopis tantummodo Galliarum tribus aut quatuor conuocatis princeps ille quicunque fuerit moneatur; ita vt vſque ad ſeptimã monitionem, ſi prius ſatisfacere renuerit paterna pietatis longanimitate diſſpatur: Tandemque ſi poſtpoſitis*

Vide Concil. 13. Tolet. c. 2. & 5. & Conc. Tolet. 16. cap. 10. Greg. 2. epiſt. 4 ad finem Zachar. epiſt. 14. Stephan. III. epiſt. 4.

omnibus præfatis monitionibus incorrigibilis contumacia ſpiritum non depoſuerit, & ſe per omnia Deo ſubdi nolens, benedictionibus Eccleſiæ participare noluerit, elogium ſegregationis à corpore Chriſti ab omnibus ei porrigatur, quod per Prophetam & regem Dauid longe ante, eodem qui in Epiſcopis eſt dictante Spiritu Sancto, noſcitur decantatum: Quia perſecutus eſt *(inquit)* hominem inopem & mendicum, & compunctum corde, & non eſt recordatus facere miſericordiam, & dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. *Totumque ei quod in perſona Iudæ traditoris D.N.I.C. & malignorum Epiſcoporum Eccleſia decantare ſolet, per ſingulas ei decantetur Eccleſias; quia Dominus dixit,* Quamdiu feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis; & quamdiu his non feciſtis, nec mihi feciſtis. *Et idio quod probatur in capite in membris intelligendum eſſe non dubitetur. Vnum tantummodo ibi verbum per interpoſitionem commutetur:* fiant dies eius pauci, & *principatum* eius accipiat alter, &c.

Concil. 4. Toler. cap. 75. *Sane de futuris regibus hanc ſententiam promulgamus, vt ſi quis ex eis contra reuerentiam legum ſuperba dominatione & faſtu regio in flagitiis & facinore ſiue cupiditate crudeliſſimam poteſtatem in populis exercuerit, anathematis ſententia à Chriſto Domino condemnetur, & habeat à Deo ſeparationem atque iudicium propter quod præſumpſerit praua agere, & in perniciem regnum conuertere,* &c.

Concil. 6. Toler. cap. 3. *Poſtquam ordine præmiſſo ad gubernacula acceſſerit regni, ſi ipſe temerator extiterit huius promiſſi ſit anathema maranatha in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni,* &c.

Conc. 7. Tolet. c. 1. *Anathema fiat, & velut præuaricator Catholicæ fidei ſemper apud Deum reus exiſtat quicumque Regum deinceps canonis huius cenſuram in quocumque crediderit vel permiſerit violandam.*

Concil. 8. Toler. cap. 10. *Quicumque detractor & non potius venerator decreti euſdem atque legis eſſe maluerit, ſiue religioſus ille, ſiue ſit laicus, non ſolũ Eccleſiaſtica excommunicatione plectatur, verũ & ſui ordinis dignitate priuetur.*

Radegundis apud Greg. Turon. lib. 9. c. 42. *Si caſu poſt meum obitum quæcunque perſona, vel loci eiuſdem Pontifex, ſeu poteſtas principis, vel alius aliquis (quod nec fieri credimus) congregationem vel ſuaſu maleuolo, vel impulſu iudiciario perturbare tentauerit* &c. *ſicut prædones & ſpoliatores pauperum extra gratiam veſtram habeantur.* & pauld poſt: *ſi (quod abſit) contra Dei mandatum & auctoritatem, regum aliquis de ſupraſcriptis conditionibus coram Domino & ſanctis eius precabiliter commendatis agere, aut de perſona aut ſubſtantia voluerit minuenda; aut memoratæ ſorori meæ Agneti abbatiſſæ moleſtias aliquas inferre tentauerit, Dei & S. crucis, & B. Mariæ incurrat iudicium, & Beatos confeſſores Hilarium & Martinum, quibus poſt Deum ſorores meas tradidi defendendas, ipſos habeat contradictores & perſecutores.* &c.

EPISTOLA FELICIS SICILIÆ Epiſcopi S. Gregorio papæ Rom. directa.

Domino [a] Beatiſſimo & Honorabili ſancto [b] *Patri* Gregorio Papæ, *Felix veſtræ ſalutis amator.*

Beatiſſima

a Initium epiſt. Victoris Carthag. ad Theodorum Papam. vide Cõcil. Later. ſub Martino I. conſult. 2.

b fratri Theodoro Papæ Victor.

B*EATISSIMAE* [c] *veſtræ* ſalutis ac ſanctitatis iura penes *Deum ſunt manifeſta*, dum *prædicationibus ſcil. Apoſtolicis &* doctrinæ [d] *veræ fidei cultura vniuerſa repleta ſit terra: per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum veſtra inſtruente admonitione exhortatoria ſuperædificatur orthodoxa Chriſti Eccleſia Apoſtolica inſtitutione fundata, & à fidelibus patribus firmiſſime roborata. Ad quam omnes beatiſſimi Apoſtoli pari honoris & poteſtatis conſortio præditi populorum agmina conuertentes, piè* [e] *ſanctè*que *de tenebris ad lumen, de lapſu* infidelitatis *ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuinæ prædeſtinationis gratia præſcitos ſalutaribus præceptis ac monitis perduxerũt. Quorum ſanctorum Apoſtolorum veſtra fraternitas honoranda ſequens* [f] *merita & perfectius implens exempla Eccleſiam Dei morum probitate, & actuum* [g] ſanctitatem *condecorat: & fide ſacra* [h] *Chriſtianiſ*que *moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit ſtudiis pontificalibus indeſinenter operatur & perficit; ſeruans diuinæ legis* [i] præcepta, *quia non auditores legis iuſti ſunt apud Deum,* [k] *ſicut narrat Apoſtolus, ſed factores legis iuſtificabuntur.*

Hæc quidem meditantes perlatum eſt [l] *ſicut* à quibuſdam Roma venientibus vos Auguſtino *conſodali* noſtro per [m] venerabilem ſanctitatem veſtram poſt modũ Epiſcopo Anglorum genti ordinato & illuc directo atque Anglis ſcripſiſſe, quos [n] *olim* ad fidem conuerſos per nos cognouimus vt [o] quarta progenie coniuncti non ſeparentur. Quæ conſuetudo dudũ [p] in illis, aut in iſtis partibus, quãdo vna vobiſcum ab infantia nutritus atque edoctus fui, non erat, nec in vllis prędeceſſorũ veſtrorũ Decretis aut reliquorum generaliter vel ſpecialiter patrum inſtitutis legi, aut hactenus ab vllis ſapientibus eſſe conceſſum didici, ſed ſemper *vſque* [q] *ſeptimum* originis ſuæ gradum hoc à ſanctis anteceſſoribus veſtris & cæteris ſanctis patribus tam [r] in Nicæna Synodo quam & in aliis ſanctis Conciliis congregatis, ſeruari debere reperi, & à recte viuentibus ac Deum timentibus hominibus ſtudioſe præuideri cognoui. Dum hæc [s] *nobiſcum verſabãtur* ſuperuenere & alia de quibus neceſſariũ

c *lege veſtræ* beatitud. paternitatis apud Deum acceptabilis opera & conuerſatio glorioſa pene mundo toti ſunt, &c.
d doctrinis d..m veræ.
e pie & ſãcte.
f ſequens plenius.
g ſanctita c.
h vel Chriſtianis.
i mandata.
k Rom. 2.
l ſiquidem.
m Auguſtinũ à Gregorio in Angliam miſſum non negamus A. D. 596. negam' vero ab eodẽ ordinatum: quandoquidem Gregorius ipſe ſcribit Virgilium Arelat. epiſc. Auguſtini cõſecratorem fuiſſe A. D. 601. vide Gregor. epiſt. 58. lib. 9. & epiſt. 15. & 31. li. 12. Bedam hiſt. Angl. lib. 1. c. 27.
n cum cõſtet Auguſtinum anno demum 596. ad Anglos miſſum, nemo vere ſcribere potuit A D. 604 ipſ..s olim ad fidem conuerſ..s per Gregorium.
o hoc non ſcripſit Gregorius, ſed *tertiam vel quartam generationem fidelium licenter ſibi iungi debe.e.* vide Bedam hiſt. lib. 1. c. 27.
p ſeqq. cõminiſcitur impoſtor.
q vſque ad.
r hæc omnia pro libidine fingit laruatus ſcurra.
ſ N. phraſ.

nobis videtur veſtram conſulere auctoritatẽ. Deuenerunt quippe ad nos tã Benedictus[t] Syracuſanæ Eccleſię Epiſcopus *quam & alij fratres noſtri equidẽ* lacrymantes ac dicẽtes, per ſeculares & laïcos nimis ſe eſſe turbatos atque animo afflictos ſuper immoderatis actibus eorum; pro quibus & aliqua *merita* [u] eis *impingebantur.*

Sunt etiam quędam Eccleſiæ in noſtra prouincia, ſuper quarũ conſecrationibus dubitatur; & tam propter *aërum* [x] antiquitatem quam & propter earum cuſtodũ incuriam, neſcitur vtrum dedicatæ ab Epiſcopis fuerint nec ne; ſuper quibus omnibus nos à veſtra ſanctitate ac veſtræ ſedis auctoritate inſtrui precamur. Et vtrũ ea quæ (ſicut prædiximus) vos præfato *conſodali* noſtro Auguſtino Epiſcopo, & Anglorum genti ſcripſiſſe audiuimus, ſpecialiter ei, an generaliter omnibus ſcripta ſunt, ſcriptis veſtris imbui quærimus, & de hac ſiue de aliis *præſcriptis* rebus pleniter informari cupimus. Nos enim ea quæ legimus & obſeruari à fidelibus cognouimus non increpando (quod abſit) vobis ſignificamus, ſed quid rationabiliter & fideliter ſuper his obſeruare debeamus requirimus.

Et quoniam non modicum [y] *murmur* ſuper hac re *nobiſcum verſatur*, quid reſpondere fratribus & coëpiſcopis noſtris debeamus, à vobis [z] *quaſi à capite* reſponſum quærimus; ne ſuper his ancipites remaneamus, aut [y] *murmur* vllum tam noſtris temporibus quam poſt *inter vos & alios remaneat;* [y] *rumorque veſter* qui ſemper *bonus & optimus* fuit, detractionibus *laceretur* vel ſubrodatur, aut nomen veſtrum (quod abſit) *ſuperuenientibus* temporibus blaſphemetur.

Nos [a] autem *quæ recta ſunt* auctore Deo humili *corde* ſeruantes, *vno vinculo charitatis vobis conſtricti*, veſtram *religionem in omnibus* vt fideles alumni defendẽtes à vobis quæ recta ſunt quærimus; ſcimus [b] enim vt ſemper ſanctæ ſedis præſules, primo Apoſtoli, deinde ſucceſſores eorum fecerunt vos vniuerſalis Eccleſiæ, & maxime Epiſcoporum (qui oculi propter contemplationem & ſpeculationem vocantur Domini) curam gerere, ac de religione & lege veſtra aſſiduè cogitare.

Sicut [c] *ſcriptum eſt*, Beatus vir qui meditabitur in lege

t Benedictus hic è cerebro ſycophantæ prodiit. Ioannes enim Gregorio ſedente poſt Maximianum Syracuſanã Eccleſiã rexit, quem vixiſſe A.D.603. menſe Aprili ex epiſt.36.li.11. regiſtri Gregoriani conſtat. doceat qui poteſt eũ eodem anno vel ſequenti viuẽdi finem feciſſe.
u not. phraſ.
x leg. videtur *earum*.
y not. phraſ.
z vide Innocent. epiſt.4. & 22.
a vide epiſt. Victoris. Carthag. ad finẽ. *Nos enim humiles corde quæ recta ſunt adiutore Domino ſapientes & vobiſcum ſumus conſtricti veram fidẽ & fortiter defendentes.*
b ſcimus te ſumus vẽdere: ſequentia enim Anaſtaſij ad Felicẽ II. ſcribentis verba eſſe finxiſti; teq; eo nomine mendacij reum iam peregimus.
c lege ex epiſt. Victoris.

Domini

Domini *die ac nocte. Quæ meditatio non lectione per figuram literarum tantum conſpecta, ſed* exuberante *in vobis Chriſti gratia in veſtra cognoſcitur conſcientia immobiliter inſita, nullatenus de veſtro corde recedente lege Chriſti*, [d] & iuſtitia *Domini ſacroſancta, ſicut in Pſalmis dicit Propheta, Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium; Lex Dei eius in corde ipſius, non atramento ſed ſpiritu Dei viui* veſtris [e] *in* arcanis *conſcripta*. Non igitur *in tabulis lapideis ſed in tabulis cordis.* Extinguatur oramus veſtris ſapientiſſimis reſponſis & auxiliis omnis tenebrarum caligo, vt [f] *Lucifer nobis reſplendeat per vos*, ſanctiſſime Pater, *& dogmatica definitio omnes vbique lætificans*, qua *glorioſi* [g] ſanctæ *Eccleſiæ Patres propria* & *pijſſima dogmata in æternæ vitæ firmam hæreditatem* [h] prædicare *noſcuntur*.

Et ſubſcriptio. [i] *Incolumem* vos *&* Deo *placitum*, Sancte *pater patrum*, orantem pro nobis Dominus cuſtodiat in æuum. Amen.

CENSVRA.

AGNOSCO Felicem Meſſanenſem Eccleſiam rexiſſe Gregorio ſedente: ſiquidem ad eum dara legitur epiſt. 38. lib. 1. A.D. 591. menſe Martio vel Aprili: at eundem anno 595. ex numero viuorum exturbatum nemo negauerit qui epiſt. 8. li. 5 menſe Sept. anni 595. epiſt. 39. eiuſd. libri epiſt. 35 lib. 6. quartam lib. 7. Indict. 1. 54. libri 8. & quadrageſimam ſextam lib. 9. ad Donum ſucceſſorem datas percurrerit. Notabit ergo Lector, 1. Felicem illum Siculum ad quẽ Gregorius epiſtolas 48. & 10. lib. 7. Indict. 2 ſcripſit, alium fuiſſe à Meſſanenſi, eumque inter laïcos vixiſſe. 2. Felicem Meſſanenſis Eccleſiæ præſulem diem vltimum obiiſſe antequam Auguſtinus ad Anglos A.D. 596. miſſus Epiſcopalibus infulis (à Virgilio Arelatenſi ordinatus) velaretur, eſt enim Eccleſiæ gubernaculis admotus Anno 601. 3. Abſurdiſſime fingi Gregorium à Meſſanenſi antiſtite monitum A. 604. 5. Epiſt. huius artificem plumbei oris, ferreæ frontis Sycophantam Victoris Carthaginenſis, Stephani Dorenſis, Sergij Cyprij plumis ornatum proceſſiſſe. 6. Quaſcũque nugas profudit de murmure ob epiſtolam ad Auguſtinum à Gregorio ſcriptam ipſo viuente oborto; de Benedicto Syracuſano aliiſque præſulibus vexaris; de fabricis de quærum conſecratione dubitatur, totidem eſſe nebulonis otio nequiter abutentis ſomnia. 7. Reſcriptum Gregorij M. ad Auguſtini interrogationes iampridem Pontificiis diſplicuiſſe; docet id Bonifacius primus Mogũtinorum Archiepiſcopus in epiſtola ad Nothelmum, *ſimiliter* (inquit) *diligenter obſecro, vt illius epiſtolæ, quæ continentur, vt dicunt, interrogationes Auguſtini Pontificis ac prædicatoris primi Anglorum, & reſponſiones S. Gregorij Papæ, exemplar mihi dirigere curetis, in qua*

Carthag. poſt hæc verb. *factores legis iuſtificabuntur: in qua lege diuina veſtra ſancta & veneräda ſinceritas ſicut ſcriptum eſt, meditatur die*, &c.

d Chriſti Dei Domini.

e veſtra in arcana cõſcripta neque in tabul.

f Extrema clauſula libelli Stephani Dorẽſis ad Martinũ Papam, &c. lege, *quatenus funditus extincta huiuſmodi caligine, Lucifer* &c. *per vos ſanctiſſimos.*

g quam glorioſi Eccl patres ſanctæq; & vniuerſales quinque Synodi per propria.

h prædicaſſe.

i ſubſcriptio epiſt. Sergij Cypri Archiepiſcopi ad Theodorum Papam: *me & Domino bene placitum ora ſanctiſſime* &c.

inter cætera capitula continetur, quod in tertia generatione propinquitatis, fidelibus liceat matrimonia copulare; & vt ſcrupuloſa cautela diligenter inueſtigare ſtudeatis, ſi illa conſcriptio ſupradicta Patris noſtri S. Gregorij eſſe comprobetur, annon; quia in ſcrinio Romanæ Eccleſiæ, vt affirmant ſcriniarij, cum cæteris exemplaribus ſupradicti Pontificis quæſita non inueniebatur, &c.

GREGORII I. PAPÆ Epiſtola 32. Lib. XII.

Gregorius Felici Epiſcopo Meſſanæ.

Reuerendiſſimo [a] fratri Felici Epiſcopo, Gregorius ſerui ſeruorum Dei.

CAPVT [b] noſtrum, quod eſt Chriſtus, ad hoc ſua membra nos eſſe voluit, vt per eius largam *charitatis & fidei compagem vnum nos in ſe corpus efficeret; cui ita nos adhærere conuenit, vt quia ſine ipſo nihil eſſe poſſumus, per ipſum poſſimus eſſe quod dicimur. Ab arce capitis res nulla nos diuidat; ne ab* [c] eo ſi membrum *eſſe refugimus relinquamur; & velut* deiecti *de* [d] *vite palmites areſcamus. Vt ergo Redemptoris noſtri habitaculum eſſe mereamur, in dilectione ipſius toto mentis ſtudio maneamus. Ipſe namque ait;* [e] Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum manſionem faciemus.

Exegit [f] ergo *dilectio tua, frater chariſſime, vt ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ tuis deberemus* [g] conſultis *reſpondere. Quod licet non prolixè, ſed* [h] ſuccincti *agere feſtinaremus, propter quaſdam importunitates, quæ (noſtris præpedientibus peccatis) in nos ſuperuenere, tuis tamen* hæc *per reliqua ſanctorum patrum inſtituta ſtudiis perquirere latius & inueſtigare* committimus. [i] *Non enim poteſt mens attrita, & oneribus atque importunitatibus* [k] prægrauata *tantum bona peragere,* & liberè de his loqui, *quantum delectata & oppreſſionibus ſoluta. Non ergo iſta ob id prætulimus vt hæc & alia, quæ neceſſaria fore cognouerimus, tuæ ſanctitati velimus denegare, ſed* vt *quod hic minus inuenitur, latius perquiratur.*

De tribus enim Apoſtolicam ſedem, [l] *in qua alitus es & edoctus,* capitulis conſulendam, prædeceſſorum tuo-

rum

a. non negauerim à Gregorio cęteros Epiſcopos *reuerendiſſimos fratres* appellatos: id tantum moneo, titulum huiuſmodi reliquis Gregorij epiſtolis deeſſe.
b. initium epiſt. 111. lib. 7 indict. 2.
c ab eâ ſi eius eſſe membra.
d Ioan. 15. eiecti.
e Ioan 14.
f falſium epiſt. 2. Pſeudo-Cornelij: exigit.
g conſultibus
h ſuccinctè.
i permittimus.
k grauata.
l an Felix ſedem Apoſt. occupauit

rum ſequens exempla, credidiſti; id eſt, de conſanguinitatis coniunctione, & de vexatione Epiſcoporum à ſubditis, & [m] *de Eccleſiarum dubitatione conſecrationum.*

Quod [n] autem ſcripſi Auguſtino Anglorum gentis Epiſcopo, alumno videlicet, vt recordaris, tuo, de conſanguinitatis coniunctione, ipſi & Anglorũ genti quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono quod cœperat, metuendo auſteriora, recederet, [o] *ſpecialiter* & non generaliter cæteris me ſcripſiſſe cognoſcas. Vnde & [p] mihi omnis Romana ciuitas extitit teſtis, nec ea intẽtione hæc illis ſcriptis mandaui, vt [q] poſtquam firma radice in fide fuerint ſolidati, ſi [r] *infra propriam fuerint conſanguinitatem inuenti*, non ſeparentur; aut infra affinitatis lineam, id eſt vſque ad ſeptimam generationem coniungantur, ſed adhuc illos Neophytos exiſtentes ſæpiſſime eos prius illicita docere vitare, & verbis ac exemplis inſtruere, & quę poſt de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apoſtolum qui ait, [ſ] *Lac vobis potum dedi, non eſcam*; iſta illis modò [t] non poſteris, vt ſupradictum eſt, temporibus tenenda indulſimus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat erueretur; ſed cœptum firmaretur, & vſq; ad perfectionem cuſtodiretur. Sane [u] ſi in his ſecus quã debuimus aliquid egimus, [x] *non propter ipſam*, ſed commiſerando actum eſſe cognoſcas. Vnde & teſtem inuoco Deum, qui [y] *cogitationes* omnium *hominum nouit*, cuius etiam [z] *oculis omnia nuda ſunt & aperta*: Nam ſi ea deſtruerem quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor ſed euerſor eſſe iuſte comprobarer, teſtante veri-

m not. phraſ.
n hunc locũ citat. Ioan. Diac. vitæ Greg. lib. 2. cap. 38.
o hæc fuerat Auguſtini quæſtio teſte Beda Hiſt. Anglorum lib. 1. cap. 27. *vſq; ad quotam generationem fideles debeant cum propinquis ſibi coniugio copulari; & nouercis & cognatis ſi liceat copulari? Reſp.* Greg. his verbis, *Quædam terrena lex in Romana republica permittit, vt ſiue fratris ſiue ſororis, ſeu duorũ fratrum germanorum, vel duarum ſororum filius & filia miſceantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſucceſcere. Et ſacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde neceſſe eſt vt iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter ſibi iungi debeat. Nam ſecunda quam diximus, à ſe omnimodo debet abſtinere. Cum nouerca autem miſceri graue eſt facinus, &c.* An hæc ſolutio quæſtioni abſolutæ oppoſita ad *neophytos* reſtringenda ſit, vt ad eos *ſpecialiter*, *non* ad omnes *generaliter* pertineat, iudicet L[ector]. p Quaſi vero plebs vrbica men[t]is Gregorij ad exteros ſcribentis conſcia fuerit, vt ad eius teſtimonium poſtea recurrere neceſſe eſſet. q [ni]hil [ta]le videmus in literis à Beda deſcriptis. r no[t]. phraſim: Ioannes VIII. ep. 198. Stephani, Eugenij & Leonis prædeceſſor[u]m Synodali decreto munitus propinquorum coniugia nefanda pronuntiat. Gregorij, Calliſti, antiquiorumq; pontificum ne meminit quidem. Leo IV. in epiſt. ad Britannos c. 9. Gregorij iunioris decreta tenenda pronunciat: de Greg. primo nihil habet. ſ 1. Corinth. 3. t hoc falſum videri ſupra monuimus.
u ne depreceare culpam, ſecus quam debuit non egit qui quod lex licitum pronunciat, manifeſtum facit. x hic aliquid deeſſe videtur.
y Pſalm. 93. verſ. Hieron. z Hebr. 4.

tatis voce, quæ ait:[a] *Omne regnum in ſeipſum diuiſum non ſtabit, & omnis*[b] ſcientia *& lex aduerſus ſe diuiſa* deſtruetur. Ideoque neceſſe eſt, vt omnes concorditer ſtatuta ſanctorum patrum noſtrorum teneamus; *nihil* videlicet *per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium* bonæ *deuotionis vnanimes diuinis & Apoſtolicis conſtitutionibus*[d] auxiliante Domino pareamus.

O[c] *quam bona eſt charitas, quæ abſentia per imaginem, præſentia ſibimetipſis exhibet per amorem; diuiſa vnit, confuſa ordinat, inæqualia ſociat, imperfecta conſummat. Quam rectè prædicator egregius* vinculum perfectionis[f] *vocat; quia virtutes quidem cæteræ perfectionem generãt, ſed tamen eas* ita[g] *charitas ligat, vt ab amantis mente diſſolui iam nequeant.*

His ritè perpenſis, charitati tuæ iam dictis[h] indulſi; nec præceptum dedi ſed conſilium; nec regulam in his poſteris vllis tenendam tradidi; ſed de duobus periculis quõd facilius ſit vitandum oſtendi.

Si[i] igitur *in rebus ſecularibus ſuum cuique ius, & proprius ordo ſeruandus eſt; quantò magis in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci confuſio, ne ibi diſcordia locum inueniat, vnde pacis debent bona procedere? Quod hac ratione ſeruabitur ſi nihil poteſtati ſed totum æquitati tribuitur.*

Quapropter[k] *multum cor noſtrum magnitudini veſtræ congaudet, quod ſic vos in veſtris actibus ſtudioſos inuenimus, vt*[l] & noſtri curam habeatis, & talia ſciſcitando inquirere ſtudeatis; quatenus *vobis* non ſolum *apud homines gloriam*, ſed *& apud Omnipotentem*[m] Dominum *præmia mercedis* acquirant.[n]

Cæterum ſuper vexatione Epiſcoporum, de quo nos conſulere voluiſtis, ſcimus quia à[o] *nullis vita præſulum perturbari debet exceſſibus:*[p] *quia valdè indignum eſt, vt* hi *qui throni Dei vocantur*[q] aliqua *motione* à regibus vel ſubditis *turbentur.*

Quoniam ſi Dauid regum iuſtiſſimus, in Saul, quem conſtabat iam à Deo reprobatũ & abiectum eſſe,[r] manum mittere non præſumpſit; quanto magis cauendũ eſt, ne manum detractionis, aut vituperationis, ſiue *indiſcretionis*[ſ] aut *dehonorationis* quidam mittant in vnctum Domini vel in prædicatores Sanctæ Eccleſiæ? quia eorum[t] vexatio ſiue detractio ad Chriſtum pertinet, cuius vice

a Matth. 12. ſic legit Martinus I. in Synodica.
b ſententia.
c verba Leonis epiſt. 78. cap. 2. *ſupereſt fratres. vt cõcordi obedientia ſalubres ſit cipiatu hortatus, & nihil per cont. &c.*
d conſtit. patreatis.
e initium epiſt. 50. lib. 4. indict. 13.
f Coloſſ. 3.
g charitas etiam.
h nihil indulſit Gregorius Felici, ſed (ſi fides habẽda ſit epiſtolæ Felicis nomine prænotatæ) Anglis neophytis.
i initium epiſt. 120. lib. 7. indict. 2.
k initium epiſt. 94. eiuſdem libri.
l vt vobis & apud hom.
m Deum.
n acquiratis.
o verba Conc. Toletani. 11. cap. 5. ab initio.
p exceſſibus motionum.
q leui motione turbentur.
r 1. Sam. 24. 7. 26. 9.
ſ nor. phraſ.
t his & ſimilibus verbis centies vtitur pſeudo-

ius vice in Eccleſia legatione funguntur.

Vnde ſummopere cauendum eſt omnibus fidelibus, ne clanculò aut publicè Epiſcopum ſuum, id eſt [u] *vnctũ Domini*, detractionibus aut vituperationibus dilanient perpendẽtes illud exemplum Mariæ; quia pro eo quod Moyſi famulo Dei [x] *propter Aethiopiſſam* detraxit, immunditia lepræ mulctata ſit. Et illud Pſalmiſtæ, [y] *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari* Et in lege diuina legitur: [z] *Dijs non detrahes, & populi tui principi non maledices.*

Vnde valde prouidendum eſt ſubditis tam clericis quam laïcis, *ne* Epiſcoporum, [a] *ne præpoſitorum ſuorum vitam temere* [b] reprehendere audeant, *ſi quid eos fortaſſe agere reprehenſibiliter vident; ne vnde mala redarguunt, inde per elationis impulſum in profundiora mergantur.*

Admonendi ſunt etiam, ne cum culpas præpoſitorum ſuorum *conſiderant contra eos audaciores fiant. Sed ſic* [c] *eorum praua apud ſemetipſos* conſiderent, [d] *vt diuino timore conſtricti, ferre ſub eis iugum reuerentiæ non recuſent.*

Quoniam [e] *facta* ſuorum Epiſcoporum vel *præpoſitorum oris gladio non ſunt ferienda, etiam cum recte reprehendenda* [f] videntur; quoniam à prædeceſſoribus noſtris & à reliquis multis ſanctis Epiſcopis ſtatutum [g] *fore* cognoſcimus, vt [h] *oues paſtores ſuos non* facile *reprehendant*, nec eos criminari vel accuſare *præſumant*, quia [i] *cum in præpoſitos delinquimus eius ordinationi qui nobis eos prætulit obuiamus. Vnde Moyſes*, [k] dum *contra ſe & Aaron conqueri populum cognouiſſet, ait*, [l] *Nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra* [m] Deum.

Quapropter admonendi ſunt ſubditi vtriuſque ordinis viri, vt cum magiſtrorum facta conſpiciunt, [n] *ad ſuum cor redeant*, & de eorum increpationibus non præſumant; quia [o] *non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper Dominum ſuum.*

De [p] *dedicationum vero Eccleſiarum dubitatione* ſuper qua inter cætera nos conſulere voluiſtis, hoc vos rite tenere debetis quod nos [q] ab anteceſſoribus noſtris traditum accepimus; id eſt, vt quotiens tam de baptiſmo aliquorum vel confirmatione, quam de Eccleſiarum cõſecratione dubitatio habetur, & nec ſcriptis nec teſti-

Iſidorus priſcorum paparum nomina mentitus.
u ſcriptura ſoles reges vnctos Domini vocat.
x Num. 12.
y Pſalm. 104.
z Exo. 22. 28.
a verba Greg. paſtoral. lib. 3. admonit. 5. *admonendi ſunt ſubditi ne præpoſit.*
b iudicant.
c ſic ſi qua v Ide ſunt eorum, &c.
d diiudicent vt tamen.
e ibid. poſt lin. 25. facta quippe præpoſit.
f iudicantur.
g not. phraſ.
h Syn. Rom. 5. ſub Symmacho.
i ibid. poſt lin 4.
k Moyſes quoque eum.
l Exod. 16. 8.
m Dominũ.
n phraſ. Gregor. eod. loco.
o Matth. 10. 24.
p not. phraſ. de Eccleſiarum conſecratione vide Concil. 5. Carthag. c. 6.
q hoc impoſtor fingere videtur.

bus ratio certa habetur, verum baptizati[r], vel confirmati, ſiue Eccleſiæ conſecratæ ſint, vt baptizentur tales ac confirmentur, atq; Eccleſiæ canonicè dedicentur, nec talis dubitatio ruina fidelibus fiat, quoniam [s] *non* monſtratur *iteratum*, *quod non* certis indiciis *oſtenditur* rite peractum. Hæc vos adminiculante diuina gratia ita tenere cupimus, vobiſque vt poſtulaſtis tenere & docere mandamus, & ea quæ à ſanctis Patribus ante nos ſunt ſtatuta, [f] non proteruè irrumpere, ſed fideliter ſeruare optamus.

Vnde [t] *redemptoris miſericordiam exoramus, vt ſua vobis in omnibus gratia ſuffragetur, & effectu implere vos tribuat quod velle conceſſit; quia* [u] *in hac re tantò commoda retributionis accreſcunt, quantò & ſtudium laboris augetur.*

Progeniem [x] *vero ſuam* vnumquemque de his qui fideliter edocti ſunt, & iam firma radice plantati ſtant incôuulſi *vſque ad* [y] *ſempiternam obſeruare decernimus generationem.* Et [z] *quamdiu ſe affinitate agnoſcunt propinquos, ad huius copulæ non accedere ſocietatem* præſumant; nec eam quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita [a] *pollutione maculauit*, in coniugium ducere vlli profectò licet Chriſtianorum vel licebit: quia inceſtuoſus eſt talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos [b] *vero nullo côiugij nomine deputandos* à ſanctis Patribus dudum ſtatutum eſſe legimus.

Ideo nolumus nos in hac re à vobis ſiue à cæteris fidelibus reprehendi; quia quod in his Anglorum genti indulſimus, non formam dando, ſed conſideratione, ne [c] Chriſtianitatis bonum quod cœperant imperfectum dimitterent, egimus.

Paterna [d] ergo *vos dilectione ſalutantes hortamur, vt* propoſitas *opportunitate* occaſiones in veſtra efficacia *enixius* elaborare *debeatis; atque id modis quibus paſſibile fuerit, omni ſtudio agere contendatis: quatenus prædicabile deſiderium*

r verba Leonis epiſt. 92. c. 15. *in quibus quod nô oſtenditur geſtum ratio non ſinit vel; videatur iteratum.*

f legem irrûpere, phraſ. Pipini Decret. A. D. 744 dati Sueſſione.

t verba Greg. epiſt. 94 lib. 7. ind. 2. redemptoris noſtri.

u quia ergò.

x verba Gregorij 3. epiſt. 1. quibus aduerſatur Innocent III. in Conc. Later. c. 50. & 51. hûc locum citat Hincmar. de diuortio Lothar.

y legendum videtur *vſq; ad ſeptimam generat.* ſi enim in ſempiternû obſeruanda ſit progenies, nulla vnquâ erunt contrahenda matrimonij, cum ex eadem familia ortum habeant omnes omnino homines, quos ἐξ ἑνὸς αἵματος ἐποίησεν Deus teſte Apoſt. act. 17. 26.

z verba Greg. 2. epiſt. 14. vide & can. 9. Conc. Rom. ſub eod. Greg. & can. 5. Conc 2. Tolet.

a inceſtus pollutione commaculati, phraſis Conc. Ilerd. c. 4.

b à Concilio ſcil. Agath. cuius hæc verba ſunt c. 61. Vide Conc. Epaun. c. 30. Conc. 4. Aurel. cap 27 Turon. 2. c. 22. Aquiſgran. ſub Nicol. 1. c. 9. Arvern. c. 11. Aurelian 3. c. 10. Arelat. 4. c. 11.

c quaſi vero *qui* 3. *vel* 4 *generatione* matrimonio *iunguntur* (quod *licenter* fieri poſſe ſcribit Gregorius) ideo minus Chriſtiani dicendi ſint.

d verba Greg. epiſt. 94. lib. 7. ind. 2. *opportunitate occaſionis inuenta efficaciam veſtram exercere enixius, &c.*

veſtrum[e] in auxilium omniũ *adiuuante Domino compleatis.*

Nec hoc quoque in hac ſolicitudinis parte relinquimus,[f] quod omnes inceſtuoſi à liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſint ſeparandi, quouſque per ſatisfactionem precibus ſacerdotum canonice eidem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ reconcilientur. [g] Sunt enim mali ſegregandi à bonis, & iniqui à iuſtis, vt ſaltem rubore ſuo cõſcientias ſuas recognoſcant, & couertantur à prauitatibus ſuis. At ſi incorrigibiles apparuerint, [h] ſegregentur à fidelibus vſque ad ſatisfactionem, iuxta Saluatoris Domini ſententiam, qua inter cætera de peccante in ſe fratre præcipiendo ait, [i] *Si peccauerit in te frater tuus*, [k] *corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus*[l] *es fratrem tuum. Si autem non audierit te, adhibe tecum*[m] *vel duos; vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quodſi eos non audierit, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* His ergo & aliis multis ſanctorum patrum auctoritatibus ſegregandi ſunt mali à bonis, ne pereant iuſti pro iniuſtis, ſicut[n] ſcriptũ eſt, *Perit*[o] *iuſtus pro impio.* Debet enim diſcretio ſemper fieri inter bonos & malos, ſicut eſt inter hœdos & oues.

Manifeſta[p] quoque *peccata non ſunt occulta correctione purganda*; ſed *palam ſunt arguendi, qui palam nocent; vt dum aperta obiurgatione ſanantur, ij qui eos imitando deliquerant corrigantur. Dum* enim *vnus corripitur multi emendantur.* [q] Et melius *eſt vt pro multorum*[r] ſalute *vnus condemnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur.*

Nec mirum ſi inter homines hæc ratio cuſtoditur, [ſ] *cum* & inter [t] iumenta hoc fieri perſæpe *cognouimus*, vt ea quæ ſcabiem aut impetiginem habere videntur, ſeparentur à ſanis, ne illorum morbo cætera *damnentur* & pereant. Satius eſt ergo vt mali aperte corrigantur quàm pro illis boni pereant.[u]

Vnde[x] volumus *omnes in vnum conuenire* Epiſcopos, *vt de incidentibus cauſis fiat diſceptatio, & ſalubris de Eccleſiaſtica obſeruatione collatio; quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura ſuſcipiunt, omnipotens* vbique *Do-*

e de reuerſione errantium adiuu.
f Quis vnquã hoc ignorauit? in nõ neceſſariis ſuperuacuam operam impendis.
g hunc locũ citat Hincmarus de diuortio Lotharij.
h An aliud eſſe cenſes *ſegregari à fidelibus*, ab eo quod ſupra dixeras *ſegregari à bonis & iuſtis*? quid ergo hic ſtatuis noui?
i Luc. 17. 3. Matth. 18. 21.
k vade & corripe.
l eris.
m tecum adhuc vnum.
n à pſeudo-Anacleto epiſt. 2. & pſeudo Sixto I. epiſt. 2. & ſimilibus Leuis.
o contra quã ſtatuit Leo epiſt. 89. c. 6. *is tantum pœna ſubdendus eſt quem reatus inuoluit; nec particeps debet eſſe ſupplicij, qui conſors non docetur fuiſſe cõmiſſi.* hæc ille.

p verba Iſidori ſent. lib. 3. c. 46. q vtilius. r ſaluatione. ſ not. phraſ. t hoc ſimili vtitur Greg. lib. 7. indict. 2. ep. 6. & lib. 9. ep. 69. u hucuſque Hincmarus. x verba Greg. epiſt. 111. lib. 7. ind. 2. *vnde ne qua inter fratres diſſenſio, ne qua inter præpoſitos & ſubiectos ſint fomenta diſcordiæ, in vnum conuenire ſacerdotes neceſſe eſt, vt & de incid. cauſ. diſcept. & ſit ſalub. &c.*

minus fratrum concordia collaudetur. *Cuius vobis adeſſe præſentiam, ſi hac* [y] obſeruaueritis, *ſcitote; quia ſcriptum eſt,* [z] vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum ſum. *Si ergo dignatur adeſſe* [a] duobus vel tribus congregatis; *quanto magis non deerit vbi plures conuenerint ſacerdotes? Et quidem quia* [b] adhibendum *bis in anno* [c] Concilium *Patrum ſit regulis* [d] inſtitutum *non latet. Sed ne fortè aliqua* [e] excuſatio ſit, *ſemel decreuimus congregari, vt expectatione Concilij nihil prauum, nihil præſumatur illicitum. Nam* [f] plerique *&* ſine *amore iuſtitiæ, metu* examinationis, abſtinent *ab hoc quod omnium notum eſt poſſe diſplicere iudicio. Hanc* frater chariſſime [g] *obſeruantiam noſtris relinquendam poſteris teneamus, & omnia quæ ad eruditionem noſtram ſacris apicibus ſcripta ſunt* [h] cuſtodiamus, *atque ad ea quoſcunque poſſumus* [i] excitemus. *Certum quippe eſt, quia ſi toto corde præceptis ſalutaribus nos occupamus, omnem vitiorum labem effugimus; quia dum* [k] *his quibus ædificamur innitimur, locum ſine dubio deceptionis excludimus.*

Quapropter oportet vt enixius in cunctis [l] *ſtudioſum vos* circa fratres atque ſubiectos oſtendatis, vt omnes cum quibus aliti eſtis atque didiciſtis S. Rom. Eccleſiæ præceptionibus parere, *Apoſtolicæ ſedis præcepta multiplicare* apertiſſimeque *nota facere cognoſcant*; quia quod ſpecialiter tibi tuiſque & fratrum tuorum charitati (vt tuæ literæ innotuerunt) *conſultis* ſcribimus, generaliter omnibus tenenda mandamus.

Circa [n] *ſubiectorum* autem *actus* fraternitas tua *ſit* [o] *vigilans, vt veſtrũ illis exemplum inſtructio & vita magiſtra ſit; linguæ veſtræ exhortatione diſcant quod metuant, & doceantur quod diligant: vt dum talenta credita* [p] cum *lucro* multiplicãtur, [q] *in diem retributionis* annuente diuina gratia *audire* mereamini, [r] *Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudiũ Domini tui. Curam præterea* [ſ] de omnibus quæ *vobis aliiſq; fratribus noſtris* & generaliter cunctis *pro illicitarum rerum prohibitione ſcripſimus,* [t] habere vos per omnia cognoſcamus. *Quia omni ſtudio omnique adniſu neceſſe eſt vt fraternitatis veſtræ vigilantia* compleantur, [u] *atque illic omnia quæ pro animarum ſcripſimus ſalute* fideliter recenſeantur; [x] *quatenus*

y obſeruabitis.
z Matth. 18.
a vbi duo vel tres fuerint quanto.
b de habendo
c Concilio.
d ſtatutum.
e ne fortè aliqua impleri hæc neceſſitas non permittat, ſemel tamen in anno ſine excuſatione aliqua decernimus congregari, &c.
f nam plerũque etſi non amore iuſtitiæ, metu tamen examinis abſtinetur.
g fratres chariſſimi.
h meditemur atque.
i incitemus.
k dum in his.
l not. phraſ.
m conſulti.
n verba Greg. epiſt. 114. eiuſd. libri.
o ſit cura vigil.
p lucro multiplicata reddideris.
q in die retrib. audire ſis meritus.
r Matth. 25.
ſ curam præterea congregandæ Synodi quam vobis atque illis, &c.
t veſtræ ſpeciali et ſollicitudini noueritis incumbere Vnde quia præcellentiſſ. filios noſtros Francorum Reges magnam vobis nouimus dilectionem impendere, omni vos ſtudio omnique agere adniſu neceſſe eſt vt quod de Synodo congreganda mandauimus, fraternit.
u. compleatur. x. cenſeamus.

devoſtr.

& vos per hoc veſtrum zelum [y] *qualiter vobis illicita diſpliceant oſtendatis, & nos vtiliter prouidiſſe, qui* vos ac *veſtram ad hoc præ cæteris perſonam elegimus, videamur.*

Omnipotens [z] *Deus ſua vos protectione cuſtodiat, honoremq́; perceptum* vobis [a] omnibus *ſeruare concedat*. Amen.

CENSVRA.

Baronius ad A.D.604.§.7.8.9.10. vtriuſque epiſtolæ auctoritate nixus, Gregorium Decretorum à pſeudo-Iſidoro ſancitorum auctorem laudat, Nos contra monemus impurum blateronem centones farciſſe, variiſque Leonis, Gregorij M. Iſidori Hiſpal. Gregorij II. Greg. III. Conciliorumque Agathenſis, Romani 5. ſub Symmacho, & Toletani 11. ſententiis temere congeſtis, impudenter corruptis, ſua deliria adtexuiſſe, quibus Gregorium ipſum aggreſſus eius auctoritatem eleuare voluit. Monendus & Lector Felicem Meſſanenſem Epiſcopum, cui Donus A.D.595. ſucceſſerat, anno 604. Gregorium conſulere non potuiſſe.

De aliis ſub Gregorij nomine editis epiſtolis Conſule *Vindicias Gregorianas* eruditiſſimi Iameſij Geneuæ excuſas A.D.1625.

*DEVSDEDIT PAPÆ Epiſtola vnica.

Deuſdedit S. Rom. & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus [a] *Gordiano Hiſpalenſis Eccleſiæ* coëpiſcopo, *& fratri dilectiſſimo*.

PERVENIT ad nos Diaconus veſter, veſtræ ſanctitatis [b] *epiſtolam* ferens, *quod* quidam viri etiam & mulieres præterito Sabbatho, paſchali die, [c] *pro* magno populorum incurſu, neſcientes proprios ſuos filios ſuſcepiſſent ex lauacro ſancto. [d] Cupis ergo ſcire ſi pro tali accidente ratione debeant viri & mulieres ad ſuum propriũ redire vſum annon. Nos *enim* ex hoc mœſti inquiſiuimus priorũ patrum noſtrorum dicta. Inuenimus autẽ in archiuis huius Apoſtolicæ ſedis, iam talia contigiſſe Eccleſię [e] Iſauriæ & Epheſiorum, ſimulq́; Hieroſolymę, & etiam aliarum ciuitatum. Epiſcopis etiam earum ciuitatum ab hac Apoſtolica ſede volentibus ſcire, [f] *ſi* viri & mulieres redirent ad proprium thorum, beatæ memoriæ ſanctiſſimi patres Iulius, [g] Innocentius & Cœleſtinus cum Epiſcoporum plurimorum & ſacerdotum *conuentu* [h] in

y & qualiter.
z finis epiſt. 50. lib. 4. indict. 13.
a vos in moribus ſeruare.
* hoc monſtrũ lambertũ Burchard. Decr. lib. 17. c. 44. Iuo Decret. part. 1. c. 305. Gratian. cauſ. 30. q. 1. c. peruenit Sigeb. chron. ad A. D. 614. VVeſtmonaſterienſis in flor. hiſt. &c.
a Gordianus hic tragelaphus eſt.
b not. phraſ.
c præ.
d Si proprios filios in caſu neceſſitatis baptizare nõ ſoluit matrimoniũ: quãto minus eoſdem è Baptiſmo ſuſcipere? at verum prius teſte Ioannis VIII. epiſt. 188 ergo & poſterius, idem de filiaſtros coram Epiſcopis ad confirmationem tenẽtibus ſentit Nicol. I. in epiſt. ad Rudolphum Bituric. c. 5.
e legit Baron. *in Eccleſiis*. videt enim abſurdiſſime Iſauriam ciuitatibus accenſeri. f vtrum. g hæc omnia finxit nebulo, cui temere fidem habuiſſe videtur Sigebert. ad A.D.614. h conſenſu.

Eccleſia B. Apoſtolorum principis prohibentes talia perſcripſerunt & confirmauerunt, vt nullo modo *iam* in [i] *coniugio* ſe reciperẽt mulieres [k] *aut* viri, qui [l] quacunque ratione ſuos [m] ſuſceperunt natos; ſed [n] ſeparent ſe, ne ſuadente Diabolo tale [o] vitium *peccati inoleſcat per mundum, & vniuerſorũ error accreſcat.* Scitis, quia quomodo ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, ita ſunt ſeptẽ dona baptiſmi à primo pabulo ſacrati ſalis & [p] *ingreſſus* ſanctæ Eccleſiæ vſq; ad confirmationem [q] ſpiritus Sancti per chriſma. Ab hoc primo Spiritus ſancti dono vſque ad ſeptimum nullus Chriſtianus ſuam commatrem in [r] *coniugio* recipere debet; & qui præſumpſerit [f] anathematis vinculo religetur in perpetuum, *niſi* pœnitentiã egerit digne.[t] Mulieres verò cum ſeparatæ fuerint pro hac illicita re à propriis viris, totã præcipimus recipere dotem quam in die nuptiali *recepit*, & poſt expletum annum recipiant alium virum, ſimiliter & vir vxorem.

CENSVRA.

VNICVM [*] *tanti vir* (qualem Deuſdedit fuiſſe vult Baronius) *ne præteriret monumentum*, epiſtolium præcedens ſuis inſeruit Annalibus ad A.D. 617. prius tamen vlceroſo ſcripto medicas, quantum licuit manus admouit, veritus ne fœda ſpurci ſermonis barbaries in ipſos lippientium oculos incurreret. Nos, ne quis Cardinali vulnera pluſquam chironia attrectãti ob rem bene geſtam applaudat, ea ad viuum reſecabimus. Notabit igitur Lector, 1. nullum Gordianum annis 614 15. 16. & 17. quibus Deuſdedit vrbis papatum tenuit, Hiſpalenſem Eccleſiam adminiſtrare potuiſſe; cum in confeſſo ſit Iſidorum Hiſpalenſem ſediſſe ab A.D. 600 ad 636. *floruit enim* (vt Hildephonſi verbis vtar) *temporibus Reccaredi, Liuuani, VVitterici, Gundemari, Sigebuthi, Suinthilani & Siſenandi regum; annis ferè 40. tenens pontificatus honorem, inſigniumq; doctrinæ ſanctæ gloriam pariter & decorem.* Subſcripſit etiam Conciliis Hiſpalenſi 2. A.D. 620. & Tolerano 4. anno 633. Superuixit igitur Gregorio M. Sabiniano, Bonifaciis III. & IV. Deuſdedit & Bonifacio V. peruenit autem ad Annum 1. Honorij: obiit enim (Redempto teſte) pridie Non April. Luna 49 Aera 674. 2. Abſurdiſſime Iſauriam orientis prouinciã, cuius olim Metropolis fuit Seleucia, ab epiſtolæ artifice ciuitatibus annumerari. 3. Impudentiſſime eundem Iulij, Innocentij & Celeſtini decreta crepare, cum Bonifacius primus Moguntinorum Archiepiſcopus *de matrimoniis commatrum, quarum in baptiſmo filios ſuſcipiuntur* [illegible] Pethelmum & alios A.D. 734. conſulens, id genus copulæ *nec in antiquis canonibus, nec in Decre*[illegible] [illegible] *ſanctorum* [illegible] [illegible] exempta cauſa fornicationis. *Quis* [illegible] *tradicat?* ib 9. epiſt 39. *Excepta fornicationis cauſa, vir vxorem dimittere nulla* [illegible] Ep. [illegible] 44. in [illegible] citat [illegible] p. 3[illegible] Vide & Baron. [illegible] 7 [illegible] 4. 25. v. & ipſe qui venenum miſcuit quodammodo propi- [illegible]

i Baron. in coniugium.
k ac viri.
l quicunque aliqua.
m ſuſceperint.
n ſepararent.
o Baron. *tale vitium innoteſcat*: reliqua diuerſo charactere expreſſe expungit.
p ingreſſu.
q cõſummationem.
r coniugium ſuſcipere.
f tamdiu anath. &c. de nec.
t Sequentiũ pudui Baroniũ, nec immerito, ſunt enim theologo Chriſtiano indigniſſima: eorum tamen meminit Sigebert. loco citato.
* Iugulãt impoſtoris cauſam ſequẽtes Gregorij [illegible] ten ix. *Si dicunt religi* [illegible] *cauſa cõiugia debere diſſolui, ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana conceſſit, lex diuina tamen prohibuit: per ſe enim veritas dicit.* Quos Deus cõiunxit homo non ſeparet. [illegible] *ergo huic cœleſti* [illegible]. Vide & Baron. [illegible] ne a [illegible].

tis pontificum patres, nec in calculo peccatorum Apoſtolos vſquam enumeraſſe, aſſerat ſe *cognouiſſe:* Quin & fateatur *ſe nullatenus intelligere poſſe quare in vno loco ſpiritualis propinquitas in coniunctione carnalis copulæ tam grande ſit peccatum, quando omnes in ſacro baptiſmate Chriſti & E l ſic filij & filiæ, fratres & ſorores eſſe comprobemur.* Vide epiſt. 11 15. & 22. 4. Indigniſſime fingi ob caſus improuiſos, volentes nolẽtes quos Deus optimus maximus coniunxit coniuges ſeparari poſſe. 5. Pudorem omnẽ decoxiſſe quicunque aſſeuerare audent, fornicationis cauſa à Domino Matt. 19. diſerte expreſſa, matrimonij vinculum dirimere non licere; licere vero maritis ſiue caſu, ſiue ſic exigente* κατατρυφησάντων τοῦ κλήρου Chriſti libidine, ab vxoribus impune diuertere, vt explero anno iiſdem dotales tabulas ſcribere pactoſq; Hymenæos exercere fas ſit. Quomodo ſeptenarium donorum baptiſmatis numerum colligat blatero doceat qui poteſt, fateor mihi nondum liquere.

Cenſura Epiſt. Conſtantin. Imp. ad Leonem II. ex Baron ad A D 683. §. 6.

Hic iam inſurgunt difficultates, quæ de impoſtura ſuſpicionem ſaltem non leuem ingerant. Etenim cum primæ ad Leonem miſſæ hæ literæ cenſeantur, quibus de rebus in Synodo geſtis certior redditur: quomodo accidiſſe potuit, vt cum Leonem Pontificem [a] menſe Auguſto (vt vidimus ex Anaſtaſio) creari contigerit, nonniſi poſt quatuor menſes ad eum ſcripſerit Imperator? Sed & quomodo [b] decima indictione ſcripta ab eo epiſtola dicitur data hoc anno menſe Decembri, quo tempore duodecima eſſet indictio, quæ iam à mẽſe Septembri fuerat inchoata? Sed demus mendum in Codicem irrepſiſſe, vt decima pro duodecima fuerit errore deſcripta: non enim adeo rigidi cenſores ſumus, vt pro vno vel altero qui in numero reperiatur errore, ſi alia cõcordent, mox arguamus epiſtolã eſſe ſpuriã, ac proinde reiiciendã: ſecus vero ſi quæ in eo legũtur, ex multis argui poſſint erroris. vt autẽ in Græcorũ [c] ſcriptis haud ita ſecure abſq; trepidatione liberéq; incedere liceat, ipſamet ſextę Synodi Acta demõſtrãt (vt alia ad hęc teſtimonię adducere nõ ſit opus) vbi de temnionib. ad quintã Synodũ additis publicã inſpectionẽ fieri contigit, &c.

§. 8. – Apertum conuincitur eſſe mendacium [d] quod his literis dicitur, de Synodo cogenda ſcriptas eſſe literas Imperatoris ad Agathonem: ſiquidem nullæ ea de re ad Agathonem, ſed ad prædeceſſorem eius Donum Pontificem eo argumento datæ fuerunt literæ, id teſtãte ipſo Imperatore in literis ad Georgium; idq; pariter aſſerẽte Agathone in epiſtola ad Imperatores ſcripta; id etiã Actibus Synodalibus; id deniq; Anaſtaſio Bibliothecario, & aliis affirmantibus, &c.

Cenſura reſp. Leonis II ad Conſtantinum Aug cuius Initium Regi regum *&c. ex Baron ad eundem annum §. 14. Poſſ in Apparatu. Binio &c.*

Quæ ad Conſtantinum reddita habetur Leonis epiſtola, arguitur in multis impoſtura eſſe; etenim ipſa in fine data ſcribitur [a] *Nonis Maij Indictione decima*: Verum in textu hæc bis contraria habet. *Denique legatos &c. per nuper elapſam decimam indictionem* [b] *menſe Iulio, cum diſe aſſeueret?*

a hæc nota temporis abeſt à græco exemplari. b τοῦ Ἰουνίου μηνί.

* 1. Pet. 5.

a ab Anaſtaſij mendaci admodũ Chronologia, ipſe diſcedere cogitur Cardinalis ad A. D. 682. §. 1. vt & hoc loco. Si enim Agatho ſedit ad Anni 682. menſem Martium cũ dederit literas ad Epiſcopum Viennẽſẽ prid. Cal. Martij poſt legatorum reditum ab Oriẽte, vacauit vero ſedes annum vnum mẽſes 7. dies 5. Leonẽ ante menſẽ Octobrẽ anni 683. electũ nõ fuiſſe neceſſe eſt.

b de hoc infr.

c hic vero culpãda Latinorum temeritas, qui notas tẽporis quib' græcũ exemplar carebat, addiderunt.

d Diualis ad Domnum directa ab Agathone ſuſcepta fuit; qui cum ad ſe pertinere crediderit, quod ad deceſſorẽ ſuum ſcriptũ fuerat, cur nõ ipſe imperator eum mandata ad aliũ data ſuſcipientem à ſe monitũ fuiſ-

ual.bus clementia veſtra apicibus,& Synoda'ibus geſtis,cum magno iucunditatis gaudio in Domino exultantes ſuſcepimus. Hæc, inquam, cum in ea ſcripta reperianrur,manifeſti erroris arguuntur. Etenim quomodo *per elapſam decimam Indictionem*, *menſe Iulio* ſcribit ſe accepiſſe literas, & alia Synodi monumenta, ſi redditæ [c] ipſæ literæ habenrur menſe Maio decima Indictione?Sed quomodo mēſe Iulio [d] potuit Leo ſuſcepiſſe legatos vnà cum literis,ſi cum decem tantū menſes ſediſſe ipſe Pontifex reperiatur, ad dictum Iulium mēſem minime potuerit perueniſſe,quem creatum conſtat(vt dictum eſt) Auguſto menſe? §.14.

Quæ prærerea ratio temporis, vt [e] ſcriptas literas ab Imperatore ad Leonē menſe Decembri inchoata iam duodecima indictione,eas ipſe dicat ſe accepiſſe decima Indictione?Vides,Lector,vndiq.nutare quę ſolido veritatis fundamēto carēt.&c.Sed ne videamur prçteriiſſe ob id epiſtolas,quod nomē Honorij infametur;accipe quæ de eo cū aliis dānatis hçreticis habeātur in prima epiſtola ad Cōſtātinū.

§.15. *Pariter anathematizamus noui erroris inuentoris* &c. *nec non & Honorium qui hanc Apoſtolicam Eccleſiam non Apoſtolica traditionis doctrina luſtrauit, ſed profana proditione immaculatam fidem ſubuertere conatus eſt Et omnes qui in ſuo errore defuncti ſunt, ſimiliter anathematizamus*, hæc ibi. At quantum ſunt iſta indigna Leone? compello auctorem qui ſcripſit: Quomodo tua ſenrētia inter damnatos Honorium numeras, ſi tua metaſſertione [f] eos rantum defunctos condemnare te dicis qui in ſuo errore defuncti ſunt? Quid ais? In communicatione Catholica Honorius eſt defunctus, annon? Vtique [g] neceſſe habes aſſerere in communicatione eſſe defunctum, quem publico funere Romana Eccleſia ſepeliuit inter ſanctos pontifices in Eccleſia S.Petri, & vt Catholico pontifici eidem in omnibus parentauit.Ergo etiamſi daremus Honorium in errorem aliquando lapſum, oportuit ab errore deſiiſſe ante obitum ſuum,cum eum poſt obitum vt Catholicum Eccleſia Romana coluerit; ob idque etiam tua ſententia vindicari idem Honorius è numero damnatorum debuiſſet.

Cenſura Epiſt. Leonis 2. ad Hiſpaniarum Præſules; ibid. § 18.

In epiſtola quæ ad Hiſpaniarum præſules ſcripta eſt hæc habētur. *De diuerſis autem Concilijs huius S. Apoſtolicæ ſedis, cuius miniſterio fungimur, ſubiacentibus Archiepiſcopi ſunt à nobis deſtinati* &c. Reuoluantur Synodalia Acta eius ſextæ œcumenicæ Synodi, an inueniri poſſit vel vnus Archiepiſcopus qui Roma miſſus Synodo interfuerit? Cum autem id minime ſit reperiri,valde hęc de impoſtura roborant argumentum. Sed & quod à ſe eos eſſe deſtinatos Archiepiſcopos dicat, ſeorſum hos ponens ab eis quos ab Agathone refert miſſos eſſe legatos,plane ſignificare videtur temporibus ipſius Leonis etiam Synodum perduraſſe, quam quidem ante Agatho [illegible] bitum fuiſſe abſolutā eius acta ſignificant.Videtur-ne iſta tibi [illegible] i.ſimulari vt leuia queant, vel quę poſſint adſcribi librariis do [illegible] ātibus?minime gentiū puto.

Cenſura Epiſt. Leonis II. ad [illegible] *&c Ibid. §.19.*

Quod poſt generales literas ad omnes Hiſpaniarum Epiſcopos datas

c Maio mēſe redditas non teſtatur Grçcus Codex.

d nō potuit, niſi quæ Anaſt. de creationis. & adminiſtrationis eius tēpore ſcripſit, vna litura inducantur.

e cum nō ſoleant tēporis notæ epiſtolarum titulis adnecti, videtur hæc clauſula ab eodē ſciolo addita, qui cçteris epiſtolis in latino exemplari mendoſas temporū ſubnotationes adiecit.

f Anathemate ferit Leo *non tātum in errore defunctos*, ſed *erroris inuentores*, & *fidei proditores*, inter quos Honorius.

g licet *Honorio velut in cōmunicatione defuncto parentauerit Roma*, nō ſequitur eum *è dānatorum numero vindicādum*: abuſus enim Catholica communione hæreſim fouit, Sophronium Eccleſiæ hominem tāquam turbonē cen-

datas, alias ſeorſim ad Quiricum ſcripſerit, primariam hunc ipſum Hiſpaniarum par eſt exiſtimare. Sed quid hoc eſt? In generali Hiſpaniarum Concilio, quod hoc anno Toleti celebratum eſt 48. Epiſcoporum, præter viginti ſeptem qui per Vicarios interfuerunt, & in alio itidem Toleti anno ſequenti habito, inter Epiſcopos decem & ſeptem qui præſentes fuerunt, nullus eius nominis Quiricus reperitur ſubſcriptus alicuius ciuitatis Epiſcopus. Quis fuit ergo iſte Quiricus? Erit plane, Lector, vt ex his etiam quàm perſpicuè coarguas impoſturam. Quod enim ſciſſet qui eas literas ſcripſit eius nominis antiſtitem præfuiſſe Eccleſiæ Toletanæ, exiſtimauit eundem adhuc his temporibus fuiſſe ſuperſtitem, ob idque ad ipſum Quiricum vt Primatem ſeorſum ab aliis honoris cauſa eodem argumento illas priuatim dediſſe literas, ſed falſa exiſtimatione deceptus: ſiquidem iam ante annos ſeptem (vt vidimus) [a] vita functo Quirico ſubrogatus illi fuerat Iulianus, qui Cóciliis Toletanis tam præſenti, quam ſequenti anno celebratis, primo loco reperitur eſſe ſubſcriptus; ſicut & ſuperius duodecimo Toletanno. Quiricus autem vndecimo Toletano celebrato ann. Domini 675. Potuiſſet ne [b] prætetire Leonem Pontificem iam longe ante eſſe defunctum Quiricum, & in locum eius fuiſſe ſubrogatum Iulianum? minime quidem, cum Metropolitani recens creati ſuæ profeſſionis ſtatim ſolerent ad Romanum Pontificem literas dare, palliumque ab ipſo petere. Vides igitur, Lector, quam perſpicue, toto (vt aiunt) cœlo detegi callidas impoſturas, ita veritate exigente vindice Deo, vt mendacia non queant adeo colorati, quin aliqua ex parte, quæ ſint poſſint intelligi.

Cenſura epiſt. Leonis 2. ad Simplicium Comitem. Ibid. §. 20.

Eius nominis nullus certe legitur in ſerie illa numeroſa Comitum, qui hoc anno interfuiſſe tertiodecimo Toletano Concilio in eius Actis leguntur, omnes numero viginti duo. Sed nó adeo ſeueri cenſores ſumus, vt ob id vnú reiiciendá eſſe eá putaremus epiſtolá.

Cenſura epiſt. Leonis 2. ad Eruigium regem, quæ ſic incipit; [c] Cum vnus exter Rex omnium Deus, &c. *Baron. Ibid.* §. 20.

Audi quæ non ferenda ſint in alia epiſtola quæ data ab eodem Leone ponitur ad Eruigium Hiſpaniarum regem, dum in ea iſta leguntur: *et nouam nuper elapſam Indictionem*, &c. quæ omnia falſitatis multipliciter arguuntur. §. 21. Primum enim omnium in his patens mendacium redarguitur, [d] quod eiuſmodi argumenti literas non ad Agathonem Imperator ſcripſit, ſed ad eius prędeceſſoré Donum Pontificem, quod & ſuperius oſtendimus ex ipſis literis Agathonis, & aliis ab Imperatore ad Georgium datis, necnon ex ipſis Actis ſextæ ſynodi. Quod inſuper eas eſſe ſcriptas tradit ab Imperatore indictione nona, æque falſiſſimum deprehéditur, eo quod illæ ad Donum literæ Imperatoris datæ reperiantur indictione ſexta prid. Id. Aug. Sicque omni ex parte eædem literæ conuincuntur fuiſſe mendaces, atque plane quæ Leoni adſcribantur indignæ, &c.

§. 22. C[illegible] illis dicantur mitti in Hiſpaniam non ipſa Synodalia acta [illegible] tantúm definitio Synodi, edictum Imperatoris, & Sy-

ſura notauit, veritatis confeſſionem improbauit: Sergiú hæreſeos [illegible] laudauit, cum eo ſe *vnanimiter prædicare* profeſſus eſt. vide Cõ. 6. act. 12. merito igitur ab eod. Concilio act. 13. [Greek illegible] ab Imperatore act. 18. [Greek illegible] à Leone *profana proditione fidem fœdare conatus* dicitur. porro notandum Bedá de rat. temp. & in Martyrol. Pſellú de 7. Synodis, librum pontificalé in Leone II. Taraſiú in epiſtola ad Epiſc. Or. & reſp. Oriét. Syn 7. act. 3. 7 Syn. 8. act. 7. Niceph in epiſt. ad Leoné Papá Hincma. opuſcul. 55. capitum c. 20. Adonem. Marianú Scotú, Hübertú ad [illegible] ſ. Nicetam &c. meminit damnationis Honorij inter Mo-

nothcilitas, ç teros à Syn.6 anathemate percuſſi.

nodi ſermo acclamatotius ad eundē minima quidē actorū pars : in Synodi vero Toletanæ 14 c.2.teſtētur Epiſcopi ſe accepiſſe cū Leonis Pōtificis literis, ipſa integra geſta Synodalia, *p·r·qu·* (quod ipſi aiūt) *e-minus ordo geſtorū geſtaq; ordinū dilucide vt act· sūt, noſtris ſenſib. ratuerūt*, vtiq; eas literas diuerſas eſſe ab illis quas vere Leo Pontif. ſcripſit apparet.

a hoc non vidimus: nullibi enim docuit Quiricū an·e ſeptem annos vita functum: Iulianū ſubſcripſiſſe Cōcilio Tole·. 12. A. D.681. decimotertio Anno 683. decimoquarto Anno 684. nouimus, at quo anno Quirico ſucceſſerit ignoramus.

Cenſura Epiſtolarum præcd. ad Hiſpanos, Quiricum, Simplicium, Eruigium: x eod. Baron. §.17.

Quod ad tempus ſpectat, dum in ſingulis iſtis epiſtolis aſſeritur ipſam œcumenicam Synodum abſolutā fuiſſe nona Indictione; poſſet indulgēdo eiuſmodi diſſimulari error, ſi ſemel id dictū, in vna ve ipſarum tantum reperiretur aſſertum, incuſando librarij oſcitantiā, qui loco decimæ nonam poſuerit. Verum cum id in ſingulis haud obiter poſitum, ſed aſſertum & inculcatum ſępius habeatur; non eas Leonis epiſtolas, quem ea quæ ſunt temporis minime præteriiſſe potuerunt, ſed potius Leonis nomine ſuppoſitas eſſe quilibet poterit facile exiſtimare. Porro œcumenicam Synodum decima iam inchoata indictione abſolutam fuiſſe declarant c nouiſſima eiuſdem acta, vt de his iure dubitari non poſſit. Hæc igitur cum in ſingulis inueniantur epiſtolis illis, ſingulas arguunt falſitatis.

Cenſura epiſtolarum Benedicti 2 Papæ ad Petrum regionarium & Eruigium regem, ex eod. Baronio ad A.D.684. §.3.

b vt demus Leonem pręterire nō potuiſſe defunctū eiſe Quiricum A. D. 683. negamus rationē à Baronio allegatam id probare, eſt enim figmentum è cerebro Cardinalitio natum.

c hæc epiſtola præferr nomē non Leonis ſolum, ſed etiam Benedict. II.

d de hoc ſupra ad epiſt. Conſtantini Pogonati ad Leonem.

e actio 17. Septembris 11. Indict. 10. 18. die eiuſd. menſis 16.

Feruntur Benedicti nomine adhuc preſbyteri electi in Romanum Pontificem, nondum tamen conſecrati duæ epiſtolę; quarum altera data habetur ad Petrū notarium regionarium, vt ſuſceptū munus à Leone Pontifice proficiſcendi in Hiſpanias, vt Synodalia Decreta ſextæ Synodi ab Hiſpaniarum Epiſcopis ſubſcribenda deferret, proſequeretur: Altera vero ad Eruigium regem inſcripta, qua ſignificat ſe Petrum notarium regionarium mittere, qui ſecum ferret ſextæ Synodi definitionem, ſimulq; Conſtantini Imperatoris edictū atque Synodi ad eūdem libellum acclamatorium. Verum haud has literas eſſe germanas, ſed nomine Benedicti fuiſſe ſuppoſitas, acta Synodalia 14. Toletani Concilij, de quo diximus anno ſuperiori, aperta luce teſtantur; dum ſe per eum, qui à Leone pontifice miſſus eſt in Hiſpanias, iam accepiſſe ipſa ab eo data Synodalia acta Conſtantinopolitani Concilij profitētur. Si ergo Leo Pontifex iam antea præſtitiſſet, illique eadem accepiſſent, quid opus fuit Benedicto iterum mittere? ſed etſi caſus eueniſſet, quo eadē rurſus mittere opus eſſet; vtique iiſdem literis exprimendū fuiſſet, nempe à Leone prędeceſſore antea miſſa acta ſynodalia ſe iterum mittere; cum è cōtra ſe ea primum mittere literis ad Eruigium haud obſcure ſignificet. Sed & cū ipſæ eſſe reperiantur eædem quę titulo Leonis ipſius ad eundē Regē habentur inſcriptæ, de eiuſdē impoſtura cenſurā conſulas quæ ſuperius poſita habetur. Quæ autē veræ legitimæq; fuerint literæ Benedicti pōtificis ad Hiſpaniarū Epiſcopos, dicturi ſumus anno ſequēti.

Superiora omnia contraxit Seuerinus Binius in Not. ad epiſtolas Leonis II. & Benedicti II. nomine editas, ad quas, ne actum agamus, Lectorem remittimus.

FINIS.

ROMA